BIBLIOTHECA CLERR. REGG. S. PAULI

COLL. SS. BLASII ET CAROLI DE URBE

PLUT. G. LOCULUS VII. NUM.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMAN. III

8
4 I
16

Digitized by Google

MANVALE
CONCIONATORVM

EX SANCTORVM PATRVM SELECTIS LOCIS
per materias communes iuxta ordinem alphabeti distributum,
ac multis locis Sacræ Scripturæ insertum, ac locupletatum.

AVCTORE

F. DIDACO ALVAREZ METINENSI
Archiepiscopo Tranensi, & Salpensi, Sacræ Theologiæ
Magistro, ex Ordine prædicatorum assumpto.

Collegio
SS. Gio
Co Jesu

TRANI, Apud Laurentium Valerium, M. D C. X X I I.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPROBATIO ADMODVM R.P.F.

DAMIANI ALVAREZ

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI.

EGO Frater Damianus Aluarez Sacræ Theologiæ Magiſter Ordinis Prędicatorum Reuerendiſſimi Patris Fratris Didaci Aluarez Archiepiſcopi Tranenſis, & Salpenſis eiuſdē Prædicatorum Ordinis ex commiſſione Curiæ Tranenſis librum,cuius titulus eſt : Manuale Concionatorum,ſatis attētè perlegi. Quod mihi opus catholicum, pium ,lectuquè digniſſimum viſum eſt ; & per vtile omnibus verbi Dei concionatoribus , in quo omnes materiæ prædicabiles ita diſpoſitæ,& vnitę ſunt, varijs conceptibus Patrum, & Sacræ ſcripturæ teſtimonijs ornatæ, vt facilitèr Prædicatores verbi Dei conciones ſuas diſponere, & ordinare poſſint.Et cum nihil in eo inuenerim Catholicę fidei contrarium, aut bonis moribus , cenſeo dignum eſſe, quod in Dei gloriam, & communem Prædicatorum vtilitatem Typis excuſum in lucem prodeat. Datum Trani die prima menſis Nouembris anni 1621.

Fr. Damianus Aluarez Magiſter,qui ſupra.

APPROBATIO ADMODVM R. P.

F. THOMAE RVBINI

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI.

EGO Fr. Thomas Rubinus Sacræ Theologię Magiſter Ordinis Prædicatorum ex commiſſione Metropolitanæ Audientiæ Tranen. ſatis attentè perlegi librum inſcriptum : Manuale Concionatorum ab Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Domino D. Fr.Didaco Aluarez Archiepiſcopo Tranen. compoſitum . Opus quidem Catholicæ fidei,& bonis moribus conforme. Denique omnibus Dei verbum prædicantibus neceſsarium , cum contineat admirabiles Sanctorum Patrum non vulgares auctoritates:& mira eorundem exempla,quæ animum legentis,& audien-

Digitized by Google

audientis mouent. Quapropter illud impressionis dignum censeo, ad laudem omnipotentis Dei, & communem vtilitatem. Datum Trani in Conuentu Sanctæ Crucis die tertia Iunij 1621.

Fr. Thomas Rubinus Magister manu propria.

APPROBATIO ADMODVM R. P. F.

STEPHANI DE VICO

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI.

ATTENTE vidi, & accuratè perlegi Manuale Concionatorum Reuerendissimi Domini Fratris Didaci Aluarez Metinensis Archiepiscopi Tranensis, & Salpensis; & nihil inueni castigatione, sed omni laude dignum: quinimmo, vt Typis in communem vtilitatē mandetur, dignissimū censeo. Dat. Trani die 15. Iulij 1621.

Fr. Stephanus de Vico Magister, & Prouincialis Prouinciæ Sancti Thomæ Ordinis Prædicatorum.

Imprimatur.

D. Ferdinandus Aluarez Vic. Generalis Tranensis.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI

F. SERAPHINO SICCO

MAGISTRO GENERALI TOTIVS ORD. Prædicatorum, atque Vniuersis Magistris, & diuini Verbi disseminatoribus.

F. DIDACVS ALVAREZ DEI, ET APOSTOLICÆ Sedis gratia Archiepiscopus Tranensis, & Salpensis. Sacræ Theologiæ Magister Prouinciæ Hispaniæ eiusdem Ordinis. S. F. P.

DEBITVM meorum laborum tributum vobis, Pater Reuerendissime, Sapientissimi Magistri, verbique diuini concionatores pro salute animarum per vniuersum mundum, velut nubes cœlestibus imbribus plenę discurrentes, offero; dum sub vestro nomine, & in obsequium vestrum Manuale concionatorum in lucem profero. Æquum est enim, vt quæ inter vos didici, & ex assiduæ Sanctorum Patrum lectione in vnum collegi, ad vos reuertantur, vt aliquam significationem meæ erga vestram, & meam religionem manifestarem, & vestrorũ laborum, quos zelo salutis animarum sustinetis, particeps fierem. Considerabam etenim, quamplurimos ad remotissimas partes, etiam infidelium pro dilatatione Catholicæ fidei, & Euangelij prędicatione properare, nec posse ad manus habere antiquorũ Patrum libros, ex quibus lac cœlestis doctrinæ sugere possent, & paruulis in Christo potum dare, eosq; nutrire, quousque ad virum perfectum peruenirent. Quapropter, multis etiam amicis suadentibus, Manuale Concionatorum ex grauioribus Sanctorum Patrum Sententijs, & diuinarum Scripturarum præcipuis testimonijs collectum Typis mandare, ac vobis dicare decreui: vt tanquam Manuale Concionatorũ vestro instituto deseruire valeat.

Habitus quoque religionis Dominicanæ, in quo gratia Dei prævenius Christo nomen dedi, pastoraleque officium Ecclesię Archiepiscopalis Tranen. meis humeris impositum etiam me impulit, vt hunc laborem susciperem, quo Paro-

Digitized by Google

chis,& Confeſsoribus,ne dum meæ Diœceſis;ſed etiam Pro-
uinciæ materiam ſubminiſtrarem, vt in promptu haberent
rationes,quibus ouibus meis odium vitiorum,& amorem vir
tutum inſererent. Sic enim ex parte me adimpleturum pu-
tabam munus meum,quo per me ipſum, vel alios idoneos
miniſtros verbum Dei ex præſcripto Sacri Concilij Triden-
tini prædicare teneor;iuxta normam Sanctorum Apoſtolo-
rum,qui arbitrantes non eſse iuſtum relinquere verbum Dei,
& miniſtrare menſis,ſe totos Euangelij prædicationi dede-
runt,multis nominibus præponentes ſpiritualem cibum ani
marum materiali corporum alimento. Quod ergo, tum ob
ingraueſcentem ſenectam (annum quippe ſexageſimum
octauum expleui) tum etiam propter alias legitimas cauſ-
ſas verbo perficere non valeo,ſcripto,quo Euangelium Chri
ſti ad plures diffunditur,ſupplendum iudicaui.

Erunt (haud ignoro) quamplures, qui hunc meum conā
tum,vel non probēt,aut etiam reprehendant. Quidam enim
Ciceronianam elegantiam,aut ſermonis venuſtatem requi-
rent.Hi tamen ſciant,me non ijs, qui profanam Sapientiam
deſiderant,ſed verbi Dei miniſtris hæc ſcripſiſse, in quibus
Paulus Apoſtolus non venuſtum, atque decorum ſermonis
ornatum,ſed tantum rerum diuinarum ſcientiam deſiderat,
2.Cor.2. cum ait: Et ego,cum veniſsem ad vos fratres, veni non in
ſublimitate ſermonis,aut ſapientiæ, annuncians vobis teſti-
Actor. 18. monium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inte-
vos,niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum. Et ego in infir-
mitate,& timore, & tremore multo fui apud vos, & ſermo
2.Petr.1. meus,& prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſa-
pientiæ verbis,ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis: vt fi-
des veſtra non ſit in ſapientia hominum,ſed in virtute Dei.
Et rationem huius in capite præcedenti aſſignans, inquit:
Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſa-
pientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis
ſaluos facere credentes.] Quoſdam etiam offendet, quod
præſens opus non ſit floſculis Poetarum, & Philoſophorum
ſententijs reſperſum,& locupletatum, quibus his tēporibus
populus applaudere ſolet,& attentas aures præbere: ſed ab
his omnibus abſtinere volui, & debui, cum prædicatorem
Ierem. 5. Euangelij non deceant,ne ſit ex illis,de quibus Ierem.5.Pro
phetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaude-
bant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia.Et Iſaiæ 3.
Qui dicunt videntibus: Nolite videre:& aſpicientibus:No

lite

lite aſpicere nobis ea,quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia,videte nobis errores. Auferte à me viam,declinate à me ſemitam,ceſset à facie noſtra Sanctus Iſrael. E contra riò verò Timotheum Euangelicum prædicatorem inſtituës, eum hortatur,vt ſtudio Sacrarum literarum inſiſtat,& eiſdē in ſuis concionibus vtatur. Sic enim illum alloquitur: Tu verò permane in ijs, quæ didiciſti,& credita ſunt tibi:ſciens à quo didiceris, & quia ab infantia ſacras literas noſti, quę te poſsunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum,ad arguendum,ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia,vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Suſcipite igitur benignè, religioſiſſimi Patres, hunc meum qualemcumque laborem,tanquam pignus meæ erga vos obſeruantiæ,& amoris certiſſimum ſignum. Valete, & me veſtris orationibus adiuuate. Datum Trani die 1. 20. Menſis Iunij, 1622.

Digitized by Google

PRAEFATIO AVCTORIS AD LECTOREM.

SCOPVS præcipuus, ad quem Concionator Euangelicus omnes suos neruos dirigere debet, exprimitur Isaiæ 27. cum dicitur: Et iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Huc tendunt lex, & Prophetæ, huc omnium Sacrarum litterarum correptiones, & exhortationes: ac demum ea omnia, quæ Saluator noster operatus est in medio terræ. Quoniam, sicut dicitur 1. Ioan. 3. ad hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et Saluator ipse testatur; quia non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Propter hoc Christus Dominus mortuus est, & resurrexit, vt exhiberet ipse sibi gloriosã Ecclesiam, non habentẽ maculam, aut rugam, aut aliquid huius modi, sed sit Sancta, & immaculata. Nisi enim hũc finem suis concionibus assequatur prædicator Euangelij, frustrantur omnia eius studia, sudores, & conatus efficiuntur inanes Ieremia dicẽte: Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperunt. Et iterum: Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum: frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Et rursus per Ezechiel. ait: Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Et Christus Dominus conqueritur per Isaiam, & iustè sanè, quod cum pro salute hominũ, tot labores sustinuerit, & dolores: illi tamen adhuc in suis peccatis obdurati maneant: In vacuum, inquiens, laboraui, sine caussa, & vane fortitudinem meam consumpsi.

Ephes. 5.

Ier. 2.

Ier. 6.

Ezech. 24

Isa. 49.

Vt autem hunc finem consequatur, & fœliciter ei cedant omnia, debet assiduas preces ad Deum fundere, atque ab eo instanter petere, vt audientium corda tangat, & aperiat, vt verbum Dei retineant, & fructum afferant in patientia, sicut aperuit cor Lydiæ purpurariæ Ciuitatis Thyatirenorum, vt intenderet his, quæ dicebantur à Paulo. Domino quippè aurem aperiente, ingredietur per eam prospere verbum Dei, & ador vsque pertinget, & vberrimum fructum afferet; sicut

Luca 8.

Act. 16.

Digitized by

eat attulit in eo,de quo ſcriptum eſt: Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico, retrorſum non abij. Iſa.50.

Inſtet etiam apud Deum,vt verbis ſuis ad permouendum corda fidelium,virtutem tribuat. Sic enim Dominus dabit verbum Euangelizantibus, vt ait Pſalmiſta,virtute multa. Pſal.76. Et iterum:Dabit voci ſuæ vocem virtutis.Et quaſi commonens concionatores,ne ſibi tribuant,ſed Deo,fructum,quem afferunt; aut vana oſtentatione verbum Dei prædicent, illico ſubiungit: Date gloriam Deo,ſuper Iſrael magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Vnde Gentium prædicator Paulus non ſibi, ſed Deo tribuens, fructum prædicationis Euangelij: Ego,inquit,plantaui, Apollo rigauit; Deus autem incrementum dedit.Itaque neque qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat.ſed qui incrementum dat Deus.Et iterum:Abundantius illis omnibus laboraui; non ego autem, ſed gratia Dei mecum. 1.Cor.3. 1.Cor.15.

Qui ergo vanam gloriam, aut alios fauores humanos ex prædicatione quęrunt, omnem fructum ſui laboris amittunt. Vnde Egregius quidam prædicator ait: Nec quid per contentionem, nec per inanem gloriam. Et iterum: Nec quęrentes ab hominibus gloriam,nec à vobis, nec ab alijs. Philipp.2. Nam, vt dicit Gregorius, de prædicationis labore laudem tranſitoriam quęrere,quid eſt aliud,quam rem magnam vili pretio venundare?&c. Vnde fit vt ſiue recta quælibet opera,ſeu ſanctæ doctrinæ verba in omnipotentis Dei iudicio pereant,cum per hæc quiſque tranſitorijs fauoribus anhelat. Hinc etenim per Prophetam Iudææ dicitur: Oliuam vberem,pulchram,fructiferam,ſpecioſam Dominus vocauit nomen tuum. Ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea,& combuſta ſunt fructeta eius: quia cum laudari quis cęperit, erubeſcit forſitan minor videri, quam dicitur,& ſtudet eſſe, quod dicatur. Vox enim grandis loquelæ eſt fauor adulantis. Vnde ſcriptum eſt: Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens,ſimilis eſt maledicenti. Ad vocē ergo loquelæ grandis exarſit ignis in ea,quia in magnitudine fauoris flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia oliuę fructeta comburuntur; quia ante omnipotentis Dei oculos,vel quæ bene geſta, vel quæ ſcienter iuſta dicta depereunt,cum iam non amore Dei,ſed intentione tranſitoriæ laudis [illegible] Greg. ſus. Gregorius. Gregor.hom.21. ſup.Ezech. poſt.medii col. Ier.11. Prou.27.

His,& [illegible] multis Chriſtia

Isa. 30. nus non ædificatur, sed potius ad iracundiam Deus prouocatur, sicut Isaias prædixerat: Populus enim ad iracundiam prouocans est. Et reddens rationem, quare ad iracundiam prouocet, illico subdit: Et filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus: Nolite videre, & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placētia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra Sanctus Israel. Vbi obserua, quod non dixit, loquimini omnibus, sed nobis; nec ait: Auferte ab omnibus viam, sed auferte à me viam: nam peruersi sibi tantum parci volunt, non curantes etiam si cæteri arguantur. Similia dicit in eorum persona Sanctus

Iob. 21. Iob: Qui dixerunt Deo recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. Licet enim verbis hæc nō dicant; factis tamen id asserunt.

Studeat potius ea prædicare, quę auditorū animos cōpūgant, & ad amorem virtutis, & odium vitiorum inflectant: quàm ea, quę delectent, ne sint sicut illi, qui propriā gloriam saluti animarum præponunt. Quod & Chrysostomus tam in audientibus, quàm in concionatoribus valde deplorat.

2. Timot. 4. Chryst hom. 30. in acta circa finem Item. 3. [Hoc (inquit ille) subuertit Ecclesias, quod, & vos non quæritis audire sermonem, qui compungere possit, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu, & verborum compositione, quasi citharœdos, & Cantores audientes: & nos frigidè, & mirerè facimus nostras affectiones sequentes, quas eijcere oportebat, &c. Flosculos verborum, & compositionē, & armoniam curiosius sectamur, vt canamus, non vt prosimus: vt simus in admiratione, non vt doceamus: vt oblectemus, non vt compungamus: vt plausu, & laudibus obtentis abeamus, non vt mores componamus. Credite mihi, non dicerem alioquin, quoniam quando inter dicendum plausum excito, per illud quidem tempus humanū mihi quiddam accidit. Cur enim verum quis non dicat? & distrahor, & diffundor: vbi autem domum redeo, & intelligo, plaudentes sine fructu abijsse, & si fructum accipere poterant, à plausu, & laudibus periisse; ploro, & gemo, & lachrymor, & quasi frustra omnia dixerim, sic afficior, mihique ipsi dico: Quæ sudorum meorum vtilitas, si auditores è verbis meis nullum fructum accipere volunt? Hæc Chrysostomus. Cui consonat illud Ierem. 5. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra: Prophetæ prophetabāt mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

Ier. 5.

Debet

Debet igitur (ſicut Auguſtinus ait) diuinarum ſcripturarũ tractator, & doctor, defenſor rectæ fidei, ac debellator erroris & bona docere, & mala dedocere; atque in hoc opere ſermonis conciliare auerſos, remiſſos erigere, neſcientibus, quid agatur, quid expectare debeant, intimare. Vbi autem beneuolos, intentos, dociles, aut inuenerit, aut ipſe fecerit, cætera peragenda ſunt, ſicut cauſſa poſtulat. Si docendi sũt, qui audiunt, narratione faciẽdum eſt: ſi tamen indigeant, vt res, de qua agitur, innoteſcat. Vt autem quæ dubia ſunt, certa fiant, documentis adhibitis ratiocinandũ eſt. Si verò qui audiunt, monendi ſunt potius, quàm docendi, vt in eo quod iám ſciunt, agendo non torpeant, & rebus aſſenſum, quas veras eſſe fatentur, accõmodent, maioribus dicendi viribus opus eſt. Ibi obſecrationes, & increpationes, cõcitationes, & coercitiones, & quæcumque alia valent ad commouendos animos, ſunt neceſſaria.]

Aug. li. 4. de doctri. Christ. c. 4. tom. 4.

[Hunc autem modum in dicendo obſeruare debet Eccleſiaſticus Doctor, vt iuxta præſcriptum auctoris eloquij Romani, parua ſummiſsè, modica temperatè, magna granditer dicantur. Sed quoniam omnia, quę dicere debet Eccleſiaſticus Orator, licet parua videantur, magna ſunt: cum ad ſalutem animarum ordinentur, non ſempre ea granditer dicere, ſed (ſicut ait Auguſtinus) ſubmiſsè, cum aliquid docetur; temperatè cum aliquid vituperatur, ſiue laudatur. Cum vero aliquid agendum eſt, & ad eos loquimur, qui hoc agere debẽt, nec tamen volunt, tunc ea, quæ magna ſunt, dicenda ſunt granditer, & ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de vna, eademque re magna, & ſubmiſsè dicitur, ſi docetur, & temperatè ſi prædicatur, & granditer ſi auerſus inde animus, vt conuertatur impellitur.]

Aug. eodẽ lib. cap. 19:

[Et ſubdit exempla ſubmiſsæ, temperatæ, & grandis dictionis ex Sacris literis præſertim ex Epiſtolis Pauli, atque ex Eccleſiaſticis Oratoribus Cypriano præſertim, & Ambroſio deſũpta, quæ pius Lector legere poterit. Ac demũ aduertit, quòd grãde genus cui generi interponatur, vel adhibeatur certis, & neceſſarijs locis: nàm, & in grandi genere ſemper, aut penè ſemper temperata debent eſſe principia. Et in poteſtate eſt eloquentis, vt dicantur nonnulla ſubmiſsè, etiam quæ poſſent granditer dici, vt ea quæ dicuntur granditer, ex illorum fiãt comparatione grandiora, & eorum tanquam vmbris luminoſiora reddantur.]

Eod li. cap. 20. et ſeqnẽ lib. Cap. 22. 23.

Oratoris eſt docere, delectare, & flectere. Quæ omnia qua

liter

Aug.lib.4. de doctrin. Christ.c.12

liter sint in concionibus obseruanda,& cum quibus auditoribus, his verbis docet Aug. Dixit quidam eloquens, & verũ dixit,ita dicere debere eloquentem,vt doceat, vt delectet, vt flectat. Deinde addidit, docere necessitatis est, delectare suauitatis,flectere victoriæ. Horũ triũ quod primo loco posũ tũ est,hoc est, docendi necessitas,in rebus est cõstituta,quas dicimus, reliqua duo in modo,quo dicimus docendo. Qui ergo dicit cum docere vult, quandiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse quod vult ei, quem vult docere. Quia etsi dixit,quod ipse intelligit, nondum illi dixisse putandum est,à quò intellectus non est. Si verò intellectus est,quocunque modo dixerit,dixit. Quod si etiam delectare vult eum,cui dicit,aut flectere:non quocumque modo dixerit,faciet:sed interest quomodo dicat,vt faciat.Sicut est autem,vt teneatur ad audiendum,delectandus auditor:ita flectendus,vt moueatur ad agendum.Et sicut delectatur,si suauiter loquaris:ita flectitur si amet, quod polliceris;timeat, quod minaris;oderit,quod arguis;quod commendas amplectatur;quod dolẽdum exaggeras,doleat;cum quid lætandum prędicas,gaudeat; misereatur eorum,quos miserendos ante oculos dicendo constituis; fugiat eos, quos cauendos terrendo proponis: & quicquid aliud grandi eloquentia fieri potest ad commouendos animos auditorum,non quid agendum sit,vt sciant, sed vt agant quod agẽdum esse iam sciũt. Si autem adhuc nesciunt, prius vtique docendi sunt, quam monendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis ita mouebuntur, vt eos non opus sit maioribus eloquentiæ viribus iam moueri. Quod tamen cum opus est,faciendum est. Tunc autẽ opus est,quando cum scierint, quid agendum sit,non agunt, ac per hoc docere necessitatis est. Possunt enim homines, & agere,& non agere,quod sciunt,&c. Ideò autem victoria est flectere,quia fieri potest,vt doceatur,& delectetur,& non assentiatur. Quid autem illa duo proderunt,si desit hoc tertiũ?Sed neque delectare necessitatis est; quandoquidem cũ dicendo vera monstrantur,quod ad officium docendi pertinet,non eloquio agitur,neque hoc attenditur,vt vel ipsa, vel ipsum delectet eloquium,sed per seipsa, quoniam vera sunt,manifestata delectant.) hactenus Augustinus.

Quæ verò dicẽda sũt,ex Scripturis sacris,& præsertim ex Prophetis, qui Verbũ diuinũ, spiritu Dei inspirati loquuti

Matth.13. sunt,haurire oportet,iuxta illud, quod Dominus ait: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patri familias.

dilies, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, hoc est, ex veteri, & nouo testamento. Hic enim debet esse thesaurus vnicus Euangelici Oratoris. De diuina quippe sapiẽtia, ait sapiens: Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatẽ illius nõ abscondo: infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Ex hoc thesauro sententias proferat, quibus velut sagittis acutis corda peccatorum transfigat. Nam, sicut ait Apostolus, omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docẽdum: ad arguendum: ad corripiendum: ad erudiendũ in iustitia: vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Et in verbis præcedentibus hortatur Timotheum, vt eisdem sacris literis vtatur, cum ait: Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris: & quod ab infantia sacras literas nosti: quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Vnde Philo Carpathiorum Episcopus super Cantica: Incredibile est, inquit, nescienti, quàm suaue sit de Deo optimo maximo ex Sacris literis meditari, ac loqui. In his enim legẽdis, peccatores de proprijs erratis admonentur; quoque modo se castigent, corrigant, ac emendent, apertissimè docentur; & quicquid homines, alter alteri, vel dicere verecutur, vel ignorant, hoc sacræ literæ, & sanctissimè audent, & vberrimè nouerunt. Ex his guttur nostræ mentis admirabili dulcedine repletur in Deum.]

Mat. 13.

Sap. 7.

2. Timoth. 3.

Habetur in Bib. V. Pt. t. 1. co. 577

Duo vbera sponsæ, ex quibus cum Apostolo filijs suis lac potum tribuit, sunt duo testamẽta. (In quibus, sicut dicit idẽ Philo) bonis, & rectis corde fidelibus profunda mysteriorum sensa reuelantur, & velut vbera sugenda præbentur, ac mira, & cœlestia arcana pijs scrutatoribus, ac iustis panduntur: sed recta mente, & humili, vigilantiq; animo, & sobrio ad eam perscrutandam accedere oportet. Longè absit arrogantia, abscedat animi fastus, ac tumor, excitetur ingenium, inuigilet animus, sit mens casta, & humilis, nec ocio languescat.] Sic enim verum sensum Scripturæ sacræ inueniet: ipsa enim Sapientia præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt se prior illis ostendat.]

Col. 598.

Sap. 6.

Et vt innueret Sponsus in his vberibus non esse nutriendum lac ex floscul is terrenæ sapientiæ, aut profanorum auctorum, sed ex Apostolorum, & Prophetarum oraculis, & Sanctorum Doctorum libris, qui Spiritu sancto inspirante locuti sunt; ideo duo vbera Sponsæ similia esse dicit, duobus hinnulis

nulis capreæ gemellis. Ait .n. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs. Vbi Aponius ſcriptor antiquus: Duo, inquit, vbera propterea dixit, quoniam hic quicquid doctor profitetur, & animarum nutritor, niſi de vtroque teſtamento docuerit auditores (ideſt veteri, & nouo) ab vno omnipotenti Deo proceſiſſe; homicida animarum eſt. Nam vnum quaſi vber ſugendo, quis vnquam augebit, vires, vt ad perfectum perueniat virum ætatis plenitudinis Chriſti. Sed aut cum Iudæo ſolum vetus ſuſcipiendo, tabefactis, aridiſque greſſibus ſubiectione alterius indigebit: aut cum Manichæo ſolum nouum, & aquoſo hydropi ſuperbiæ morbo diſtentus morietur. Ideo duo vbera, ſicut duos hinnulos capreæ gemellos dixit, vt æqualitate duorum, & ſimilitudine conuenienti ſenſu doctrinæ, lac porrigere auditoribus moneantur hi, qui Eccleſiæ vbera ſe præbere noſcũtur; vt quicquid vetus teſtamentum per typos in Prophetia futurum pro humana ſalute pronunciauit, hoc in nouo teſtamento oſtendatur perfectum per Domini noſtri Incarnationem &c. Nam quod ait; qui paſcuntur in lilijs, pulchritudini dantur augmenta; ſimulque declaratur, vt ſicut hinnuli caprearum amplius furſum erecta frutetorum, quam ſolum herbidum delectantur depaſci: ita & illorum, de quibus lac doctrinæ in auditorum corda infunditur, ſemper debent & ſermo, & vitę exempla, non de inferioribus floſculis ſecularium literarum, ſed de ſupernis Apoſtolicis montibus exhortando flores depaſci: ſemper in eis de pudicitia, de continentia, de conſeruanda integritate exhortatorius ſermo, ad populum reſpõdere; & ſemper eis in caſtarum animarum exemplis paſcua doctrinæ eſſe collocanda: eorum præcipuè, qui inter ſpinoſas ſyluas, in prædictorum quaſi in liliorum candore, caſtimoniæ odoribus fluxerunt, ideſt Beati Heliæ, Eliſæi, Danielis, Ieremiæ, Ioſephi, Ioannis, Mariæ, Teclæ, vel quicumque ſunt horum ſimiles, quos enumerare longum eſt. De his lilijs decerpendi flores imitando, de his floribus manducandum eſt docendo, de his exemplis vnicuique paſcẽdum eſt cogitando. Tunc enim, licet plena ſint prædicta vbera pinguedine Spiritus ſancti, additur pulchritudo, cum his lilijs, hinnulorũ more, & imitando paſcuntur: tunc quam maxime implebuntur lacte doctrinæ; cum talium florum fuerint vitæ exempla depaſti. Hactenus Aponius. Similia docet S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus hom. 26. quæ habetur To. 2. Bib. V. P. col. 627. Sacerdotes, inquit ille, de diuerſis San-

Aponius ſup. Cãt li. 6. circa fin. habetur in Bib. V. P. t. 1. co. 692.

S. Cæſarius

ctarum

sarum Scripturarum montibus assiduè legendo, Verbi Dei debent flores decerpere, ex quibus spiritualis lactis filijs suis cibos valeant ministrare: vt possint partem habere cũ Apostolo Paulo; qui dixit: lac vobis potum dedi, non escam. Non incongruè (fratres charissimi) Sacerdotes vaccarum similitudinem habere videntur. Sicut enim vacca duo vbera habet, ex quibus nutriat vitulum suum: ita & Sacerdotes duobus vberibus, veteris scilicet, & noui Testamenti debent pascere populum christianum.] 1. Cor. 3.

Vnde approbandi non sunt; sed potius corripiendi, qui aquas syloæ, quæ vadunt cum silentio relinquentes, poetarum, & Philosophorum sententijs, & aliorum fabulis concionem implent. Cum tamen illi quicquid boni, & ædificationis dixerunt, ex sacris Scripturis, & præsertim ex Prophetis, & Salomone decerpserint, vt expressè testatur Theophilus Patriarcha Antiochenus lib. 1. 2. 3. ad Autolycum. Satius ergo erit ex sacrarum literarum limpidissimo, & foecundissimo fonte haurire ea, quæ ex profanis scriptoribus petuntur, ne diuini verbi concionatoribus contingat, quod Sancto Hieronymo euenit, eo quod fastidiens sacras literas Tulium, Plautum, & alios huius generis auctores præmanibus habebat, vt ipsemet refert epistola ad Eustochium de custdia virginitatis. Cuius verba sunt: Dum essem grauiter infirmatus, subito raptus in spiritu ad tribunal Iudicis pertrahor, vbi tantum luminis, & tantum erat ex circũstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram, sursum aspicere non auderem. Interrogatus de conditione, christianum me esse respondi. Et ille, qui præsidebat, mentiris (ait) Ciceronianus es, non Christianus. Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Illico obmutui, & inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientiæ magis igne torquebar, illum mecum versiculum repetens: In inferno quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi, & eiulans dicere: Miserere mei Deus, miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua prouoluti qui astitere, precabantur, vt veniam tribueret adolescentiæ, & errori locum poenitentiæ commodaret, exacturus deinde cruciatum, si gentilium libros aliquando legissem. Ego qui in tanto constrictus articulo vellem etiam maiora promittere, deierare cœpi, & nomen eius obtestans, dicere: Domine si vnquam habuero codices seculares, si legero, te negaui.] Isaiæ 8. Theoph. lib. Bib. V. T. l. 2. c. 9. 75. 747. 762. To. 1. epist. 22. Psal. 6.

Sed dicunt, Sanctum Apostolum Paulum vsum fuisse in-

sub

sulis Epistolis, & concionibus auctoritate Poetarum Arati videlicet, Menandri, & Epimenidis: nàm ad Titũ 1. ait: Dixit quidam ex illis proprius ipsorum Propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Et Actorum 17. vtitur Scriptura circa simulacra gentilium in ara extructa, Ignoto Deo.

Aduertere tamen debuissent, semel, aut iterum Apostolum dictis Poetarum vsum fuisse, idq; magna vrgente necessitate, vt videlicet idololatras ex dictis ab eorũ Prophetis, vel Poetis amplius conuinceret: & nihilominus in eisdem Epistolis, & cõcionibus suam doctrinam semper confirmasse auctoritatibus ex veteri testamento desumptis, præsertim ex Psalmista, quem triginta quinque vicibus allegauit, & ex Isaia Propheta, quem viginti vicibus adducit. Vnde
1. Cor. 1. idem Apostolus: Nos, inquit, prædicamus Christum Crucifixum, non autem doctas fabulas, non Poetarum, aut Philosophorum figmenta. Et chorifeus Teologorum Petrus, Non
2. Pet. 1. enim doctas fabulas sequuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accedit, quod cum ipsi fateantur, Ethnicos ex sacris literis accepisse, quæ de moribus recte scripserunt, satius erit ex ipso limpidissimo fonte aquam sapientiæ salutaris, atque ex Sacris Doctoribus haurire, quam eam ex canalibus alienis accipere, præsertim cum non ad infideles, aut Ethnicos, sed ad Christi fideles sermo dirigatur.
Prou. 5. Scriptum est enim: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide: habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Ex cisterna tua (inquit) non ex aliena, ex libris sacris, non ex profanis. Vnde Salonius Viennensis Galliarum Episcopus su-
Ex 1. lib. per Parabolas Salomonis ait: Cisternam vocat catholicam,
T. T. col. ideſt, veteris, & noui testamenti doctrinam: puteum verò,
446. profunditatem, & altitudinem eiusdem catholicæ doctrinæ: aquam scientiam: fluenta copiam, & abundantiam scientiæ, ideſt, varios Sacræ Scripturæ appellat intellectus, &c. Fontes ergo nostros foras deriuamus, cum alijs vim prædicationis infundimus, cum verba Sacræ Scripturæ alijs annunciamus. In plateis aquas diuidimus, cum populis prædicamus. Platea namque dicta est à latitudine: est enim Græcus sermo. In plateis ergo aquas diuidimus, quando in multitudine auditorũ verba scientiæ dilatamus, & iuxta vniuscuiusque qualitatem diuina eloquia dispensamus. Et tamen soli aquas habemus,

quia

quia de ipso prædicatione humanas laudes non quærimus.]

Cisterna nostra puteus noster, ex quibus aquã sapiẽtiæ salutaris Orator Euãgelicus debet haurire, scriptura sacra est. Fontes sunt Prophetæ, Apostoli, & Euangelistæ, aut etiam sancti Doctores, qui ex eo putei, & fontes dicti sunt, nam sicut putei aquam salutaris doctrinæ sibi retinuerunt opere adimplentes, quæ alijs propinauerunt. Fontes, & fluenta quoniam sua doctrina totum orbem irrigauerunt, & fœcundauerunt aspicientes in authorem, & consumatorem fidei nostræ Iesum, qui cœpit facere, & docere, qui non propriam gloriam, sed Patris, & salutem animarum quęsiuit. Vnde Gregorius: Cum prædicamus populis, nimirum in plateis aquas diuidimus: quia in auditorum multitudinem scientiæ verba dilatamus. Cum vero nos, adiuuante diuina gratia, intrinsecus custodimus, & ne maligni spiritus, qui iure à nobis alieni sunt; quia sortem beatitudinis perdiderunt, nobis in elatione surripiant, solicitudine cauta circumspicimus, soli habemus aquas, quas in plateis diuidimus, vt à nobis in eis alieni participes non sint. Hi nimirum de quibus scriptum est: Alieni insurrexerunt in me, & fortes quæsierunt animam meam. Aquas ergo, & in plateis diuidit, & solus habet, qui per hoc, quod multis prædicat, se in cogitatione temporalis gloriæ non exaltat. Tunc enim possidet homo, quod docet, quando se non gaudet innotescere, sed prodesse.]

Greg hom. 12. super Ezech. paulo post princip.

Psal. 53.

Ex sacris ergo literis, & non ex prophanis auctoribus testimonia sũt ab Ecclesiasticis oratoribus, petẽda. Vnde Augustinus quantum Sacra scriptura à Gentilium prophanis differat literis, his verbis ostendit. Quanto minor est auri, argenti, vestisque copia, quam de Aegypto secum ille abstulit populus, in comparatione diuitiarum, quas postea Hierosolymæ consensum est, quæ maximè in Salomone rege ostenduntur, tanta sit cuncta scientia, quæ quidem est vtilis collecta de libris gentium, si diuinarum scripturarum scientiæ comparetur. Nam quidquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est, ibi inuenitur. Et cum ibi quisque inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius inueniet ea ibi, quæ nusquam omnino alibi, sed in tantummodo Scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discuntur.] Et epistola 131. ad Memorium Episcopum, inquit. Non ergo illæ innumerabiles, & impiæ fabulæ, quibus vanorum plena sunt carmina poetarum, vllo modo

 nostræ

nostrę consonant libertati : Non oratorum inflata, & expolita mendacia, Non denique ipsorum Philosophorum garrulæ argutiæ, qui vel prorsus Deum non cognouerunt, vel cum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt. Absit omnino, vt istorum vanitates, & insaniæ mendaces, ventosæ nugæ ac superbus error rectè liberales literæ nominentur, hominum scilicet infelicium, qui Dei gratiam per Iesum Christum Dominum nostrum, qua sola liberamur de morte corporis huius, non cognouerunt, nec in eis ipsis, quæ vera sunt, senserunt. Et Sanctus Isidorus. Quid prodest mundanis proficere doctrinis, & inanescere in diuinis? caduca sequi figmenta, & coelestia fastidire mysteria? Cauendi sunt igitur tales libri, & propter amorem Sanctarum Scripturarum vitandi. Gentilium dicta exterius verborum eloquentia nitent, interius vacua virtutis sapientia manent. Eloquia autem sacra exterius incompta verbis apparent, intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulgent. Vnde & Apostolus : Habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus.]Et postquam alia plurima in laudem coelestis protulit sapientiæ, sic cõcludit. Omnis secularis doctrina spumantibus verbis resonans, ac se per eloquentiæ tumorem attollens per doctrinam simplicem, & humilem Christi euacuata est, sicut scriptum est: Nõne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?

Isid. lib. 3. de summo bono c. 13.

Et quamuis fasis diuinarum Scripturarum abiecta videatur, & humilis, magnam intra se vim continet, & acrimoniam : propter quod non immerito grano sinapis confertur, quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres coeli veniant, & habitent in ramis eius. Vnde Sanctus Ambrosius, Granum, inquit, sinapis res vilis, & simplex, si teri cœperit vim suam fundit: sic etiam fides primo simplex videtur, sed, si teratur aduersis, gratiam suæ virtutis effundit, vt alios quoque, qui vel audiunt, vel legunt, odore sui compleat.]Et serm. 1. de grano sinapis, hanc similitudinem latius prosequens ait. Secut granum sinapis prima fronte specie sui est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem ; at vbi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibũ flammei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis granis tantum ignem fuisse inclusum. Cuius etiam seminis cibum homines hiemis præcipuè tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repel-

Matt. 13.

Amb li. 7. in Luc. c. 3.

lant

lant frigora,& humores,viſcerum interna calefaciant: ſepæ etiam ex hoc capiti exhibent medicinam,vt ſi quid inualidum,ſi quid ægrotum fuerit,ſinapis igne curetur. Ita ergo & fides chriſtiana prima fronte videtur eſſe parua, vilis,& tenuis,non potentiam ſuam oſtendens: at vbi diuerſis tentationibus teri coeperit,ſtatim vigorem ſuũ prodit, acrimoniam indicat,& participantem ſibi ardere cõpellit, ſicut Amaon, & Cleophas dixerunt, Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis,dum aperiret nobis Scripturas Dominus Ieſus? Idem dicit ſer.2.de grano ſinapis. Luce 24.

Vt ergo concionatores Euangelij ad manus habere poſſint copiam rerum, & ſententiarum, tam ex ſacris litteris, quam ex antiquis Patribus deſumptam,& conceptus ſcripturales pro motuis moralibus ex Euangelijs totius anni cõfirmare valeant, piorum votis annuens,quę à principio ſtudiorum meorum ex ſcripturis ſacris,& Patribus,non ſine labore hauſi,in hoc opere perſtringere curaui, & verbi Dei concionatoribus offerre,excitatus ſapientis verbis: Quã ſine fictione didici,ſine inuidia communico,& honeſtatem illius non abſcondo: Infinitus enim theſaurus eſt hominibus quo,quí vſi ſunt,participes facti ſunt amicitiæ Dei. Sap. 7.

Digitized by Google

CATHALOGVS SANCTORVM, ET DOCTORVM,

TAM ECCLESIÆ LATINÆ, QVAM GRÆCÆ, ex quibus præsens opus contextum est.

AEneas Siluius.
Agapetus.
Adamus Sasbout Delphius.
Adon Viennensis.
Aldelmus Occidentalium Saxoniũ Epis.
Ambrosius.
Anastasius Episcopus Nicenus.
Anastasius Patriarcha Antiochen.
Anastasius sinaita Patriarcha Antioch.
Andreas Cæsareæ Cappadociæ Epis.
Antiochus.
Antoninus Archiepiscopus Florentinus.
Antoninus Constantiensis Episcopus.
Aponius scriptor antiquus.
Aretas Cæsariensis Episcopus.
Arnoldus Abbas bonæ vallis.
Athanasius.
Augustinus.

BAsilius.
Baronius.
Beda.
Bellarminus.
Bib. V. P.
Berengosius.
Bernardus.
Bernardinus Senensis
Burgensis.

CAietanus.
Cassianus.
Cassiodorus.
Cœlestinus primus.
Cæsarius Arelatensis Episcopus.
Chrisippus presbyter Hierosolymitanus.
Chrysostomus.
Ciprianus.
Cirillus.
Cirillus Alexandrinus.
Clemens Romanus.
Concilium Tridentinum.
Concilium Cartaginense. 4
Concil. Nicenum 2.
Concilium Toletanum.
Concilii Aurelianen.
Concilium Aruenen.
Concilii Aquisgrangren.

DAmascenus.
D. Dacrianus Abbas.
Diodochus Episcopus Photicęs.
Dorotheus Abbas.
Driedo.
Dragon Ostiensis Episcopus.

EDmundus Archiepiscopus Cantuarien sis.
Egesippus.
Eligius Nouiomensis Episcopus.
Eusebius Cæsariensis.
Euthimius.

FAVSTVS Regiensis.

GAVDENTIVS.
Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus.
Glosa ordinaria.

Gratianus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Archiepiſcopus Tephrenſis.
Gregorius Niſsenus.
Gregorius Nazianzenus.
Guidmundus Archiepiſcopus Auerſan'.
Guglielmus Peraldus.

HIERONYMVS.
Hildebertus Cœnoman. Epiſcopus.
Hugo de S. Victore.

IDIOTA vir Sanctus
Ignatius.
Innocentius Tertius.
Ionas Aureolanus Epiſcopus.
Iſichius.
Ioannes Climacus.
Ioſephus de Antiquitate.
Iuſtus Orgelitan' Epiſcopus.
Iulius Firmius Maternus.
Iſaias Abbas.
Iſidorus Peluſiota.
Iſidorus Hiſpalenſis.

LACTANTIVS.
Laurentius Novarienſis Epiſcopus.
Leo Papa.
Liberius Pontifex.
Linus Primus.
Liranus.
Lucas Abbas Montis Cornelij.

MOSES Bar-cefa Epiſcopus Siri.

NICEPHORVS
Nicolaus Oreſmius Leroꝗienſis Antiſtes.
Nicolaus Sanderus.
Nilus Abbas.

OLeaſter.
Olimpiodorus Monachus.
Origenes.
Ormiſda primus.

PAlladius.
Paulinus Ruginus
Paulus Diaconus.
Petrus Creſpetius.
Petrus de Voragine.
Petrus Abbas Coelenſis.
Philo Carpatiorum Epiſcopus.
Plinius.
Proconus.
Proſper Aquitanicus.

RVpertus Abbas.
Ruffinus.
Ruſticus S.R.E. Cardinalis.

SAluianus Maſſilienſium Epiſcopus.
Seneca.
Seuerus.
Salonius Viennenſis Galliarum Epiſc.
Sophronius Archiepiſcopus Hieroſolymitanus.
Sozomenus.

TErtullianus.
Theodoretus.
Theodoricus de Apodiatis.
Theodoretus Abbas.
Theophilactus.
Thophilus Patriarchá Antiochenus.
Thimotheus.
Titus Boſtrorum Epiſcopus.
Tritemius.
Thomas Aquinas.
Tulius.

VAlerius Maximus.
Victor Antiochenus.
Victorinus Pictauienſis Epiſcopus.
Vincentius Mainardus.

ZEnon Veronenſis Epiſcopus.

INDEX
CAPITVLORVM
HVIVS LIBRI.

A

Cap. 1. de Abſtinentia pag. 1
2. de Acedia pag. 10
3. de Adoleſcentibus pag. 13
4. de Adulatione pag. 16
5. de Ambitione pag. 21
6. de Amicitia pag. 29
7. de Angelis pag. 33
8. de Appetitu pag. 40
9. de Apoſtolis pag. 46
10. de Aſcenſione Chriſti pagina. 72
11. de Anaritia pag. 72
12. de Auxilio Dei pag. 84.

B

13. de Baptiſmo pag. 89
14. de Beatitudine pag. 93
15. de Beatitudinibus pagina 115
16. de Blaſphemia pag. 125.
17. de Bonis temporalibus, & ſpiritualibus pag. 127.
18. de bonis, & malis pag. 136

C

19. de Charitate pag. 144
20 de Carne, & Spiritu pag. 155
21. de Chriſto Domino pagina 167
22. de Chriſti incarnatione pag. 175
23. de Chriſti natiuitate pagina 188
24. de Chriſti nomine pag. 198
25. de Chriſti epiphania pag. 200
26. de Chriſti paſſione in communi pagina 202
27. de Chriſti paſſione in particulari pag. 213
28. de Chriſti reſurrectione pag. 258
29. de Chriſtianis pag. 271
30. de Cruce pag. 276
31. de Cognitione Dei, & ſui. 281
32. de Correptione fraterna pag. 290

D

33. de Detractione. pag. 298
34. de Deo pag. 307

E

35. de Eccleſia pag. 310
36. de Eleemoſyna pag. 322
37. de Epiſcopis pag. 336
38. de Euangeliſtis pag. 350
39. de Euchariſtia pag. 356

F

40. de Fide. 309

41 de

41 de Filiorũ educatione pa.481
42 de Fornicatione pag. 383

G

43 de Gloria vana pag. 392
44 de Gaudio bonorum, & malorum pag. 411
45 de Gentibus, & Iudæis pagina 412
46 de Gratia pag. 432
47 de Gula pag. 437

H

48 de Hæreticis pag. 442
49 de Hypocritis pag. 449
50 de Humilitate pag. 455

I

51 de Ieiunio pag. 466
52 de Ingratitudine pag. 473
53 de Inimicorum dilectione pagina 476
54 de Inuidia pag. 482
55 de Ira pag. 495
56 de Sancto Ioanne Baptista pagina 503
57 De Sancto Ioanne Euangelista pag. 508
58 de Iudicio finali pag. 511
59 de Iudicio temerario pag. 534
60 de Iuramento pag. 536
61 de Iustis pag. 540

L

62 de Lacrymis pag. 556
63 de Lege in communi pag. 565
64 de Lege veteri pag. 568
65 de Lege noua & veteri pa. 570
66 de lingua pag. 581
67 de Luxuria pag. 587

M

68 de Manſuetudine pag. 589
69 de Maria Virgine pag. 591
70 de Martiribus pag. 599
71 de Matrimonio carnali, & Spirituali pag. 612
72 de Mendacio pag. 623
73 de Miraculis pag. 623
74 de Miſericordia pag. 629
75 de Morte pag. 644
76 de Morte iuſtorum pag. 649
77 de Morte peccatorum pa. 655
78 de Mortificatione pag. 659

N

79 de Negligentia pag. 661

O

80 de Obedientia pag. 662
81 de Oratione pag. 671

P

82 de Paulo Apoſtolo pag. 693
83 de Patientia 699
84 de Paupertate 703
85 de Pace pag. 710
86 de Peccato in cõmuni pa. 716
87 de peccato mortali pag. 724.
88 de Peccati conſuetudine pagina 739
89 de Peccato originali pag. 739
90 de Peccato veniali pag. 729
91 de Peccati pœna pag. 749
92 de Pœnitentia pag. 758
93 de Perfectis, & imperfectis pagina 773

94 de

Digitized by Google

94. de Perſeuerantia pag. 775
95. de Prædicatoribus pag. 782
96. de Prælatis pag. 801

Q

97. de quærendo Deum pag. 808

R

98. de Rege pag. 810
99. de Religione,& vita monachorum pag. 816
de Reſurrectione,vide Chriſti Reſurrectio.

S

100. de Sacerdotibus pag. 825
101. de Sacrificio Chriſti iuſtorum,& impiorum pag. 830
102. de Scandalo pag. 833
103. de Senſibus pag. 836
104. de Sacra Scriptura pag. 839
105. de Sepulchris,& exequijs pag. 847
106. de Sequentibus Chriſtum pag. 849
107. de Spe pag. 852
108 de Spiritu ſancto pag. 856
109 de Superbia pag. 869

T

110 de Tentatione,& Tentare pag. 875
111 de Timore pag. 885
112 de Tribulatione pag. 887
113 de Trinitate pag. 910

V

114 de Verbo Dei pag. 917
115 de Veritate pag. 925
116 de Via Iuſtorum,& reproborum pag. 926
117 de Virtute pag. 929
118 de Virginitate pag. 937
119 de Vita actiua,& contemplatiua pag. 942

MANVALE
CONCIONATORVM

EX SANCTORVM PATRVM SELECTIS LOCIS
per materias communes iuxta ordinem alphabeti
distributum, ac multis locis Sacræ Scripturæ
insertum, & locupletatum.

AVCTORE

F. DIDACO ALVAREZ METINENSI
ARCHIEPISCOPO TRANENSI, ET SALPENSI,
Sacræ Theologiæ Magistro, ex Ordine Prædicatorum assumpto.

DE ABSTINENTIA

Caput. I.

ABSTINENTIÆ necessitatem in ipso statim mundi exordio Dominus commendauit [Propterea namque, vt ait Chrisostomus, Deus hominem à principio faciens illico frenum ei Ieiunij manibus imposuit, velut piæ, amabilique matri, & magistro optimo committens. De ligno (inquit) scientiæ boni, & mali non comedetis; quod species Ieiunij est. Si in paradiso Ieiunium necessarium fuit; extra paradisum multo magis. Si ante plagam vulis medicina fuerat; multo magis post

Num. 1. Chrisost. serm. cont. luxum, & crapulam, tom. 3. Gen. 2.

Digitized by Google

post plagam] Vnde in deteſtationem crapulæ, & ebrietatis, vt dicit Hieronymus [Fregit audacter Moyſes tabulas, quas ieiunando acceperat: ſciebat enim Dei ſermonem non poſſe audire temulentos, &c.

Hier. lib. 2. cont. Iouinianũ, iom. 2.

Sed nec ſecũda deſcriptio tabularum abſque ſeiunio potuit impetrari. Quod ebrietas perdiderat, inedia reperit] Idem confirmat ex illo Deut. 32. *Ne cum manducaueris, & biberis obliuiſcaris Domini tui, &*

Deut. 32. iterum: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit; incraſſatus, impinguatus, dilatatus, & reliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari*

Num. 25. *ſuo*. Et num. 25. *ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere* [ideſt ludos facere (vt explicat S. Thomas) ſicut choreas, &

S. Thom. 1. cor. 10. lect. 2. huiuſmodi in veneratione Idoli. Vel ſurrexerunt ludere: ideſt Idolum adorare, quod erat ſimile ludo puerorum, qui faciunt imagines luteas]

2. Nonne ventrem ſuum tanquam Idolum adorat, qui cibos delicatos per fas, & nefas illi præparat? alias de Idololatria eos non vtique notaſſet Apoſtolus dicens. *Quorum Deus venter eſt. Hi enim* (vt ibi dicitur) *Domino non ſeruiunt; ſed ſuo ventri*, quem tanquam vltimum finem vitæ humanæ, cum Epicureis delegerunt. Sic namque gulæ eius ſequaces conſtrictos ſuis præceptis tenet, & ſubiectos, ſicut Deus iuſtos. Habet quippe ingluuies ſua præcepta Decalogi, Dei præceptis contraria, ſicut de Auaritia notauit Chryſoſtomus [Nullus quantumlibet Dominus adeo crudelia, & indigna præcipit. Incaſſum (inquit) & ſine cauſa confunde animam tuam, Deum offende, ignora naturam ipſam: ſiue pater ſiue mater, omni verecundia depoſita te aduerſus illos inſtrue] Huiuſmodi ſunt gulæ præcepta. Ignora Deum, Eccleſiaſtica Ieiunia contemne, ſacrifica mihi virulos, immola cibos delicatos, peritura, mentire, aliena furripe, vt ventri ſatisfacias: & ſi videris pauperem, ipſam illi (ſi potes) detrahe cutem, & fera magis, quam homo eſſe contende. Vide in quæ mala ingluuies hominem ad imaginem Dei creatum inducit.

Rom. xlt.

Chryſ. ho. 18. ſuper primã ep: ad Timoth. tom. 3.

3. Socratis ſententia celebris fuit illa, quam refert S. Chryſoſt. Aiebat ille [Non in hoc nati ſumus, ac viuimus, vt edamus, & bibamus; ideo edimus, & bibimus, vt viuamus] Et D. Gaudentius Brixienſis Epiſcopus ad Neophytos ſerm. 15. [Vtendum eſt, inquit, ciborum licentia non abutẽdum, vt ſciamus nos non edendi cauſa eſſe natos; ſed viuendi, Quapropter in perio Animæ carnis conditio obſcuretur, ne effrenata licentia (vt ait Salomon) ſerius regnet, & ſtultus fatuẽtur, & ancilla ejiciat dominam ſuam, cum lex præcipiat: ejice ancillam, & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac] Non ergo eſt viuendum, vt manducemus, ſed manducandum, vt viuamus: eſt enim ordo præpoſterus. Cibus ad ſuſtentationem vitæ, iuxta illud, & panis cor hominis confirmet: & vinum in medicinam datum eſt, non ad crapulam, & ebrietatem, vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum. *Modico* (inquit) *vino vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates*, vbi S. Chryſoſtomus [Si Sanctus ille

Chryſ eõd. 2. de Lazaro ſup. ci. 16. Luc. tom. 2. Prou. 30. Gal. 4. D. Gaudentius to. 2. bib. vet. pat. col 87. Pſal. 103. 1. Timot. 5.

ſſie morbo laborans, & frequentes patiens egritudines, vinum non guſtabat donec præceptor mandauit: quam nos habuerimus veniam, qui bona valitudine ſectamur ebrietatem, &c. Vinum ad lætitiam datum eſt. *Vinum enim* (inquit) *lætificat cor hominis*, vos autem, & hãc eius virtutem deſtruitis] *Chriſ. hom. 71. ad pop. col. 5. tom. 5. Pſ. 103. 6. 4.*

Quidam tamen, vt ait Bernardus [Fruſtra ſibi blandiuntur de exemplo Pauli hortantis diſcipulum non bibere aquam: ſed modico vti vino propter ſtomachum, & frequentes ſuas infirmitates. Qui attendere debent, primum quidem Apoſtolum minime ſibi ipſi rem iſtiuſmodi ſuadere: ſed nec diſcipulum æque expoſcere ſibi, Deinde non monacho hoc intimari: ſed Epiſcopo: cuius vita tenera adhuc, & naſcenti Eccleſiæ perneceſſaria eſſet, Thimoteus hic erat, Da mihi alterum Thimoteum, & ego cibo eum (ſi vis) etiam auro, & poto balſamo] *Bernar. ſer. 30. in cant. circ. fin. S. Thom. 5.*

5. Hinc collige abſtinentiam ſic eſſe temperandam iuxta vniuſcuiuſque vires, vt nec plus quam oporteat indulgeamus corpori: nec illi neceſſaria denegemus; ita vt nimio rigore frangatur, & ad opera pietatis reddatur ineptum: ſed ſit iuxta preceptum Apoſtoli; *Rationabile obſequium noſtrum*. Quod & S. Greg. animaduertit. Explicans enim illud Iob 30. *Verſa eſt in luctum cythara noſtra, & organum meum in vocem flentium* [Penſandum (inquit) eſt quod corda in cythara ſi minus tenditur non ſonat; ſi amplius raucum ſonat: quia nimirum virtus abſtinentiæ aut omnino nulla eſt: ſi tantum quiſque corpus non edomat quantum valet: aut valde inordinata eſt, ſi corpus atterit pluſquã valet. Per abſtinentiam quippe carnis vitia ſunt extinguenda, non caro: & tanto quiſque ſibi met debet moderamine præeſſe, vt & ad culpam caro non ſuperbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in operatione ſubſiſtat. Intueri inter hæc egregium Prædicatorem libet, quãta arte magiſterij fidelium animas, velut in cythara cordas tenſas, alias amplius tendendo extenuat, atque aliàs à tenſione ſua relaxando conſeruat. Alijs etenim dicit: *non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs*. Et rurſus ait: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*. Et tamen Prædicatori chariſſimo ſcribit: *Noli adhuc aquam bibere; ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequenter tuas infirmitates*] *Ad Rom. 12. S. Greg. 20. moral. cap. 31. Rom. 13. ad Col. 3. 1. 1. Thim. 5.*

6. Vnde maceratio corporis cum magna eſt, circumſpectione, & prudentia facienda, & cauendum ab incurſu, & Dæmonio meridiano. Multoties enim Angelus ſatanæ, cum merito tenebroſæ, & obſtinatæ voluntatis ſuæ nox, & nox perpetua ſit, transfigurat ſe in Angelũ lucis. Et (vt notauit Bernardus) [Diem ſe ad fallendum ſimulare nouit, nec modo diem; ſed & meridiem. & niſi oriens ex alto illuxerit verus meridies, qui falſum conuincat, & prodat, non poterit omnino cauere: ſed tentabit, & ſupplantabit ſine dubio ſub ſpecie boni, pro bono ſcilicet malum incauto, & improuido perſuadens, &c. Quoties (verbi cauſa) ſuggeſſit anticipare vigilias, quod ad ſollemnia fratrum illuderet *Pſal. 90. Bern. ſerm. 33. in cant. poſt mediũ. D.*

deret dormitanti? Quoties produci ieiunia, vt diuinis obsequiis. eò inutilem redderet, quò imbecillem?] Et infra. Denique ipsi experti estis, quomodo quidam (ad verecundiam illorum dico) qui ante inhiberi non poterant, ita in spiritu vehementi ad omnia ferebantur, post ad tantam ignauiam deuenerunt (vt secundum illud Apostoli) *Cum spiritu caperint, nunc carne consummantur*: quam turpe iniere fadus cum suis corporibus, quibus crudele ante indixerant bellum; videas proh pudor importune superflua queritare, qui prius necessaria obstinatissime recusabant ?

Gal. 3.

7. *Cant. 2.*

Probandi ergo sunt spiritus vtrum ex Deo sint, & examinandi, quod & sponsus in Canticis admonet. *Capite nobis* (inquit) *vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit*. Quid autem per vulpeculas intelligat, explicat S. Bernardus dicens. Demoliuntur vineam sedulæ quædam vulpeculæ instantium necessitatum, irrumpunt vndique anxietates, suspitiones, sollicitudines. Vulpecula est caro nostra, quæ imbecillitatem fingit, & necessitates, à quibus liberari cupiebat, qui dixit: *De necessitatibus meis erue me*. Vulpeculæ sunt (vt alibi docet Bernardus, tentationes, quæ sub specie pietatis, & maioris perfectionis proficientes infestant, & ab incepto itinere conantur auertere. Non enim proficientium sanctioribus studijs se se opponere aperte audent, sed solent ex occulto insidiari, quasi quædam fraudolentæ vulpeculæ specie quidem virtutes, re autem vitia ? Istæ vulpeculæ capiendæ sunt antequam crescant, & proficiant in peius, ne vineam, quæ floruit, demoliantur, ne incipientes, & proficientes, qui nõ dum ad perfectum fructum peruenerunt, decipiant. Ideo quippe non vulpes grandes: sed vulpeculæ dicuntur: quia cum cætera vitia quadam quasi corpulentia sui manifesta se præbeant, hoc genus pro sui subtilitate haud facile agnosci, & ideo nec caueri posse, nisi dumtaxat à perfectis, & exercitatis, qui cum Apostolo dicere possunt. *Non ignoramus astutias Satanæ, & cogitationes eius*: vel ideo paruulæ, vt nascentia vitia in ipso ortu donec vtique paruula sit vigilanter obseruans illico comprehendas, ne crescentia plus noceant, & difficilius capiantur ?

Bern. ser. 30. in Can. post mediũ E.

Psal. 24.

Bernar. serm. 64. in Cant. in princ.

2. Corint. 2

Sed obserua cum eodem Bernardo, quod non iubentur à sponso vulpeculæ exterminari, vel abigi, vel occidi; sed capi, quod videlicet huiusmodi spirituales, doloſasque bestiolas omni vigilantia, & cautela obseruare oporteat, & examinari, & sic capi, idest comprehendi in astutia sua. Ergo cum proditur dolus, cum fraus aperitur, cum conuincitur falsitas, rectissime tunc dicitur, Capta vulpes pusilla, quæ demoliebatur vineam; vel ideo (si placet) iubentur capi, non autem abigi, nec occidi: quia probandi sunt spiritus vtrum ex Deo sint, & non statim, vt apparuerint sub specie pietatis reijciendi, iuxta illud Apostoli. *Omnia probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mali abstinete vos*.

8. *Serm. 30. in Cant. circa fin.*

1. Thesal. 5

Vt autem Sancti Patres ostendant, quam detestabilis sit inter pe-

9

rantia

rantia; saturitas, & ebrietas pluribus similitudinibus vtuntur. Sanctus Chrysostomus his vitijs inuolutos porcis, & dæmoniacis confert. Explicans enim illud Ezzechielis 16. Hæc est enim impietas Sodomorum in superbia, satietate panum, & conuiuijs luxuriabantur, inquit, Per hanc alios perdidit innumeros, & gehennæ tradidit. Quid enim mali non operantur deliciæ? ex hominibus porcos efficiunt, & porcis deteriores. Porcis enim inuoluitur cæno, & stercore pascitur: hic autem abominabili magis vescitur mensa, illicitos excogitans coitus, & nefarios amores, huiusmodi nihil à Dæmoniaco differt. Et dæmone quidem pressum miseramur: hunc autem auersamur, & odimus. Et alio in loco tempestati maris eos comparat, qui crapulæ, & ebrietati indulgent; nam sicut nauis, quæ aquis ita impletur, vt ex auriri nequeat, statim submergitur, ita homo, quãdo crapulę, & ebrietati se ipsum exponit, in preceps vadit, & rationem suã submergit. Denique iacet quasi viuum cadauer ad mala quidem operanda sæpe potens: ad bona autem omnia nihil se melius habens quam mortui) Et Homil. 29. super Epist ad Hebreos) Non itaque delitiemur delitijs corporis: sed audiamus Paulum dicentem, *Carnis curam ne perficiatis in concupiscentijs*. Tale namque est in ventrem cibos mittere quale si quisquam eos in cloacam proijciat, magis autem non tale est, sed multo peius. Hic enim fimum tantum operatur sine tua lesione, illic autem plurimos morbos, plurimasque procreat ægrimudines. Nutrimentum enim nisi ex sufficientia non fit, quæ valeat sine labore digeri: cum vero plus exuberat, quam reficiendi corporis ratio postulat, non solum nutrimentum nullum: sed etiam corruptio generatur.) *Chrysost. 71. ad pop. post medium tom. 5.* *Idem hom. 10. in. Genes. tom. 1.* *Christ hom. 29. inep. ad hab. col. vi,. C. Rom. 13.*

10

Sanctus Augustinus deditos crapulæ, & ebrietati confert equis indomitis absque freno currentibus, qui facile sessorem præcipitant.) Sicut enim equis frena sunt imponenda; ita corpora nostra ieiunijs, vigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quæmadmodum aurigæ, si frena laxauerint per præcipitia ducuntur; ita & anima nostra cum ipso corpore, si ei frenum non imposuerimus, ad inferni præcipitia dilabitur. Simus ergo boni, & edocti aurigæ corpori nostro, vt per viã rectam possimus incedere; Escæ nimiæ non solum animos: sed etiam corpora nostra plurimum lædunt, & ad infirmitatem perducunt) Et infra (Nec est (inquit) aliud ebrietas, quam manifestus Dæmon: & ebriosus vir, cum se putat bibere vinum, bibitur a vino, quod statim explicat optimo exemplo. (Sicut enim piscis, cum auidè fauces profert, vt gluriat escam; repente hamum intra fauces reperit: ita & ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, qui eum vt introierit, mox impellit ad omne opus nefandissimum: & sic homo rationalis capitur, vt irrationale animal.) *Aug. lib. de salut. documen. cap. 35. 36. to. 4* *simile.*

11

Sanctus Gregorius, eos, qui ventrem non restringunt, neque in seruitutem redigunt, principi coquorum similes esse perhibet, de quo (Nabuchdonosor vincente) scribitur, *Princeps Coquorum destruxit muros Hierusalem*. Quid enim (ait) per muros Hierusalem significans scriptura *Greg. li. 20 moral. c. 13* *4. Regũ 25*

Digitized by Google

scriptura éxprimit, nisi virtutes animæ, quæ ad pacis visionem tendit? aut quis coquorum Princeps, nisi venter accipitur, cui diligentissimè à coquentis cura seruitur? Muros igitur Hierusalem princeps coquorũ destruit; quia virtutes animæ, dum non restringitur venter, perdit.]

12 *Chrys. cõc. 1. de Lazaro sup. ts. 16. Luc. tom. 2.*

Sic temperate vtendum est cibo, & potu, vt non grauentur corda nostra crapula, & ebrietate: sed statim ad orandum, & alia pietatis opera exercendum sint apta. Quod his verbis notauit Chrysostomus. [Proinde tu quoque cum sederis ad mensam, memento, quod post conuiuium orandum est tibi: ita moderate ventrem exple, ne grauatus non queas genua flectere, ac Deum inuocare. An non vides, quod iumenta iugum ferentia, postea quam ad præsepe posita sunt, iterum gemunt, onera gestant, suumque explent ministerium? tu vero qui sacrata mensa ad omne opus inutilis es, & inidoneus, non vitare poteris, quo minus videaris asinis deterior, &c. A mensa non ad lectum; sed ad deprecationem vertamur, ne brutis animantibus simus magis brutí.]

Hier. epist. ad Furiam de viduita te seru. to. 1

Et Sanctus Hieronymus. Quando comedis cogita, quod statim tibi orandum, vel legendum sit. Hac cogitatione Anna à mensa ad orationem statim se conuertebat, vt dicitur primo Reg. 1. *Surrexit Anna postquam illi comederunt & biberant in Silo, & constitit in conspectu Domini.* Vbi Chrysostomus Homil. de fide Annæ col. 6. f. sic loquitur. Quod omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis: post conuiuium accurrens ad supplicationem, fontes lachrymarũ emisit, mentemque præ se tulit sobriã, ac vigilantem: ac post epulas adeò intentè orauit, vt donum acciperet supra naturam, soluereturq; sterilitatem, ac naturæ imbecillitatem corrigeret.]

Nilus Abbas habetur in bibl. Patrũ to. 5

Et Nilus Abbas lib. de octo vitiosis cogitationibus ait. Decretum autem à regula continentiæ antiquitus à patribus tradita eiusmodi est; vt qui cibum sumit vigente adhuc appetitu ab eo absistat, nec tãdiu per expectet, dum satur sit.)

13 *Aug. 16. de Ciuit. Dei c. 37. to. 5.*

Intemperantia, & ingluuies (vt notauit Augustinus) non solum in prætiosis, & delicatis: sed etiam in humilibus, & grossis cibus reperitur, vt patet in Esau (Primatus enim maioris transfunditur in minorem ex pacto, & placito inter illos, eo quod lenticulam, quam in cibum minor parauerat, maior immoderatius concupiuit: eoque pracio primogenita sua fratri iuratione interposita vendidit. Vbi discimus in vescendo non cibi genere: sed auiditate immodesta quemquam culpandum.) Similiter è contra voluptas, vt notauit Chrysostomus, non in natura ciborum: sed in desiderij vigore consistit, quod probat ex illo Prouerbiorum 27. *Anima in satietate posita fauis illudit;* Pro quo nostra vulgata habet, *Anima saturata calcabit fauum.* Et ex illo psal. 80. *De petra melle saturauit eos.* Vbi aduertit, (Quod nusquam inuenimus mel fluxisse de saxo: sed in hoc declarat scriptura, quod dulcissime, & desiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit: Non quod natura aquarum fuerit cõmutata, sed quod dulcedo poculi instar mellis suauibus, & desiderantibus obtineret

Chrys. ho. 9 ex variis, cuius similis est, quemo ledimur, nisi à senectute col. 10 to. 5 Prouer. 27. Psal. 80.

dulcorem

dulcorem)Et Sanctus Nilus Abbas libro de octo vitiosis cogitationibus titulo de Gula columna 2. ait , (Qui pane , & aqua saturatur continens habendus non est. Cuiusuis enim rei saturitas a continentia aliena est .)

Ad Abstinentiam inducere nos debent exempla sanctorum , qui multis,variisque modis inedia mirabili carnem propriam affligebant, & eam spiritui subijciebant . De Honorato Abbate refert Gregorius , (Quod cum multum per abstinentiam carnem domaret, die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt : in quo ad vescendum carnes paratæ sunt : quas dum ille ad esum contingere per abstinentiæ amorem recusaret , cæperunt eum parentes eius irridere , ac dicere : Comede , nunquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus ? Illo enim in loco pisces audiri consueuerant , non videri : Sed cum his sermonibus Honoratus irrideretur repente in conuiuio aqua administerium deficit : & cum situla lignea , sicut illic moris est mancipium ad fontem perrexit , dum que hauriret aquam, piscis situlam intrauit : reuersumquè mancipium ante oram discumbentium piscem cum aqua fudit , qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere .) Sanctus Hieronymus . (Iesum (inquit) testor , & Sanctos Angelos eius , in ea hætemi parte , quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur , vidisse me Monachos de quibus vnus per tringinta annos clausus hordeaceo pane,& lutulenta aqua vixit . Alter in cisterna veteri quinque caricis per singulos dies sustentabatur ,) Et alio in loco de Sancto Hilarione refert , quod cum esset quindecim annorum sacco indutus desertum petijt , vbi quindecim tantum caricas post solis occasum comedens , iratusque sibi , & pectus pugnis verberans , ego (inquit) asselle faciam , vt non calcitres , nec te hordeo alam : sed paleis fame te conficiam , & siti . Herbarum ergo succo , & paucis caricis post triduum , vel quatriduum deficientem animam sustentabat , & ieiuniorum laborem labor operis duplicabat . Sic attenuatus , & in tantum exeso corpore , vt ossibus vix hæreret ;) in dies que maiori abstinentia corpus , quasi exanime domans vsque ad octogesimum in abstinentia incredibili perdurauit, & nunquam ante solis occasum , nec in diebus festis , neque in grauissima valetudine soluit ieiunium .] Si Sancti , qui sæculo renunciauerant , vt spiritui carnem seruire cogerent,tot ieiunijs eam affligebant; quanto magis id exequi debent peccatores , ne ancilla contra Dominam, sicut Agar contra Saram insurgat, & eam sibi (quod absit) subijciat. Vnde Nilus Abbas orat.8.aduersus vitia,quæ est prima de gula.Abijce(inquit) quicquid malitiã spirat,& mẽbra carnis tuæ mortifica vehemẽter. Nã vt hostis sublatus terrorem amplius nõ affert;sic corpus mortificatum animam non perturbat .]

Quod si aliorum exemplа nos ad abstinentiam non inducut , vtilitas tamen,& valetudo proprij corporis ad illam amplectẽdam nos mo

14

Greg.lib.1 dial.cap.1.

Miracul.

Hier.epist. 30. de vita Pauli Eiar.

Epistol. de vita Hilarionis.

15

Digitized by Google

ueant. Nam vt in 4. ſententiarum diſtinctione 15. quæſtione 3. arti-
culo primo quæſtiuncula 2. in corpore docet ſanctus Thomas, ¶ Cor-
pus humanum inuenitur frequentius, ex ſuperfluitate, quam ex defe-
ctu mortales ægritudines incurrere. Vnde etiam Galenus dicit, quod
ſumma medicina eſt Abſtinentia. Inueniuntur etiam ad ſenſum abſti-
nentes, vt frequentius diutius viuere, & ideo prædicta ſubtractio non
poteſt dici mortis occaſio ¶ Cui conſonat illud Eccleſiaſtici 31. *Vi-
num in iucunditatẽ creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio
animæ, & cordis vinum moderate potatum; ſanitas eſt animæ, & corpori
ſobrius potus.*

5. Tho. 4. ſent. diſt. 15 q 3. ar. 1. quæſtiun. 2. ad 3.

Eccl. 31.

16 Item etiam vehementer ad abſtinẽtiam excitare nos debet id, quod
luculenter proſequitur Sanctus Chryſoſtomus; nam ¶ Cum omnes,
vnum ventrem impleamus, & vno tempore viuamus, & vnum cor-
pus tegamus; nihil magis habet diues ex abundantia, neque ex pau-
pertate minus pauper. ¶ In cuius confirmationem adducit Exodi 16.
Qui multum habebat, huic nihil ſuperfuit, & qui parum non minus habuit,
vel vt alia littera habet, *Qui multum non abundauit, & qui parum non
minorauit.* Hoc (ait Chryſoſtomus) de manna factum fuit; nam qui plus
& qui minus collegerant inuenti ſunt habere eandem menſuram, Deo
ſic in ſatiabilitatem puniente. Et porrò etiam nunc videre licet in
ſæcularibus hoc fieri non in ſolo manna. Quoniam venter diuitis epu-
lonis, qui plus habuit, & epulabatur quotidie ſplendide, in fine vitæ non
abundauit niſi vermibus, & Lazarus pauper, qui cum viueret cupie-
bat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, in morte non
minorauit, nec minus habuit.

Chryſ. ho. 17. ſuper 2. epiſt. ad Corin. col 3 tom. 4.

Exod. 16.

17 Abſtinens non eſt (vt ait Chryſoſtomus) qui, licet à cibis ſuum
cohibeat appetitum; à cupiditate tamen pecuniarum non abſtinet. Ab-
ſtinentia coniungi debet cum charitate, & vnione inter fratres, ideo di-
citur in Pſal. 150. *Laudate Deum in tympano, & choro*. In tympano,
quæ (vt ait Gregorius) ſicca, & percuſſa pellis reſonat. In choro au-
tem voces ſotiales concordant. Quis quis ergo corpus affligit: ſe-
cõcordiam deſerit, Deum quidem laudat in tympano: ſed tamen eum
non laudat in choro) Quod confirmat ex illo Marci 9. *Habete ſal in
vobis, & pacem habete inter vos*. Sal reſtringit carnes, & à corruptio-
ne præſeruat: & abſtinẽtia id efficit iuxta illud, quod in præfatione Miſ-
ſæ canit Eccleſia. *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas,
virtutem largiris, & præmia*. Cum hac ergo pace inter fratres coniun-
genda eſt & concordia, de qua ſcriptum eſt. *Ecce quam bonum, & quam
iucundum habitare fratres in vnum*. Quædam ſunt quidem bona: ſed
non videntur iucunda, tales eſt abſtinentia, afflictio carnis, pœnitentia;
dicit enim Apoſtolus, *Omnis diſciplina in præſenti non videtur eſſe
gaudij: ſed mœroris*. Quædam vero iucunda ſunt carni, & ſanguini:
ſed non bona, ſicut ebrietas, luxuria, inglubies; At habitare fratres in
vnum, bonum ſimul eſt, & iucundum. Vt S. Auguſtinus notauit, Et
vt innueret Apoſtolus, Abſtinentiam ad regnum Dei non pertinere,

Chryſ. ho. 5 ad Titum col. 2. to. 4.

Pſal. 150.

Greg. lib. 3. paſt. curæ cap. 23.

Marc. 9 5.

Pax comẽdatur.

Pſal. 132.

Ad Heb. 12.

S. Auguſt. ſup. pſ. 132

niſi

nisi cum cæteris virtutibus, præsertim cum charitate sit coniuncta (inquit): *Esca nos non commendat Deo. Nec enim si non manducauerimus deficiemus, nec si manducauerimus abundabimus*; Scilicet spiritualiter (vt explicat S. Thomas) Vtrumque autem eorum secundum quod sit rationabiliter ex fide, & dilectione pertinet ad Regnum Dei. Vnde Cassianus. Ad integritatem (inquit) mentis, & corporis conseruandam abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi fuerint cæteræ quoque virtutes animæ coniugatæ.)

tom. 8. & lib. 1. con. epist. Petilini c. 149 tom. 7. 1. Cor. 8. S. Tho. 2. 2. q. 146. ar. 1

Duo enim sunt abstinentiæ genera, vt notauit Faustus Regiensis Epist. 2. ad Fælicem. Vnum est continere appetitum à cibo, & potu, & à diuersis carnalium suauitatum illecebris, &c. alterum est multo sublimius, multoque præstantius, motus animi regere, irrationabiles perturbationes, & cogitationum inter se colluctantium rebelles tumultus mentis imperio subiugare, malitiæ virus tanquam funestum aliquod maleficium de penetralibus cordis expuere) Et de hoc secundo genere abstinentiæ explicat illud Iob 1. secundum 70. *Et erat homo ille verax sine crimine iustus colens Deum abstinens ab omni malo re.*

Cassianus lib. 5. de spiritu gastrimargiæ Faust. Reg. ep. 2. ad Felicé: & habetur in bibliotec. Vet. Pat. tom. 3. col. 105. Iob. 1. Habetur in bibli. Patr. tom. 5. col. 449. impres. Paris

S. Nilus Abbas Oratione prima aduersus vitia in fine, equus (inquit) bene frenatus, corpus inedia domitum, vt enim ille freno cedit, & equitis paret imperio, sic corpus fame, vigiliaq; subactum rationis obtemperat voluntati, nec cupiditatis impetu lasciuiès reluctatur. Idem Nilus de interemptione patrũ Sina, &c. Qui ciborũ se dedidit voluptati, facile prosternitur ab eo, q̃ est sub vẽtre vitio, eò q̃ à minore vincatur, maiorem casum pollicens.) Et lib. de octo vitiosis cogitationibus cap. de Gula. Vt ignis materia lignum est, sic libidinis materia ingluuies. Atque vt illud flammam excitat, eodem modo hæc turpem cupiditatem. Venter egens perturbationes animi consopit: plenus autem easdem excitat. Aridum degendæ vitæ genus sobrios animos parit, humidum autem, & molle eos obruit. Vt nubes solis radios obscurat, sic crassus vapor, è cibis emergens, menti obscuritatem adfert. Vt terra vasta, atque inculta spinas producit, sic venter cibis onustus obscœnas cogitationes. Continentia castitatem parit, gula contra libidinis mater est.

Nilus Abbas tom. 3. col. 105. Habetur in bibli. Patr. tom. 5. col. 449. impres. Paris

Hinc Sponsus in Canticis abstinentiam sponsæ confert fistulæ cum ait, *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cipri cum Nardo, Nardus. & crocus, fistula, & cinamonum, cum vniuersis lignis Lybani, Myrrha, & Aloes cum omnibus primis vnguentis*. Fistula enim, vt ait Lucas Abbas Montis Cornelij super Cantica, abstinentiæ fructum significat, eo quòd in tenerrimis virgultis siccata, à verme propter austeritatem corticis reseruatur, quæ infirmitates viscerum intrinsecas curat, sic. & abstinentia exiccata pelle corporis animæ medicina reseruatur.) Alia plura dicentur de hac materia infra verbo Ieiunium, & verbo Gula.

Cant. 4. Lucas Abbas S. Cornelij sup. cant. to. 1. bibli. Vet. Pat. col. 698.

Digitized by Google

DE ACEDIA CAP. II.

1 ACEDIA, vt docet S. Thomas, est tædium quoddam bene operandi, & tristitia de re spirituali, & charitati aduersatur. Sicut enim gaudium de bono spirituali diuino tribuitur charitati; iuxta illud: *Charitas benigna est patiens est, &c. congaudet autem veritati*; ita etiam tædium est tristitia de re spirituali, & procedit ex deordinato affectu erga res diuinas.

S. Tho. 2. 2. q. 85. ar. 1. 2. & 3.

2 Huius ægritudinis (vt obseruauit Cassianus) vniuersa incommoda vno versiculo Beatus Dauid eleganter expressit, *Dormitauit* (inquiens) *anima præ tædio*, idest præ acedia. Propriè satis non corpus dixit: sed animam dormitasse. Verè enim ab omni contemplatione virtutum, & intuitu spiritualium sensuum dormitat anima, quæ perturbationis huius telo fuerit sauciata.] Et vt notauit idem Cassianus super psal. 118. dormitauit posuit, non dormiuit: dormire enim obliuiosi, atque socordis est, dormitare fessi, & expectantis. Sed vt hunc quoque defectum ab anima fatigata remoueret, sequitur: *Confirma me in verbis tuis*. Timendum est tamen, & valde timendum, ne per pigritiam, & acediam dormitans, tandem dormiat, & in mortalem incidat soporem: Scriptum est, *Pigredo immittit soporem*. Vbi Greg. Pigredo soporé immittere dicitur, quia paulisper etiam recte sentiendo vigilantia amittitur, dum à bene operandi studio cessatur.] *Propter quod*, ait Apostolus. *Scilare conscientiã bonã, quã quidã abneganter circa fidẽ naufragauerunt.* Vnde summo studio curandum est, vt non pigri, sed vigiles in Dei seruitio inueniamur. Scriptum est enim: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*, vel *negligenter*; vt legunt alij. Quod enim in cultu diuino negligenter fit, fraudulenter fieri censetur. Quod si maledictus est (ait Basilius) qui mandata Dei negligenter facit, quo supplicio dignus est, qui omnino non facit.] Audi Moysen: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius*. Quam tremendæ sint huiusmodi maledictiones colliges ex his quæ habentur Deut. 27. & 28.

Cassianus lib. 10. & spiritu acedia c. 4. Ps. 118. Cassianus sup. ps. 118 Prou. 19. Greg. lib. 3. past. curæ ad mon. 16 1. Timot. 1. Basil. trad. 3. de baptismo c. 5. to. 1 Deut. 27. & 28.

4 Vt autẽ eiusmodi maledictiones effugere valeamus, omnia mandata Dei, & cętera pietatis opera diligenter exequamur, iuxta illud Apostoli. *Qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate, &c. sollicitudine non pigri, spiritu feruentes; domino seruientes, spe gaudentes; in tribulatione patientes, orationi instantes; necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes*. Libenter ergo, & magna sollicitudine sunt hæc exequenda, vt ex eodẽ testimonio colligit Sanctus Thomas: in cuius confirmationem adduxit illud 2. Corint. 9. *Non ex tristitia aut ex necessitate, hylarem enim datorem diligit Deus*. Et Eccles. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas*. Quasi dicat. Decimæ, quæ offeruntur Deo, tunc sanctæ, & Domino placentes reputantur, cum feliciter, hilariterque, & cum exultatione quadam interiori offeruntur. Ideo namque Abraham valde placuit Deo, cum Angelos recepit hospitio: quia vt prandium

Rom. 12. S. Thom. ibi lect. 2. Eccl. 35. Gen. 18.

prandium illis pararet,cucurrit ipſe in tabernaculum ad Saram,dixit quæ ei; *Accelera,tria ſata ſimilæ commiſce; ipſe vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum deditque puero, qui feſtinauit, & coxit illud*. En in domo Abrahæ omnes feſtinant, omnes currunt,currit Abraham, feſtinat Sara,& puer;quia (vt Auguſtinus notauit) in domo iuſti nullus eſt tepidus,nullus tardus,piger nullus. Hinc eſt etiam, quod poſt incarnationem ſtatim Verbum in vtero clauſum virginem impullit,vt exurgens cum feſtinatione in montana conſcenderet; propter quod nomen eius vocatur, *Accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari*. Si pro ſalute noſtra feſtinat dominus, & accellerat, vt prædam de manu hoſtis antiqui auferat; quanto magis non feſtinare debemus,vt ſalutem æternam conſequamur. Feſtinant Angeli ſalutis, nam & duo Seraphim, qui ſtabant ſuper thronum ſedentis duabus alis (vt ait Iſaias) *Volabant*. In quo nihil aliud, quam celeritas deſignatur, & propenſio magna ad iuſſa Dei exequenda. In cuius ſimbolum duo Cherubim expandentes alas ſuper propitiatorium Dominus conſtituere præcepit, nam electi,qui veluti Cherubim, ſcientiæ plenitudinem habent, & ſicut Seraphim igne charitatis ſunt accenſi,ad Dei obſequium, & ad pietatis opera,alatos, & ſedulos eſſe oportet. Neſcit enim tarda molimina Spiritus ſanctigratia, vt ait Ambroſius,de quo plura diximus in Comentarijs noſtris ſuper caput 6. Iſaiæ num. 11. & cap. 6. num. 6.

Aug. ſer. 70. de tẽp. tom. 10. *Iſaiæ 8.* *Iſai.6.* *Ambroſ. ſup.cap. 1. Lucæ.*

Laborantes peſſimo acediæ morbo coronari cupiunt:ſed non certare, cum tamen dicat Apoſtolus. *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*. Vnde ſcriptum eſt, *Vult, & non vult piger*. Vbi Venerabilis Beda ait, [*Pigri* vocabulo denotatur,qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo: Delectant præmia cum policentur. Deterrent certamina cum iubentur.] Talis erat ille qui dixit. *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*. Vbi Bernardus inquit. ¶ Quam pauci poſt te domine Ieſu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo ſit, qui nolet. Hoc ſcientibus cunctis;quia delectationes in dextera tua vſque in finem,& propterea volunt omnes te frui,at non ita imitari:conregnare cupiunt:ſed non compati. Ex ijs erat ille,qui dicebat, *Moriatur anima mea morte iuſtorũ, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*. Optabat ſibi extrema iuſtorum: ſed non ita & principia. Mortem ſpiritualium optant ſibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, ſcientes prætioſam mortem eſſe ſanctorum. *Quoniam cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Dñi*. Et, *Quia beati mortui,qui in Dno moriuntur*. Cum è contrario iuxta Prophetæ ſententiam mors peccatorum peſſima ſit. Non curant quærere, quæ tamen deſiderãt inuenire:cupientes conſequi: ſed nõ & ſequi. Non ſic illi quibus aiebat. *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis*.] Hactenus Bern.

5 *1. Timot. 2* *Prou. 13.* *Beda lib. 2. ſup. Prou.* *Num. 23.* *Bern. ſerm. 25. in Cant. col. 1.* *Hum. 23.* *Pſal. 33.* *Apocal. 4.* *Luc. 22. c.*

Hinc S. Aug. ait, [Noli piger eſſe in opere, cuius mercedẽ deſideras. Si quẽ enim,& tu ipſe mercenariũ cõduxiſſes; nõ ante mercedem nume-

Aug. ſerm. 245. de tẽpore 10. 10.

Digitized by Googl

numerarares, quam in opere exerceres. Diceres ei: fac, & recipe; Non tibi diceret: da, & facio. Sic ergo & Deus; Tu non fallis mercenarium tuum timens Deum, & te ipse Deus fallit, qui iussit ne fallas mercenarium?]

7 *Bernardus Senen. ser. de exercit. spirit malignorum. Luc. 13. Basilius homil. 9. in exameron tom. 1. Bernar.*

] De spiritu huius criminis, vt notauit Bernardus Senensis, Luce 13. scriptum est. *Ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo, erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere.* Quia nimirum acedia est de virtutum laudabili exercitio, vtriusque hominis languida deiectio, &c. quia in hoc vitio est auersio à spirituali bono quod existimatur graue, sicut ieiunare, prædicare, vigilare, & similia:) Brutorum caput (ait Basylius) ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptatē ventris omnibus modis prosequitur; caput tuum (ò homo) ad ipsum cælum exurgit oculi tui res supernas conspiciunt, vt scias quærere superna, transcendere terrena. Similia dicit Bernardus sermone in festo S. Martini. Inclinatus ergo, & incuruatus piger ambulat, cum illis, qui *Oculos suos statuerunt declinare in terram*; nec potest mentis oculos ad superna eleuare. Hoc maligno spiritu infestabatur, qui dixit, *Miser factus sum, & curuatus vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar.* Eodem spiritu, alijs nequioribus paratur via; Iuxta illud: *Qui dixerunt animæ tuæ incurua re, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam pertransseuntibus.* Vbi cum Sancto Hieronymo pariter ad notandum, (Quod non eam incuruauerint, nec vim fecerint, vt prius erecta inclinaretur in terram: sed proprio arbitrio dereliquerint; illa autem voluntate sua posuerit ceruices, vel dorsum, siue totum corpus suum, non mus: sed foris his qui eam conculcauerint. Tale quid & in Euangelio legimus, quod decem, & octo annis sathanas incuruauerat mulierem, quam dominus ad statum pristinum erexit, vt posset dicere: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Et, *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.*] Hæc Hieronymus.

Sap. eũdem locum. Luc. 14. Psal. 120. & 122.

8 *Ioan. Cassian. lib. 10 de spiritu acedię c. 1. Nilus Abbas l. 5. bi. Vet. Pat. col. 913.*

Vitium Acediæ dęmonium est meridianum, vt notauit Ioannes Cassianus lib. 10. de spiritu acediæ cap. 1. eo quod præsertim circa meridiem omnibus fidelibus præsertim Monachis insidias parat, tum propter inædiam, quæ illa hora affligit corpus, aut illud abundantia ciborum grauat, tum etiam propter calorem, & feruorem diei quibus corpus ad pia opera exercēda videtur ineptū. Et Sanctus Nilus Abbas lib. de octo vitiosis cogitationibus titulo de Acedia ait. Acediæ spiritus mæroris spiritum comitatur. Acer autem, atque in primis grauis est hic dęmon, semperquè Monachis infestus: ac præsertim circa meridiem insidias struit. Vnde etiam Meridianus nuncupatur. Horrorem, & lāguorem affert, odiumque tum loci ipsius, tum fratrum, quibuscum aliquis degit: ac denique socordiam in precibus, & lectione, &c. Medicus ad ægrotantes mane se confert: acedia autem meridiano tempore ad Monachos.]

Ad

Ad detestationem accedit, vt docet Gulielmus Peraldus: possunt valere illa verba Sacræ Scripturæ quæ suadent laborem, & dissuadent otium, vel pigritiam. Vnde Ecclesiast. vlt. *Verba sapientium quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi*: stimulus valet contra tarditatem iumentorum: sic verba sapientium contra pigritiam hominum. Et Ecclesiast. 2. *De stercore boum lapidabitur piger*. 9 *Guil. Peraldus in sum. de acedia cap. 2. Eccl. vlt.*

Remedium efficacissimum ad vincendam Acediam est fugere otium, & semper occupari in operibus pijs, aut etiam in alijs exercitijs manualibus: vnde Hieronymus ait. Ora, lege, scribe, &c. vt Diabolus semper te inueniat occupatum. Et de eodem Sancto Doctore scriptum est: Studij lassitudinem recreabat oratio, & iterum ad intermissa studia redibat. Hinc Paulus Abbas, vt refert Cassianus, cum in hæremo vastiore consisteret, & palmarum fructibus, & modico horto securus haberet sufficientem alimoniam suique victus substantiam, ad vitandum otium, collectis palmarum foliis, quotidianum pensum velut exinde sustentandus à semetipso iugiter exigebat. Cumque opere totius anni antrum eius fuisset impletum, id quod sollicita cura laborauerat, singulis annis igne supposito, concremabat: in tantum probans sine opere manuum, nec Monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conscendere. Vt cum hoc fieri nequaquam necessitas victus exigeret, pro sola purgatione cordis, & cogitationum soliditate, ac perseuerantia cellæ, vel Acediæ ipsius victoria, & expugnatione perficeret) 10 *Cassian. lib. 10. de spiritu acidiæ cap. 14.*

Sanctus Nilus Abbas de octo vitiosis cogitationibus cap. de Acedia, hoc medicamentum ad eam curandam præbet. Cum in Acediam prolaberis, animam cum lachrymis cohortare, atque ad hunc modum eam velut excanta: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, & ipse faciet, &c.

Idem cap. de inani gloria col. 914. Monachus inani gloria laborãs, operarius est mercedis expers. Laborem subijt: & laboris mercedẽ perdidit. Vt pertusa crumena aurum custodire non potest: ita nec inanis gloria virtutis thesaurum) *In Bibl. Vet. P. 10. tom. 5.*

DE ADOLESCENTIBVS CAP. III.

ADOLESCENTES à prima ætate sunt bonis moribus imbuendi, ne cum ad senectam venerint, cum illis Adolescentiæ vitia consenescant. Scriptum est enim, *Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Et iterum. Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in pulnere dormient*: Quia nimirum peccator, vt Gregorius explicat, quod male cœpit, peius quotidie per consuetudinem roborat, quia duræ in eo prauitatum consuetudines à vitio sum pessimæ inchoationis. Vnde scriptum est in Prouerbijs, *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea*. De quo plura dicentur infra, verbo peccatum, *Iob. 20. ve. 11. Greg. 5. moral. c. 5. Prouerb. 22.*

Digitized by Google

DE ACEDIA CAP. II.

1 ACEDIA, vt docet S. Thomas, est tædium quoddam bene operandi, & tristitia de re spirituali, & charitati aduersatur. Sicut enim gaudium de bono spirituali diuino tribuitur charitati; iuxta illud: *Charitas benigna est patiens est, &c. congaudet autem veritati*; ita etiam tædium est tristitia de re spirituali, & procedit ex deordinato affectu erga res diuinas.

S. Tho. 2.2. q. 35. ar. 1. 2. & 3.

2 Huius ægritudinis (vt obseruauit Cassianus) vniuersa incommoda vno versiculo Beatus Dauid eleganter expressit, *Dormitauit* (inquiens) *anima præ tædio*, idest præ acedia. Propriè satis non corpus dixit: sed animam dormitasse. Verè enim ab omni contemplatione virtutum, & intuitu spiritualium sensuum dormitat anima, quæ perturbationis huius telo fuerit sauciata.] Et vt notauit idem Cassianus super psal. 118. dormitauit posuit, non dormiuit: dormire enim obliuiosi, atque socordis est, dormitare fessi, & expectantis. Sed vt hunc quoque defectum ab anima fatigata remoueret, sequitur: *Confirma me in verbis tuis*. Timendum est tamen, & valde timendum, ne per pigritiam, & acediam dormitans, tandem dormiat, & in mortalem incidat soporem: Scriptum est, *Pigredo immittit soporem*. Vbi Greg. Pigredo soporē immittere dicitur, quia paulisper etiam rectè sentiendo vigilantia amittitur, dum à bene operandi studio cessatur.] *Propter quod*, ait Apostolus. *Seruare conscientiā bonā, quā quidā abneganter circa fidē naufragauerunt.* 1. Timot. 1. Vnde summo studio curandum est, vt non pigri, sed vigiles in Dei seruitio inueniamur. Scriptum est enim: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*, vel *negligenter*; vt legunt alij. Quod enim in cultu diuino negligenter fit, fraudulenter fieri censetur. Quod si maledictus est (ait Basilius) qui mandata Dei negligenter facit, quo supplicio dignus est, qui omnino non facit.] Audi Moysen: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius*. Quam tremendæ sint huiusmodi maledictiones colliges ex his quæ habentur Deut. 27. & 28.

Cassianus lib. 10. & spiritu acedias c. 4. *Ps. 118.* *Cassianus sup. ps. 118* *Prou. 19.* *Greg. lib. 3. past. curæ ad mon. 16* *Basil. tract. 3. de baptismo c. 5. 10. 1* *Deut. 27. & 28.*

4 Vt autē eiusmodi maledictiones effugere valeamus, omnia mandata Dei, & cetera pietatis opera diligenter exequamur, iuxta illud Apostoli. *Qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate, &c. sollicitudine non pigri, spiritu feruentes; domino seruientes, spe gaudentes; in tribulatione patientes, orationi instantes; necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.* Libenter ergo, & magna sollicitudine sunt hæc exequenda, vt ex eodē testimonio colligit Sanctus Thomas: in cuius confirmationem adduxit illud 2. Corint. 9. *Non ex tristitia aut ex necessitate, hylarem enim datorem diligit Deus.* Et Eccles. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas.* Quasi dicat. Decimæ, quæ offeruntur Deo, tunc sanctæ, & Domino placentes reputantur, cum sollicite, hilariterque, & cum exultatione quadam interiori offeruntur. Ideo namque Abraham valde placuit Deo, cum Angelos recepit hospitio: quia vt prandium

Rom. 12. *S. Thom. ibi lect. 2.* *Eccl. 35.* *Gen. 18.*

prandium illis pararet,cucurrit ipſe in tabernaculum ad Saram,dixit quæ ei; *Accelera,tria ſata ſimilæ commiſce; ipſe vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum deditque puero, qui feſtinauit, & coxit illud*. En in domo Abrahæ omnes feſtinant, omnes currunt,currit Abraham, feſtinat Sara,& puer;quia (vt Auguſtinus notauit) in domo iuſti nullus eſt tepidus,nullus tardus,piger nullus. Hinc eſt etiam, quod poſt incarnationem ſtatim Verbum in vtero clauſum virginem irr pullit,vt exurgens cum feſtinatione in montana conſcenderet; propter quod nomen eius vocatur,*Accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari*. Si pro ſalute noſtra feſtinat dominus, & accellerat, vt prædam de manu hoſtis antiqui auferat; quanto magis non feſtinare debemus,vt ſalutem æternam conſequamur. Feſtinant Angeli ſalutis, nam & duo Seraphim, qui ſtabant ſuper thronum ſedentis duabus alis (vt ait Iſaias) *Volabant*. In quo nihil aliud, quam celeritas deſignatur, & propenſio magna ad iuſſa Dei exequenda. In cuius ſimbolum duo Cherubim expandentes alas ſuper propitiatorium Dominus conſtituere præcepit, nam electi,qui veluti Cherubim, ſcientiæ plenitudinem habent, & ſicut Seraphim igne charitatis ſunt accenſi,ad Dei obſequium, & ad pietatis opera,alatos, & ſedulos eſſe oportet. Neſcit enim tarda molimina Spiritus ſanctigratia, vt ait Ambroſius,de quo plura diximus in Comentarijs noſtris ſuper caput 6. Iſaiæ num. 11. & cap. 6. num. 6.

Aug. ſer. 70. de tẽp. tom. 10. *Iſaiæ 8.* *Iſai.6.* *Ambroſ. ſup.cap. 1. Lucæ.* 5

Laborantes peſſimo acediæ morbo coronari cupiunt:ſed non certare, cum tamen dicat Apoſtolus. *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*. Vnde ſcriptum eſt, *Vult, & non vult piger*. Vbi Venerabilis Beda ait, [Pigri vocabulo denotatur,qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo: Delectant præmia cum policentur. Deterrent certamina cum iubentur.] Talis erat ille qui dixit.*Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*. Vbi Bernardus inquit. ¶ Quam pauci poſt te domine Ieſu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo ſit, qui nolet. Hoc ſcientibus cunctis;quia delectationes in dextera tua vſque in finem,& propterea volunt omnes te frui,at non ita imitari:conregnare cupiunt:ſed non compati. Ex ijs erat ille,qui dicebat, *Moriatur anima mea morte iuſtorũ, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*. Optabat ſibi extrema iuſtorum: ſed non ita & principia. Mortem ſpiritualium optant ſibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, ſcientes prætioſam mortem eſſe ſanctorum. *Quoniam cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Dñi*. Et,*Quia beati mortui,qui in Deo moriuntur*. Cum è contrario iuxta Prophetæ ſententiam mors peccatorum peſſima ſit.Non curant quærere, quæ tamen deſiderãt inuenire:cupientes conſequi: ſed nõ & ſequi.Non ſic illi quibus aiebat.*Vos eſtis,qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis*.] Hactenus Bern.

Pro. 13. *Beda lib.2. ſup. Prou.* *Num. 23.* *Bern.ſerm. 25.in Cant. col. 1.* *Hum. 23.* *Pſal. 33.* *Apoc.14.* *Luc. 22.c.*

Hinc S. Augu.ait, [Noli piger eſſe in opere,cuius mercedẽ deſideras.Si quẽ enim,& tu ipſe mercenariũ cõduxiſſes; nõ ante mercedem

Aug.ſerm. 145. de tẽpore 10. 10.

DE ACEDIA CAP. II.

1 ¶ ACEDIA, vt docet S. Thomas, est tædium quoddam bene operandi, & tristitia de re spirituali, & charitati aduersatur. Sicut enim gaudium de bono spirituali diuino tribuitur charitati; iuxta illud: *Charitas benigna est patiens est, &c. congaudet autem veritati*; ita etiam tædium est tristitia de re spirituali, & procedit ex deordinato affectu erga res diuinas.

S. Tho. 2.2. q. 35. ar. 1. 2. & 3.

2 Huius ægritudinis (vt obseruauit Cassianus) vniuersa incommoda vno versiculo Beatus Dauid eleganter expressit, *Dormitauit* (inquiens) *anima præ tædio*, idest præ acedia. Propriè satis non corpus dixit: sed animam dormitasse. Verè enim ab omni contemplatione virtutum, & intuitu spiritualium sensuum dormitat anima, quæ perturbationis huius telo fuerit fauciata.] Et vt notauit idem Cassianus super psal. 118. dormitauit posuit, non dormiuit: dormire enim obliuioni, atque socordis est, dormitare fessi, & expectantis. Sed vt hunc quoque defectum ab anima fatigata remoueret, sequitur: *Confirma me in verbis tuis*. Timendum est tamen, & valde timendum, ne per pigritiam, & acediam dormitans, tandem dormiat, & in mortalem incidat soporem: Scriptum est, *Pigredo immittit soporem*. Vbi Greg. Pigredo soporē immittere dicitur, quia paulisper etiam recte sentiendo vigilantia amittitur, dum à bene operandi studio cessatur.] *Propter quod*, ait Apostolus. *Sectare conscientiā bonā, quā quidā abnegantes circa fidē naufragauerunt.* Vnde summo studio curandum est, vt non pigri, sed vigiles in Dei seruitio inueniamur. Scriptum est enim: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*, vel *negligenter*; vt legunt alij. Quod enim in cultu diuino negligenter fit, fraudulenter fieri censetur. Quod si maledictus est (ait Basilius) qui mandata Dei negligenter facit, quo supplicio dignus est, qui omnino non facit.] Audi Moysen: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius*. Quam tremendæ sint huiusmodi maledictiones colliges ex his quæ habentur Deut. 27. & 28.

Cassianus lib. 10. & spiritu acedia c. 4. *Ps. 118.* *Cassianus sup. ps. 118* *Prou. 19.* *Greg. lib. 3. past. curæ ad mon. 16* *1. Timot. 1.* *Basil. tract. 3. de baptismo c. 5. to. 1* *Deut. 27. & 28.*

4 Vt autē eiusmodi maledictiones effugere valeamus, omnia mandata Dei, & cetera pietatis opera diligenter exequamur, iuxta illud Apostoli. *Qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate, &c. sollicitudine non pigri, spiritu feruentes; domino seruientes, spe gaudentes; in tribulatione patientes; orationi instantes; necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.* Libenter ergo, & magna sollicitudine sunt hæc exequenda, vt ex eodē testimonio colligit Sanctus Thomas: in cuius confirmationem adduxit illud 2. Corint. 9. *Non ex tristitia aut ex necessitate, hylarem enim datorem diligit Deus.* Et Eccles. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas.* Quasi dicat. Decimæ, quæ offeruntur Deo, tunc sanctæ, & Domino placentes reputantur, cum sollicite, hilariterque, & cum exultatione quadam interiori offeruntur. Ideo namque Abraham valde placuit Deo, cum Angelos recepit hospitio: quia vt prandium

Rom. 12. *S. Thom. ibi lect. 2.* *Eccl. 35.* *Gen. 18.*

prandium illis pararet,cucurrit ipse in tabernaculum ad Saram,dixit quæ ei; *Accelera,tria sata similæ commisce; ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum deditque puero, qui festinauit, & coxit illud*. En in domo Abrahæ omnes festinant, omnes currunt,currit Abraham, festinat Sara, & puer;quia (vt Augustinus notauit) in domo iusti nullus est tepidus,nullus tardus,piger nullus. Hinc est etiam, quod post incarnationem statim Verbum in vtero clausum virginem ir pullit,vt exurgens cum festinatione in montana conscenderet; propter quod nomen eius vocatur, *Accelera, spolia detrahe, festina prædari*. Si pro salute nostra festinat dominus, & accellerat, vt prædam de manu hostis antiqui auferat; quanto magis non festinare debemus,vt salutem æternam consequamur. Festinant Angeli salutis, nam & duo Seraphim, qui stabant super thronum sedentis duabus alis (vt ait Isaias) *Volabant*. In quo nihil aliud, quam celeritas designatur, & propensio magna ad iussa Dei exequenda. In cuius simbolum duo Cherubim expandentes alas super propitiatorium Dominus constituere præcepit, nam electi,qui veluti Cherubim, scientiæ plenitudinem habent, & sicut Seraphim igne charitatis sunt accensi,ad Dei obsequium, & ad pietatis opera,alatos, & sedulos esse oportet. Nescit enim tarda molimina Spiritus sanctigratia, vt ait Ambrosius,de quo plura diximus in Comentarijs nostris super caput 6. Isaiæ num. 11. & cap. 6. num. 6.

Aug. ser. 70. de tẽp. tom. 10.

Isaiæ 8.

Isai.6.

Ambros. sup.cap. 1. Lucæ.

Laborantes pessimo acediæ morbo coronari cupiunt:sed non certare, cum tamen dicat Apostolus. *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit*. Vnde scriptum est, *Vult, & non vult piger*. Vbi Venerabilis Beda ait, [Pigri vocabulo denotatur,qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo: Delectant præmia cum policentur. Deterrent certamina cum iubentur.] Talis erat ille qui dixit. *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia*. Vbi Bernardus inquit. ¶ Quam pauci post te domine Iesu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo sit, qui nolet. Hoc scientibus cunctis; quia delectationes in dextera tua vsque in finem,& propterea volunt omnes te frui,at non ita imitari:conregnare cupiunt:sed non compati. Ex ijs erat ille,qui dicebat, *Moriatur anima mea morte iustorũ, & fiant nouissima mea horum similia*. Optabat sibi extrema iustorum: sed non ita & principia. Mortem spiritualium optant sibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, scientes prætiosam mortem esse sanctorum. *Quoniam cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Dñi*. Et, *Quia beati mortui, qui in Dno moriuntur*. Cum è contrario iuxta Prophetæ sententiam mors peccatorum pessima sit. Non curant quærere, quæ tamen desiderãt inuenire: cupientes consequi: sed nó & sequi. Non sic illi quibus aiebat. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis*.] Hactenus Bern.

Lucæ 5

1. Timot. 2

Prou. 13.

Beda lib. 2. sup. Prou.

Num. 23.

Bern. ser. 25. in Cant. col. 1.

Hum. 23.

Psal. 33.

Apoc. 14.

Luc. 22. c.

Hinc S. Aug. ait, [Noli piger esse in opere,cuius mercedẽ desideras. Si quẽ enim,& tu ipse mercenariũ cõduxisses; nó ante mercedem

Aug. ser. 245. de tẽpore 10. 10.

Digitized by Google

ueant. Nam vt in 4. ſententiarum diſtinctione 15. quæſtione 3. arti-
S. Tho. 4. culo primo quæſtiuncula 2. in corpore docet ſanctus Thomas, ¶ Cor-
ſent. diſt. pus humanum inuenitur frequentius, ex ſuperfluitate, quam ex defe-
15 q 3. ar. ctu mortales ægritudines incurrere. Vnde etiam Galenus dicit, quod
1. quæſtiun. ſumma medicina eſt Abſtinentia. Inueniuntur etiam ad ſenſum abſti-
2. ad 3. nentes, vt frequentius diutius viuere, & ideo prædicta ſubtractio non
poteſt dici mortis occaſio ¶ Cui conſonat illud Eccleſiaſtici 31. *Vi-*
Eccl. 31. *num in iucunditatẽ creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio*
animæ, & cordis vinum moderate potatum; ſanitas eſt animæ, & corpori
ſobrius potus.

16 Item etiam vehementer ad abſtinẽtiam excitare nos debet id, quod
Chryſ. ho. luculenter proſequitur Sanctus Chryſoſtomus; nam ¶ Cum omnes,
17. ſuper vnum ventrem impleamus, & vno tempore viuamus, & vnum cor-
2. epiſt ad pus tegamus; nihil magis habet diues ex abundantia, neque ex pau-
Corin. col 3 pertate minus pauper. ¶ In cuius confirmationem adducit Exodi 16.
tom. 4. *Qui multum habebat, huic nihil ſuperfuit, & qui parum non minus habuit,*
Exod. 16. vel vt alia littera habet, *Qui multum non abundauit, & qui parum non*
minorauit. Hoc (ait Chryſoſtomus) de manna factum fuit; nam qui plus
& qui minus collegerant inuenti ſunt habere eandem menſuram, Deo
ſic in ſatiabilitatem puniente. Et porrò etiam nunc videre licet in
ſæcularibus hoc fieri non in ſolo manna. Quoniam venter diuitis epu-
lonis, qui plus habuit, & epulabatur quotidie ſplendide, in fine vitæ non
abundauit niſi vermibus, & Lazarus pauper, qui cum viueret cupie-
bat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, in morte non
minorauit, nec minus habuit.

17 Abſtinens non eſt (vt ait Chryſoſtomus) qui, licet à cibis ſuum
Chryſ. ho. 5 cohibeat appetitum; à cupiditate tamen pecuniarum non abſtinet. Ab-
ad Titum ſtinentia coniungi debet cum charitate, & vnione inter fratres, ideo di-
col. 2. to. 4. citur in Pſal. 150. *Laudate Deum in tympano, & choro*. In tympano,
Pſal. 150. cùque (vt ait Gregorius) ſicca, & percuſſa pellis reſonat. In choro au-
Greg. lib. 3. tem voces ſotiales concordant. Quis quis ergo corpus aſſligit, ſe-
paſt. curæ cõcordiam deſerit, Deum quidem laudat in tympano: ſed tamen eum
cap. 23. non laudat in choro) Quod confirmat ex illo Marci 9. *Habete ſal in*
Marc. 9 5. *vobis & pacem habete inter vos*. Sal reſtringit carnes, & à corruptio-
Pax comẽ- ne præſeruat: & abſtinẽtia id efficit iuxta illud, quod in præfatione Miſ-
datur. ſæ canit Eccleſia. *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas,*
virtutem largiris, & præmia. Cum hac ergo pace inter fratres coniun-
Pſal. 132. genda eſt & concordia, de qua ſcriptum eſt. *Ecce quam bonum, & quam*
iucundum habitare fratres in vnum. Quædam ſunt quidem bona: ſed
non videntur iucunda, talis eſt abſtinentia, ſubiectio carnis, pœnitentia;
Ad Heb. dicit enim Apoſtolus, *Omnis diſciplina in præſenti non videtur eſſe*
12. *gaudij: ſed mœroris*. Quædam vero iucunda ſunt carni, & ſanguini;
ſed non bona, ſicut ebrietas, luxuria, ingluuies; At habitare fratres in
S. Auguſt. vnum, bonum ſimul eſt, & iucundum. Vt S. Auguſtinus notauit, Et
ſup. pſ. 132 vt innueret Apoſtolus, Abſtinentiam ad regnum Dei non pertinere,

niſi

nisi cum cæteris virtutibus, præsertim cum charitate sit coniuncta (inquit): *Esca nos non commendat Deo. Nec enim si non manducauerimus deficiemus, nec si manducauerimus abundabimus*; Scilicet spiritualiter (vt explicat S. Thomas) Vtrumque autem eorum secundum quod sit rationabiliter ex fide, & dilectione pertinet ad Regnum Dei. Vnde Cassianus. Ad integritatem (inquit) mentis, & corporis conseruandam abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi fuerint cæteræ quoque virtutes animæ conugatæ.)

tom. 8. & lib. 1. con. epist Pelisiani c. 149 tom. 7. 1. Cor. 8. S. Tho. 2. 2. q. 146. ar. 1 ad. 1.

Duo enim sunt abstinentiæ genera, vt notauit Faustus Regiensis Epist. 2. ad Fœlicem. Vnum est continere appetitum à cibo, & potu, & à diuersis carnalium suauitatum illecebris, &c. alterum est multo sublimius, multoque pretiosius, motus animi regere, irrationabiles perturbationes, & cogitationum inter se colluctantium rebelles tumultus mentis imperio subiugare, malitiæ virus tanquam funestum aliquod maleficium de penetralibus cordis expuere) Et de hoc secundo genere abstinentiæ explicat illud Iob 1. secundum 70. *Et erat homo ille verax sine crimine iustus colens Deum abstinens ab omni malo &c.*

Cassianus lib. 5. de spiritu gastrimargiæ Faust. 1 Reg ep. 2. ad Felicé: & habetur in biblioteca Vet. Pat. tom. 3. col. 105. Iob. 1.

S. Nilus Abbas Oratione prima aduersus vitia in fine, equus (inquit) bene frenatus, corpus inedia domitum, vt enim ille freno cedit, & equitis paret imperio, sic corpus fame, vigiliaq; subactum rationis obtemperat voluntati, nec cupiditatis impetu lasciuiēs reluctatur. Idem Nilus de interemptione patrū Sina, &c. Qui ciborū se dedidit voluptati, facile prosternitur ab eo, q̄ est sub vētre vitio, eò q̄ à minore vincatur, maiorem casum pollicens.] Et lib. de octo vitiosis cogitationibus cap. de Gula. Vt ignis materia lignum est, sic libidinis materia ingluuies. Atque vt illud flammam excitat, eodem modo hæc turpem cupiditatem. Venter egens perturbationes animi consopit: plenus autem easdem excitat. Aridum degendæ vitæ genus sobrios animos parit, humidum autem, & molle eos obruit. Vt nubes solis radios obscurat, sic crassus vapor, è cibis emergens, menti obscuritatem adfert. Vt terra vasta, atque inculta spinas producit, sic venter cibis onustus obscœnas cogitationes. Continentia castitatem parit, gula contra libidinis mater est.

Habetur in bibli. Patr. tom. 5. col. 449. impres. Paris

Hinc Sponsus in Canticis abstinentiam sponsæ confert fistulæ cum ait, *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cipri cum Nardo, Nardus. & crocus, fistula, & cinamonum, cum vniuersis lignis Lybani, Myrrha, & Aloes cum omnibus primis vnguentis*. Fistula enim, vt ait Lucas Abbas Montis Cornelij super Cantica, abstinentiæ fructum significat, eo quòd in tenerrimis virgultis siccata, à verme propter austeritatem corticis reseruatur, quæ infirmitates viscerum intrinsecas curat, sic, & abstinentia exiccata pelle corporis animæ medicina reseruatur.) Alia plura dicentur de hac materia infra verbo Ieiunium, & verbo Gula.

Cant. 4. Lucas Abbas S. Cornelij sup. cant. to. 1. bibli. Vet. Pat. col. 693.

Digitized by Google

prandium illis pararet,cucurrit ipse in tabernaculum ad Saram,dixit quæ ei; *Accelera,tria sata similæ commisce; ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum deditque puero, qui festinauit, & coxit illud*. En in domo Abrahæ omnes festinant, omnes currunt,currit Abraham, festinat Sara,& puer;quia (vt Augustinus notauit) in domo iusti nullus est tepidus,nullus tardus,piger nullus. Hinc est etiam, quod post incarnationem statim Verbum in vtero clausum virginem ingressum,vt exurgens cum festinatione in montana conscenderet; propter quod nomen eius vocatur,*Accelera, spolia detrahe, festina prædari*. Si pro salute nostra festinat dominus, & accellerat, vt prædam de manu hostis antiqui auferat; quanto magis non festinare debemus,vt salutem æternam consequamur. Festinant Angeli salutis, nam & duo Seraphim, qui stabant super thronum sedentis duabus alis (vt ait Isaias) *Volabant*. In quo nihil aliud, quam celeritas designatur, & propensio magna ad iussa Dei exequenda. In cuius simbolum duo Cherubim expandentes alas super propitiatorium Dominus constituere præcepit, nam electi,qui veluti Cherubim, scientiæ plenitudinem habent, & sicut Seraphim igne charitatis sunt accensi,ad Dei obsequium, & ad pietatis opera,alatos, & sedulos esse oportet. Nescit enim tarda molimina Spiritus sanctigratia, vt ait Ambrosius,de quo plura diximus in Comentarijs nostris super caput 6. Isaiæ num. 11. & cap. 6. num. 6. *Aug. ser. 70. de tẽp. tom. 10. Isaiæ 8. Isai. 6. Ambros. sup. cap. 1. Lucæ.*

Laborantes pessimo acediæ morbo coronari cupiunt:sed non certare, cum tamen dicat Apostolus. *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit*. Vnde scriptum est, *Vult, & non vult piger*. Vbi Venerabilis Beda ait, [Pigri vocabulo denotatur,qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo: Delectant præmia cum policentur. Deterrent certamina cum iubentur.] Talis erat ille qui dixit. *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia*. Vbi Bernardus inquit. ¶ Quam pauci post te domine Iesu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo sit, qui nolet. Hoc scientibus cunctis; quia delectationes in dextera tua vsque in finem,& propterea volunt omnes te frui,at non ita imitari:conregnare cupiunt:sed non compati. Ex ijs erat ille,qui dicebat, *Moriatur anima mea morte iustorũ, & fiant nouissima mea horum similia*. Optabat sibi extrema iustorum: sed non ita & principia. Mortem spiritualium optant sibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, scientes prætiosam mortem esse sanctorum. *Quoniam cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Dñi*. Et, *Quia beati mortui, qui in Deo moriuntur*. Cum è contrario iuxta Prophetæ sententiam mors peccatorum pessima sit. Non curant quærere, quæ tamen desiderãt inuenire: cupientes consequi: sed nõ & sequi. Non sic illi quibus aiebat. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis*.] Hactenus Bern. *Bern. ser. 25. in Cant. col. 1. Hum. 23. Psal. 33. Apocal. 4. Luc. 22. c.*

Hinc S. Augu. ait, [Noli piger esse in opere,cuius mercedẽ desideras. Si quẽ enim,& tu ipse mercenariũ cõduxisses; nõ ante mercedem *Aug. serm. 245. de tẽpore 10. 10.*

Digitized by Google

numerares, quam in opere exerceres. Diceres ei: fac, & recipe; Non tibi diceret: da, & facio. Sic ergo & Deus; Tu non fallis mercenarium tuum timens Deum, & te ipse Deus fallit, qui iubet ne fallas mercenarium?]

9 *Bernardus Senen. ser. de exercit. spirit. malignorum. Luc. 13.*

De spiritu huius criminis, vt notauit Bernardus Senensis, Lucæ 13. scriptum est. *Ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo, erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere.* Quia nimirum acedia est de virtutum laudabili exercitio, vtriusque hominis languida deiectio, &c. quia in hoc vitio est auersio à spirituali bono quod existimatur graue, sicut ieiunare, prædicare, vigilare, & similia:) Brutorum caput (ait Basylius) ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptate ventris omnibus modis prosequitur; caput tuum (ò homo) ad ipsum cælum exurgit oculi tui res supernas conspiciunt, vt scias quærere superna, transcendere terrena. Similia dicit Bernardus sermone in festo S. Martini. Inclinatus ergo, & incuruatus piger ambulat, cum illis, qui *Oculos suos statuerunt declinare in terram*; nec potest mentis oculos ad superna eleuare. Hoc maligno spiritu infestabatur, qui dixit, *Miser factus sum, & curuatus vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar.* Eodem spiritu, alijs nequioribus paratur via; Iuxta illud: *Qui dixerunt animæ tuæ incurua, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi via pertranseuntibus.* Vbi cum Sancto Hieronymo pariter ad notandum, (Quod non eam incuruauerint, nec vim fecerint, vt prius erecta inclinaretur in terram; sed proprio arbitrio dereliquerint: illa autem voluntate sua posuerit ceruices, vel dorsum, siue totum corpus suum, non intus: sed foris his qui eam conculcauerint. Tale quid & in Euangelio legimus, quod decem, & octo annis sathanas incuruauerat mulierem, quam dominus ad statum pristinum erexit, vt posset dicere: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Et, *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.*] Hæc Hieronymus.

Bernar. Psal. 16. Psal. 37. Isai. 51. Gen. 23. Hier. sup. eúdem locum. Lucæ 14. Psal. 120. & 122.

Vitium Acediæ dæmonium est meridianum, vt notauit Ioannes Cassianus lib. 10. de spiritu acediæ cap. 1. eo quod præsertim circa meridiem omnibus fidelibus præsertim Monachis insidias paret, tum propter inædiam, quæ illa hora affligit corpus, aut illud abundantia ciborum grauat, tum etiam propter calorem, & feruorem diei quibus corpus ad pia opera exercēda videtur ineptū. Et Sanctus Nilus Abbas lib. de octo vitiosis cogitationibus titulo de Acedia ait. Acediæ spiritus mæroris spiritum comitatur. Acer autem, atque in primis grauis est hic dæmon, semperquè Monachis infestus: ac præsertim circa meridiem insidias struit. Vnde etiam Meridianus nuncupatur. Horrorem, & lāguorem affert, odiumque tum loci ipsius, tum fratrum, quibuscum aliquis degit: ac denique socordiam in precibus, & lectione, &c. Medicus ad ægrotantes mane se confert: acedia autem meridiano tempore ad Monachos.]

8 *Ioan. Cassian. lib. 10 de spiritu acediæ c. 1. Nilus Abbas l. 5. bi. Vet. Pat. col. 913.*

Ad

Digitized by Google

Ad deteſtationem acediæ, vt docet Gulielmus Peraldus: poſſunt valere illa verba Sacræ Scripturæ quæ ſuadent laborem, & diſſuadent otium, vel pigritiam. Vnde Eccleſiaſt. vlt. *Verba ſapientium quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi*: ſtimulus valet contra tarditatem iumentorum: ſic verba ſapientium contra pigritiam hominum. Et Eccleſiaſt. 2. *De ſtercore boum lapidabitur piger*. 9 *Guil. Peral dus in ſum. de acedia cap. 2. Eccl. vlt.*

Remedium efficaciſſimum ad vincendam Acediam eſt fugere otium, & ſemper occupari in operibus pijs, aut etiam in alijs exercitijs manualibus: vnde Hieronymus ait. Ora, lege, ſcribe, &c. vt Diabolus ſemper te inueniat occupatum. Et de eodem Sancto Doctore ſcriptum eſt: Studij laſſitudinem recreabat oratio, & iterum ad intermiſſa ſtudia redibat. Hinc Paulus Abbas, vt refert Caſſianus, cum in hæremo vaſtiore conſiſteret, & palmarum fructibus, & modico horto ſecurus haberet ſufficientem alimoniam ſuique victus ſubſtantiam, ad vitandum otium, collectis palmarum ſolijs, quotidianum penſum velut exinde ſuſtentandus à ſemetipſo iugiter exigebat. Cumque opere totius anni antrum eius fuiſſet impletum, id quod ſollicita cura laborauerat, ſingulis annis igne ſuppoſito, concremabat: in tantum probans ſine opere manuum, nec Monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conſcendere. Vt cum hoc fieri nequaquam neceſſitas victus exigeret, pro ſola purgatione cordis, & cogitationum ſoliditate, ac perſeuerantia cellæ, vel Acediæ ipſius victoria, & expugnatione perficeret) 10 *Caſſian. lib. 10. de ſpiritu acedig cap. 14.*

Sanctus Nilus Abbas de octo vitioſis cogitationibus cap. de Acedia, hoc medicamentum ad eam curandam præbet. Cum in Acediam prolaberis, animam cum lachrymis cohortare, atque ad hunc modum eam velut excanta: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, & ipſe faciet, &c.

Idem cap. de inani gloria col. 914. Monachus inani gloria laborás, operarius eſt mercedis expers. Laborem ſubijt: & laboris mercedē perdidit. Vt pertuſa crumena aurum cuſtodire non poteſt: ita nec inanis gloria virtutis theſaurum) *In Bibl. Vet. P. 10. tom. 5.*

DE ADOLESCENTIBVS CAP. III.

ADOLESCENTES à prima ætate ſunt bonis moribus imbuendi, ne cum ad ſenectam venerint, cum illis Adoleſcentiæ vitia conſeneſcant. Scriptum eſt enim, *Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Et iterum. Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius, & cum eo in pulnere dormient*: Quia nimirum peccator, vt Gregorius explicat, quod male cœpit, peius quotidie per conſuetudinem roborat, quia duræ in eo prauitatum conſuetudines à vitio ſunt peſſimæ inchoationis. Vnde ſcriptum eſt in Prouerbijs, *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea*. De quo plura dicentur infra, verbo peccatum, *Iob. 20. ver. 11. Greg. 5. moral. c. 5. Prouerb. 22.*

Digitized by Google

rum, seu Peccandi consuetudo num. 47. & sequentibus, quæ videnda sunt.

2 Simili affectu orabat, qui dixit, *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine*. Sciebat enim quod paruus error in principio magnus fit in fine. Vnde, vt hoc pessimum errore vitent pueri, cum primum ad vsum rationis peruenerint, tenentur diuino præcepto se ad bonum finem conuertere, vt pluribus in locis docet S. Thomas: sed præsertim Prima secundæ q. 89. art. 6. ad 3, vbi sic ait (Primum quod occurrit homini discretionem habenti est, quod de se ipso cogitet ad quem alia ordinet sicut ad finem], finis enim est prior in intentione, & ideo hoc est tempus pro quo obligatur ex Dei præcepto affirmatiuo, quo Dominus dicit, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*.]Sicut enim exitus vitæ, cum in peccato mortali terminatur pessimus est iuxta illud, *Mors peccatorum pessima*, ita introitus rationalis vitæ, si peccato mortali maculetur contra præceptum, quo puer tenetur se conuertere in Deum, pessimus est, & multorum malorum initium, propter quod Propheta Regius, *Dominus (inquit) custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & vsque in sæculum*. Introitum in vitam scilicet rationalem, quę in primo instanti vsus rationis incipit, & exitum ex vita videlicet rationis, in qua mereri quis potest, & demereri. Vtroque enim tempore magna Dei protectione, & gratia indigemus, ne filij iræ inueniamur.

Psal. 24. *S. Tho. p.* 2. *q.* 89. *ar.* 6. *ad* 3. *Zach.* 1. *Psal.* 33. *Ps.* 120.

3 Opportunitas autem ipsius temporis, & necessitas ad vitia superanda, & virtutes sequendas adolescentes inuitat. Opportunitas quidem, nam adolescentia, vt notauit Gregorius, bonis est operibus apta. explicans enim illud Iob 13. *Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ*: ait. Scriptura Sacra sæpe adolescentiam pro nouitate vitæ ponere consueuit. Vnde venienti sponso dicitur. *Adolescentulæ dilexerunt te*: idest electorum animæ gratia baptismatis renouatæ, quæ non in vitæ veteris vsum deficiunt: sed noui hominis conuersatione discernántur. Senectutem quippe veteris hominis inter vitia tabescentem deflebat ille qui ait. *Inueterauí inter inimicos meos*. E contra, alius gaudere in virtutibus admonet dicens. *Lætare iuuenis in adolescentia tua*: Ac si diceret: fortis quisque gaudeat in renouatione sua, idest lætitiam suam non in vitæ veteris voluptate: sed in conuersationis nouæ virtute constituat. Vnde sapiens hoc Adolescentibus præbet consilium. *Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuũ in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium, Aufer ergo iram à corde tuo, & amoue visitationem a carne tua. Adolescentia enim, & iuuentus vana sunt*; & iterum, *Memento Creatoris tui in diebus Iuuentutis tuæ antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas non mihi placent, &c.* Et rursus, *Particula bonæ diei non te prætereat*. In adolescentia quippe

Greg. lib. 24. mor. c. 4. *Iob.* 23. *Cant.* 1. *Psal.* 6. *Eccl.* 11. *Eccles.* 11. *Ibidem* 12. *Eccle.* 14.

vires

vires ſuppetunt ad virtutum opera exercenda, ad tolerandos labores, quos ſecum afferunt.

Neceſſitas vero; quia tunc maxime paſſiones vigent, quas per contrarias virtutes vincere oportet, & ad meditum reducere, ne adoleſcentes ſimiles filio prodigo efficiantur, qui cum adoleſcentior eſſet, *Diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam viuendo luxuriosè*, & tandem viribus conſumptis, & tota ſubſtantia cum meretricibus diſſipata, cupiebat ſatiare ventrem ſuum de ſiliquis porcorum, & nemo illi dabat. Sicut enim ignis in lignis viridibus ſuffocatur, ita ſapientia, vt ait Chryſoſt: Epiſtola ad Nepotianum, in adoleſcentia tentationibus, & libidine impedita non explicat ſuum fulgorem, niſi labore, & ſtudio, & oratione in centiua iuuentutis intra repellantur.) Animę autem eorum qui in Adoleſcentia per macerationem carnis, & ab negationem proprij ſenſus ſpiritui ſeruiunt, non immerito tympaniſtriæ dicuntur Pſal. 67. quæ Apoſtolorum præcepta ſequentes gratum Deo pſalmum dicunt. Sicut ſcriptum eſt, *Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum*, vbi Auguſtinus, per Principes Apoſtolos intelligit, ipſi enim præuenerunt, vt Populi ſequerentur. Per adoleſcentes ſignificari docet Eccleſias nouiter conuerſas, & adoleſcentium animas, qui carne edomita Deum laudant, hoc enim eſt tympaniſtriarum, eo quod tympanum fiant corio ſicato & extento. Et ne quiſquam carnaliter iſta acciperet, & ex his verbis quoſdam luxuriæ cohortes in animum induceret, ſequitur, & dicit, *In Eccleſijs benedicite Domino*. 4

Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit, ſic in ſenectute, vt ait Cyprianus, honorem legitimum conſequi non potuit, qui in adoleſcentia diſciplinæ alicuius exercitatione non laborauit. Qui autem ab infantia ſe ipſos dedicauerunt Dei obſequio, quando viget ratio, vigent etiam corporis ſenſus, viſus acutior, auditus promptior, intellectus rectior, vultus iucundior.) Tales (vt ait Hugo) offerunt hoſtiam viuentem ſanctam, Deo placentem, & immaculatam, non aure, non oculo, non pede, non lingua carentem, quam tamen non offert ſenum ſera conuerſio, quibus ex defectu ſene tutis aures obturantur, oculi turbantur, & ipſi in ſe per ſe deficiunt) 5 *Cyprian. lib. 12. reuelationibus.* *Hugo lib. de claustro animæ.*

Apoſtolus dixit, *Nolite effici pueri ſenſibus: ſed malitia paruuli eſtote*, & Iſa: *Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* Ex quibus teſtimonijs conſtat non ex ætate; ſed ex ſenſuum maturitate diſtinguendum eſſe puerum à ſene. Vnde ſcriptum eſt, *Condemnat autem iuſtus moriens viuos impios, & Iuuentus celerius conſummata longam vitam iuſti*: Et iterum de hominibus iuſtis, qui in Iuuentute, vel adoleſcentia rapiuntur ſcriptum eſt, *Conſummatus in breui explenit tempora multa*: 6 *1. Cor. 14. Iſaiæ. 65. Sap. 4.*

de

de peccatoribus vero; etiam si longam vitam habeant, ait psalmista: *Psal. 54.* *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos*, quia nimirum perverse viuunt.

7 *Chrisost. hom. 1. in ep ad Hab. tom. 4.* Non ergo honorandus senex propter canitiem: sed propter honestatem morum. Vnde Chrisostomus Verè confusio est, & irrisio, vt canitie quidem ornatus exterius, interius autem intellectum habeat puerilem, Et si quidem iniuriet illum Iuuenis, statim canos in medio perfert dicens; vel canis istis exhibe reuerentiam, si vero tu eis non exhibes reuerentiam iam senex, quomodo iuuenem tuos canos reuereri desideras? &c. Iuuenes enim, & si modicam disciplinam accipiant, & corrigantur, senioribus meliores sunt, & non solum sermoneus; sed & scriptura hanc nouit discretionem. Senectus (inquit) honorabilis non multi temporis, & ætas senectutis vita immaculata. *Sap. 4.* Et enim nos canitiem honoramus, non quia colorem candidum habet; sed quia indicium est vitæ in virtute proiectæ: & videntes ex hoc conijcimus interiorem senectutem: si vero contraria senectuti gesserint irrisibiles fiunt propter hoc potius. Nam & Regem honoramus, & eius purpuram, & Diadema, quia ista signa sunt Principatus: si vero viderimus illum cum purpura conspui, ab armigeris suis conculcari, perforari, in custodiam mitti, nunquid reueremur tunc purpuram, aut Diadema? nonne & ipsum schema exprobabimus? Noli ergo propter canos velle honorari, quando ipse illos iniurias; nam & ipsi vlciici se debent, quoniam schema splendidum, & honorabile confundis)

DE ADVLATIONE CAP. IIII.

S. Tho. 2. 2. q. 115. ar. 1. ¶ ADVLATIO, vt docet Sanctus Thomas, est excessus delectandi alios verbis laudis causa fiens: Ideo est peccatū. ¶ Vnde S. Gregorius Adulatores vocat olei venditores. Explicans enim illud Matth. 25. *Ite potius ad vendentes, & emite vobis.* ait. Venditores quippe olei Adulatores sunt. Quia enim accepta qualibet gratia vanis suis laudibus nitorem gloriæ asserunt, quasi *S. Greg. Matth. 25.* *Psal. 140.* oleum vendunt. De quo profecto oleo Psalmista dicit, *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Principale etenim membrum nostrum caput est. Appellatione autem capitis, ea quæ principatur corpori mens vocatur, Impinguat ergo caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem fautor adulantis)

2 *Aug. lib. 3. contra litteras Petiliani tom. 7.* Oleum peccatoris, vt super eundem psalmum Cassiodorus notauit, est dilectio simulata verborum, quæ adulationibus, & blandimentis nostras mentes veluti olei pinguedo libenter ingrediens rigarem veritatis emollit, & ad noxias cogitationes amoris laeti, vel potius ostentationis perducit. Et recte quidem capitis mentionem fecit, quoniam, vt Aug. ait lib. 3. contra litteras Petiliani tom. 7. laudati caput in superbiam crescit, Præmiserat autem Psalmista, *Corripiet me iustus in mi-*

in misericordia, & increpabit me. Nam vt dicitur prouerbiorum 27. *Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blãdientis.* Et Eccles.7. *Melius est à sapiente corripi quàm stultorum adulationibus decipi.* Et alio in loco: *Verba sapientium quasi stimuli.* Vbi Sanctus Hieronymus: Notandum est, quod dicuntur verba sapientium, quasi stimuli pungere, non palpare; nec molli manu attrahere lacrymam: sed errantibus pœnitentiæ dolores, & vulnus infigere. Si cuius igitur sermo non pungit: sed oblectationem facit audientibus, iste sermo non est sapiens. ¶ *Psal.* 104 *Prouer.*27. *Eccles.* 7. *Eccles.* 12. *Hier. sup. ead. verba*

3 Hinc sapientia increata, Verbum incarnatũ Christus Dominus post resurrectionem suam, cum essent cõgregati vndecim discipuli apparuit eis, *Et increpauit incredulitatem illorum, & duritiã cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.* Verba enim illius (vt pote sapientissimi) pungebant exterius: sed interius magnam consolationem, & dulcedinem afferebant. Quod agnoscens Sponsa in canticis, linguam sponsi laudat dicens: *Mel, & lac sub lingua eius.* Non ait in lingua: sed sub lingua: nam (vt Bernardus explicat) quod in lingua est durum sonat. *Verba sapientis, quasi stimuli, & sicut claui in altũ defixi, &c.* Sed sub lingua eius mel, & lac; quia iuxta Prophetam, laborem fingit in præcepto. Audi quomodo laborem fingere ipse se prodat. *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris; Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quomodo non fictus labor, vbi non labor: sed requies inuenitur? Ita ergo labor in lingua, mel sub lingua. Quid supra linguam? ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Miseri qui solum, quod in lingua sonuit, attendentes, nec quod sub lingua reconditum, nec quod supra repositum fuit, capere potuerunt. Durus est hic sermo, inquiunt. Durus equidem: sed tamen idem est Verbum vitæ. *Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suum, & matrem suam, adhuc autem, & animam suam non est me dignus.* Quid durius poterat dici. Noli errare, lapis videtur, panis est durus in cortice, sed suauissimus in medulla. ¶ *Marc. vlt. Cantic.* 4. *Bernardus in sentent. sin. pagin.* 507. *in impress. Bariensi. Psal.* 39. *Matt.* 11. *Ioan.* 6. *Matt.* 10. *Luc.* 19.

4 Non sic impiorũ lingua, non sic; nam (vt ait Psalmista) *Mollita sermones eorum super oleum: & ipsi sunt iacula.* Vbi (vt idem annotauit Bernardus) pulcrè, Non molles: sed molliti dicuntur sermones, vel suasoris adulatoris, vel suasoris iniqui; quòd sit in eis non tam vera, & solida, quàm superducta, & simulata suauitas: siquidem ipsi sunt iacula. Denique sub lingua eius quid? Audi Prophetam: *Labor, & dolor.* ¶ Vnde non immeritò adulatores scorpionibus conferuntur Ezechiel. 2. cui dicitur, *Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli, & subuersores sunt tecum: & cum scorpionibus habitas.* Vbi Gregorius. Scorpio palpando incedit, sed cauda ferit: nec mordet à facie: sed à posterioribus nocet; Scorpiones ergo sunt, qui blandi, innoxij in facie videntur: sed post dorsum portant, vnde venenum infundant. Vnde etiam per Psalmistam dicitur: *Circumdederunt me, sicut apes, & exarserunt, sicut ignis in spinis.* Apes enim in- *Psal.* 54. *Bernardus vbi sup. Psal.* 9. *c. Ezech.* 2. *S. Greg. homil.* 9. *in Ezech. to.* 2 *Psal.* 87.

Digitized by Google

ore mel habent, & in aculeo caudæ vulnus. Et omnes qui linguis blandiuntur: sed latentes ex malitia feriunt, apes sunt; quia loquendo dulcedinem mellis proponunt: sed occultè feriendo vulnus inferunt.

Hieronym. Galat. 4. Sanctus Hieronymus explicans illud ad Galatas 4. *Ego inimicus vobis sum factus, verum dicens*. [Hæc (inquit) est conditio veritatis, vt eam semper inimicitiæ consequantur, sicut per adulationem perniciosæ amicitiæ comparantur: Libenter enim quod delectat audimus, & offendit omne, quod nolumus:] Et quoniam obsequium amicos, *Psal. 35.* veritas odium parit, ait Propheta. *Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua, vsque ad nubes*. Timet enim veritas ad terram descendere, ne in vinculis conijciatur, cum eo qui dixit Herodi. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*. Vnde Apostolus eos acriter reprehendit, *Qui veritatem Dei in iniustitia detinent*. Hinc est, quod (vt ait Hieronymus), [Qui adulare nescit, aut inuidus, aut superbus putetur.]

Marci. 6. Rom. 1. Hier. epist. 14. ad. Galat. 10. 1.

5 Adulatores acriter reprehendit Isaias, & pœnam æternam illis comminatur, dicens, *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce; & dulce in amarum*. Vbi Hieronymus ait, (Cauendum est, ne pro veritate sequamur mendacium, ne pro lumine tenebras. Et (vt loquar, quod sentio) difficile hoc maledicto quis carere poterit: cum & malis frequenter adulemur propter potentiam: & bonos despiciamus propter inopiam.) Hinc etiam Salomon ait. *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, vterque abominabilis est ante Deum*. Quem locum exponens Sanctus Gregorius, (Sunt (inquit) nonulli qui clàm malefacta hominum laudibus efferunt, & augent, qui increpare debuerant. Hinc enim per Prophetam dicitur, *Væ, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ ætatis*. Ad hoc quippe pulvillus ponitur, vt melius quiescatur. Quis quis ergo male agentibus adulatur, pulvillum sub capite, vel cubito iacentis ponit; vt qui corripi ex culpa debuerat; in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursum scriptum est. *Ipsi ædificabant parietem; illi autem liniebant eum*. Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. Ædificare ergo parietem est contra se quempiam obstaculi peccata obstruere: sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quòd illi peruerse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant.)

Isaiæ 5. Hieronym. Greg. 18. moral. c. 4. Ezec. 13. c. Ibidem.

Hæc Gregorius.

6 Optimum remedium ad vincendum adulationis vitium, ne veneno suo omnes vires animæ inficiat; & virtutes vacuas reddat, est considerare seipsum. Et si quidem bonum, quod adulator ei tribuit, in se inueniat; gratias Deo agat, *A quo omne datum optimum descendit, & omne donum perfectum*. Sin autem, oret Deum, vt donum illud sibi tribuat. Sic immotus in se ipso inter infamiam, & bonam famam permanebat, qui dixit: *Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die; Sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi cõscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est.*

Iacob. 1. c. 2. Cor. 4.

Vnde

Vnde S. Augustinus explicans illud: *Confundantur qui dicunt mihi euge, euge*, ait (Quando isti me laudant,& adulantur, dico ego: egenus,& pauper sum; non est, quod in me laudetur. Discindat ille sacculum meum, cooperiat me stola sua: *Viuo ego iam non ego; viuit vero in me Christus*. Si vjuit in te Christus, & totum, quod boni habes Christi est; totom quod habebis Christi est) *Psal. 39. Aug. sup. eundem ps. tom. 8. Gal. 2.*

7 Hoc remedio vtebatur quidam vir deuotus. Cum enim laudaretur ab alijs,dicebat intra se: Hi non loquuntur de me;non enim mea:sed Dei dona sunt, quæ laudant. Cum autem vituperaretur, & multa mala in eum inuidi iactarent: tunc subridens aiebat: Modo de me loquuntur,mea sunt hæc,quæ in me iactant. Talis debet esse quilibet fidelis,vt nec laudibus hominum in superbiam erigatur,nec opprobrijs,&.vituperijs deijciatur. Nec enim laus hominum, & bona eorum existimatio nos bonos efficit, nec maledicta aduersantium malos. Vnde Augustinus epist. 7. ad Marcellinum, (Non mihi placet, cum à charissimis meis talis esse existimor,qualis non sum. Profectò non me: sed pro me alium sub meo nomine diligunt.) Et in quadam homilia anniuersarii suæ consecrationis, (Quid mihi (inquit) hodie maxime faciendum, nisi, vt commendem vobis periculum meum, vt sitis gaudium meum? Periculum autem meum est, si attendam quomodo laudatis, & dissimulem quomodo viuatis. Ille enim nouit,sub cuius oculis loquor;imo sub cuius oculis cogito, non me tàm delectari laudibus popularibus,quàm stimulari, & angi quomodo viuant, qui me laudant. Laudari autem à malè viuentibus nolo,abhorreo, detestor,dolori mihi est,non voluptati:laudari autem à bene viuentibus,si dicam nolo,mentior;si dicam volo,timeo, ne sim inanitatis appetentior, quàm soliditatis. Ergo quid dicam? nec plenè volo, nec plenè nolo. Non plenè volo ne in laude humana pericliter. Non plenè nolo ne ingratus sim,quibus prædico.) Et Epistola 135. ad Seuerum Abbatem, qui multis laudibus eundem Augustinum extulerat. (Ego (inquit) quando laudor à germanissimo, & familiarissimo animæ meæ,velut à me ipso lauder,sic habeo. Quod cernis, quàm molestum sit,etiam si vera dicatur. Quanto potius, quia etiam cum sis altera anima mea;immo vna sit anima tua,& mea,sic in me falleris putando mihi adesse,quæ desunt: quomodo & de se ipso vnus homo falli potest? Quod non tàm ideò nolo,ne quem diligo,tu fallaris, verum etiam,ne minus ores,vt sim,quod iàm me esse credis:) Et Sanctus Gregorius Palladio præsbytero lib. 8. epist.45.& refertur 11. quæst.3.cap.inter verba(inquit).Inter verba laudantium,siue vituperantium ad mentem semper recurrendum est: & si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur; magnam tristitiam generare debet. Et rursum si in ea non inuenitur malum, quo de nobis homines loquuntur;in magnã debemus lætitiam prosilire. Quid enim si non laudant, & conscientias liberas non demonstrent? Habemus Paulum dicentem: *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ*. *Aug. epist. 7. col. 2. Ho. tom. 2. Lib. 50. homil. hom. 25 to. 10. Aug. epist. 135. col. 2. D. to. 2. S. Greg. 2. Cor. 1.*

Digitized by Google

Iob. 16. Iob quoque dicit: *Ecce enim in cęlo teſtis meus: & conſciꝰ meus in excelſis.*

8 Adulatores perſequutores ſunt,& decepteres,imò,& interfectores. Dicit enim Auguſtinus. E Duo ſunt genera perſequutorum, vituperantium;& adulantium. Plus perſequitur lingua adulatoris,quàm manus interfectoris, nam & ipſam caminum dixit ſcriptura. Certè cùm de perſequutione loqueretur ſcriptura dixit: *Tanquam aurum in fornace probauit illos; & ſicut hoſtiam accepit illos.* Audi quia & lingua adulantium talis eſt. *Probatio* (inquit) *argenti,& auri ignis; vir autem probatur per os laudantium eum.*] Vnde Sigiſmundus Imperator (vt refert Aeneas Syluius) cuidam ſupramodum eum laudanti,& Dijs ſimilem eſſe dicenti,alapas dedit.Dicentiquè illi,cur me cædis Imperator? Cur me (inquit) Sigiſmundus mordes adulator?)

9 Nicolaus Oreſmius Lerouienſis Antiſtes tractatu de mutatione monetarum cap. 21. (Adulatores (inquit) ſunt falſiloqui, ſophiſtici, & reipublicæ proditores. Quoniam multoties impellunt Principem ad Tyrannidem,vt ait Ariſtoteles. Ipſi enim, vt in libro Eſther legitur,aures Principum ſimplices & ex ſua natura alios æſtimantes callida fraude decipiunt, & eorum ſuggeſtionibus Regum ſtudia deprauantur:) Et Agapetus in admonitionibus ad Imperatorem Iuſtinianum num. 12. Adulatores confert cum coruis: (Illi namque corporis effodiunet oculos, iſti autem animæ hebetant cogitatus,cum non permittant perſpicere rerum veritatem. Vel enim cõmendant plerumque reprẹhenſione quæ digna ſunt: vel reprẹhendunt quæ omni laude ſunt maiora) Et num. 22. eoſdem Adulatores ſimiles eſſe docet vmbræ,nam (Ad ea quæ placent potentibus reſpiciunt,corporumquè vmbras imitantes, ſingulis eorum dictis applaudunt.)

Anq. ſup. pſal. 63.

Sap. 3.

Prou. 27.

Aeneas Syl. lib. de dictis Sygiſmundi, & Federici Imper.

Nicolaus Oreſmius in biblioth. Vet. pat. tom. 8. col. 798.

Agapetus in bibl. V. P. tom. 8. col. 798.

Prou. 27.] Philo to. 1. biblio. Vet. pat. col. 169 D.

10 Vnde Salomon, *Meliora ſũt vlnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula inimici.* Nàm (vt dicit Philo) Carpathiorum Epiſcopus ſuper Cantica,cum in omni cœtu hominum,tum in religione Chriſtiana; aſſentatione nihil eſt pernicioſius,eorum præſertim qui commonendi, & obiurgandi cæteros officium ſuſceperunt. Hi ſunt, *Qui peccata populorum deuorant.* (Vt Ezechiel exclamat, vel Dominus potiùs per Euangelium) Cùm ſcelera reprẹhendere non audent, vel ob munera peritura & commoda, vel ob gratiam, & amicitiam profanorum, ac diuitum,quos ſibi venantur,vel ob humanam laudem, ac gloriam, vel ob metum ammittendi terrena bona,& fomenta gulæ,ac luxus,vel dum (ignaui,ac tepidi) calumnias pro Chriſto Ieſu,opprobria,verbera,carceres,exilia,mortèmque timemus, &c. Teterrima peſtis vrbibus aſſentatorum vita, tabificus morbus eorum conſuetudo adoleſcentibus,domibus ruina,Monaſterijs euerſio,Chriſtianæ religioni extrema calamitas, omniumquè malorum ſeminarium, & origo) Et Theodolus Cæleſyrienſis Præsbiter ſuper 1. epiſt. ad Rom. in fine, Cenſeo igitur, quòd delinquentes commendare, dùm delinquunt, ſit multò moleſtius, ac maius quàm delinquere. Meritò hac caſtigationis ratione dictum eſt, *Digni ſunt morte non ſolum, qui ea faciunt, ſed*

Verum etiam qui agentibus assentiuntur. Ideo non immeritò, delinquentis flagitium laudans longè sceleratior esse iudicatus est.] *Rom. 1.*

11 [Non sic viri sapientes, non sic peccatoribus adulãtur: sed potius eos corrigunt, & pungunt; propter quod (vt supra dictũ est) stimulis, & clauis assimilantur Eccles. 22. *Verba sapientis sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.* Et aptissimè quidem.] Nàm vt dicit Solonius Viennensis Galliarum Episcopus) peccatorum culpas nesciunt palpare: sed pungere. Qui enim veraciter sunt sapientes, eorum procul dubiò verba claui sunt, & stimuli; quia peccatores non blandimentis fouent: sed aspera increpatione redarguũt: & eorum secretas conscientias quasi pungendo, ad dolorem, & lamenta exercent, vt corrigãtur.] *Eccles. Salonius sup. Eccles. in fine 10. 8 616. Vet. pat. col. 470*

DE AMBITIONE. CAP. V.

AMBITIO (vt docet S. Thomas) est inordinatus appetitus honoris, & est peccatum magnanimitati oppositum. Et si honor appetatur ad debitum dignitatis vsũ, vt excedenté facultatem appetẽtis, pertinet ad præsumptionem. Hoc vitio diabolus primum parentem in statu illo integritatis inuasit (vt notauit Hylarius) Dijs futurum similem pollicendo, & illum hac tentatione corrupit. Secundum Adam etiam Ambitione in deserto tentauit; cum dixit, *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Sed illum mouere non potuit. Immò (vt idem Hylarius obseruat) responsio Domini hostem antiquum superauit; ait enim: *Vade Sathana.* Scriptum est enim: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* In quà quidem tentatione ambitiosi proprietates notantur. Nàm, vt honores, & dignitates obtineant, omnibus se subijciunt, omnibus se affabiles præbent, & si fas est dicere, diabolum adorare audent. Quod his verbis Innocentius explicat. [Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus, ne dicat, quod displiceat. Humilitatẽ simulat, honestatem mentitur; affabilitatẽ exhibet; benignitatem ostendit: subsequitur, & obsequitur: cunctos honorat, vniuersis inclinat: frequentat curias: visitat optimates: assurgit, & amplexatur: applaudit, & adulatur. Denique ambitio crux est ambientibus, quàm tamen ipsi libenter portant.] *S. Tho. 2. 2. q. 131. art. 2. Hilar. aduers. Arianos can. 3. sup. cap. 4. Matt. Matt. 4. Innocent. de vtilitate humanæ conditionis*

12 Quàm grande malum sit ambitio, & quàm detestandum, & fugiendum, his verbis explicat Bernardus, [Ambitio subtile malum, secretum virus; pestis occulta, doli artifex; liuoris parens, vitiorum origo; tinea sanctitatis: excæcatrix cordium; ex remedijs morbos causans, ex medicina languorem generans.] Quod amplius explicat Innocen. lib. de vtilitate humanæ conditionis. [Ambitiosus (inquit) statim, vt est ad honorem promotus in superbiam extollitur, iactantia effrænatur; non curat prodesse, sed gloriatur præesse: præsumit se meliorem, quia cernit se superiorem. Priores dedignatur amicos, & notos; non curat extraneos; comites contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit; fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patit, præesse molitur. Subditis onerosus, omnibus infestus, præceps, molestus, arrogans, grauis, & importunus. Et cum tãta sint ambitionis *Ber serm. 6 sup. ff Qui habitat.* *Innocent.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

malaꝛcum tot facinora ex ea oriantur; multi sunt qui eam sequuntur & labores, & dolores pro ea libenter patiuntur.] Et idem Bernardus

Ber. lib. 3. de cõsiderat. ad Eugenium.

[O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens, omnibus places? nil acrius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotijs eius.] Et B. Esaias Abbas lib. de Mundi contemptu cap. 16. ait: Quæmadmodum rugo ferrum consumit; sic Ambitio cor hominis rodit.

Beat. Esai. bibl. V. P. tom. 2. col. 515. a.

3 Vnde Chrysostomus [Ne ambitionem (ait) sectemur: nihil enim periculosius, id quod rerum experientia satis didicimus.] Et Homil. 83. in Ioannem, [Grauè quiddam est ambitio, grauè, inquã, & quæ animam perdere valeat.] Et iterum homilia 43. ad populum Antiochenum vbi de gloria vana, & ambitione tractat, idem eleganter prosequitur. Item etiam Ambrosius Mediolanensis lib. 4. in Euangelium Lucæ cap. 4. vbi de tertia Christi tentatione loquitur, [Atque hoc ipso (ait) perniciosior ambitio, quõd blanda quædam est conciliatricula dignitatum. Et sæpe, quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria; nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim sorensem gratiam, domesticum periculum. Et vt dominetur, alijs prius seruit. Curuatur obsequio, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior.]

Chryss. hom. 56. in Gen. c. 30. to. 1. & hom. 83 in Ioan. to. 2 Ambrosij Mediolan.

4 Dignitates omnes, & honores, quos ambitiosi inquirunt, non immeritò Scriptura sacra vmbrę comparat. Dicitur enim sapientiæ 5. *Transierunt omnia illa tanquam vmbra.* Et Ecclesiastic. 34. *Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventũ, sic, & qui attendit ad visa mendacij.* Sicut enim qui insequitur vmbrã, appręhendere eam non potest: sed vmbra magis fugit ab eo: qui autem ab vmbra fugit, vmbra eum insequitur: ita honores, & dignitates ab insequentibus fugiunt, & fugientes insequuntur. Scriptum est enim: *Qui se exaltat humiliabitur; & qui se humiliat exaltabitur.* Ac si diceretur. Qui se dignũ honoribus existimat, & eos insequitur, dignitatem, quàm desiderat non obtinebit: & qui se honore indignũ reputat, honorabitur. Vnde Christus Dominus duobus filijs Zebedei quærentibus interuentu matris sedere à dextris, & sinistris in regno eius respondit: *Nescitis quid petatis.* Et infra. *Sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram non est meum dare vobis. sed quibus paratum est à patre meo.* Ac si diceret. Dignitates quas appetitis nõ carnis propinquis; non ambientibus, & magnum aliquid de se putantibus: sed humilibus, & nihil tale quærentibus paratę sunt à Patre meo. Hinc Apostolus ait, *Nec quisquam sumit sibi honorem; sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: sic & Christus non semetipsum glorificauit, vt Pontifex fieret: sed qui loquutus est ad eum: filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quemadmodum & in alio loco dicit. *Tu es Sacerdos in æternũ secũdum ordinem Melchisedech.* De illis verò, qui non à Deo vocati sunt. Scriptum est: *Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro?* Et iterum; *Non adycias exaltari amplius in monte sancto meo.*

Sapient. 5. Eccles. 34. Matt. 23. Matt. 20. Hebr. 5. Matt. 17. Psal. 109. Hierem. 22 Sophoniæ 3

5 Et quamuis cuiuscunque dignitatis, & honoris ambitio sit detestabilis, pessima tamen est, quæ ad Episcopatum tendit. In hanc enim

summi

ſummi Pontifices,ſacri Canones, & Doctores ſancti, acritèr inuehuntur. Greg. 1. lib.3. Regiſtri Epiſt. 20. ad Maximianum:eundem excommunicat,& eos,qui eum conſecrauerant:eo quòd ambitiosè Epſcopatum inuaſerat.Concilium Aquiſgranéſe 1. cap.4.& 15.ſummopere deteſtatur ambitionem Epiſcopatuum, & allegat prædictũ Gregorium 1. lib. 1. Paſtoralis curæ cap. 1 .[Sunt (ait) nonnulli qui intra Sanctam Eccleſiam per ſpeciem regiminis gloriam affectãt honoris. Videri Doctores appetunt, tranſcendere cæteros concupiſcunt, atteſtante veritate primos concubitus in cœnis, primas in conuentionibus cathedras quærunt:qui ſuſceptum curæ paſtoralis officium miniſtrare dignè tantò magis nequeunt, quantò ad huius humilitatis magiſterium ex ſola elatione peruenerunt,] Iſidorus Hyſpalen. lib. 3. de ſummo bono cap. 34. ait, [Plærique Sacerdotes ſuæ magis vtilitatis cauſſa quàm gregis præeſſe deſiderant,nec vt proſint,præſules fieri cupiunt:ſed magis vt diuites fiant,& honorentur. Suſcipiunt enim ſublimitatis culmen,non pro paſtorali regimine : ſed pro ſoliùs regiminis, vel honoris ambitione atquè abiecto opere dignitatis, ſolam nominis appetunt dignitatem . Cum mali ſacerdotes Deo ignorante non fiant: tamen ignorantur à Deo ipſo per Prophetam dicente: *Principes extiterunt:ſed non cognoui*. Sed hìc neſcire Dei,reprobare eſt; Nam Deus omnia nouit . [Et in Canone Apoſtol. 31. allegato à Gratiano cauſa 16.quæſt.7. cap. Si quis Epiſcopus dicitur. (Si quis Epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus vſus Eccleſiã per ipſos obtinet, deponatur , & ſegregentur omnes,qui illi communicant .)

Gregorius. *Cõſ. Aquiſgranen.* *Gregorius* *Iſid. Hyſp.* *Oſeæ 8.* *Gratian.*

6 (Hinc S. Marcus primus epiſt. prima ad Cæſarium Epiſcopũ cap. 5.& allegatur à Grat. cau. 1. q.1. cap.nullus. (Nullus itaq; per ambitũ ad Epiſ. honorẽ permittatur accedere.Nã cũ hic exceſſus , ex laica conuerſatione culpetur,quis dubitat,quod religioſis,& Deo ſentientibus incutiat opprobrium ?) Et Conſilium Aruenenſe 1. can. 2. Placuit,vt ſacrũ quis Pont.honorẽ,non votis quærat,ſed meritis;ne diuinũ videatur munus comparare rebus : ſed moribus; atque eminentiſſimę dignitatis apicẽ omniũ conſcendat electione , non paucorũ fauore.) Item etiã in Concil. Aurelianenſi 2.Can.4. (Si quis ſacerdotiũ per pecuniæ nundinũ execrabili ambitione quæſierit,abijciatur,vt reprobus;quia Apoſtolica ſententia,donũ Dei eſſe præcepit pecuniæ trutina minimè comparandum,)Præterea Concil. Toletanũ 4. cap. 18. Tolet. 6. cap.4. Tolet.8. cap. 3. & Conciliũ Cabilonenſe 1. cap. 16. Concilũ Nicenũ 2. Generale 7. Canon. 5. aliaquè Concilia non pauca,& Summi Pontifices(quorũ teſtimonia refert Petrus Creſpetius in ſumma Catholicæ fidei verbo Epiſcopus) acritèr eos reprehendunt, qui per ambitũ aut precibus ad Epiſcopatũ aſcendere conantur.Vnde etiã in leg. Imp. id ipſũ eſt prohibitũ.Etenim in lege ſi quaquã C. de Epiſc.& Clericis ſic dicitur,(Nemo gradũ Sacerdotij venalitate pretij mercetur:quantũ quiſquè meretur nõ quantũ dare ſufficit æſtimetur: nõ pretio , ſed precibus ordinetur Antiſtes)& lib. 31. C. de Epiſcopis , & Clericis dicitur . (Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus , vt quæratur cogendus; rogatus recedat ; inuitatus effugiat ;

S. Marc. 1. *Gratianus* *Conc. Aruenenſe.* *Cõc. Aruel.* *Cõc. Tolet.* *Conc. Cabilon.* *Conc. Nicen. 2. generale 5.* *Petrus Creſpetius.*

sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus
Clem.epi.1 est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.] Hinc Clemens primus loquens de Petri Cathedra. Hæc (inquit) Cathedra cupientem se, & audactèr expetentem non requirit.)

7 [Quidam tamen sub pietatis prætextu Episcopatum ambientes
1.Timot.3. tueri se volunt verbis Apostoli ad Timotheum scribentis: *Fidelis sermo: Sic quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Cum ergo sit licitum bonum opus desiderare, & procurare, cum sit bonum obiectũ, relinquitur etiã licitum esse Episcopatum desiderare, appetere, procurare; aut tandem ad ipsum per medio licita, & honesta peruenire. Quibus tamen respondet S. Tho. quod sicut Greg. dicit in pastorali, illo
S.Tho. 2.2. 185.art.1. ad 1. tẽpore hoc dixit Apostolus, quo ille, qui plebibus præerat, primus ad martirij tormẽta ducebatur. Et sic nihil aliud erat, quod in Episcopatu appeti posset nisi bonum opus. Vnde Augustꝰ. ait, Apostolus dicens,
Aug. 19. de ciuitate Dei c. 19. a med.to.5 qui Episcopatum desiderat bonũ opus desiderat, exponere voluit quid sit Episcopatus, quia nomen operis est non honoris. Ergo Episcopum si velimus, latine superintẽdentẽ possumus dicere, vt intelligat non se esse Episcopũ, qui præesse dilexerit, non prodesse. In actione enim (vt
Eod. cap. parum ante præmittit) non amandus est honor in hac vita, siuè potentia, quoniam omnia vana sunt sub sole: sed opus ipsum, quod per eun-
Gregor. in Past. par. 1. cap. 8. dem honorem, vel potẽtiam sit, & tamen Greg dicit in Pastorali: Laudans desiderium scilicet boni operis in pauorem vertit prõtinus quòd laudauit cum subiungit. *Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse.* Quasi dicat: Laudo quòd quæritis: sed discite quid quæritis, hęc S. Tho.
Eccles. 7. Matt. 10. Vt de Eccles. 7. dicitur: *Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris.* Et Matthæi 20. *Quicunque voluerit inter vos esse primus, erit vester seruus.*

8 Ad fugiendum autem ambitionis peccatum mouere nos debent exempla Sanctorum, qui honores oblatos virilitèr reiecerunt. Nàm
S. Marcus. S. Marcus, vt referunt S. Thomas 2,2. q. 185. art. 2. ad 3. & Sanctus Antoninus parte 2. tit. 3. cap. 5. §. 2. & Sanctus Hieronymus apud Glosam ordinariam in princ. Euangelij Marci, amputauit sibi pollicem, vt sacerdotio reprobus haberetur. Et S. Thomas vbi suprà docet,
Nicephor' lib.11.137 id fecisse Spiritus sancti instinctu. Quid simile fecit Antonius Monachus sanctissimus, quem Nicolaus Lyranus in sua postilla ad prologum diui Hieronymi super Marcum vocat Antonium Anachoritam, Gregorius Taumaturgus (vt scribit Gregorius Nissenus) modis omnibus se abscondebat; ne Episcopus Neocæsareensis praficeretur: & importunis precibus, & exhortationibus cuiusdam Episcopi nomine Fe-
S. Ciprian. dini humiliter collum subiecit iugo. Sanctus Cyprianus apud Surium 14. Septembris, cum esset à toto populo diuina reuelatione in Episcopũ electus, abscondit se; reputans se ipsum tãto honore indignum. Sed tandem constrictus est honorem illum acceptare inuitus, quòd & rei probauit euentus. Nàm specialitèr quosdam, vt charissimos amicos dilexit, qui iniuriosè eius electioni se opposuerunt.

S. Nicol. 9 Sanctus Nicolaus (vt scripsit Leonardus Iustinianus apud Surium

rium 6. Decembris) diuina reuelatione astrictus contra voluntatem propriam multis lacrymis effusis dignitatem Episcopalem Ecclesiæ Myræ acceptauit. Idem fecit S. Basilius, vt ipse refert epist. 164. calumnijs eorum respondens, qui asserebant illum per ambitionem ad Episcopatum Neocesareensē ascendisse. Nam, vt est videre apud Gregorium Nazianzenum in laudibus Basilij epist. 21. cum præsciret, quod post mortem Eusebij clerus, & populus eligere illum in Episcopum volebant, fugit: & post modum finxit se graui infirmitate detineri: sed tandem, cum non posset amplius resistere, instante Gregorio Nazianzeno Episcopatum acceptauit: Qualiter autèm idem Greg. Nazianzenus, & quanta diligentia curauerit iugum Episcopatus pluriès à se excutere; ipsemèt enarrat Epist. 31. 32. 42. & oratione in Maximum; & in quàdam ab oratione Apologetica, cuius titulus est, de nō affectata cathedra Constantinopolitana. Idem prorsus de se refert Augustin. epist. 147. ad Valerium vbi ait: (Nihil esse in hac vita, & maximè in hoc tempore difficilius, laboriosiùs, periculosiùs Episcopi, aut præsbiteri, aut diaconi officio: sed apud Deum, nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem ille sit modus, nec à puericia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore quo discere cæperam, vis mihi facta est meritò peccatorum meorum. Nàm quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur qui remum tenere non noueram.)

Basilius.

Greg. Nazianzenus

Aug. epist. 147. 10. 2.

10 Chrysostomus, & Basilius multis, & diuersis modis curauerunt, ne onus Episcopale eorum humeris imponeretur: & tādem coacti multis lacrymis obortis, & dolore cordis onus illud, cùm amplius resistere non possent; tremebundi acceptauerunt; vt licet videre apud Chrysost. lib. 1. & 2. de Sacerdotio: Vbi S. Chrysostomus multum deplorat, quòd Ecclesiam Christi sponsam sibi omnium indignissimo fuerit commissa. Sanctus Ambrosius (vt refert Paulinus Ruginus, & Theodoretus) cum diuina inspiratione in Episcopum Mediolanensis Ecclesia ad vocem vnius pueri clamantis Ambrosius Episcopus; fuisset concorditer electus: modis omnibus Episcopatum recusauit. Et vt à tali intentione populum auerteret, cæpit contra morem suum esse seuerus, & quasi crudelis multis tormentis, malefactores torquendo, causas decidendo non vt Episcopus compatiens: sed tanquam iudex seuerus. Sed cum populus in proposito perseuerarit, aliam viam attentauit. Fecit enim honestissimus vir mulieres lasciuas in domum suam introduci: vt saltem populus hæc videns indignum Episcopatu eum reputaret. Populus autem multo magis clamabat: Ambrosius Episcopus, peccatum eius sit super nos. Quod cum Ambrosius perspiceret, fugam arripuit, & cum tota nocte iter ageret, & crederet se Papiā, quò tendebat, peruenisse; facto mane iuxta portas Ciuitatis Mediolani inuentus est. Intelligens ergò esse Dei voluntatem, vt electioni populi consentiret, onus illud humilitèr acceptauit.

Chrysost. tom. 5.

Paulinus Rugin. in vita S. Ambrosij lib. 2. cap. 11.

Theodoret. lib. 4. cap. 6.

11 Quidam Monachus vitæ perfectissimæ nomine Nilammon vt refert Sozomenus lib. 8. cap. 19. & Cæsar Baronius in Annalibus de

anno

anno 403. cùm à populo fuiſſet electus in Epiſcopum cuiuſdàm Ciuitatis paruæ, fugiens Epiſcopatum ſe incluſit in quadàm domuncula ante ciuitatem,& portam multis lapidibus concluſit: ad quàm accedens Theophilus Epiſcopus hortabatur eum, vt onus acceptaret. At ipſe multis,& diuerſis rationibus ſe excuſabat: ſed adhuc inſtãte Theophilo Monachus ille reſpondit: Cras diſponetis de mè ſecundum veſtrum beneplacitum, hodiernum diem pro me volo; vt de aliquibus rebus ad mè pertinentibus diſponam. Die ſequenti reuerſus eſt Theophilus iuxtà pactum,& petijt à Nilammone, vt portam lapidibus clauſam aperiret. Qui reſpondit; Obſecro, vt prius orationem faciamus. Annuẽte Theophilo, Nilãmon in oratione ſpiritum Deo reddidit. Sed, cum iam dies declinaret, Theophilus, & qui ſecum expectabant Epiſcopum, pluries magnis vocibus vocabant Nilãmonem: ſed in vanum, nullus enim reſpondebat. Ideo lapidibus portam obturatam ſolo coæquarunt,& intrantes inuenerunt Nilãmonem mortuum. Elegit enim prius mortem ſubire, quàm Epiſcopatum acceptare. Hæc omnia refert Sozomenus,& Baronius. Sanctus Bernardus (vt habetur in vita eius lib. 2.) ad plures Epiſcopatus fuit electus,& poſtulatus. Elegit eum domeſtica Lingonenſis Eccleſia, elegit Cathalaunenſis. Intra Italiam ciuitatas Ianuenſis,& Mediolanum Metropolis Ligurum, hunc optauerunt paſtorem,& magiſtrum. Remi nobiliſſima Franciæ ciuitas, ſecundæ Belgicæ Prouinciæ caput, eius dominationem ambiuit. Omnibus his vocationibus poſtpoſitis, non ſolicitauit animam eius honor oblatus, nec motus eſt pes eius, vt inclinaret ſe ad gloriam, nec magis eum delectabat tyara,& annulus, quàm raſtrum, & ſarculus. Petentibus ſe nec annuens aliquando, nec inſolenter, aut improbè renuens, dicebat ſe non eſſe ſuum: ſed aliorum ſeruitio deputatum. Quæ res cum referretur ad fratres, reſpondebant: Nos omnibus quæ poſſidebamus venditis, inuentam precioſam margaritam comparauimus. Ad patrimonia diſtracta redire non poſſumus.

Sozomen. Baronius. S. Bern. in vita eius lib. 2. c. 4. in fine.

S. Antoninus in ſumma 2. p. tit. 3. c. 5. §. 2.

12 Goſtredus Prior Clarauallis (vt refert Sanctus Antoninus) cum eſſet electus in Epiſcopũ Tornacenſem,& à Papa Eugenio 3. & Sancto Bernardo conſtringeretur, vt onus acceptaret; reſpondit Monachus: fugitiuus eſſe poſſum ſi à religione me eijcitis, Epiſcopus autem nunquam ero: & ſic onus illud à ſe excuſſit; & in quiete Monaſterij permanſit. Poſt mortem vero cuidam ſibi cariſſimo apparuit, & interrogatus an fuerit Deo grata reſiſtentia, quà à ſe abiecit onus Epiſcopale, reſpondit: ſibi fuiſſe à ſanctiſſima Trinitate reuelatum, quod ſi Epiſcopatum acceptaſſet damnatus vtique cum reprobis fuiſſet. Sanctus Dominicus, vt ſcribit Frater Theodoricus de Apodiatis tres, vel quatuor Epiſcopatus ſibi oblatos recuſauit. Similiter etiam Sanctus Thomas de Aquino, vt refert Surius à Clemente Quarto Summo Pontifice vocatus fuit ad Archiepiſcopatum Neapolis: quam tamen dignitatem conſtanter refutauit; obnixè deprecans Summum Pontificem, ne amplius ſimiles gradus ei offerret. S. Antoninus (vt refert Vincentius Mainardus) nunquàm acceptare vo-

S. Dominicus.

S. Thomas.

S. Antoninus.

Digitized by Google

re voluit Archiepiſcopatum Florentinum ſibi ab Eugenio Quarto conceſſum: ſed omnibus modis dignitatem illam fugere attentauit. Quod cum Summus Pontifex audiuiſſet, ſub pœna excommunicationis illi præcepit, vt curam paſtoralem illius Eccleſiæ ſubiret. Poſt hoc præceptum multos Theologos, & Iuris peritos conſuluit: an ſtante illo præcepto poſſet licitè Summum Pontificem ſupplicare, ne onus illud ſibi imponeret. Quibus reſpondentibus minimè licere, obedientia Pontificis compulſus; onus illud mœſtus, & multis lacrymis perfuſus humilitèr acceptauit. Liberius etiam inuitus ad Summum Pontificatum acceſſit, vt ipſemet his verbis teſtatur. [Ad illud officium (teſtis eſt mihi Deus) inuitus acceſſi, in quo cupio quidem ſine offensà Dei, quamdiu in ſeculo fuero, permanere.) *Liberius epiſt. ad Conſtantiũ Auguſt. in bib. Vet. P. col. 79. to. 3*

13 His omnibus accedit exemplum ſingulare Sancti Gregorij Magni. Pelagio peſtilentia ſublato ſummo omnium cõſenſu Pontifex eligitur: quẽ honorẽ ne acciperet, quandiù potuit recuſauit. Nam alieno veſtitu in ſpelunca delituit; vbi deprehenſus indicio igneæ columnæ apud Sanctum Petrum conſecratur. Vnde idem met Gregorius in plurimis ſuis Epiſtolis: ſed præſertim libro primo Epiſtola 4. 5. 6. & 7. ſummoperè dolet de electione ſua ad Summum Pontificatum, cum labores ingentes ſuſcipiantur, & dulciſſima quies amittatur, & magnum adſit periculum in Eccleſia regenda, quam vetuſtam Nauem, & confractam vocat. Vbi redditur ratio, cur ſibi moleſta fuerit electio ad Pontificatum: nempè, quòd ſub colore Epiſcopatus ad ſæculum fuerit reductus: cum difficilè ſit poſt negotia ſæcularia ad cor redire, quodquè tantis terræ curis inſeruiret, quantis ſe in vita laicali, nequaquam deſeruiſſe reminiſcebatur. Et libro 12. Epiſtola 16. valde deplorat, quòd ſub colore eccleſiaſtici regiminis mundi huius fluctibus volueretur. Denique Chriſtus Dominus Ioannis 6. *Cum cognouiſſet; quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem fugit iterum in montem ipſe ſolus*. Et tamen cum veniſſent vt eum crucifigerent ſponte ſe ipſum paſſioni obtulit. Vnde Gregorius. (Exemplum ſe ſequentibus præbens rex fieri noluit, ad crucis verò patibulum, ſpontè peruenit. Oblatam gloriam culminis fugit, pœnam probroſæ mortis appetit: vt membra eius videlicet diſcerent, fauores mundi fugere, terrores minimè timere, pro veritate aduerſa diligere, proſpera formidando declinare: quia, & iſta ſæpe per tumorem cor inquinant, & illa per dolorem purgant.) Hinc eſt quod Diuus Gaudẽtius Epiſcopus Brixienſis, vt ipſe narrat ſermone ab eo habito prima die ordinationis eius, & habetur in Biblioteca Veterum Patrum tom. 2. col. 88. metu excõmunicat. Epiſcopatũ acceptauit, cũ prius his verbis ſeipsũ excuſaſſet. Imperitię meę cõſcius, & ætatis ipſius immaturæ ad Sacerdotij dignitatẽ pudore deterritus: merito ſilendi licentiã à sũmis Sacerdotibus poſtulabam, &c. *S. Gregor. epiſt. 3. 5. 6. & 7.* *Gregor. in paſt. 1. par. cap. 3.*

14 Quòd ſi tot, tamquè admiranda exempla ſanctorum non ſufficiũt ad ambitionis vitiũ deteſtandũ; ſufficiant ſaltẽ infeliciſſimi exitus eorũ, qui per ambitionẽ aſcendere ad dignitates Eccleſiaſticas, & Epiſcopatus tentauerũt. Etenim Valent. & refert Tertull. lib. con Valenti- *Tertull.*

nianos, cum quendam Episcopatum modis omnibus affectasset, & vidisset alteri fuisse collatũ, se aduersus Ecclesiam rebellauit, & in multas hæreses incidit. Idem contigit Martioni, & vt refert Epiphanius hæresi 22. Idéquè accidit Arrio, vt narrat Theodoret' lib. 4. de hæreticis fabulis, & Io. Vviglepho, vt ait Vvaldensis lib. 2. doctrinalis fidei c. 60

15 Quidàm Auctor innominatus discipulus Sancti Fulgentij, vt habetur apud Surium prima Ianuarij circa annum Domini 504. refert, quòd in Ruspa ciuitate Africæ quidam Dyaconus nomine Fœlix ambiebat illius ciuitatis Episcopatum; & cum obtinere non posset, cępit electionem aliorum perturbare. Sed vltio diuina non defuit, nàm infra annum iusto Dei Iudicio mortuus est.

S. Greg. lib. 3. dial. c. 5.

16 Nec prætermittendum censeo id quod S. Gregorius refert, quidam nimirum Sabinus Canusinus Episc. (cum esset valdè senex, eius Archidiaconus ambitione adipiscendi Episcopatum accensus, eum extinguere veneno molitus est. Qui cum vinisuforis animum corrupisset vt mixtum vino venenum ei poculum præberet, refectionis hora cum vir Dei ad edendum discumberet, ei præmiis corruptus puer, hoc quod ab Aschidiacono acceperat, veneni poculum obtulit: Cui statim venerabilis Episcopus dixit. Bibe tu hoc, quòd mihi bibendum præbes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiẽs, maluit moriturus bibere, quã pœnas pro illa tanti homicidij culpa tolerare. Cumquè sibi ad os calicem duceret, vir Domini compescuit dicens: Non biba, da mihi ego bibo: sed vade dic ei, qui tibi illud dedit; ego quidem venenum bibo: sed tu Episcopus non eris. Facto igitur signo crucis, venenũ Episcopus bibit securus. Eademque hora in loco alio, in quo erat Archidioconus eius defunctus est, ac si per os Episcopi ad Archidiaconi viscera illa venena transissent; cui tamen ad inferendã mortem venenũ quidem corporale defuit: sed hunc in conspectu æterni Iudicis, venenũ suæ malitiæ occidit.)

Isai. 3.

17 Hęc autèm omnia pulerè confirmant verba illa Isaiæ 3. *Apprehendet enim vir fratrem suũ domesticum patris sui: vestimentũ tibi est, princeps esto noster, ruina autẽ hæc sub manu tua.* Respondebit in die illa dicens: *Non sũ medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentũ. Nolite constituere me Principem populi.* Talis debet esse responsio, cũ quis ad Episcopatum requiritur. Non sic respondent ambitiosi, sed cũ indigni sint, & cibos spirituales non habeãt, alijs promittunt alimoniã, & pleni vulneribus, medicos se esse iactant: nec seruant illud Mosaycũ *Exod.* *Prouide aliũ, quẽ mittas.* Nec respõdent: Non sũ medicus: sed sicut filij *Matt. 20.* Zebedei dicunt: *Possumus.* Primatũ vltra vires suas ambientes. Quibus *1. Reg. 18.* profectò illud accidit, ꝙ Saul dixit: *Dabo ei filiã meã Michol, vt sit ei in* *Bernardus* *scandalũ, & sit super eũ manus Philistinorũ.* Non aliter dignitas Eccle- *serm. 26. ad* siastica. Vt dicit Bern. est multis in scandalũ, illis videlicet, qui nõ pro- *Pastores in* meritis: sed ambitiosè illã appetũt.] Oliua Ficus, & Vitis promouerit *Sinodo.* in ducẽ aliarum arborũ renuũt: Oliua respondet. *Nunquid possum de-* *Iudic. 9.* *serere pinguedinẽ meã, &c.* Ficus ait *Nunquid possum deserere dulcedinẽ meã, fructusquè suauissimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear?*

Vitis lignis dicentibus veni,& impera nobis,se excusat,& inquit; *Nunquid possum deserere vinum meum,quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cætera promoueri?* Et tamen Rhamnus plenus spinis,& nulli vsui nisi igni aptus à lignis in Regem eligitur, & statim Regiam dignitatem acceptat. *Si vere* (inquit) *me Regem vobis constituistis, venite sub vmbra mea requiescite.* Sic in Ecclesia Sancti,& iusti honores refugiunt,& regimina acceptare nolunt; timentes ne dulcedinem spiritualem amittant,dum causis alienis implicantur: & tamen Rhãnus spinis peccatorum circumdatus dignitatem ambit,& temerè oblatam acceptat.

DE AMICITIA CAP. VI.

AMICITIA, vt docet S. Thomas est amor mutuus cum benecuolentia fundatus in aliqua communicatione. Non tamen est virtus specialis distincta ab alijs: sed quid consequens omnes virtutes, vt in eadem 1.2.quæst. 23. art. 3. ad primum docet Sanctus Doctor. Et quoniam est quadruplex communicatio,in qua potest amicitia fundari,scilicèt naturalis,domestica, ciuilis, & diuina: Ideo Sanctus Doctor quadruplicem amicitiam distinguit. *S.Tho. 1.2. q 65.art.5. in corp. q. 23.art.1.* *S.Tho. 3.d. 29.q.1.ar. 6.*

2 Hinc S. Augustinus diffinitionem amicitiæ refert ex Tullio. Amicitia (inquit) est rerum humanarum, & diuinarum cum benecuolentia, & charitate consensus; sed hæc vera amicitia non potest esse inter eos,qui sine Christo sunt. Ab amore (vt mihi videtur)amicus dicitur: ab amico amicitia, &c. 3 Et infra Veri amici conditiones describens subdit. (Porro amicus quasi amoris,vel ipsius animi custos dicitur;quoniam amicum meum amoris mutui,vel ipsius animi oportet esse custodem, vt omnia eius secreta fideli silentio seruet? Quidquid in eo vitiosum viderit,pro viribus caueat,& deleat:cui & gaudenti congaudeat, & dolenti condoleat,& omnia sua consentiãt, qui amici sunt. Amicitia igitur ipsa virtus est, quæ talis dulcedinis, ac dilectionis fœdere ipsi amico copulatur, vt vnum fiat de pluribus. Vnde ipsam amicitiam non inter fortuita,v el caduca:sed inter ipsas virtutes quæ æternæ sunt,etiam mundi huius Philosophi collocauerunt. Vnde Salomon in Prouerbijs, *Omni tempore diligit, qui amicus est*. Manifestè declarans eam æternam esse si vera est,si autem desierit, nũquam vera fuit.) In cuius confirmationem adducit illud dictum Hieronymi: Amicitia,quæ desinere potest,nunquam vera fuit, cum amicitiæ deberent esse immortales.] Id quod etiam Scriptura sacra diuersis in locis innuit,dicit enim Prouerbiorum 12. *Qui negligit damnum propter amicum iustus est.* Et infra, *Amicum tuũ,& amicum patris tui ne dimiseris.* Et Ecclesiast.6. *si possides amicum,in tentatione posside eum.* Et cap.19. *Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi, vinum nouum, amicus nouus, veteresces,& cũ suauitate bibes illud.* Et cap. 22. *Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt in bonis illius lætetis.* In *Aug. lib. de amic. cap. 1.* *Eodem lib. cap. 2.* *Prou.17.c* *Prou. 12. cap. 27.* *Eccl.6. & cap. 19.* *Et cap.22.*

ris in te. . . re tribulationẽ illius per mane illi fidelis, vt hæreditate illius cohæres sis.

Eodem lib. de amicit. cap. 3.

3 Vnde Augustinus. Amicitia mundialis est, quæ rerum bonarum temporalium cupidine protrahitur; semper est plena fraudis, atq; fallaciæ, nihil in ea certum, nihil constans, nihil securum; semper cum fortuna mutatur, & sequitur marsupium. Vnde Salomon dicit, *Est amicus secundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis, tolle spem quæstus, & statim desinet esse amicus.* Vnde quidam; Non est personæ: sed prosperitatis amicus, quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat. [Quidam, vt refert idem Augustinus, dicunt cauendam esse amicitiam, rem plenam sollicitudinis, atque curarum, nec timoris vacuã, & multis abnoxiam doloribus: nihilque difficilius, quàm custodire, vtque ad extremum diem. Si iudicant cùm Tullio amare hodiè; vt cras oderint sic amicus esse, vt nulli sit fidus, nunc laudans, nunc vituperans, nunc blandiens, nunc mordens: hodie paratus ad oscula, cras ad opprobria amor talium leuissima recedit offensa. De his Tullius (inquit) in mundo tollere videntur, qui amicitiam de vita tollunt: quia nihil à Deo melius habemus, nihil iucundius. [Amicus primo eligendus est, deinde probandus tertio admittendus, quarto communicandus: non enim omnes, quos dilexímus in amicitiam sunt recipiendi, quia non omnes sunt ad hoc idonei. [Non enim (vt Augustinus ait) sunt idonei, nimis iracundi, instabiles, suspicioſi, verbosi, quæ quatuor in electione amici notanda sunt. Difficile est enim, eum, quem sæpe iracundiæ furor exagitat, non aliquando insurgere in amicum. Vnde Ecclesiasticus. *Est amicus qui odium, & rixam, & conuitia denudabit. Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso, ne forte scandalum animæ tuæ.* Item etiam amicus, qui vere amicus, qui vere amicus est non facile est abijciendus, aut pro nouo amico commutandus: Dicitur enim [Ecclesiastic. 19. *Ne dereliquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi; vinum nouum, amicus nouus, veterascet, & cum suauitate bibes illud.*

Todem lib. c. 12.

Prouer. 22.

Eccles. 19.

Tod. lib. c. 8

Amicorũ communia omnia.

Aug. lib. de amicit. cap. 25.

4 Hinc Sanctus Augustinus, eius qui in amicitiam recipiendus est, qualitates describens, ait. [Hic ergo tibi eligendus est in amicum, quem non iracundiæ furor inquietat, non instabilitas diuidat, non cõterat suspitio, non verbositas à debita grauitate dissoluat. Præcipuè vtile est, vt eum eligas, qui tuis conueniat moribus, nuæ congruat qualitati. Nam inter dispares mores firma non potest esse amicitia, & ideò sibi conuenire debet vtriusque gratia, (Et paulò ante præmiserat: [Sed nec verbosum arbitror eligendum; quia vir linguosus non iustificabitur: Salomon ait. Si vdes hominem promptum ad loquendum magis illo spem habet stultus.)

Tullius in lib. de amicitia.

Matt. 5.

Aug. lib. 1. serm. Dñi in mõte. c. 24. to. 4.

5 Amicus scãdalosus statim abijciendus est: dicitur enim Matt. 5. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te.* Vbi vt notauit Augustinus per oculum amicus dilectissimus designatur. Solet.n. & ab eis, qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam ita dici, diligo eum, vt oculos meos, aut etiã plusquam oculos meos. Quod

autem

Digitized by G

autem additum est dexter, fortasse ad augendam vim dilectionis valet: Quanquam enim ad videndum illi oculi corporis communiter intendantur, & si ambo intendantur æqualiter possint; amplius formidant homines dextrũ amittere. Vt ille sit sensus. Quidquid illud est, quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, si scãdalizat te, idest si tibi impedimẽto est ad verã beatitudinẽ, *Erue illud, & proïce abs te.* Expedit.n. tibi, vt pereat vnum horum, quæ ita diligis, vt tanquam membra tibi hæreant, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.]

6 Hęc est lex amicitiæ tesse Augustino [Vt ab amicis honesta petamus, & pro eis honesta faciamus: nec expectemus vt rogemur; cunctatio semper absit: studium semper adsit. Perde (inquit) Salomon pecuniã prõpter amicum: si enim pecunia perdenda est prõpter amicũ, multò magis amici vtilitatibus, vel necessitatibus conferenda, &c.] Cũ igitur tibi cùm amico esse debeat cor vnum, & anima vna, iniuriosum est, si non sit, & pecunia vna. Sic se sibi suaquè impendant, vt qui dat seruet charitatem, qui accipit non perdat securitatem.) Fauet exemplum illud, q̃ de Ptholomeo Epiphane, narrat Hieronymus, (Nam interrogatus à quodam, vnde ei suppeterent pecuniæ ad tantas res moliendas, & tàm difficilia bella gerenda, respondit; sibi amicos esse pecunias;) Nec solum pecunia expendenda est pro amico; sed etiam vita exponenda, iuxta illud. *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Id quod non solum Christus pro omnibus suis perfecit: sed etiam inter ethnicos ipsa amicitia instigante, impletũ legimus. Vt ex Valerio maximo refert S. Thomas opusculo 20. lib. 4. de regimine Principum cap. 22.

Aug. c. de Amicit. cap. 25.

Hier. sup. cap. 11. Danielis 10. 4.

Aug. lib. de amicit. 13. to. 4

7 Amico (vt docet Augustinus) omnia sunt remittenda (Excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. Dicitur enim Eccles. 22. *Mittens lapidem in volatilia deũciet illa: sic & qui conuitiatur amico dissoluit amicitiam.* Ad amicum, & si produxerit gladium, non desperes. Si protulerit os triste, non timeas: est enim reuersio ad amicum, excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus.) Et iterum scriptum est. *Qui denudat arcana amici fidem perdit, & non inuenit amicum ad animum suum.* Dilige proximum, & conjungere fide cum illo, & quod si denudaueris abscondita illius, non persequeris post eum.) Et infra. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infœlicis.

Eccles. 22

Eccl. 27

Ambros. lib. 3. offic. c. 15. to. 4.

8 Hinc S. Ambrosis: vnitas (inquit) animorum in amicis est, nec quisquam detestabilior; quam qui amicitiam læserit. Vnde in proditore Dominus hoc grauissimum inuenit, quod amicitiæ venenum malitiæ miscuerit, sic enim ait. *Tu vero homo vnanimis Dux meus, & notus meus.* Non dixit, tu vero seruus meus, Apostolus meus: sed vnanimis meus, idest non meus, sed etiam tuus proditor es, qui vnanimem prodidisti, &c. Dominus cùm à tribus Regibus offensus esset, quòd Sancto Iob honorem non detulissent, ignoscere his per amicum voluit, &c. Proficit ergo illis amicitia, quibus officit insolentia.)

Psal. 54.

Hinc

Iudicũ 16. d. Hinc Dalida ad Sanſonem: *Quomodo dicis: quòd amas me, cùm animus tuus non ſit mecum?* Et Prouerb. 29. *Homo, qui blandis fictiſque ſermonibus loquuitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius.* Et Prouerb. 26. *Prou. 29. Et 26.* *Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus dicit: ludens feci.*

9 L Omnis amicitia inter homines quantumuis firma ſit, morte finitur. Elige ergo amicum Deum, cuius amicitia non terminatur morte: ſed potius perficitur, & confirmatur. Vnde Auguſtinus (Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Solus enim nullum charum amittit: cui omnes in illo chari ſunt, qui non amittitur. Et quis eſt ille niſi Deus noſter, Deus qui fecit cœlum, & terram, & implet ea, quia implendo ea, facit ea: te nemo amittit, niſi qui dimittit.) Vnde Seneca, Mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcis eſt, habui enim illos tanquam amiſſurus, amiſi, tanquam habeam. Hinc eſt quòd Chriſtus Dominus loquens de Lazaro mortuo, *Lazarus* (inquit) *amicus noſter dormit.* Vbi Lazarum mortuum amicum vocat, vt innueret, quod amicitia inter Deum, & homines, non diſſoluitur morte, ſed potius confirmatur, eo quod in communicatione æternorũ bonorum fundatur.

Aug. lib. 4 confeſſ. c. 6. Horat. de Virgilio nauigante. *Aug. lib. 4 confeſſ. c. 9. to. 4.* *Seneca epiſt. 3.* *Ioan. 11.*

Bernardus ſerm. 26. in cant. 10 Amicum eſſe dimidium animæ, his verbis docet Auguſtinus; (Chariſſimi cuiuſdam ſui amici, qui bis annum in amicitia cõpleuerat, mortem immaturam deplorans, benè quidam dixit amico ſuo, *Dimidium animæ meæ.* Nam ego ſenſi animam meam, & animam illius vnam fuiſſe animam in duobus corporibus. Et Idcò mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidium viuere; & ideò fortè mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram.) Similis affectus premebat Sanctum Bernardum in morte chariſſimi fratris ſui Gerardi, cui amicitia ſpirituali potius quàm coniunctione carnali erat conglutinatus. Ait enim: (Amauimus nos in vita, quomodo in morte ſumus ſeparati? Amariſſima ſeparatio, & quàm non poſſet omnino efficere, niſi mors. Quando enim me viuus, viuum deſereres? Omnino opus mortis, horrendum diuortium. Quis enim tàm ſuaui vinculo mutui noſtri non peperciſſet amoris, niſi totius ſuauitatis inimica mors? Bene mors, quæ vnum rapiendo duos furioſa peremit. An non mors etiam mihi? Imo plus mihi, cui vtiquè omni morte infœlicior vita ſeruata eſt. Viuo, vt viuens moriar, & hoc dixerim vitam? quàm mitius me priuares, ò auſtera mors vitæ vſu, quàm fructu. Nam vita ſine fructu grauior mors, &c. Adhæſit anima mea, animæ illius, & vnam fecit de duabus, non conſanguinitas; ſed vnanimitas. Carnis quidem neceſſitudo non deficit: ſed plus iunxit ſocietas ſpiritus, conſenſus animorum, morum cõformitas. Cum ergo eſſemus cor vnum, & anima vna; hanc meam pariter, & ipſius animam pertranſiuit gladius: & ſcindens mediam partem locauit in cœlo, partem in cano deſeruit. Ligo ego illa portio miſera in luto iacens, truncata parte ſui, & parte potiori, & dicitur mihi, ne fleueris? auulſa ſunt viſcera mea à me, & dicitur mihi, ne ſenſeris? ſentio vel inuitus, quia, *Nec for-*

Iob. 16.

tunato

tiúdo lapidis fortitudo mea,nec caro mea ænea est. Sentió prorsus, & doleo,& dolor meus in conspectu meo semper.)

11 Amicus charitatiuè,& blandè corrigendus est,& si opus fuerit obiurgandus. Dicit enim Ambrosius : Obiurget amicus amicum, non iactantis studio,sed affectu charitatis:nec admonitio aspera sit; nec obiurgatio contumeliosa. Si quid vitij in amico cognoueris, corripe occultè. Si non audierit,corripe palam.) Et Sanctus Augustinus Epistola ad Hieronymum : Nescio vtrum Christianæ amicitiæ pietatiúè sint in quibus magis valet vulgare prouerbium : obsequium amicos; veritas odium parit; quàm Ecclesiasticum : *Meliora sunt vulnera diligentis,quàm fraudulenta oscula odientis*. *Ambr. lib. 3. de Offic.* *S. Aug. ep. ad Hieron.* *Prou. 27.*

12 Si amicitiæ radix esset spiritualis ; nulla res temporalis eam euelleret. Omnia enim, quæ sæculares amicitias tollunt, spirituales confirmant. Vt ait Chrysostomus. Vide alia plura verbo Adulatio, & verbo Correctio fraterna. *Chrys. to. 2. hom. 61 in Matt.*

DE ANGELIS CAP. VII.

ANGELVS, non est nomen naturæ; sed officij. Spiritus enim Angelici dicuntur Angeli ; quia,sicut dicit Apostolus : *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*. Ipsi.n. nos custodiunt, iuxta illud psal. 90. *Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te:vt custodiant te in omnibus vijs tuis;in manibus portabunt te:ne vnquam offendas ad lapidem pedẽ tuũ*. *Ad. Heb. 1* *Psal. 90.*

Quæ verba exponens Sanctus Bernardus duo aduertit ponderatione digna. Alterum est, quod non dixit, vt custodiant te in præcipitijs tuis: sed in vijs tuis. Alterum est,quod Angeli in manibus portant, quos diligunt, vt sine offensione pertranseant omnes difficultates vitæ præsentis,& securè ad cęlestem patriam perueniant. Sic enim ait. L Fideles sunt,prudentes sunt,potentes sunt. Quid trepidamus ? tantum sequamur eos,adhæreamus eis, & in protectione Dei cęli cõmoremur. Vide enim quàm necessaria sit ista protectio,ista custodia in vijs tuis ? *In manibus* (inquit) *portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*. Parum tibi videtur,quod non sit lapis offensionis in via ? Considera quæ sequuntur. *Super Aspidem,& Basiliscum ambulabis,& conculcabis leonem,& draconem*. Quam necessarius pędagogus, imò etiã baiulus præsertim paruulo inter hæc gradienti:*In manibus*(inquit)*portabunt te*. In tuis quidem vijs custodient te,& deducent paruulum,qna potest paruulus ambulare.] *S. Bernar. ser. 12. in Cant. post. medium.*

2 Manus autem Angelicæ, quibus sibi comissos portant Angeli, sunt memoria breuitatis præsentis vitæ, vt eodem loco explicat Bernardus, & magnitudinis præmij,de quo ait Apostolus:*Momentaneũ,& leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur nobis*. In his manibus portabatur qui dixit. *Noli timere fili mi; pauperem quidem vitam gerimus : sed multa bona habebimus,si timueri-* *Eod. serm. 12. col 3.* *2. Cor. 4. d.* *Tobiæ 4.*

Digitized by Google

Tobiæ 3. timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Et iterum. *Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit ad miſericordiam tuam venire licebit; non enim delectaris in perditionibus, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lacrimationem & fletum exultationem infundis.* Hinc eſt illa

Pſal. 65. Cap. 12. vox iuſtorum: *Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Non ait ſtetimus, vel permanſimus in igne, & aqua; ſed tranſiuimus: quia per modum tranſitus igne tribulationis examinati ſunt, ſicut examinatur argentum; quia momentaneum eſt leue tribulationis: ſed præmium eſt terminus, qui manet in motu, æternum ſcilicet gloriæ pondus. Vide plura verbo Tribulatio, & verbo Spes.

3 Quam ſunt Angeli ſolliciti de noſtra ſalute, & veloces ad protegendum nos, colligere poſſumus ex illa viſione Iacob. *Vidit enim*

Gen. 28. *in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ, &c.* Cui conſonat illud, quod Chriſtus Dominus di-

Ioan. 1. xit ad Nathanael, *Amen, amen dico vobis, videbitis cœlos apertos, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis.* Aſcendunt enim ad Deum per contemplationem, & deſcendunt ad nos per compaſſionem, vt nos ab inuiſibilibus hoſtibus defendant. Aſcenſio

Bern. ſer. 11 in cant. col. 3. (inquit Bernardus) & deſcenſio viæ illorum: aſcenſio propter ſe; deſcenſio vel potius condeſcenſio propter nos. Sic beati illi ſpiritus aſcendunt per contemplationem, deſcendunt per compaſſionem tui, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Aſcendunt ad vultum eius, deſcendunt ad nutum eius; *Quoniam Angelis ſuis mandauit de te.* Nec tamen vel deſcendendo viſione gloriæ defraudantur, quia ſemper vident faciem patris. Et recte quidem his ſubſidijs adiuuamur aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Nam & Angeli apoſtatici non pro nobis, ſed contra nos aſcendunt, & deſcendunt; aſcendunt enim per ſuperbiam, & deſcendunt per inuidiam, vt obſeruauit idem Bernardus cuius verba ſunt. Angelos bonos Angelus malus æmulatur; Aſcendit ſtudio vanitatis, de-

Eod. ſerm. col. 1. ſcendit liuore malignitatis; cuius mendax aſcenſio, eius crudelis deſcenſio eſt, expers ille miſericordiæ, & veritatis. Cæterum ſi deſcendunt maligni, vt circumueniant; gratias ei, cuius mãdato deſcendunt & benigni Angeli, vt ſubueniant nobis, vt cuſtodiant nos in omnibus vijs.

4 De aſcenſu malignorum ſpirituum ſcriptum eſt. *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra*

Ioan. 14. *Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis. Aſcẽdam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimi.* Et rurſũ.

Pſal. 73. *Superbiam eorum, qui te oderunt aſcendit.* Et rurſus. *Omne ſublime videt*

Iob 41. *ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Qualis autem ſit eius deſcenſus

Apoc. 13. habes in Apocalipſi Ioannis, *Væ terræ, & mari; quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet.*

3 Et, vt explicet Scriptura solicitudinem, & custodiam, qua pro nostra salute inuigilant Angeli; nunc vocat eos milites, nunc custodes. Dicitur enim Iob 26. *Non est numerus militum eius*. Vbi Gregorius E Angelicos spiritus rectè Dei milites dicimus, qui decertare eos cõtra potestates aereas non ignoramus. Quæ tamen certamina nõn labore, sed imperio peragunt; quia quidquid agendo contra immundos spiritus appetunt, ex adiutorio cuncta regentis possunt.] Propter Angelos etiam nos custodientes, & defendentes assimilauit sponsus sponsam suam hoc est Ecclesiam, siuè animam iusti equitatui, *Equitatui meo* (inquit) *in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea*. Et: *Terribilis* (ait) *vt castrorum acies ordinata*. Et iterum, *Quid vides in Sunamite, nisi choros castrorum?* Quæ omnia propter custodiam Angelorum dicta esse censet Bernardus. Noueris (inquiens) huiusmodi animam nunquam esse sine Angelorum custodia, qui eã æmulantur Domini emulatione: soliciti suo viro seruare, & virginem castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo, vbi sunt? quis eos vidit? vidit eos Propheta Eliseus, insuper & fecit orando, vt videret etiam Giezi. Tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Prophetæ. Vidit Patriarca Iacob, & ait: *Castra Dei sunt hæc*. Vidit & Doctor gentium, qui dicebat: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus missi in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*. Ergo Angelicis sulta ministerijs, & superno stipata agmine sponsa incedens similis est equitatui Domini, illi vtique, qui quõdam in curribus Pharaonis, tam stupendo diuini adiutorij miraculo triumphauit.]

Iob 26. *Greg. 1. moral. 9.* *Cant. 1. 1. 6.* *Cant. 7.* *Bern. ser. 39. in Cãt. col. 2.* *2. Cor. 11.* *4. Reg. 6. 5.* *Gen. 32.* *Hebr. 1.* *Exod. 14.*

6 [Nec solum in via, sed etiam post mortem in manibus portant, consolantur & defendunt, quos diligunt, quod his verbis docet Bernardus. [. Custodiunt nos in vijs nostris Angeli Sancti: sed via finita (q. est vtique vita finita) in manibus tollunt, &c. Ipsa in Euangelio veritas de mendico, & vlceroso, ait. Quoniam portatus est ab Angelis in sinũ Abrahæ. Nec enim in illa tã noua nobis, tanq; incognita regione ambulare ipsi possemus, præsertim cum tãtus sit lapis in via, &c. Quomodo enim non vehementissimè turbaretur anima, si sola hinc egrederetur, si illas sine consolatione ingrederetur vias, si inter illos lapides suis pedibus graderetur. Hæc Bern. Vnde Isaias manus Angelorum quibus portantur fideles, & adducuntur in Ciuitatem Sanctam Hierusalem comparat equis, & quadrigis, & lecticis, & carrucis, ait enim. *Et adducent fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & lecticis, & in mulis, & in carrucis ad mõtem sanctum Hierusalem dicit Dominus*. Vbi Hieronymus per equos, quadrigas, & lecticas, & diuersi generis vehicula, Angelica intelligit ministeria, de quibus Abac. 3. dicitur: *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio*. [His equis (inquit) curribus, & quadrigis Helias raptus ad cælum est. Et Eliseus circundari se, atque seruari nescienti puero demonstrauit.)

Bern. serm. 13. sup. ps. 90. col. 10. *Luc. 16.* *Isai. 66.* *Hier. sup. eund. loc. tom. 4.* *Abac. 3.* *Reg. 2.*

7 Et, vt ostenderet Scriptura sacra, qualiter vnde quaque Angeli paruulos sibi commissos custodiant, protegant, & defendant, sæpe nos

admonet, eos semper adesse in circuitu timẽtium dominum. *Sicut enim*
1. Pet. *aduersarius noster Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens, quem*
deuoret. Quod & ipse malignus spiritus interroganti Domino, *Vnde*
Iob. 1. *venis?* Respondit: *Circuiui terram, & perambulaui eam.* Ita etiam
Angeli custodes ambulant in circuitu timentium Dominum, vt eos à
Psal 33. malignis spiritibus defendant. Scriptum est enim; *Immittet Angelus*
Basil. sup. *Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Vbi Sanctus Basilius.
psal. 33. [Considera quanta est Angelorum natura, nam toti exercitui & mul-
hom. 9. torum hominum ordini vnus Angelus assimilatur. Propter magni-
tudinem igitur custodientis te Dominus totum exercitum tibi largi-
tur. Propter fortitudinem vero Angeli velut muro te munit, vnde
quaque ipsius tutela. Hoc enim significat in circuitu, quemadmodum
muri Vrbium in circuitu omnibus circumsiti vnde quaque hostium
Psal. 90. insultus arcent. Sic etiam Angelus, & à fronte, & à tergo custodit, ne-
que vtriusque lateris partes incustoditas relinquit; *Propterea cadent à*
latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appro-
pinquabit. Nec plaga quidẽ alicuius hostis *Quoniam Angelis suis man-*
dauit de te.)

Isai. 62. 8 Confirmari hæc possunt ex illo Isaiæ 62. *Super muros tuos Hie-*
rusalem constitui custodes. Quem locum de custodia Angelorum intel-
Bern. psal. ligit Bernardus Serm. 77. in Cant. & probat ex illo psal. 124. *Mon-*
124. *tes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nũc, & vsque*
Augustin. in *in seculum.* Quæ verba de custodia Angelorum explicat etiam Aug.
lib. soli loq. (Hi enim (inquit) custodes super muros ciuitatis tuæ nouæ Hierusa-
c. 27. to. 9. lem, & montes in circuitu eius vigilantes, & custodientes vigilias no-
ctis super gregem tuum, ne quando rapiat, vt leo animas nostras (dum
1. Pet. 5. non esset qui eriperet) ille antiquus serpens aduersarius noster diabo-
Cant. 2. lus, qui vt leo rugiens semper, *Circuit quærens, quem deuoret.*) Hinc
est quod de Angelis dicitur Cantic. 2. *Caterna maceriæ.* Vicem enim
Ber. col. 1. gerunt maceriæ in vinea Domini ipsam vndequaque custodiendo, vt
explicat Bernardus serm. 62. in Cantica, quod confirmat ex illo psal.
Matt. 22. 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Hæc est illa
Aug. sup. maceria, vt Hieronym. explicat, Augustin. & Basilius, qua dominus se-
psal. 79. in piuit vineam suam; quam multò labore, & sudore plantauit, & proprio
tit. sanguine irrigauit, nam per sepem auxilia intelligit Angelorum, qui
Basil. in e- tanquam muri, iustos protegunt, & defendunt, ne bestiæ ingrediantur
xameron. vineam Domini Sabbaoth, depascant illam, & dissipent.
hom. 5. 9 Nec mirum quod pro muro illis Angeli deseruiãt, quibus Do-
Zach. 2. minus Angelorum tanquam murus se ipsorum exhibuit, Zachar. 2.
Isai. 26. *Ego ero eis* (ait Dominus) *murus igneus in circuitu.* Et Isai. 26. *Vrbs*
fortitudinis nostræ sion, saluator ponetur in ea murus, & ante murale.
Murus ex diuinitate; Ante murale ex humanitate. Murus, quia Deus
Gen. 49. fortis. Ante murale; quia homo patiens, de quo Genes. 49. *Et in volun-*
Augustin. *tate sua suffoderunt murum.* Id est Christum lancea confoderunt, vt ex-
plicat August. lib. de benedictionibus Iacob.

10 (Vtitur Deus tanquam instrumentis Angelis bonis, vt bene-
faciat

faciat electis: malis vero Angelis vtitur, vt puniat reprobos. Sicut enim (ait Chrysostomus) [In hominum potestatibus, manifesti quidam sunt milites, qui honoribus ministrando insistunt, atque certissimi sunt milites, qui ad exigendas pœnas segregantur: sic & in hoc loco, ad ministeria quidem bona, atque ad hominum dispensationes Sancti Angeli: Ad malorum vero hominum pœnas postulandus demones transmittuntur. Dicitur enim de Angelis bonis; *Omnes sunt administratorij spiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* De malis vero (inquit) *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribulationem: immissiones per Angelos malos.* Ex quo testimonio id ipsum colligit Augustinus. [Vtitur (inquiens) Deus Angelis malis non solum ad puniẽdos malos, sicut in istis omnibus, de quibus loquitur psalmus, sicut in Rege Acab, quem fallaciæ spiritus ex Dei voluntate seduxit, vt caderet in bello: verum etiam ad probandos, & manifestandos bonos, sicuti fecit in Iob.) Et infra (malis pœnas irrogari, & per bonos Angelos sicut Sodomitis, & per malos Angelos sicut Aegyptijs legimus: iustos vero corporalibus pœnis per bonos Angelos tentari, & probari non mihi occurrit.] Eandem doctrinam docet Greg. lib. 2. moralium cap. 21 in illa verba Iob 1. *Affuit inter eos Sathan.*

Chrysost. hom. 3. de patientia Iob. col. 3.

Hæb. 1.

Psal. 77.

Aug. sup. eundẽ psal. col. 11. to. 8.

Gregorius.

11 Angelus (vt dicit Bernardus) est Paranymphus, discurrit medius inter dilectum, & dilectam: vota offerens, referens dona: excitat istam, placat illum: interdum quoq; licet rarò repræsentat eos pariter sibi, siue hanc rapiens, siue illum adducens; si quidem domesticus est, & notus in palatio, nec veretur repulsam, & quotidie videt faciem patris. Et S. Augustinus. [Magna cura, & vigilanti studio adsunt nobis omnibus horis, & locis succurrentes, & prouidentes necessitatibus nostris; & solliciti discurrẽtes, & prouidentes inter nos, & ad te Domine gemitus nostros, atque suspiria referentes; vt impetrent nobis facilè tuæ benignitatis propitiationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem.) Hæc Aug. cui consonat illud Tobiæ 12. *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuã Domino.* Et Apoc. 18. *Alius Angelus venit, & stetit ante altare, & ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorũ.*

Bern. ser. 31. in Cãt. col. 2.

Aug. in soliloquijs c. 27. tom. 9.

Tobiæ 12.

Apoc. 18.

12 Angeli valdè desiderant, vt simus eorum socij, qui facti sunt iam nostri ministri. Quod latissimè prosequitur, & eleganter. S. Bern. sermone secundo vigiliæ Natalis col. 3. qui etiam videndus est serm. 19. in Cantic. Vbi optimè agit de nouem ordinibus Angelorum, & serm. 68. in Cant. col. 2. (Gaudent (inquit) Angeli ad penitentiam peccatoris. Quod si deliciæ Angelorum lachrimæ meæ; quid deliciæ?)

S. Bernar.

13 Hinc collige cum Sancto Chrysostomo hom. 3. super epist. ad Colossenses, quàm sobriè, iustè, & sanctè debeat vnusquisque viuere in hoc sæculo (Angelum (inquit) habet vnusquisque credentium. Si ergo Angelos habemus, sobrij simus, tanquam si pædagogi quidam nobis adessent. Timeamus, ne irati à nobis recedant, juxta illud Hier. 51. *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* Vbi

Chrysost.

Hier. 51.

Digitized by Google

loquitur Dominus ad Angelos, vt Hierusalem relinquant: Vnde, & ab
Iosephus. Angelis filia Sion derelicta est. Nam (vt refert Iosephus) in cuertione Hierosolymitana, vox Angelorum in templo audita est se mutuo adhortantium, relinquamus, relinquamus sedes istas, ad locum alium transeamus.

Iob 3. 14 Angelus malus significatur per diem Iob. 3. *Pereat dies in qua*
Gregorius *natus sum.* Nam sicut dicit Greg. lib. 4. moral. cap. 9. Diem se exhibet, quia per prospera incipit: sed in noctis tenebras semper desinit: quia ad aduersa perducit. Diem namque se ostendebat cum diceret.
Gen. 3. *In quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dij.* Sed noctem intulit cũ in mortalitatis tenebras perduxit. Dies itaq; est illata promissio meliorum: sed nox est exhibita ipsa experientia calamitatum. Antiquus hostis dies est per naturam bene conditus: sed nox est per meritum ad tenebras delapsus. Dies est cum pollicendo bona humanis aspectibus lucis se Angelum simulat, Paulo attestante,
2. Cor. 11. qui ait: *Ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis.* Sed nox est cum mentes consentientium erroris tenebris obscurat.) Hæc Greg.

15 Item etiam dicitur Leuiathan idest Additamentum eorum,
Isai. 27. Isaiæ 27. *Visitauit Dominus in gladio suo duro, grandi, et forti super Leuiathan serpentem vectem, super Leuiathan serpentem tortuosum.* Rectè
Gregor. 4. autem, vt Gregorius explicat, Additamẽtum eorum dicitur, quia post
mor. c. 13. quam primam culpam mala suggestione intulit, hanc quotidie augere grauioribus persuasionibus non desistit. Vel certè per exprobrationem Leuiathan vocatus est; idest Additamẽtum hominũ dictus: eos namq; in Paradiso immortales reperit, sed Diuinitatem immortalibus promittẽdo, quasi eis vltra quàm erãt aliquid se addere spopondit: sed dũ blandè non habita se daturum perhibuit, callide & habita subtraxit.)
Hier. sup. Sanctus Hieronymus, ex eo putat diabolum appellari serpentem, ve-
c. 27. Isaiæ. ctem siuè claudentem, (Quod multos suo carceri clauserit, & propriæ subiecerit potestati.) Vel si magis placet, ex eo serpens vectis dicitur; quia, si serpentis caput per foramen aliquod quamuis angustũ intrat, totum corpus statim per illud dilabitur, & facile intrat. Non aliter serpens antiquus, cum prima illius tentamenta admittuntur ab homine, totus postmodum in corde suscipitur, postea verò linguam occupat, & omnes sensus claudit, tanquã vectis ferreus, ne per cõfessionem peccatorum exire cogatur. Id quod Lucæ 11. in dæmoniaco illo patenter
Lucæ 11. exprimitur, cum dicitur; *Erat Iesus eijciens dæmonium, et illud erat mutum.* Et (vt notauit Beatus Remigius) Dæmoniacus iste apud Matthæum non solum mutus: sed etiam cæcus fuisse narratur.

16 Angelus malus, idest Dæmon, nec nominandus, vel vocandus,
Gregor. 3. etiam per iocum: nam (vt narrat Gregorius) Stephanus Præsbiter Va-
dial. 20. lentiæ Prouinciæ, quadam die de itinere domum regressus, mancipio suo negligenti loquens præcepit dicens: veni Diabole, discalcea me: ad cuius vocem mox ceperunt se caligarum corrigiæ summa velocitate dissoluere, vt apertè constaret, q; ei ipse, qui nominatus fuerat, ad extrahendas Diabolus caligas obediret; quod mox vt præsbiter vidit

vehemen-

Digitized by

vehementes expauit;magnisque vocibus clamare cępit dicens, recede miser,recede;nō enim tibi,sed mancipio meo loquutus sum. Ad cuius vocem protinus recessit.)

17 Illud 1. Ioannis 3 *Ab initio Diabolus peccat*, non est intelligendum ab inttio suæ conditionis:sed ab initio peccati,nam creatus fuit in gratia iuxta illud Isaiæ 14. *Quomodo cecidisti de cęlo Lucifer, qui mane oriebaris.* Et Ezech. 28. *Tu Cherub signaculum similitudinis,&c. Et in delicijs Paradisi Dei fuisti, &c.* Vbi intelligitur fuisse aliquando sine peccato; ita Aug. lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 15. Illud vero Gen.1. *Et diuisit lucem à tenebris*, sic intelligitur, idest diuisit Angelos bonos à malis:vt explicat Aug. eod. lib. cap. 19. 1.Ioan.20. Isai. 14. Ezech.28. Augustin. Gen. 1.

18 Delectantur Angeli Psalmodijs Monachorum,atq; aliorum fidelium,quibus assistunt in choro,vt simul cū eis Deum laudēt. Imò, & eos præueniūt,sicut scriptum est. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularam tympanistriarum.* Vbi per Principes intelligit Angelos,& per iuuenculas tympanistrias animas Dei seruitio dicatas, quæ simul laudāt Dominū alternatim.Vnde, sicut refert Dorotheus Abbas de Renūciatione doctrina 11. pater quidam spiritualis nocte quadam,dum in Ecclesia excubaret, in principio psalmodiæ vidit Angelum è sacrario egrediētem cū veste splendida, qui signo quodā mirabili eos obsignabat, quos diligentes, & promptos ad principiū psalmodiæ,& in finem vsque perseuerantes in Ecclesia reperisset. Et Sanctus Victorinus Pictauiensis Episcopus super cap. 16: Apocalips. & eiusdem operis cap. 47. adducit exemplum mirabile de Angelo custode,& Dæmone tentatore. ¶ Fertur (inquit ille) virum quendam, qui multis peccatis erat cōtaminatus,cum in Ecclesiam ingrederetur, Angelum mœstum, plancquè tristem à lōgè subsequi visum.Cùm autem ad pœnitentiam compunctus, illi,qui mysticam vult vite mutationem,prioriscquè nequitiæ missionem ex animo promisisset,eaq; mente è templo denuo exiuisset, Angelum statim prodisse, lætumque, & exultantem ante ipsum ambulasse;malignum contra dæmonem confusum procul à tergo subsequutum,qui tamen antè Deo gratam hominis conuersionem gestiebat.¶ Vnde S. Aug. in soliloquijs. Quoties bene agimus,gaudent Angeli,& tristantur Dęmones. Quoties vero à bono deuiamus, diabolum lætificamus, & Angelos tuos suo gaudio defraudamus. Gaudium est enim eis super vno peccatore pœnitentiam agente: sed diabolo super vno iusto pœnitentiam deserente.) Psal. 67. Dorotheus Abbas in Bibl. V. P. tom. 2. col. 450. S. Victorinus,tom.1. Bib. V. P. col. 1105. Augustin.

19 Præter Angelos custodes, qui singulis hominibus deputantur, præficiuntur etiā alij singulis Ecclesijs,id quod S.Victorinus Pictauien. Episcopus super Apocalips. cap.2. colligit ex illis verbis. *Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum. Et candelabra septem,quæ vidisti, septem Ecclesiæ sunt.* Vbi obseruat, hos Angelos custodes ob naturæ claritatem vitæque sanctitatem, & castimoniam,tropo quodam stellarum voce designari. Et cap. 3. sequenti, docet Deum per Angelos, veluti per pędagogos quosdam Ecclesiam erudire. De Angelis apostaticis plura alia dicenda sunt infra verbo Tentatio. S. Victorinus tom. 1. Bib. V. P. col. 1056. Apoc. 1.

Digitized by Google

DE APPETITV CAP. VIII.

OMNES passiones, appetitus, (vt Augustinus docet 14. de Ciuitate Dei, cap. 3. (& affectiones animę in hominibus iustis sunt, & peccatoribus: prę-
Aug. 10. 5. cipuè affectiones necessariæ. vt Amor, timor, gaudium. Vnde Paulus vocat Hæreticos, *sine affectione*. Sed est differentia: nàm in hominibus iustis
Rom. 1. eiusmodi affectiones sunt rectæ: in peccatoribus verò peruersæ. [Ciues Sanctæ Ciuitatis Dei in huius vitæ peregrinatione secundum Deum viuentes metuunt, cupiunt què, dolent, gaudentquè. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habẽt, metuunt pœnam æternam, cupiunt vitam æternam: dolent in te, quia ipsi in semetipsis adhuc ingemiscunt, adoptionem expectantes redemptionem corporis sui; gaudent in spe, quia fiet sermo, qui scriptus est, absorpta est mors in victoria. Item metuũt peccare, cupiunt perseuerare: dolent in peccato, gaudent in operibus bonis. Vt enim metuant peccare, audiunt, *Quoniam abundauit iniMatt. 24. quitas, refrigescet charitas multorum*. Vt cupiant perseuerare, audiunt
Matt. 10. quod scriptum est, *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*. Vt
& 24. doleant de peccatis audiunt, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Vt gaudeant in operibus bonis, audiunt, *Hilarem datorem diligit Deus*.] Societas ve-
1. Cor. 9. ro impiorum è conuersò timet, de quò non est timendum; amat quod non est amandum, dolet de quo non est dolendum; sperat, quod non est sperandum, &c.

2 Ille igitur est sapiens, in quo omnes passiones ordinatæ sunt; stultus verò, in quo mens summam potestatem non habet, quod latè pro-
Aug. 10. 1. sequitur idem Augustinus lib. 1. de lib. Arbit. cap. 2. 8. 9. & 10. Appetitus sensitiuus in adiutorium rationi datus est, sicut mulier viro. Genes. 1. *Faciamus ei adiutorium simile sibi*. Serpens autem, idest
Gen. 1. Diabolus eodem appetitu, & eius affectionibus vtitur, vt rationem ad peccandũ pertrahat; sicut Heua induxit Adam. Vnde Geneſis 3. Maledicens serpenti, ait Dominus, *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius*. Sed quarè non dixit inter te, & virum,
Gen. 3. nunquid viros etiam non tentat? sed respondet Augustinus lib. 2. de
Aug. 10. 1. Genesi contra Manicheos cap. 18. [Hinc manifestè ostenditur non posse nos à Diabolo tentari, nisi per illam animalem partem, quæ quasi mulieris imaginem, vel exemplum in vno ipso homine ostendit. Quod autem etiam inter semen diaboli, & semen mulieris ponuntur inimicitiæ, significatur semine diaboli peruersa suggestio: semine autem mulieris fructus boni operis, quo peruersæ suggestioni resistitur. Et ideo obseruat ipse plantam mulieris, vt si quando in illicita labitur delectatio, tunc illam capiat; & illa obseruat caput eius, vt eum
1. Tim. 2. in ipso initio malæ suasionis excludat.] Hinc ait Apostolus, *Adam*

non

non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit. Vbi vt obſeruauit Aug. non ait Apoſtolus;non peccauit .ſ. Adam:ſed non eſt ſeductus;nàm vtique ipſum peccaſſe oſtendit,vbi dicit,*Per vnũ hominem intrauit peccatum in mundũ.* Mulier ergo dicitur ſeducta, nam credidit ſerpenti,& exiſtimauit illud,quod ſuadebat non eſſe peccatum. Adam verò ſciens peccauit:ſed ne contriſtaret delicias ſuas accepit de ligno, & comedit:ſed licet credendo non ſunt ambo decepti,peccando tamen ambo capti ſunt, & diaboli laqueis implicati.] *Auguſtin. Roman. 5.* *Chryſoſt.*

3 Sed quare diabolus potius ſerpentis,quam alterius animalis formam accepit,vt tentaret hominẽ? Reſpondet Chryſoſt. hom. 8. ſup. epiſt.ad Rom. in expoſitione morali,id factum eſſe,vt oſtenderetur,q̃ affectionibus terrenis,& lenocinijs carnis diabolus prælium indicit homini,& à rebus,quæ infra nos ſunt. [Qua propter,ſi quem ille viderit volatu ad cęlum ferri,primum ſaltu eò vſque contingere haudquaquã poteſt, deinde aggreſſus celeriter concidet. Neque enim pedes habet, ne formides;non alas,ne terrearis;ſuper terram trahitur,ijs,quæ in terra ſunt adhærens: igitur nihil quidquam ſit tibi cum terra commune, ac labore nullo egebis. Neque enim pugnam eam nouit, quæ aduerſo vtroque cornu geritur: ſed veluti ſerpens ſpinis occultatur, intra diuitiarum impoſturam aſſiduè latitans:qui,ſi ſpinas incideris,facilè aufugiet timidus redditus. Si & in illum diuinas incantationes canere noueris, vulnerabitur. Sunt enim nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, tùm ipſius Crucis potẽtia.]

4 Hinc Sathan,vt S. Iob deijceret, non occidit eius mulierem, cũ tamen omnes eius filios,& filias necaſſet;vt videlicet per mulierẽ ſanctum ſuperaret:ſicut in paradiſo deiecit Adam. Vnde Chryſoſt. hom. 3. de Patientia Iob, col. 7. [Omnia auferuntur, ſola mulier relinquitur antiquum diaboli organum,ſcilicet ſibi ipſi vetulam ſeruans. Quoniam quidem ſciebat, quoniam per mulierem primum hominẽ ſubegerat:ideò mulierẽ ſibi reſeruat, quòad verſutiã; vt eiſdẽ armis vtatur: ſed ibi Adam inuenit,& Heuam; hic Heuam inuenit, Adam verò non inuenit.] *Chryſoſt.1.*

5 Deus creauit mulierem, eamquè viro ſubiecit, quo ſignificaũit, appetitum hominis ſenſitiuum rationi,tanquam viro ſubiectum eſſe, ab eoquè regendum. Vnde Sanctus Auguſtinus lib. ſecundo de Geneſi contra Manicheos cap. 11. tom. 2. [Fęmina facta eſt, quam rerum ordo ſubiugat viro, vt quod in duobus hominibus euidentius apparet in maſculo,& fęmina; & in vno homine conſiderari poſſit: vt appetitum animæ, per quem de membris corporis operamur,habeat mens interior,tanquam virilis ratio,ſubiugatum:& iſta lege modum imponat adiutorio ſuo; ſicut vir debet fęminam regere, nec eam permittere dominari in virum.] Vnde in prima conditione hoc dominium in primis parentibus indicauit, cùm dixit: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Quod,ſicut dicit Sanctus Auguſtinus,rectè intelligitur *Aug.10.2.* *Gen. 1.*

Digitized by Google

Aug. lib. 1 de Gen. cõ. Manich. cap. 20.

telligitur etiã ſpiritualiter, vt omnes affectiones, & motus animi, quos habemus iſtis animalibus ſimiles, ſubditos haberemus, & ijs dominaremur per temperantiam, & modeſtiam. Cum enim non reguntur iſti motus, erumpunt, & pergunt in ſędiſſimas conſuetudines, & in diuerſas pernicioſaſque delectationes nos rapiunt, & faciunt ſimiles omni generi beſtiarum. Cum autem reguntur, & ſubijciũtur, omnino manſueſcunt, & cum nobis concorditer viuunt: non enim à nobis alieni ſunt motus animi noſtri. ¶ Et per hunc modum adimpletur etiam illud ſpiritualiter. Creſcite, & multiplicamini, quod in hoc sẽſu intelligit Auguſtinus de homine iuſto, iuxta illud pſalmi 137. *Multiplicabis in anima mea virtutem.*

Gen. 4.

Aug. 14 de Ciuit. Dei cap. 21. Pſal. 137.

6 Et vt oſtenderet Spiritus ſanctus, quàm ſit laudabile omnes appetitus ſenſuales regere, & rationi ſubijcere, valde commendat Scriptura Patriarchas, & Sanctos antiquos, quòd fuerint paſtores ouiũ, Geneſis 4. *Fuit autem Abel paſtor ouium*. Vnde Geneſis 46. *Abominatio*

Gen. 4. Gen. 46. Aug. lib. 4 ſup. Gen. q. 155. to. 4

eſt Aegyptijs omnis paſtor ouium. Vbi Auguſt. [Meritò Aegyptijs, quibus figura eſt præſentis ſæculi, in quo abũndat iniquitas, abominatio eſt omnis paſtor pecorum. Abominatio eſt enim iniquo vir iuſtus, qui omnes appetitus, & ſenſuales affectiones regit, & rationi ſubdit.) Hinc vnus ex his paſtoribus ſcilicet Dauid, qui de poſtſętantes aſſumptus eſt in regem ait, *Perſequar inimicos meos, & compræhendam illos.* Perſequar affectus carnales meos: vt ait Aug. nec ab eis compræhendar: ſed compræhendam illos, vt abſumantur. Et non conuertar ad quietem, donec deficiant. qui obſtrepunt mihi. *Confringam illos, nec poterunt ſtare.* Confringam illos, nec durabunt aduerſus me, *Cadent ſubtus pedes meos.* Calcatis illis præponam amores, quibus ambulo in æternum, & præcinxiſti me virtute ad bellum, & conſtrinxiſti fluentia carnis mea virtute: ne in tali pugna præpedirer, ſupplantaſti inſurgentes in me; decipi feciſti eos, qui me inſequebantur, vt ſubtus me fierẽt, qui ſuper me fieri cupiebant. *Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & inimicos meos conuertiſti, & dorſum mihi eos eſſe feciſti.* Ideſt vt ſequerentur me.

Pſal. 17. Aug. ſup. eundẽ pſ. tom. 8.

Eccleſ. 18.

7 Vnde Eccleſ. 18. *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, ſi præſtas animæ tuæ concupiſcentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis.* Vbi non ait concupiſcentias nõ habeas: ſed (inquit) poſt concupiſcentias tuas non eas, ideſt non ſequaris illas: ſed ipſę te ſequantur, tibiquè ſint ſubiectæ. Vnde Aug. [Deſiderium tuum tale eſſe debet ad Deum, vt nõ ſit ipſa concupiſcentia, cui reſiſtere oporteat. Reſiſtis enim, & non conſentiendo vincis: ſed melius eſt hoſtẽ non habere, quam vincere; hoſtis ille aliquandò non erit: ſed modo eſt, & quia concupiſcentia adeſt, vel illud impleatur quod Santa ſcriptura intendit: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Melius eſt eas non habere: ſed quia ſunt, noli poſt eas ire; ſi velint poſt te ire, non erunt; quia contra mentem tuam non rebellabunt. Rebellant, rebella; pugnant, pugna; expugnant; expugna. Hoc ſolum videte, ne vincant.

Aug. ſer. 45. de tẽpo. tom. 10.

8 Quam multi ſunt, ſed valde deploraṇdi, qui poſt quam ſemel ſpirituales delitias guſtauerint, & pabulo cęleſti fuerint nutriti ad ſequendas

Digitized by Goo

quendas concupiſcentias carnis conuertuntur, & poſt concupiſcentias ſuas currunt: Nec appetitus ſenſuales regunt: ſed potius eis miſerabiliter ſubijciuntur. Quibus ſanè illud congruit. *Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos*. Ideſt corporis tui, *Iuxta tabernacula paſtorum*. Vbi Bernardus ſermone 35. in Cantica in princ. [Dura & aſpera increpatio, quod dicit egredere. Hoc quippe verbum ſerui audire ſolent à valde iraſcentibus & indignantibus dominis, vel ancillæ à dominabus ſuis, cum grauiter illas offenderint. Exi hinc, exi à me, egredere à conſpectu meo, & à domo iſta. Hoc ergo verbo aſpero, & amaro ſatis, nimiumquè increpatorio vtitur modo ſponſus contra dilectam; ſub conditione tamen, ſi ſe ipſam ignorauerit, &c. Talis anima neſcio, an vel ipſam Gehennam ad tempus experiri horribilius pœnalius vè ducat, quam poſt ſpiritualis ſtudij huius guſtatam ſemel ſuauitatem, exire denuò ad illecebras, vel potius ad moleſtias carnis, ſenſuumquè in explebilem repetere curioſitatem, dicente Eccleſiaſt. *Oculus non impletur viſu, nec auris auditu, &c.* Nihil eſt, quod in tantum formidet quiſquis hoc beneficium ſemel accepit, quam ne à gratia derelictus neceſſe habeat denuo egredi ad carnis conſolationes, imò deſolationes, rurſuſque carnalium ſenſuum ſuſtinere tumultus. Terribilis proinde, & nimis formidoloſa commutatio egredere, & paſce hœdos tuos. Quod eſt, indignam te noueris illa tua familiari, & ſuaui rerum contemplatione cœleſtium, intelligibilium, diuinarum. Quamobrem egredere de ſanctuario meo, corde tuo, vbi ſecretos, ſacroſque veritatis, ac ſapientiæ ſenſus dulciter haurire ſolebas, & magis tanquam vna de ſæcularibus paſcendis, & oblectandis tuæ carnis ſenſibus intricare. Hœdos quippe (qui peccatum ſignificant, & in iudicio collocandi ſunt à ſiniſtris) dicit vagos, & petulantes corporis ſenſus, per quos peccatum, tanquam mors per feneſtram intrauit ad animam. Cui, & bene congruit, quod ſequitur in Scriptura, *Iuxta tabernacula paſtorum*. Non enim ſupra ſicut agni: ſed iuxta tabernacula paſtorum hœdi paſcuntur, &c.] Vbi etiam obſeruat, quod vt dilectam tanta increpatio eius velut tonitruo deterreret, propterea minimè dixerit egredere cum gregibus, aut egredere ad greges: *Sed egredere* (ait) *poſt greges ſodalium tuorum*. [Vt ſecundam proinde ignorantiam priore magis pauendam, pudendamquè oſtenderet, quod illa hominem beſtijs parem feciſſet: iſta & poſteriorem. Nàm homines quidem meritò ignorantiæ ignorati, ideſt reprobati, & ad tremendum illud iudicium ſtare, & igni perpetuo tradi habent, non autem & pecudes: nec dubium fore deterius his, qui ſic erunt; quam his, qui omnino non erunt. *Melius ei fuerat* (inquit) *ſi natus non fuiſſet homo ille*.

Cant. 1. 7. Bernard.

L. Par. 26. C.

Cant. 1.

Matt. 26.

9 Hunc miſerum peccatoris ſtatum deplorabat, qui dixit, *Terra, de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt: locus ſaphiri lapides eius, & glebæ eius aurum.* Vbi Gregorius 18. moralium cap. 18.

Iob 28. Gregorius

Glebas

11 Ad Imperium Angeli, Gedeon cum à paleis frumentum ex- cuteret hędum coxit quem super petram posuit, & ius carnium desu- per effudit; quæ Angelus virga tetigit, eaque ignis exiens de petra con- sumpsit. Angelus (sicut dicit Gregorius) occidi hædum præcipit, ideſt omnes appetitus carnis nostræ immolari, carnesque super petram poni, & ius carnium desuper fundi. Quem alium significat petra, nisi eum de quo per Paulum dicitur, *Petra autem erat Christus*? Carnes ergo super petram ponimus, cum corpus nostrum in Christi imitatione cruciamus. Ius etiam carnium desuper fundit, qui in conuersatione Christi ipsas etiam à sè carnales cogitationes exinanit; Quasi enim ius ex carne liquidum in petram funditur, quando mens à cogitationum carnalium fluxu euacuatur. De petra autem ignis exit, & ius carnesq; consumit, quia afflatus à redemptore spiritus tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo illicitum est, & operis, & cogitationis exurat.) Cui cõsonat illud psalmi 136. *Beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram.* *Iudic. 6.* *Gregor. 3. mor. c. 19.* *1. Cor. 10.*

12 Sicut qui febrium ardore fatigantur, ait Chrysostomus, etiam cum ęnum viderint, illud quasi fontes purissimos appetunt: Qui vero, vt congruit, sani sunt, nequè aquam quidem sæpe concupiscunt: ita qui laborant febre concupiscentiæ appetitus sentiui cænum temporalium delectationum, velut aquam limpidissimam bibunt. Eiusmodi estingue ignem, & res terrenas non concupisces. Et sicut auicula capta laqueo quantumuis alis ab eo conetur exire, nihil efficit, nisi ab aliquo alio soluatur; ita appetitus hominis sensitiuus si semel laqueo concupiscentiæ carnalis captus fuerit, quantumuis rationis iudicio conetur exire, nihil proficit, nisi ab eo soluatur, de quo scriptum est: *Ipse liberauit me de laqueo venantium. & à verbo aspero*. Vnde Chrysostomus hom. 15. ad pop. col. 4. c. tom. 5. [Sicut auiculæ laqueo captæ vtilitas nulla, sed frustra & incassum alas concutit: ita tibi nulla ratiocinationũ vtilitas, si ab imbropa penitus cupiditate captus fis, sed quantumcunque resilieris, captus es. *Sap. 2. epist. ad Thimot. col. vlt. H.* *Chrysost. Psal. 90.*

13 Motus illiciti appetitus sensitui sunt bestiæ terræ à nobis expugnandæ de quibus dicitur Iob: *In vastitate, & fame ridebis & bestias terræ non formidabis, &c. Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.* Vbi Gregor. [Possunt per terræ bestias motus carnis intelligi, qui dum mentem roštram irrationabilia suadendo lacerant, contra nos bestialiter insurgunt. Sed cum cor sub diuina lege deprimitur, etiam carnis incentiua detumescunt, vt & si tentando submurmurant, nequaquam tamen vsque ad effectum operum, quasi ad aperti morsus rabiem exurgant. Quis enim adhuc in hac corruptibili carne subsistens has terræ bestias plenè edomat, cum ille ad tertium cœlum raptus egregius Prædicator dicat: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentẽ in lege peccati, quæ est in membris meis?* Sed aliud est has bestias in campo operis fæuientes aspicere, aliud intra cordis caueam frementes tenere. Redactæ namque intra claustra continentiæ, & si adhuc tentando rugiunt vsque ad morsum, tamen, *Iob. 5.* *Gregor. 6. moral. c. 16.* *Rom. 7.*

vt dixi-

vt diximus actionis illicitæ non excedunt. Pacificæ itaq; sunt terræ bestiæ, quia motus carnis, & si per desideria palpitant: aperta nostra men contradictione operis non impugnant.]

Gregorius lib. 1. moral. cap. 14.

14 In laudem sanctissimi Iob scribitur, quod fuit possessio eius quingenta iuga boum, & quingentæ Asinæ, quò (vt explicat S. Gregorius) significatur, quod nunc [Quingentas Asinas possidemus cum lasciuientes motus restringimus: & quid quid in nobis carnale exurgere appetit spirituali cordis dominatu refrænamus. Vel certe Asinas possidere est cogitationes intra nos simplices regere. Quæ dum in subtiliore intellectu currere non valent, quò quasi pigrius ambulant, eò fraterna onera mansuetius portant.] Per hoc autem, quod subditum ac familia multa nimis significatur, quod rationi omnes vires inferiores, tanquam Dominæ debent esse subiectæ, & ab ea regi, & gubernari. Id quod late prosequitur idem Gregorius lib. 1. moral. cap. 14.

DE APOSTOLIS CAP. IX.

Iob. 38. Psal. 86. Gregorius Ephes. 2.

APOSTOLI sunt Ecclesiæ fundamenta. De illis dicitur Iob, 38. *Vbi eras quando ponebã fundamẽta terræ?* Et Psal. 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Vt explicat Greg. 28. moral. cap. 6. cui consonat illud Ephes. 2. *Iam nõ estis hospites, & aduenæ; sed estis ciues sanctorũ, et domestici Dei superædificati super fundamẽtum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Et vt notauit Augustin. super. psal 35. in illa verba, *Iustitia tua sicut montes Dei.* Ex eo Apostoli montes Dei dicuntur, nam sicut sol in primo ortu suo montes illuminat; ita & Christus illuminauit Apostolos, nec dicuntur absolutè montes; sed montes Dei, vt eos à montibus illis discernat, de quibus psal. 10. *In Domino confido quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer?* Arrius (ait Sanctus Augustinus) mons erat. Donatus mons erat. Maximinianus modo quasi mons factus est:] Sed non montes Dei, sed montes sæculi, de quibus Abacuc. *Contriti sunt montes sæculi, & incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.*

Augustin' Psal. 35. Psal. 10. Aug. sup. eundẽ psal. 35. 10. 8. Abac. 3.

2 Prius in Iudæa erant Apostoli præclusi, sed post modũ eos Dominus in omnem terram extendit, sicut Iob prædixerat. *Qui extẽdit cælos solus.* Et psal. 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.* Subditquè S. Iob: *Et graditur super fluctus maris.* Nam Apostoli persecutores suos, qui quasi fluctus maris in eos insurgebant, *Iob. 4. Psal. 18. Psal. 92.* viceruntsuis pedibus conculcauerunt; Scriptum est enim, *Mirabiles elationes maris.* Idest persecutorũ Ecclesiæ; *Sed mirabilis in altis Dominus.* Qui eosdem persecutores sibi subiecit. Vnde scriptum est. *Congregãs quasi in vtre aquas maris.* Quia nimirũ Apostoli, & Prædicatores ad se traxerunt, & ad legem Euangelicam Reges, & Principes reduxerunt. Quod etiam significauit Hieremi. *Posuit arenam terminum maris.* *Psal. 32. Hierem. 5.*

Quibus

Quibus verbis ostenditur, quod Apostoli parui, & debiles, & contemptibiles veluti arena, debebant confringere superbiã mundi iuxta illud: *Ibi confringes tumentes fluctus tuos.* Hæc ex Gregorio: Cui consonat illud Isaiæ 26. *Conculcauit eam pes, pes pauperis.* Iob. 38. Greg. lib. 19. moral. cap. 4. & 5

3 Iudicum 15. Sãson asini mãdibula suos interfecit aduersarios, insignum quod Christus per Sansonem designatus mãsuetudine, & patientia contemptibiliũ Apostolorũ, & Prædicatorũ Euangelij, carnaliũ vitam, & eorum vitia interfecturus erat. Vt explicat Gregorius 13. moralium 6. Iudic. 15.

4 De hac Maxilla dicitur Iob 16. *Percusserunt maxillã meam satiati sunt pœnis meis.* Et Threnorũ 1. *Plorãs plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius,* Quia nimirũ in aduersitate Ecclesiæ illi amplius plangunt, qui vitam carnalium constringere prædicando nouerũt. Cui consonat illud Isaiæ, *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorũ suorum interficiet impium.* Vt nimirum impius esse desinat, & iustus fiat, vt explicat Driedo, (Interficiet, inquiens, non vitã corporalẽ, sed impiam auferendo. Sic & ille interficiebat qui dixit; *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.*) Vnde vni Apostolorum dictum est, *Occide, & manduca* (idest) carnalem vitam, quæ per animalia illa immunda significabatur, interfice; vt in stomachum Ecclesiæ traiecti Christo viuant. Iob. 16. Thren. 1. Isai. 11. Driedo lib. 1. de gratia et lib. arb. c. 3. fol 64. psal. 100. Act. 10.

5 De firmitate Petri, & de eius doctrina inconcussa scriptum est Iob, *Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Eritque omnipotẽs contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tunc super Omnipotentem delicijs affluues, & eleuabis ad Deum faciem tuã. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota reddes. Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen.* Vbi per terram infirmitas actionis, per duritiam silicis fortitudo significatur. Terra mobilis fuit Petrus cum ad vocem vnius ancillæ Christum negauit: sed pro hac terra dedit silicem, cum in fide constantem illum effecit, cum confessus est, *Tu es Christus filius Dei viui.* Cum actorum 4. publicè Christum annunciauit dicens. *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum: quem vos quidem tradidistis, & cæteræ.* Et iterum, *Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire, quam Deum iudicate: non enim possumus, quod vidimus, & audiuimus non loqui.* Id vero: *Eritque omnipotens contra hostes tuos*, significat quod portæ Inferni non præualebunt aduersus Ecclesiam. Et quoniam definire res fidei ad Petrum pertinet, & eius successores: ideò subditur, *Decernes rem, & veniet tibi. &c.* Fauet huic expositioni Gregorius 16. moralium 8. vbi prædictum locum generaliter explicat de infirmis, qui (sanante Deo) circumualescunt, vt post modum doctrinæ claritate effulgeant. Et eidem explicationi consonat illud, quod Petro, & illius successoribus dixit Christus Dominus, *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Iob. 22. Matt. 16. Actor. 4. Eod. cap. Gregorius. Lucæ 22.

6 Sicut Agricola dum veteré arborem præcidit, ex eodé virgulta quædã noua succrescere gaudet: sic Apostolis occisis, eorũ filij (idest)

Martyres

Martyres, & Sancti confessores surrexerunt iuxta illud Psal. 44. *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij ; constitues eos principes super omnem terram*. In virtute quippe antiquorum patrum (sicut dicit Gregorius) hi qui post modum Prælati sunt, subrogantur; quia & cum annosa arbusta succiduntur, in eorum robore tenera virgulta succrescunt; ¶ Ablatis Prophetis, & veteris testamenti auctoribus, pro illis insurrexerunt Sancti Apostoli, qui ad modum gurgitum doctrinam Euangelicam effuderunt: cum tamen Antiqui, quasi verborum guttis terram irrigauerint. Dicitur enim Iob, *Qui aufert stellas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum*. Nam (vt ait Gregorius) cum Prophetas abstulit, eorum vice Dominus Apostolos misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent: postquam subductis antiquis patribus exteriora legis prædicamenta tacuissent. Stellas ergo pluuiæ abscondit, & ad instar gurgitum imbres fudit ; quia dum prædicatores legis ad secreta, & intima retulit, per dicta sequentium vberior vis prædicationis emanauit.]

Psal. 44. *Gregorius lib. 26. moral. 28.* *Iob. 36.* *Greg. 27. moral. 5.*

Hieron. 3. 7 De his stellis dicitur Hieremiæ 3. *Prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit*. Fuerunt Apostoli stellæ pluuiarum ; nam exemplo lucebant, & verbis pluebant. Quod in Ecclesia factum cernimus (vt dicit Gregorius) quia cum solutis corporibus ad secretos supernorum sinus Apostolorum animas retulit, quasi à cæli facie stellas pluuiæ abscondit. Sed ablatis stellis pluuiæ, in morem gurgitum imbres dedit: quia etiam reductis ad superna Apostolis, per expositorum sequẽtium linguas diuinæ fluenta scientiæ diù abscondita largiori effusione patefecit. Nàm quod illi sub breuitate locuti sunt, hoc exponendo isti multipliciter auxerunt. Vnde, & non immeritò ipsa expositorum prædicatio gurgitibus comparatur ; quia dum multorum præcedentium dicta colligunt, ipsi in eo, quod astruunt, profundius dilatantur. Nàm dum testimonia testimonijs iniungunt quasi ex guttis gurgites faciunt.]

Greg. cap. 5 citato,

8 De Scriptura sacra scriptum est. *Concrescat, vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum*. Et de Verbo incarnato, ait Psalmista, *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram*. Sed hac pluuia, his stillicidijs impleti Doctores Ecclesiæ facti sunt putei aquarum, & fontes. De quibus dicitur Eccles. *In diebus ipsius emanauerũt putei aquarum: & quasi mare adimpleti sunt supra modum*. Quæ verba possunt non incongruè Angelico Doctori adaptari. Nam in diebus illius Doctrina Sanctorum Patrum, quæ in ipsis veluti in quodam puteo clausa continebatur, & magna cum difficultate hauriebatur: in operibus Sancti Thomæ ad modum fontis manare cæpit ; ita vt absque vllo prorsus periculo, aut labore vnusquisque ex ea satiari possit.

Deut. 32. *Psal. 71.* *Eccles. 50.*

9 Ex piscatoribus fecit Deus prædicatores Euangelij : quasi ex aere nubes formans iuxta illud Iob, *Subito aer cogitur in nubes*. Sed quia eorum peracto ministerio ad æternam requiem peruenerunt, & per mortem à nostris oculis corporaliter sublati sunt ; ideò subditur :

Iob. 37.

Et

Digitized by Google

Et ventus transiens: ideſt mortalis vita percurrens, *Fugabit eas*. Sic explicat Gregorius 27. moralium 25. Apoſtolorum, & præcedentiũ patrum exempla ſunt linea, qua ſuperbia noſtra intra limites continetur. De hac linea dicitur Iob 38. *Quis tetendit ſuper eam lineam?* Sic explicat Gregorius 28. moralium 6. *Iob* 38. *Gregorius*

10 Sinagogæ abſtulit Deus prædam tãquam leenæ, vt catulos leonum (ideſt Apoſtolos) ſatiaret. de quo Iob 38. *Numquid capies leenæ prædam, aut animam catulorum eius implebis?* Ita eſt leena (vt Gregorius explicat) de qua Iob 28. *Non calcauerunt eam filij inſitorum, nec pertranſiuit per eam leena*. Huic ergo leenæ Dominus prædam capit, vt animam catulorum eius impleat; quia ad augmentum huius Eccleſiæ innumeros de gentilitate diripuit, & per animarum lucrum eſurientia Apoſtolorum vota ſatiauit. ℣ *Iob* 38. *Iob*. 28. *Gregor.* 30 *mor. c.* 7,

11 Infirma mundi, & ignobilia, & ſtulta elegit Deus, vt fortitudinem armati hoſtis humilium prædicatione deſtrueret. Ideo Apoſtoli, & Prædicatores Euangelij ſignificantur per ancillas, quæ in ſexu, & conditione ſunt fragiles, & humiles. Prouerb. 9. *Miſit Ancillas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis*, ℣ Quia nimirum (ſicut Gregorius explicat iib. 33. moralium cap. 15.) Prædicatores infirmos, abiectoſquè habere ſtuduit, qui fideles populos ad ſpiritalis patriæ ædificia ſuperna colligerent. ℣ De his ancillis loquitur Iob 40. *Numquid illudes ei*, ſcilicet Leuiathan, *quaſi aui? aut alligabis eum ancillis tuis?* Subaudi, vt ego? ℣ Qui infirmos Prædicatores mundo exhibui, quorum prædicatione ſignis, & virtutibus, antiquus hoſtis ligatur, & coarctatur, ne ſub infidelitatis captiuitate cunctos, quos appetit, teneat.) Sequitur: *Concident eum amici*, ideſt Apoſtoli, & Prædicatores Ioan. 15. *Vos autem dixi amicos. Diuident illum negotiatores*, ideſt Prædicatores Euangelij. Prædicatio enim, eſt quædam negotiatio. (In prædicatione quippe fidei, quaſi quoddam negotium geritur, dum verbum datur, & fides ab audientibus ſuſcipitur.) Vt Gregorius dicit 33. moral. 16. *Iob* 40. *Iob* 40. *Ioan.* 15.

12 Prius Deus vocauit Apoſtolos pauperes, vt ſequerentur ſe: deindè Nathanaelem diuitem, ne vocatio diuitijs adſcriberetur. Prius ignobiles ad ſe traxit, deinde nobiles, ne vocatio nobilitati attribueretur, vt notauit Auguſt. ſuper pſalm. 65. col. 3. in illa verba: *Date gloriam laudi eius*. Quod confirmat ex 1. Corint. 1. *Videte vocationem veſtram fratres; quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed ſtulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, &c.* Idem proſequitur ſuper pſal. 80. in illa verba: *Manus eius in cophino ſeruierunt*. Vbi per cophinos abiectos, & humiles intelligit. Nam cophini humilibus, & abiectis deſeruiunt operibus. Sed & Dominus Matt. 14. duodecim cophinos buccellis impleuit; quia abiecta huius mundi elegit, vt confunderet fortia. *Aug.* to. 8. 1. *Cor.* 1. *Pſal.* 80. *Matt.* 14.

13 Iacob cum duodecim filijs deſcendens in Aegyptũ, vt manducarent medullam tritici, ſignificat Chriſtum cum duodecim Apoſtolis, qui deſcenderunt in mundum, vt eius medullam, ideſt homines ſanctos manducarent, & ſic multiplicati ſunt fideles multò magis, quã *Gen.* 42.

Digitized by Google

Paulus; *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* 2. Cor. 13.
Et Dominus Moysi se excusanti, quod impeditioris esset linguæ re- Exod. 4.
spondit: *Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum, et surdum, videntem et cæcum, nonne ego? Perge igitur, et ego ero in ore tuo, docebo què te quid loquaris.*] Et Hieremiæ dicenti: *A à à Domine Deus,* Hierem. 1.
ecce nescio loqui; quia puer ego sum. Subintulit Dominus: *Ecce dedi verba mea in ore tuo.*) Qui enim verba posuit in ore asinæ, verba vtiquè ponere potest in ore prophetæ. Hinc Saluator ait: *Cum autem tradent* Matt. 10.
vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

18 Hinc Sanctus Augustinus 17. de ciuitate Dei capite 4. de Apo- Aug. to. 5.
stolis, & Prædicatoribus Euangelij explicat illud psalm. 80. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Et 1. Reg. 2. *Dilatatum est os meum super ini-* Psal. 80.
micos meos. [Quia nimirum, & in angustijs presfuraruin sermo Dei non est alligatus, nec in præconibus alligatis.) *Dominus mortificat* Synagogam, *& viuificat* Ecclesiam, vel mortificat mundo, & viuificat Deo; vt explicat Augustinus loco citato, cui consonat illud Apostoli, *Mihi mundus Crucifixus est, & ego mundo.* Et illud: Galat. 6.
Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Colos. 3.
Deo.] Vnde Augustinus de Ciuitate Dei cap. 4. præallegato hunc eundem locum expendens, Mortui enim estis inquit. Ecce quomodo salubriter mortificat Deus. Deinde sequitur: Et vita vestra abcõdita est cũ Christo in Deo. Ecce quomodo eosdem ipsos viuificat Deus. I

19 Apostolis dixit Christus Dominus: *Estote prudentes, sicut ser-* Aug. to. 4.
pentes, & simplices sicut columbæ. Quo (vt Sanctus Augustinus explicat lib. 3. quæst. Euang. in Matt. in princ. nu. 8. tomo 4.) significare voluit. [Cauendum malum in capite illud custodiendo, quod est Christus. Nam serpens totum corpus pro capite obijcit persequenti. Vel quod per angustias se coarctans veteri tunica exutus innouetur. Quod imitantur quibus dictum est: *Intrate per angustam* Matt. 7.
portam, cum vetere homine exuuntur. Nàm si cauendum malum ita moneret, vt violenter resistendum esset malis, non supra dixisset, *Mitto vos sicut oues in medio luporum.* Simplices autem sicut colum- Matt. 10.
bas esse voluit ad nulli nocendum. Nàm hoc genus auis nullum omnino animalium necat; non solum grandium, contra quæ vires non habet: sed etiam minutissimorum, quibus etiam perparui passeres aluntur.] Hæc Aug.

20 Filij Iob, qui faciebant conuiuia per domos in die suo, Apo- Gregorius
stolos, (vt explicat Sanctus Gregorius 1. moralium 7.) significant, frangentes panem prædicationis. Nàm filij Iob faciuni conuiuia per domos ibant, & Prædicatores Apostoli in diuersis mundi regionibus virtutum epulas audientibus, quasi edentibus ministrabant. Vnde, eisdem filijs, de esurientibus plebibus dicitur: *Date illis vos* Matt. 14.
manducare. Et rursus: *Operamini non cibum qui perit: sed qui per-* Rom. 6.
manet in vitam æternam, ne videlicet fame pereatis in æternũ. De hoc cibo dixit Propheta: *Parvuli petierunt panẽ, & nõ erat qui frangeret eis:* Thren. 4.

Digitized by Google

¶ Apoſtoli,& Prædicatores Euangeliſ nubes ſunt, de quibus (vt explicat Auguſtinus) dicitur Pſalm. 76. *Vocem dederunt nubes*, ideſt Apoſtoli , qui imbrem cęleſtis doctrinæ ſuper terram effuderunt, imbrem,inquam,illum de quo Iſaias 5. *Mandabo nubibus meis , nè pluant ſuper eam imbrem . Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt.* Eaſdem voces nubium rurſus ſagittas dixit . Nàm verbum Dei & ſagitta eſt , quia percutit:& pluuia,quia rigat . Tranſeunt ſagittæ,non enim in auribus remanſerunt : ſed corda tranſfixerunt. *Vox tonitrui tui in rota*, ideſt in toto orbe, nam orbis terrarũ eſt rota Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum*] Sequitur , *In mari via tua* ; quia ipſe Sanctus in mari,& meritò etiam ſuper aquas maris ambulauit. In mari eſt via tua,ideſt in gentibus prædicatur Chriſtus tuus Pſal. 66. *In omnibus gentibus ſalutare tuum.Et ſemitæ tuæ in aquis multis*,ideſt in populis multis,*& veſtigia tua non cognoſcentur*, ſcilicet à Iudæis, qui dicunt non dum venit Chriſtus , & noluerunt Chriſtum eſſe ſuum Saluatorem . In mari ergo eſt via ; quia excluſa eſt à terra tua , ideſt,ideo Chriſtus conuerſus eſt ad gentes ; nam excluſus fuerat à Iudæis , cui conſonat illud Lucæ 7. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis : dicetis huic arbori moro, eradicare,& tranſplantare in mare,obediet vobis .*] Et Matt. 21. *Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hęſitaueritis,nõ ſolũ de ficulnea facietis,ſed & ſi monti huic dixeritis,tolle,& iacta te in mare,fiet.*] Mons eſt Chriſtus Dñs,& mõs coagulatus,mons pinguis,de quo Iſaiæ 2. *Et erit præparatus , mons domus Domini in vertice montium,& eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes .*] Hic mons ſublatus eſt à terra ſua , ideſt à Iudæis , & miſſus in mare , ideſt ad gentes,iuxta illud, quod Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis , *Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei : ſed quoniam repellitis illud , & indignos vos iudicatis æterna vita ; ecce conuertimur ad gentes* . Sic explicat Auguſtinus ſuper pſal. 77. in fine . In cuius ſignum , Dauid (per quem deſignatur Chriſtus eius filius) ex ouibus irrationabilibus, ad oues rationales paſcendas acceptus eſt , iuxta illud , *Depoſitſortantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum , & Iſrael hæreditatem ſuam .*] Quia nimirum Chriſtus , vt ibi explicat Auguſtinus , acceptus eſt ex Iudæis , de quibus prius dixerat, *Non ſum miſſus , niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael* , vt alias oues rationales paſceret, ideſt gentes, & in ouile ſuum introduceret, ait enim ; *Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili , & illas oportet me adducere , & vocem meam audient : & fiet vnum ouile , & vnus paſtor .*

28 De illis , qui poſt baptiſmum ponebant ſubſtantiam ſuam ad pedes Apoſtolorum , dicitur Cant. 4. *Dentes tui ſicut greges tonſarum , quæ aſcenderunt de lauacro .* Dentes (ait Auguſtinus ſuper pſal. 77. col. penult. tom. 8.) ideſt , per quos loqueris , vel per quos in corpus velut manducando cateros traijcis ,] ſunt ſicut oues tonſarum , quæ aſcenderunt de lauacro .- Depoſuerunt enim tunc vellera, ideſt onera ſæculi , quando ante pedes Apoſtolorum venditarum re-

Pſal. 76. Aug. ſup. eundem pſ. col. penul. R. tom. 8. Iſai. 5.

Pſal. 18.

Pſal. 66.

Luc. 17.

Matt. 21.

Iſai. 2.

Act. 13.

Pſal. 77.

Matt. 15.

Ioan. 10.

Cant. 4.

Aug. to. 8.

gitized by Google

rum suarum prætia posuerunt. Ascendentes de lauacrò illo, de quò eos admonet Apostolus Petrus, sollicitos, quod Christi sanguinem fu-
Act. 2. derint, & dicit: *Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Dñi nostri Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra.*] Omnes gemellis fœtibus propter geminam charitatem dilectionis
Act. 4. Dei, & dilectionis proximi. Vnde sterilis non erat in eis.] Et (vt notauit idem Augustinus serm. 21. ad Fratres in Eremo) [agrorum prætia ponebantur ante pedes Apostolorum, tanquam pedibus conculcanda: quia ipsi Sancti Apostoli, & amici Dei indignũ reputabant agrorum prætia manibus contrectare. Vnde etiam in veteri lege,
Num. 18. vt videre est num. 18. Leuitis præcipiebatur, nihil in terra eorum possidere.]

Matt. 4. 29 Piscatores fuerunt Apostoli, vt dicitur Matt. 4. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Propheta autem ait, quòd Deus
Ierem. 16 primò piscatores erat missurus, postea venatores. Ierem. 16. *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.*] Hæc est autem differen-
Aug. to. 9. tia (vt notauit Augustinus tract. de vtilitate Ieiunij col. 3. tom. 9.) inter piscatores, & venatores. Etenim Apostoli, vt potè piscatores, [neminem coegerunt, neminem impulerunt: quia qui piscator est, retia mittit in mare: quòd incurrerit trahit. Venator autem syluas cingit sẽtes excutit; terroribus vndiq; multiplicatis cogit in retia, ne hàc eat, nec illàc eat: inde occurre, inde cæde, inde terre: non exeat, nõ effugiat. Sed venatores missi sunt, cum illi vagarentur per montes, & colles, idest per superbias hominum, per tumores terrarum, hoc est per doctrinas hæreticorum. Mons vnus Donatus, & altus, mons Arrius, alter mons Fotinus; alter mons Nouatus. Per istos montes errabant. Venatoribus indigebat error ipsorum, idcò distributa sunt officia Piscatorum, & Venatorum.] Hæc Aug.

30 Tempore legis antiquæ Venatores miserat dominus, qui metu pœnarum homines errantes in retia cogerent, & præceptis Diuinæ legis subijcerent. At in lege gratiæ Piscatores misit, qui amore, &
Matt. 16. dilectione volentes ad Deum traherent. Hinc illa vox Christi, *Si quis vult venire post me abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequa-*
Matt. 19. *tur me.* Et, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Expendantur illa verba Prophetæ, *Et piscabuntur eos*, quæ correspondẽt verbis Christi, *Faciam vos piscatores hominum.* Etenim in vtroquè loco prædicatores admonentur, & pastores, ne sint piscatores diuitiarum, dignitatum, vel alicuius temporalis commodi: sed hominum, sed animarum, quas de mari huius mundi Christus Dominus vult educere. Sic & Paulus illis, quos piscari conabatur, & ad sagenam Euangelij pertrahere, dicebat 2. Cor. 12. *Non quæro, quæ vestra sunt, sed vos.* Ideo ait, *Et piscabuntur eos.* Et: *Faciam vos* fieri *piscatores ho-*
Gen. 32. *minum.*

31 Geneſis 32. luctabatur Iacob cum Angelo, & vicit illum, & à victo benedictus eſt. [Magnum Sacramentum (ait Auguſtinus ſuper pſalm. 79. columna ſecunda) & ſtat victus, & benedicit victorem. Victus, quia voluit, carne infirmus, maieſtate fortis, & benedixit, *Vocaberis* (inquit) *Iſrael.* Tetigit tamen & femoris latitudinem, & aruit. Eundemque hominem vnum fecit, & benedictum, & claudum. Vides claudicaſſe populum Iudæorum, vide ibi & benedictum genus Apoſtolorum.) cui conſonat illud Iſaiæ : *Et ſciens in Gentibus ſemen eorum* : & illud : *Iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* Vbi per ſemen, Apoſtolos intelligit, vt interpretatur Paginus. *Aug. to. 8.* *Iſai. 61.* *Iſai. 1.*

32 De hoc enim ſemine alio in loco ait: *Niſi Dominus Sabaoth, reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus*, ideſt totaliter deſtructi. De populo vero Iudæorum claudicante loquebatur, qui dixit: *Vſquequò claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal ſequimini illum.* Vnde Pſalmiſta: *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, et claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Sed tandem claudicantem populum Iudæorum, dominus ad ſe conuertet; vt rectis greſſibus ambulet: cum videlicet auferetur velamen ab oculis eorum, vt lucem, quam recipere noluerunt, videant. Scriptum eſt enim : (In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem, & eam quàm eieceram colligam, & quàm afflixeram. Et ponam claudicantem in reliquias : & eam, quæ laborauerat; in gentem robuſtam: & regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc, & vſque in æternum.) Et iterum : [Et ſaluabo claudicantem : & eam, quæ eiecta fuerat congregabo.) *3. Reg. 18.* *D. Pſal. 17.* *Micheæ 4.* *Sophoniæ 3.* *Pſal. 86.* *Aug. to. 8.*

33 Apoſtoli ſunt fundamenta Eccleſiæ. De quibus Pſalm. 86. *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, ideſt in Apoſtolis, vbi Sanctus Auguſtinus ſuper eundem pſalmum. Nihil de illa adhuc dixerat: Pſalmus hinc incipit, & ait; fundamenta eius in montibus ſanctis. Cuius fundamenta? ſed plura de illa ciuitate ſecum voluens concepe-rat, & meditatus fuerat. Quomodo de illa nihil dixerat, qui nunquam de illa corde tacuerat?) De his fundamentis dicitur Epheſ. 2. *Superædificati* (inquit) *ſupra fundamentum Apoſtolorum, et Prophetarum.* Et quia nec ipſi Apoſtoli, aut Prophetæ, in quibus fundamentum eſt ciuitatis ſe tenerent in ſe, ſequutus, ait, *Ipſo ſummo exiſtente lapide angulari Chriſto Ieſu.*) Cui conſonat illud 1. Corinth. 3. *Fundamentum aliud, nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Eſt ergo Chriſtus fundamentum fundamentorum, ſicut & Sanctus ſanctorum, & Paſtor paſtorum. Sunt etiam Apoſtoli portæ Sion, de quibus ſubditur, *Diligit Dominus portas Sion.* Apoſtoli, & Prophetæ fundamenta ſunt; quia (vt inquit idem Sanctus Pater Auguſtinus) eorum auctoritas portat infirmitatem noſtram. Portæ quia per ipſos intramus ad Regnum : Prædicant *Epheſ. 2.* *1. Cor. 3.*

enim nobis, & cum per ipsos intramus, per Christum intramus, ipse
Apoc. 21. enim est ianua. Et cum dicuntur, *duodecim portæ Hierusalem, & una porta Christus, & duodecim portæ Christus*; quia in duodecim portis Christus, & ideò duodenarius numerus Apostolorum. Sacramen-
Matt. 19. tum magnum huius duodenarij significatio est numeri, *Sedebitis* (inquit) *super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* ¶ Hæc Augustinus.

34 Apostoli antequam eligerentur à Christo domino abiecta mundi erant, & ignobiles: sed electi, vt essent Ecclesiæ fundamen-
Psal. 86. ta, facti sunt Principes, iuxta illud psalm. 86. *Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum.* Vbi Sanctus Augustinus super eundem psalm. post medium tom. 8. Quorum Principum? *horum qui facti sunt in ea* Principes. Qui facti sunt in ea, in ea facti sunt Prin-
Matt. 4. cipes; nam antequàm fierent in ea principes, abiecta mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Nunquid Princeps piscator? Nunquid Princeps publicanus? Princeps planè: sed quia facti sunt in ea, &c.
Luc. 1. Hoc fecit, *Qui suscitat à terra inopem, & de stercore erigit pauperem.*
Psal. 112. Vt quid erigit? *Vt collocet cum principibus, cum principibus populi sui.*
1. Reg. 2. Cui consonat illud primi Reg. 2. *Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Id quòd in summo Pontifice cernere licet, qui solium illius, cuius est Vicarius, tenet in terris. Solium, inquam, gloriæ; solium Maiestatis; solium supremi Principis Ecclesiæ.

Psal. 64. 35 Spiritus sanctus est flumen, de quo psal. 64. *Flumen Dei repletum est aquis.* Apostoli verò riui, de quibus subditur, *Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius.* Sunt & flumina, de quibus scriptum
Psal. 64. est, *Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.* Petrus
Aug. to. 8. (vt Augustinus ait super psal. 92. col. vltima) nondum erat flumen, quando interrogatione Ancillæ, ter Christum negauit, dicens: Ne-
Matt. 36. *scio hominem.* Hic timens mentitur, nondum eleuat vocem, nondum est flumen. Vbi autem impleti sunt Spiritu sancto, accersierunt eos Iudæi, & præceperunt eis, ne omnino loquerentur, neque docerent
Act. 4. in nomine Iesu. Petrus autem, & Ioannes dixerunt ad eos: *Si iustum est coram Deo, vt vobis obediamus magis, quàm Deo, Iudicate: non enim possumus, quæ vidimus, & audiuimus, non loqui.* Eleuauerunt ergo voces suas, à vocibus aquarum multarum. Ad ipsam eleuatio-
nem vocis pertinet, quòd ibi scriptum est. *Quibus annuntiat Iesum*
Ibidem. *sine timore cum magna fiducia.* Eleuauerunt enim flumina vocem suam, à vocibus aquarum multarum. Nàm & cùm dimissi essent Apostoli de Concilio Iudæorum, venerunt ad suos, & indicauerunt quanta eis Sacerdotes, & Seniores dixerunt. At illi audientes leuauerunt voces vnanimes omnes ad dominum, & dixerunt; *Domine tu es,*
Vbi supra. *qui fecisti cælũ, & terrã, & mare, & omnia quæ in eis sũt,* & cætera, quæ dicere potuerunt flumina eleuantia vocem suam. ¶ Hactenus Aug.

36 Apo-

36 Apostoli, fulgura sunt de quibus psal. 96. *Apparuerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.* Vbi Augustinus sup. eundem psal. col. 4. [Vnde fulgura? de nubibus. Quæ sunt nubes Dei? Prædicatores veritatis. Vides autem nubem in cælo nebulosam, obscuram; & habet intus nescio quid latens. Si coruscat de nube, emicat splendor: ex eo ipso, quod contemnebas, inde exiliuit, quod expauescas. Misit ergo Dominus noster Iesus Christus Apostolos suos, Prædicatores suos, Sanctos velut nubes. Videbantur homines, & contemnebantur; quomodo videntur nubes, & contemnuntur antequam de eis exiliat? quod mireris. Erant enim illi, primum homines carnem portantes, infirmi; deinde idiotæ, indocti, ignobiles: sed erat in illis quod fulguraret, erat in illis, quod coruscaret. Accedebat Petrus homo piscator, orabat, & suscitabat mortuos. Forma humana nubes erat; splendor miraculi coruscatio erat; sic in verbis, sic in factis, cum miranda dicunt, & miracula faciunt, apparuerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.] In cuius signum Exod. 16. cum Dominus Moysi esset daturus legem in monte Synai, cæperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementis perstrepebat] quæ omnia spiritualiter in lege Euangelica prædicantibus Apostolis adimplenda erant, omnia enim in figuris contingebant illis.

Psal. 96.

Aug. in 2.

Exod. 16.

37 Hæc sunt fulgura de quibus Iob 38. *Mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus.* Vbi Gregorius lib. 30. moral. cap. 2. Fulgura ex nubibus exeunt, cum mira opera ex Sanctis Prædicatoribus ostenduntur; qui idcirco nubes vocari solent; quia & coruscant miraculis, & verbis pluunt. Et quòd humana corda, post quàm per prædicationem mota non fuerint, iustis miraculorum fulgoribus conturbantur, Propheta attestante, didicimus; qui ait: *Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos*, ac si diceret, dum verba prædicationis tuæ non audiunt, per prædicantium miracula perturbantur. Vnde aliàs scriptum est: *In lumine iacula tua ibunt in splendore fulgoris armorum tuorum.* Iacula Dei in lumine ire, est verba eius aperta veritate resonare. Sed quia sæpe homines verba vitæ, etiam intellecta despiciunt; adiunguntur etiam miracula, vnde illicò subdit: *In splendore fulgoris armorum tuorum*: fulgor quippe armorum est claritas miraculorum. Hactenus Gregorius. Et sicut è nubibus, cum tonitrua, & fulgura emittuntur, solet vehementior pluuia prosilire: ita & Apostoli post miracula vberiorem pluuiã cælestis doctrinæ effundebant. Sicut videre licet Actorum 3. & 4. vt & per miracula, & per Euangelij prædicationem (Deo cooperante) fidem Catholicam confirmarent, & peccatores ad Deum conuerterent. Scriptum est enim. *Ipsi autem* (scilicet Apostoli) *profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*] Cui consonat illud: *Fulgura in pluuiam fecit.*

Iob. 38.

Gregorius

Psal. 17.

Abac. 3.

Act. 3. & 4.

Marci 16.

Psal. 134.

38 Magno

Digitized by Google

38 Magno gaudio replebantur Apostoli, cum videbant, & audiebant eorum miraculis, & prædicatione, quamplurimos ad Chri-
Psal. 96. stum Dominum conuerti; quòd & Psalmista prædixerat: *Audiuit, & lætata est Sion*: alia littera legit; *Et iucundata est Sion*. Quid au-
Aug. to. 8. diuit Sion? Ecce, ait Augustinus, quid audiuit: *Annunciauerunt cœli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius; confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis*. Etenim Ecclesia nec dum erat in gentibus: in Iudæa crediderant ex Iudæis, & putabant ipsi Iudæi, qui crediderant, solos se pertinere ad Christum,
Act. 11. &c. sed Act. 11. *Audierunt autem Apostoli, & qui erant in Iudæa fratres quoniam, & gentes receperunt verbum Dei, & benedicebant Deum*: hoc est, quod hìc commemorat, *Audiuit, & iucundata est sion,*] &c.
Psal. 96. *Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine*. Quæ Iudicia? quia non est personarum acceptor Deus, Nàm ipse Petrus, cum vidisset Cornelium Centurionem, & eos qui cum illo erant adimplete Spiritu sancto exclamauit, & ait: *In veritate comprehendi, quia non*
Act. 10. *est personarum acceptor Deus*. *Ergo exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua*. *Quia in omni gente, & in omni populo, quicunque illi seruierit, acceptus est illi*; quia non Iudæorum *Deus tantum; sed & gentium*.
Rom. 3. Videte: si hoc non est, vnde exultauerunt filiæ Iudæ?) Hæc August. super spal. 96. col. 9. A. B.

39 Hinc sponsa in canticis, dum multos à sponso suo Christo deficere, & ad vana conuerti perspiceret: in hoc vno lætabatur, & exul-
Cant. 1. tabat, cum diceret: *Recti diligunt te*. Hinc etiam de Apostolis dictum est: *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exul-*
Isa. 9. *tant victores capta præda, quando diuidunt spolia*. Cui consonat illud
Psal. 118. Psalm. 118. *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa*. Hæc sunt spolia, quæ huius mundi Princeps sibi per peccatum tene-
Luc. 11. bat subiecta, in pace ea possidens. Sed Christus Dominus, *Fortior illo, superueniens vicit eum, & vniuersa arma eius abstulit, in quibus confidebat, et spolia eius distribuit*. Vnde, *Ascendens in altum captiuam*
Psal. 67. *duxit captiuitatem*. Eos captiuans, quos Princeps tenebrarum sub se tenebat captiuos.

40 Hinc etiam Apostoli magno compassionis affectu mouebantur erga proximos suos, dum eos periclitari in vita spirituali, aut of-
Aug. to. 8. fendi perspicerent. Quod & Psalmista designauit cum diceret; *Et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt*. Vbi Augustinus, Ossa corporis Christi, fortitudo corporis Christi. Vbi maior quàm in Sanctis Apo-
1. Cor. 11, 7. Aduersitas. stolis? Et tamen vidi ossa frigi: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* Fortes sunt prædicatores verbi: sed omnes, qui scandalum patiuntur, frixorium ipsorum sunt. Est enim ibi charitas, & magis in ossibus. Interiora sunt ossa omnibus carnibus, & portant omnes carnes. Verum si quisquam patiatur aliquod scandalum, & in anima periclitetur, tantum os frigitur, quantum amat: desit amor, nemo frigitur: adsit charitas, & si membrum com-

patitur,

patitur, patiente vno membro confriguntur qui portant vniuersa membra.] Hæc Sanctus Augustinus super psalm. 91. columna secunda L.

41 Iudicum 14. in ore leonis inuenitur fauus, in signum quòd Principes terreni, aduersum Christum antea fremuerant, [nunc autem iam perempta feritate, dulcedini euangelicæ prædicandæ, etiam munimenta præbuerunt.] Vt Augustinus dicit lib. 12. contra Faustum cap. 32. *Iudic. 14. Aug. 10. 6.*

42 De Apostolo Thoma legitur in quodam libro sub nomine Apostolorum scripto, cum esset in quodam nuptiarum conuiuio peregrinus, & prorsus incognitus, à quodam Ministro palma percussum, imprecatum fuisse homini continuam, sæuamque vindictam. Nàm cùm egressus fuisset ad fontem: vnde aquam conuiuantibus ministraret, eum leo irruens interemit; manumque eius, qua caput Apostoli leui ictu percusserat à corpore auulsam, secundum verbum eiusdem Apostoli id optantis, atque imprecantis, canis intulit mensis, in quibus ipse discumbebat Apostolus: sed hoc est apocriphum, vt fatetur Sanctus Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 79. *Augustin.*

43 Iacobus minor fuit primus Episcopus in Hierusalem, vbi admirabili doctrina, & pœnitentia Ecclesiam illam ædificauit, & auxit; vt Chrysostomus homil. 5. super Matth. circa medium, his verbis testatur. [Quando Hierosolimam Paulus ingressus est, vt cum cæteris Apostolis de dogmatum varietate conferret, continuò intrauit ad Iacobum. Tàm enim fuit ille mirabilis, vt Episcopatum primus acciperet. Aiunt enim, genua eius obduruisse callo, tantamquè in eo fuisse carnis incuriam, vt adhuc viuentis omnia fere membra morerentur: atque assiduitate orationis, iugiq; ad pauimentum prostratione corporis, frontem quoque eius callo similiter obductam, vt nihil fere à Cameli genibus discreparet.] *Chrys. to. 2.*

44 Commemorat autem Scriptura sacra Apostolorum Christi defectus vt (sicut dicit Victor Antiochenus ad cap. 10. Marci) hinc constet cuiusmodi aliquandò fuerint, & quales tandem per Christi gratiam euaserint.] Gratia autem Dei, sicut facti sunt Ecclesiæ fundamenta solida, cùm antea inconstantes essent, & fragiles: ita etiam effecti sunt pedes Christi, quia nomen eius portauerunt coràm gentibus, & Regibus, & filijs Israel. De his dicitur Apocalips. 1. *Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti.* Quod de Apostolis intelligit Diuus Andreas Archiepiscopus Cæsareæ Cappadociæ super cap. primo Apocalips. Cuius verba sunt. [Apostoli Christi pedes dici possunt; quia solida Ecclesiæ sunt fundamenta, & ad magistri exemplum in tentationis camino egregiè probati, & examinati.] Possunt etiam dici pedes Christi, quoniam per eos superbiam huius mundi conculcauit: iuxta illud Isaiæ vaticinium. *Quia incurvabit habitãtes in excelso, ciuitatẽ sublimem humiliabit. Humiliabit eã vsq; ad terram.* *Victor in Bibl. Vet. Pat. tom. 1. col. 855.* *Apoc. 1.* *Andreas in Bib. Vet. Pat. tom. 1. col. 1055.* *Isai. 26.*

Digitized by Google

terram, detrahet eam vsquè ad pulverem. Conculcabit eam pes pedes pau-peris, gressus egenorum.

45 Et quoniam Apostoli portantes nomen Domini vniuersum orbem cursu velocissimo peragrarũt, per equos Dei significantur

Abac. 3. Abac. 3. *Qui ascendis super equos tuos: & quadriga tua salutis.* Et iterum: *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Vbi

Philo in Bib. to. 1. col. 536. Philo Carpathiorum Episcopus super Cantica. [Ob id (inquit) equi appellantur, quòd velociter in studio suæ pietatis cursum benè, beatèque viuendo, & prædicando confecerint.]

46 Designantur etiam Apostoli per duodecim portas, quarum

Apoc. 21. meminit Ioannes Apocalips. 21. Vbi loquens de ciuitate sancta Ierusalem ait, *Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim: & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.* Vbi

S. Victorinus in Bibl. V.P. col. 1132. Victorinus Pictauiensis Episcopus, & martyr super cap. 21. Apocalips. serm. 23. ait, Murus magnus, & altus Ecclesiæ est Christus. Hic enim propugnat, & custodit illos, qui versantur in Sancta hac ciuitate. Duodecim autem illius portæ, duodecim sunt Apostoli; per quos introitum simul, & accessum ad Patrem nacti sumus. Et per duodecim Angelos, intelligit duodecim principales custodes Angelos, quorum singuli, singulis Apostolis, tanquam adiutores sunt præfecti. Nomina verò duodecim tribuum filiorum Israel inscripta perhibent singulare testimonium curæ, & solicitudinis, quam Apostoli circa fideles habuerunt. Nàm eos habebant scriptos in pectore, vt tanquam filios, quos in Christo genuerunt, lacte Euangelicæ prædicationis nutrirent. In cuius signum præceptum fuit Moysi, vt nomina duodecim tribuum filiorum Israel sculperet in

Exod. 28. duodecim lapidibus, iuxta ordinem natiuitatis eorum; *Et pones* (inquit) *in vtroquè latere superhumeralis, memoriale filijs Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumquè humerum, ob recordationem.* Et quoniam relictis omnibus secuti sunt Christum, & duodecim tribus spiritualis Israelis sua prædicatione genuerunt, promissum fuit illis in præmium, vt eos cum Christo iudicarent: ait enim,

Matt. 19. *Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel.*

47 Hinc est quòd duodecim Patriarchis veteris testamenti, quorum fit mentio in libro Geneseos, præsertim cap. 49. correspondent in testamento nouo duodecim Apostoli, sicut per Psalmistam dicitur, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos Principes super omnem terram.* Hoc est, Pro Patriarchis nati sunt tibi Apostoli, & pro

Psal. 44. Aug. to. 8. Apostolis eorũ successores Episcopi. Vt Aug. explicat supereundẽ ps. in fine. Cuius verba sunt, [Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, cõstituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sũt per totũ mundũ, vnde nati sũt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos cõstituit in sedibus Patrũ. Nũ ergo te putes deser-

tam

dm; quia non vides Petrum; quia non vides Paulum; quia non vides illos, per quos nata es; de prole tua tibi creauit Paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Constitues eos principes super omnem terram. Ex his duodecim Patriarchis, & duodecim Apostolis consurgit numerus viginti quatuor seniorum, de quibus apud Ioannem in Apoc. cap. 4. dicitur, *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor. Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Vbi D. Andreas Cæsareæ Cappadociæ Episcopus super cap. 4. Apoc. per viginti quatuor seniores, intelligit duodecim Patriarchas, & duodecim Apostolos, (Quos propter excellentem virtutem, & sapientiam, Christus Dominus duodecim tribuum Israel Iudices olim futuros docuit. Candidæ autem stolæ symbolum sunt integræ, puræque vitæ: tùm perpetuæ quoquè festiuitatis, solidæquè lætitiæ, qua beati potientur. Coronæ tandem aureæ, victoriæ aduersus malignos dæmones; non absq; magnæ animi fortitudine obtentæ, sunt notæ.) Hæc ille. *Apoc. 4.* *Habetur in Bibl. V. P. tom. 1. col. 1065.* *Apoc. 21.*

48 Designantur etiam duodecim Apostoli per duodecim lapides prætiosos, quorum fit mentio Apocalips. 21. Cum dicitur: *Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide prætioso ornata.* Fundamentum primum Iaspis: secundum Sapphyrus, &c. Per *Iaspem* (vt docet Victorinus super cap. 21. Apoc.) designatur Sanctus Petrus Apostolorum choripheus, per *Sapphyrum* Paulus, per *Calcedonium* Andreas, per *Smaragdum* Ioannes Euangelista, per *Sardonium* Iacobus, per *Sardium* Philippus, per *Chrysolitum* Bartholomæus, per *Beryllum* Thomas, per *Topazium* Matthæus, per *Chrysoprasum* Thadæus, per *Hyacinthum* Simon Zelotes, per *Amethistum* Matthias. Ibiq; reddit rationem, propterquam singuli lapides ex his duodecim, singulis Apostolis congruant. *In Bibl. V. P. to. 1. col. 1133.*

49 Et propter multos filios, quos Apostoli proprio Sanguine effuso Christo pepererunt, iudæos, & gentes in vnitate fidei in Ecclesia Christi congregantes, assimilantur malis punicis Cant. 4. Cum dicitur: *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cùm pomorum fructibus.* Vbi Philo Carpatiorum Episcopus super Cant. Per Paradisum malorum punicorum Sanctos Apostolos perhibet designari, (Qui tanquàm mala punica foris rubentes in laboribus, & ærumnis, postremò & sanguine martyrij permultos hominum Christi fidei veluti grana pepererunt, hisquè tãquàm paruulis fructus suauissimos arborum cælestium ad fidei incrementum, & charitatis opera præbuerunt. Per has enim res sensibiles, diuinæ illæ, & cælestes insinuantur. Nàm fructus arborum iusta Sanctorum opera, & castitatis odores indicant.) Hæc Philo. Plura dicentur infra verbo Euangelistę, & verbo Prædicator, quæ Apostolis facilè poterunt adaptari. *Cant. 4.* *Philo in Bib. V. P. tom. 1. col. 560.*

DE

oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ac si diceret, Sic reuertar ad locum meum.

2 Hic est circulus ille, hæc corona, quam in anno benignitatis suæ benedixit Dominus iuxta illud psalm. 64. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium & valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent.* Vbi per annum benignitatis, annum illum intelligit, quem Isai. prædixerat cum ait. *Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me; ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem; vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro.* De hoc eodem anno, de hoc benignitatis tempore ait Apostolus, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes vllam offensionem.*] Coronæ huius anni benedixit Dominus ascendens in cœlum, sicut canit Ecclesia: *Eleuatis manibus benedixit eis, & ferebatur in cœlum.* Et postmodum Spiritum sanctum super Apostolos suos, & discipulos misit, cuius virtute plurimum fructum spiritualem fideles retulerunt, secundum varios status, qui per campos, per speciosa deserti, & per valles designantur. Quòd si in prima rerum conditione bruta animalia benedictione Domini multiplicata sunt nimis, iuxta illud Genes. 1. *Benedixit eis dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, aueſque multiplicentur super terram.* Et primis parentibus similiter bendicens ait, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam;* multò magis credendum est ad benedictionem illius, *Qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo Iesu,* multiplicatos esse fideles. Quod & factum fuisse constat: *Nam ad primam prædicationem Petri baptizati sunt, & appositæ in die illa animæ circiter tria millia.*] Et cap. 11. ad prædicationem aliorum discipulorum quam plurimi conuersi sunt ad Dñm: scriptũ est enim: *Erant autẽ quidã ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cũ introissent Antiochiã loquebãtur & ad Græcos, annunciãtes Dominũ Iesum. Et erat manus Dñi cũ eis. Multusquè numerus credentium conuersus est ad Dominum.* Et ad prædicationem Barnabæ *Apposita est multa turba Domino,* vt licitur in eodem capite. Vnde Isai. Vt innueret ex Dominica benedictione Apostolos Christi, & eius discipulos virtutem accepisse ad propagandam fidem, ait, *Isti sunt semen, cui benedixit Dominus*, & multitudinem eorum, qui crediturі erant per Apostolorum prædicationem, mox subiungit, *Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.* Id quod Genesis 15. promiserat Abrahæ. Sic erit semen tuum, &c.]

Psal. 64.

Isai. 61.

2. Cor. 6.

Gen. 1.

Ephes. 1.

Act. 2.

Act. 11.

Isai. 61.

Gen. 15.

3 Solent Agricolæ tempore messis sumere ex optimis terræ fructibus plurimas spicas in fasciculos, vel in modum crucis dispositas, & in templum inferre, ac creatori omniũ, velut primitias offerre, vt terræ in qua productæ sunt copiosã benedictionẽ largiatur. Non dissimiliter Christus (vt docet Chrys.) ascẽdẽs in cœlũ secũ intulit optimos fructus

Chrys. hom. 23. de Ascensione Dñi. tom. 1.

terræ

ſancti tui exultent. Mira res, Chriſtus clamat ad patrem, exurge; in occurſum meum, & Eccleſia per Prophetam clamat ad Chriſtum: *Exurge Domine in requiem tuam*. Quia nimirum, niſi Chriſtus Dominus in Aſcenſione cum arca ſanctificationis, ideſt, cum humanitate aſcendiſſet in cœlum, Pater vtiquè Spiritum ſanctum de cœlo non miſiſſet. Vnde poſtquam dixit, *Exurge Domine in requiem tuam*; rectè ſubditur, *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam*; ideſt Apoſtoli induantur virtute ex alto: iuxtà illud, *Vos autem ſedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto, &c. Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes, & benedicentes Deum*. 3 — *Luc.* 24. *Act.* 1.

6 Cui conſonat illud pſal. 67. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*. Quem locum S. Auguſtinus ſuper pſal. 67. poſt medium de Aſcenſione Chriſti, & miſſione Spiritus ſancti intelligit. Imò, & Apoſtolus Paulus ad Epheſ. 4. qui de Chriſto loquens: *Vnicuique autem noſtrum* (inquit) *data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus*. Vbi Auguſtinus loco prælegato [Nec moueat, quòd Apoſtolus idem teſtimonium commemorans non ait, Accepiſti dona in hominibus: ſed dedit dona hominibus. Ille quippè auctoritate Apoſtolica, ſecundum hoc locutus eſt, quod Deus filius cum patre fecit. Secundum hoc quippè dedit dona hominibus, mittens eis Spiritum ſanctum, qui ſpiritus eſt Patris, & Filij. Secundum illud verò, quod idem ipſe Chriſtus in corpore ſuo intelligitur, quod eſt Eccleſia, propter quod & membra eius sũt ſancti, & fideles eius, vnde eis dicitur: *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra*, proculdubio & ipſe accepit dona in hominibus. Chriſtus quippe aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram Patris. Sed niſi & hic eſſet in terris, non inde clamaſſet, *Saule, Saule quid me perſequeris*? Cùm ergo idem ipſe dicit, *Quòd vni ex minimis meis fecistis, mihi feciſtis*, Quid dubitamus eum accipere in membris ſuis, quæ dona membra eius accipiunt?] Et (vt idem explicat Auguſtinus) ipſos homines appellauit captiuitatem, qui captiui ſub diabolo tenebantur. [Cur enim non ſit captiuitas ſœlix, ſi & ad bonum homines poſſunt capi? Vnde Petro dictum eſt. *Ex hoc iam homines eris capiens*. Captiuati ergo, quia capti, quia ſubiugati, ſub leue illud iugum miſſi; liberati à peccato, cuius ſeruii erant: & iuſtitiæ ſerui facti, cuius liberi erant. Vnde & ipſe in illis eſt, qui dedit dona hominibus, & accepit dona in hominibus. Hactenus Sanctus Auguſtinus. Eandem explicationem latè proſequitur lib. 15. de Trinit. cap. 15. — *Epheſ.* 4. *1. Cor.* 12. *Act.* 1. *Matt.* 25. *Luc.* 5.

7 De Aſcenſione Chriſti dicitur Pſal. 46. *Aſcendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ*. [Iubilatio, ait Auguſtinus, Nihil aliud eſt, niſi admiratio gaudij, quæ verbis non poteſt explicari. Quomodo admirati ſunt gaudentes diſcipuli, videntes ire in cœlum, quem planxerant mortuum? rè vera, quia gaudio huic verba non ſufficie- — *Pſal.* 46. *Auguſtin.*

bant, reſtabat iubilare, quod nemo potuit explicare. *Ibi erat & vox tubæ, vox illa Angelorum, viri Galilæi* (inquit) *quid hic ſtatis aſpicientes in cælum, hic Ieſus, qui aſſumptus eſt, &c.* Quaſi illi non ſcirent, quia ille eſſet Ieſus, quem antea viderant, & audierant. Ipſi ergo ſciebant, quod ipſe eſſet Ieſus: ſed admiratione ipſa præ gaudio iubilationis, tanquam mente alienatis loquuntur angeli, *ipſe eſt* Ieſus.) Hæc Aug. ſuper pſal. 46. tom. 8.

Act. 1.

4. Reg. 2.

8 Dum aſcendit Helias per turbinem in cælum, *Eliſæus videbat, & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius, & non vidit eum amplius. Apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes.*) At verò Apoſtoli videntes Chriſtum euntem in cælum, non vtique ſciderunt veſtimenta ſua (quod certè doloris ſignum eſt) ſed ipſi adorãtes reuerſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno, cuius differentiæ rationem aſſignat Chryſoſtomus Serm. de Aſcenſione Domini circa finem. Nàm aſcendente Helia non habuit præſentem Angelum, qui Heliam promitteret aduenire. At Chriſto Domino aſcendente adſtant Angeli, qui Apoſtolos conſolentur, & diſcipulos confortent, dicentes, *Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Verba Chryſoſtomi ſunt. (Ideo ſtabant Angeli, & Aſcenſionis triſtitiam regreſſionis commemoratione conſolabantur; & ſeparationis dolorem aduentus futuri pollicitatione ſedabant. Nàm aiunt, ille Ieſus, qui aſcendit à vobis, ſic veniet. Doluiſtis, inquit, quia aſcendit, ſed dolere definite; nàm iterum veniet. Et ne hoc faciant, quod Eliſeus feciſſe dicetur, qui conſcidit veſtimentum, cum magiſtrum vidiſſet eleuatum ad cælum. Non enim habuit præſentem Angelum, qui Heliam promitteret aduenire. Ne igitur & iſti hoc faciant, ideò Angeli ſtabant, animæ eorum triſtitiam ſolatio releuantes, &c. Et Helias quidem cum aſcenderet, melotem Eliſeo dimittit. Chriſtus autem diſcipulis gratiam dereliquit, quæ non vnum Prophetam: ſed multos Eliſeos effecit, imò & illo potentiores, & longè amplius meliores.) Hæc Sanctus Chryſoſtomus.

Act. 1.

4. Reg. 2.

Luc. 24.

Chryſ. to. 3.

9 Videbatur impoſſibilè, vt homo in terra, & de terra conditus terrena, & fragilia membra geſtans cælorum alta conſcenderet, ſupernorum ſpirituum arcana penetraret. Sed Chriſtus naturam humanam fragilitatis noſtræ aſſumens, & in eam mortem patiens, & à mortuis reſurgens, ac demum corpus ſuum glorioſum in cælum inferens, oſtendit id eſſe poſſibile, iuxta illud Iob 37. *Annuntiat quoque de ramico ſuo*, ideſt amatori rectæ actionis: de quo Ioan. 15. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis quod poſſibile eſſe ſit: & ad eam poſſit aſcendere.* Vnde & Ioan. 17. ait, *Pater volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum.* Nec obſtat illud Ioan. 3. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis, qui eſt in cælo.* Aſcendit enim caput cum membris, vt explicat Greg. 27. moral. 8. Oſtendit etiam his verbis (vt obſeruauit Auguſtinus lib. 1. de peccatorum meritis, & remiſſione contra Pelag. c. 31. in fine) neceſſitatem Baptiſmi, quo incor-

Iob. 37.
Ioan. 15.
Ioan. 17.
Ioan. 3.
Gregorius.
Aug. to. 7.

incorporamur Christo, & efficimur membra illius; quia solus ipse ascendit, scilicet cum suis membris, non aliud reputans corpus suum, idest Ecclesiam suam, quam se ipsum.) Sic & Apostolus ait, *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: ita, & Christus.* Non dixit ita, & Christus, idest corpus Christi, vel membra Christi: sed, ita & Christus, vnum Christum appellans caput, & corpus. ¶ Vt dicit Augustinus. 1. Cor. 12.

10 Ioannis 3. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo.* Ex hoc colligunt hæretici Christum Dominum in cœlum corpus suum non intulisse; quia non descendit de cœlo. (Non enim intelligunt (sicut Augustinus ait) quoniam corpus non ascendit in cœlum, Dominus autem ascendit; corpus verò nõ ascendit: sed leuatum est in cœlum, illo leuante, qui ascendit. Si enim quisque descendat, verbi gratia, de monte nudus, cum autem descendit vestiat se, & vestitus iterum ascendat, rectè vtique dicimus, nemo ascendit, nisi qui descendit, nec vestem consideramus; quia secum vestẽ leuauit: sed ipsum, qui vestitus est, solum dicimus ascendisse.) Ioan. 3. *Aug. lib. de Agone Christiano cap. 24. & 25. tom. 3.*

11 Homo ille peregrè proficiscens Matt. 15. Chrysostomus explicat hom. 53. imperfecti in Matt. cap. 25. in princ. tom. 2. Christus est post victoriam Passionis ad Patrem iturus voluntate misericordiæ homo, non necessitate naturæ. Commendat autem Christus dilectionem suam, quàm habet in Sanctis. Ad Regna enim cœlestia ascensurus, & ad patrem suum iturus; vnde descenderat; peregrè se iturum dicit propter charitatem sanctorum, quos relinquebat in terris, cùm magis peregrè esset in mundo, sicut ipse testatur dicens, *Incola ego sum in terra apud te.* Quando enim venit in mundum Iesus adhuc peregrinus erat, neminem habens sui nominis confessorem: postquam autem venit, & discipulos acquisiuit, iam pater familias erat: & ideò proficiscens de mundo, peregrè proficiscebatur.) Cui consonat illud: *Deliciæ meæ esse cùm filijs hominum.* Et illud Isaiæ 52. *In Aegyptum descendit populus meus, vt colonus esset ibi, & Assur absque vlla causa calumniatus est eum, & nunc quid mihi est, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? &c.* Quasi pluris æstimans esse se, atq; affligi cum populo suo, quàm sedere regnantem in maiestatis suæ throno. Matt. 15. *Chrys. to. 2.* *Psal. 118.* *Prouer. 8.* *Isai. 52.*

12 *Videntibus illis eleuatus est.* Christus in ascẽsione fuit aquila, de qua Iob 39. *Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum?* Vbi, vt explicat Gregor. Aquila, volatus Dominicæ Ascensionis exprimitur, qui nidum suum in arduis collocauit, dum spem nostram in cælis constituit, iuxta illud Philip. 3. *Et nostra conuersatio in cœlis est.* Et ad Ephes. 2. *Qui conresuscitauit, & consedere nos fecit in cœlestibus.* Et Isai. 58. *Sustollam te super altitudines terræ.* Hæc ex Gregor. Et si scire vis, quàm fuerit velox ad cœlum volando, audi Prophetam: *Ascendit* (inquit) *super Cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.* *Iob 39.* *Gregor. 31 mor. c. 19.* *Philip. 3.* *Ephes. 2.* *Isai. 58.* *Psal. 17.*

Digitized by Google

Mr. Hall read a paper on "Some Recent Developments in Physics."

Mr. Hall read a paper on "Some Recent Developments in Physics."

Mr. Hall read a paper on "Some Recent Developments in Physics."

Isaiæ vaticinium: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergũ monentis: hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram*: Et ascendens in cælum, flammeum gladium, atque versatilem de medio abstulit, vt omnes valeant fructum ligni vitæ apprehendere, & viuere in æternum, de quo Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei*. Et de Sapientia incarnata scriptũ est, *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus*. Isai. 30. Apoc. 2. Prouer. 3.

16 Ascensio Christi in cælum, quà ab oculis discipulorum subtractus est, necessaria erat, vt Spiritus sanctus ad eos descenderet: ipse enim ait: *Expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos*.] Sed quodnam impedimentũ præstare poterat præsentia corporalis humanitatis Christi, cuius doctrina discipuli nutriti, cuius exemplo informati, & in amore cælestium bonorum accensi erant? Respondet Augustinus; [Oportebat ergo, vt auferretur ab oculis eorum forma serui, quam intuentes, hoc solum esse Christum putabant, quod videbant. Inde est & illud, quod ait, *Si diligeretis me, gauderetis, quoniam eo ad Patrem; quia pater maior me est*: ideſt, propterea me oportet ire ad patrem; quia dum me ita videtis, ex hoc quod videtis, existimatis, quia minor sum patre, atq; ita circa creaturam, susceptumque habitum occupati, æqualitatem, quam cum patre habeo non intelligitis. Inde est & illud, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum*.] Eandem explicationem prosequitur idem Augustinus lib. 2. de Peccatorum meritis, & Remis. cont. Pelag. c. 32. in medio, cuius verba sunt, Nec potest ipse venire, nisi ego abiero: hoc enim erat dicere, non poteritis iustè viuere ex fide, quod de meo dono, ideſt de Spiritu sancto habebitis, nisi à vestris oculis hoc, quod intuemini abstulero, vt spiritualiter cor vestrum inuisibilia credendo proficiat.] Augustin. lib. 1. de Trinit. c. 9. to. 3 Ioan. 20. Ioan. 20. Aug. to. 7. Ioan. 16.

17 Hinc est, quod cùm in ascensu Heliæ postulasset Eliseus, *Oro, vt fiat spiritus tuus duplex in me, ille respondit, rem difficilem postulasti: veruntamen, si videris quando tollar à te, erit quòd petisti*. Vbi Bernardus, Nonne tibi videtur Helias ascendentis Dñi significare personam? Eliseus verò chorum Apostolicũ in Ascẽsione Christi anxiè suspirantem? sicut enim Eliseus ab Helia nullo pacto auelli poterat; sic nec Apostoli à Christi præsentia poterant separari: vix enim tandem eis persuasit, quia sine fide impossibile est placere Deo.) Spiritus autem duplex, quem petebat, illuminatio intellectus est, & affectus purgatio, vt ibi explicat Bernardus. (Res difficilis; quia rarus in terra est, qui illum habere mereatur: vel certè spiritum duplicem dicere possumus illud, quod Saluator ad discipulos ait, *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*. Nonne maiora Christo, per Christum tamen fecit Petrus? de quo legitur; *Quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis*. Nusquam Dominus inuenitur sic infirmitates sanasse.) Sed hic spiritus 4. Reg. 2. Bernardi sermon. 3. Ascensionis Domini Ioan. 14. Act. 5.

duplex nunquam fuiſſet Apoſtolis datus, niſi ab eorum oculis prius fuiſſet Chriſtus ſubtractus.

Pſal. 26. 18 Hinc Propheta regius, *Ne auertas* (inquit) *faciem tuam à me, ne declines in ira à ſeruo tuo*. Vbi (vt notauit Bernardus ſerm. 56. in Cant. col. 2.) Nō ait abſolutè, ne declines: ſed addidit in ira, vt innueret, quod aliquando declinat in miſericordia, vt nimirum intenſius deſideretur, auidius quæratur, & ſęlicius poſſideatur. Sic declinauit à ſponſa, quæ ſponſo pulſanti aperire renuerat. *Surrexi* (inquit illa) *vt aperirem dilecto meo, peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atque tranſierat*.

Bernardus

Cant. 5.

19 Hinc etiam cum eadem ſponſa Chriſti Eccleſia eius aduẽtum enixè per Patriarchas, & Prophetas deſideraſſet, & quaſi importunis precibus efflagitaſſet dicens: *Veni ad liberandum nos domine Deus virtutum, oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*. Et, *Mitte, quem miſſurus es*. Et, *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes*, & alia ſimilia, poſtquam opus redemptionis expleuit, poſtquam ſurrexit à mortuis, poſtquàm apparuit: eum deprecatur, vt aſcendens in cœlum ad locum ſuum reuertatur, *Reuertere* (inquit) *dilecte mi, ſimilis eſto capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel*. Sciebat enim receſſum illum non eſſe in ira: ſed in miſericordia, vt nimirum aſcendens in cęlum, Spiritum ſanctum mitteret ſuper diſcipulos; vt in eis fieret duplex ſpiritus eius. Vnde Dominus per Prophetam, quaſi reſpondens precibus ſponſæ dicentis, *Reuertere*: *Ego* (inquit) *ego capiam, & vadam, tollã, & non eſt qui eruat; vadens reuertar ad locum meum* in Aſcenſione, in qua id quod ſponſa poſtulauerat, *Reuertere dilecte mi*, opere adimpleuit.

Pſal. 79.

Cant. 2.

Oſeæ. 5.

20 Conſiderans Salomon admirabilẽ, & glorioſã Chriſti Aſcenſionem, viam eius ſe ignorare fatetur dicens, *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam Aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia*. Vbi Ambroſius (Aquilam hoc in loco Chriſtum Dominum noſtrum debemus accipere, qui poſt reſurrectionem, velut Aquila reuolauit ad patrem, prædam ſecum referens: ideſt hominem, quem rapuerat de faucibus inimici.) Et Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus quæſt. 33. in ſcripturam per viam aquilæ volantis in cęlo, etiam intelligit Chriſti aſcenſionem. Hæc enim viſa fuit Salomoni cognitu difficillima.

Prou. 30.

Ambroſ. lib. de Sal. cap. 2. to. 2.

Anaſtaſ. in Bib. tom. 1. col. 73.

21 Iacobus, qui luctatus eſt cum Angelo typum Domini geſſit: nã ſicut Iacob luctabatur cum Angelo, ita populus Iudeorum luctaturus erat cum Chriſto. (Vincebat Iacob Angelum, ait Auguſtinus; quia Iudæorum populus vſque ad mortem luctaturus erat: *Dimitte me* (inquit Angelus) *iam aſcendit aurora*. Hoc iam reſurrectionem Domini figurauit, quia Dominus ante lucem legitur reſurrexiſſe à mortuis,) Et ſicut Iacob orans Deum, vt eum de manu Eſau eriperet: *Domine* (inquit) *in baculo meo tranſiui Iordanem. Et, Ecce cum duabus turmis regredior*: Ita & Chriſtus baculo Crucis apprehendit mundum, & cum duabus turmis: ideſt cum duobus populis ad patrem redijt cùm trium-

Aug. ſerm. 80. de tempor. tom. 10

Gen. 32.

Ibidem.

Digitized by:

triumpho.) Vel per duas turmas Angelos intelligit,& animas ſanctorum patrum,quibus comitatus cęlum conſcendit,iuxta illud,quod capit Eccleſia, redit turmis cum duabus, Angelis, & animabus. *In quadam proſa.*

22 In monte Oliueti Ieſus tenetur, & inde cęlos aſcendit, vt ſciamus;quia inde aſcendimus ad cęlos, vnde vigilamus, & oramus, & ligamur, nec repugnamus in terra.) Idem Hieronymus etiam teſtatur lib. de locis hæbraicis tom. 3. (Quòd in monte Oliueti vltima veſtigia Domini humo impreſſa hodie quoquè monſtrantur:cumquè terra eadem quotidiè à credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem ſancta veſtigia priſtinum ſtatum continuò recipiunt. Denique cum Eccleſia,in cuius medio ſunt,rotundo ſchemate, & pulcherrimo ordine conderetur,ſummum tantum cacumen(vt perhibent) propter Dominici corporis meatum nullo modo contegi, & concamerari potuit: ſed tranſitus eius à terra ad cęlum vſquè patet apertus.) *Hier. ſup. cap. 14. Marc.10.6. Hier.lib.de de locis hebraic. to.3. Pſal. 109.*

23 Sedet à dextris Dei implens illud Pſal. 109. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* Sed dicunt Ariani, quòd ideò Chriſtus ſedet ad dexteram patris, tanquam paterna iuſſione, non etiam ſua id fecerit poteſtate. Sed hoc ſpiritualiter accipiendum eſt, aliàs filio pater ad ſiniſtram erit. Eſt ergo patris dextera,æterna illa,ineffabiliſquè fęlicitas,quò peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta, vt ait Sanctus Auguſtinus lib. contra Sermonem Arrianorum cap. 12. *Aug. lib. contra ſer. Arr. c. 12*

24 Illud pſalmi 3. *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea exaltans caput meum,* verba ſunt Eccleſiæ (vt Auguſtinus ait) Aſcenſionem Domini ſignificantia, exaltans caput meum, ideſt Chriſtum. Ipſe enim primogenitus à mortuis aſcendit in cælum. Et in eodem ſenſu explicat illud Pſal. 26. *Et nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos*:) ideſt Chriſtum in cælũ eleuando. Vt explicat idem Auguſtinus ſuper eundem pſal. 26. tom 8. *tom. 6. Pſal. 3. Aug. ſup. pſal.3. in ſecunda expoſit. tom. 8.*

25 Ex Aſcenſione Domini apparuit qualis, & quàm admirabilis fuerit ille,qui ad nos deſcendit. Dicit enim Pſalmiſta, *Domine Dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.*] Et quærenti,vnde ſit mirabile nomen eius in vniuerſa terra:reſpõdet,*Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos,* vt iſte ſit ſenſus(vt Auguſt. ait) [Domine,qui es Dominus noſter, quàm te admirantur omnes, qui incolunt terram:quoniam tua magnificentia de terrena humilitate ſuper cælos eleuata eſt. Hinc enim apparuit,quis deſcenderis,cum a quibuſdam viſum eſt,& à cæteris creditum, quò aſcenderis.) *Pſal. 8. Aug. ſup. pſal.8.to.8. Matt. 21.*

26 In Aſcenſione Domini enixè à Deo petamus cum ſponſa illud Cantic. 1. *Trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curremus.* Hinc lacrymoſa vox illa gementis, *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Hinc ſupplex illa deprecatio, erue de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo. Hinc deſiderium illud Apoſtoli, *Cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto*: & illud Euangeliſtæ, *Veni Domine Ieſu*. Sed aduertit Bernardus quod non dixit, (Trahe me ad te;ſed poſt te,vt conuerſationis Chriſti valeat veſtigia ſequi, &c. Scio (inquit) *Cant. 1. Roman. 7. Ibidem. Ber.ſer.21. in Cãt. col. 2.*

Digitized by Google

(inquit) Domine, me nequaquàm posse peruenire ad te, nisi gradiẽdo post te: sed neq; hoc quidẽ, nisi adiutã abs te, ideoquè precor, vt tralias me post te: *Beatus si quidem, cuius est auxilium abs te; Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum*: peruenturus quandoque ad te in montibus gaudiorum. Vide alia, quæ ex eodem sermone 21. S. Bernardi adduximus supra cap. 2. num. 5.

Apoc. 22.
Psal. 83.

DE AVARITIA CAP. XI.

AVARITIA est aurea illa statua, quam Nabuchodonosor iussit adorari: sed fideles cum tribus pueris eligant potius in paupertatis fornace esse; vt æternum ignem vitare valeant. Vnde Chrysostomus, [Horum igitur virtutem nos queq; debemus imitari; si quidem etiã nunc aurea imago proposita est, pecunia scilicet, in qua Tyrannica quadam mammonæ formatur effigies, & ad seruiendum sibi cupidorum corda sollicitat: sed nequaquàm nos aut sonitus tubarum, aut tibiarum citharæquè concentus, aut reliqua diuitiarum incentiua commoueant, vt imaginem adoremus auaritiæ: sed etiam si ardentem fornacem intrare cogamur, paupertatem dico, eã tamen præoptemus potius, quàm illam auaritiæ imaginem adoremus: tunc enim nos in medio flammarum blanda circundabit roris aspersio. Ne igitur pauperiei fornacem horrescamus; nam tum quoque in ignem coniecti, per ipsum ostensi clariores sunt, qui vero imaginem adorauerunt auream, subito ignis pericrunt voratu.]

Chrys. hom. 4. sup. cap. 1. Matt. in fin. tom. 2.

2 Hanc auream statuam auaritiæ princeps tenebrarum Christo Domino in tertia tentatione adorandam obiecit, cum ostendit illi omnia regna mundi, & dixit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadẽs adoraueris me.*) Ex quo testimonio idem Chrysostomus colligit, [Quòd Diabolus in tertio loco tales tibi prouidet causas, vt necesse sit tibi, si uolueris illa consequi, diabolum adores relinquens fidem Dei, & seruias ei negligẽs iustitiam Dei. Si autem elegeris adorare Deum in fide eius, & seruire ei secundum mandatum ipsius, illa omnia non consequeris. Ideo docet Paulus Apostolus: Obsecro autem vos fratres studium habere quietis, & negotij proprij, & operãdi manibus vestris, & nullius desiderium sit vobis ad ea, quæ foris sunt. Et iterum: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & laqueum diaboli & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas diuitiarum, quam quidam appetentes circa fidem naufragauerunt.] Hactenus Chrysostomus. Vbi obserua, maiorem superbiam diabolum ostendere, cum homines ad auream statuam auaritiæ adorandum inducit, quàm dum in celum positus diuinam appetijt excellentiam. Tunc enim non supra Deum; sed super astra cæli exaltare solium suum intendebat, & similis esse altissimo

Matt. 4.
Chrysost. hom. 5. imperfecti super cap. 5. Matth. col. vlt. C. 10. 2. Thes. 4.
1. Timot. 6.
Isai. 14.

ſſimo. Ait enim, *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Vnde Auguſtinus inquit, O auare, ſi terræ, & cęli Dominus ſueris, nunquam quieueris, donec te Deo adæquaueris, vel ſueris ſuperior altiſſimo. O peſtis dæmone ſæuior, nam dæmon ſimilis altiſſimo eſſe voluit: ſed auarus ſuper Deum, ſi poſſet, aſcendere vellet.) *Matt. 4 Aug. ſerm. 48. ad Fratres in Heremo to. 10.*

3 Quia ergo auaritia eſt idolorum ſeruitus; ideo eſt contraria Deo: & auaros ſibi magis ſubiectos habet, quàm Deus bonos, & iuſtos. Habet enim auaritia ſua præcepta Decalogi Dei præceptis contraria, ſicut ſuperius cap. 1. num. 2. de gula dictum eſt. Vnde Chryſoſtomus, [Huiuſmodi ſunt auaritiæ præcepta: Immola (inquit) mihi non vitulos: ſed homines. Sacrificate (ait Propheta) homines; vituli enim defecerunt. Non ſic iſta, ſed cum adſint vituli, immola homines. Macta eos, qui te nihil violarunt, etiam ſi beneficijs affectus ſis. Iugula: Omnibus eſto aduerſarius, communiſque inimicus. Omnes circumueni, naturam ipſam, atque Deum. Aurum collige non vt fruaris: ſed vt ſerues, vt maiori cruciatu torquearis. Neque enim frui auarus poteſt congregatis, dum ſemper ne minuatur aurum, timet; dum metuit ſollicitus, ne theſauri deficiant. Eſto (inquit) vigil. Omnes ſuſpectos habe, & ſeruos, & amicos. Eſto alienorum cultos. Si pauperem videas fame deficere, caue miſereari: imò ſi potes, ipſam illi detrahe cutem. Periura. Mentire. Iura. Maledictis infectare. Calumnias ſtrue, etiam ſi in ignem eundum ſit, ſi mille ſubire oporteat mortes, ſi fame corrumpi, ſi morbo conſeneſcere, noli ab inſtituto reſilire: nonne huiuſmodi leges auaritia ſtatuit? Eſto impudens, inuerecundus, temerarius, audax, impurus, nequam, ingratus: ſenſum omnem, & affectum amicitiæ pone: parricida, & fera magis quàm homo eſſe contende: amaritudine ſerpentes omnes tranſcende, rapina lupos, omnemque feritatem magnitudine immanitatis exupera, & ſi ad dęmonis malignitatem peruenire opus ſit, noli retrahere pedem; ignora beneficium: nonne iſta & ſuadet, & auditur? Deus vero contraria præcipit,) & cætera quæ ſequuntur in prælegato loco videnda. Et hom. 18. ſuper cap. 5. ad Epheſ. col. 3. Per mammonam iniquitatis, auaritiam intelligit, quã adorat auarus. Hæc enim (inquit) eſt maior adoratio, & vt diſcas, vide in Deo. qui nam magis eum adorant, ij nè qui ſolum ſtant in precibus; an qui faciunt eius voluntatem? ita etiam in mammona, qui faciũt eius voluntatem, magis eum adorant. *Chryſoſt. hom. 18. ſup. primam epiſt. ad Thimot. col. 2. to. 4.*

4 Hinc etiam, vt notauit Auguſt. Antiqui Iouem, qui erat princeps Deorum, pecuniam vocauerunt, (Et eleganter rationem huius nominis reddiderũt. Et pecunia (inquiũt) vocatur, quòd eius ſint omnia. Sed Auguſtinus reſpondet, Imò verò ille, cuius ſunt omnia, viliſſimè, & contumelioſiſſimè pecunia nuncupatur: ſed nimirum hoc auaritia Ioui nomen impoſuit; vt quiſquis amat pecuniam, non quemlibet Deum: ſed ipſum regem omnium ſibi amare videatur.) Qui autem argentum tanquam Deum colunt, inſipientiam imitantur Laban, qui de Sancto Iacob cõquerebatur dicens, *Quare furatus es Deos meos?* Vbi Chryſoſtomus, O excellentem inſipientiam; tales ſunt Dei tui, vt quis *Aug. lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 12 tom. 5. Chryſoſt. ho. 57. ſup. 31. Geneſ. col. 6.*

Digitized by Google

Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔτους ἐστὶ τοῦ μὲν ἡλιακοῦ ἔτους ἡ τοῦ Ὑδροχόου ἀνατολή, τοῦ δὲ ἐνιαυσίου ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ χειμῶνος ἡ τοῦ Ὑδροχόου δύσις, τοῦ δὲ θέρους ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἦρος ἡ τοῦ Ἰχθύος δύσις, τοῦ δὲ μετοπώρου ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ θέρους ἡ τοῦ Κριοῦ ἀνατολή, τοῦ δὲ χειμῶνος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ μετοπώρου ἡ τοῦ Ζυγοῦ ἀνατολή, τοῦ δὲ ἦρος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ χειμῶνος ἡ τοῦ Αἰγοκέρωτος ἀνατολή, τοῦ δὲ θέρους ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἦρος ἡ τοῦ Καρκίνου δύσις, τοῦ δὲ μετοπώρου ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ θέρους ἡ τοῦ Αἰγοκέρωτος δύσις, τοῦ δὲ χειμῶνος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ μετοπώρου ἡ τοῦ Καρκίνου ἀνατολή, τοῦ δὲ ἦρος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ χειμῶνος ἡ τοῦ Ζυγοῦ δύσις, τοῦ δὲ θέρους ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἦρος ἡ τοῦ Κριοῦ δύσις, τοῦ δὲ μετοπώρου ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ θέρους ἡ τοῦ Ἰχθύος ἀνατολή, τοῦ δὲ χειμῶνος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ μετοπώρου ἡ τοῦ Ὑδροχόου δύσις, τοῦ δὲ ἦρος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ χειμῶνος ἡ τοῦ Λέοντος ἀνατολή, τοῦ δὲ θέρους ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἦρος ἡ τοῦ Ταύρου δύσις, τοῦ δὲ μετοπώρου ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ θέρους ἡ τοῦ Λέοντος δύσις, τοῦ δὲ χειμῶνος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ μετοπώρου ἡ τοῦ Ταύρου ἀνατολή, τοῦ δὲ ἦρος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ χειμῶνος ἡ τοῦ Παρθένου δύσις, τοῦ δὲ θέρους ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἦρος ἡ τῶν Διδύμων δύσις, τοῦ δὲ μετοπώρου ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ θέρους ἡ τοῦ Παρθένου δύσις, τοῦ δὲ χειμῶνος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

Ἀρχὴ δὲ τοῦ μετοπώρου ἡ τῶν Διδύμων ἀνατολή, τοῦ δὲ ἦρος ἡ τοῦ Ἡνιόχου ἐπιτολή.

irretiti,& adhuc quantum possunt,ipsi se inuoluere,& intricare laborant, &c.] Verbum asperum est illud insatiabilis gehennæ,auser,percute, dilacera,citò interfice,velociter spolia,detrahe.Quid est verbum asperum,nisi, Tollatur impius ne videat gloriam Dei?&c.] Et illud, *Ite maledicti in ignem æternum*,&c.] Sed vt ab hoc verbo aspero liberaret nos Christus, sustinuit pro nobis verbum illud asperum, *Tolle, tolle, crucifige eum.*Quàm horribile verbum,quàm asperũ, quàm crudele? vere dentes eorum arma,& sagittæ,& lingua eorum,gladius acutus.Hoc verbum asperum tu sustinuisti Domine.Cur, nisi vt nos liberares à verbo aspero?] Hæc Bern. Vis scire quàm sit asperum verbũ illud, quàm tremendum, & horrendũ? audi quid illius timore dicturi sunt aliquandò reprobi,Propheta Euangelico attestante:Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium:& dicũt montibus, & petris:Cadite super nos, & abscõdite nos à facie sedentis super thronum,& ab ira Agni:quoniam venit dies magnus iræ ipsorum : & quis poterit stare?] Cui consonat illud Isaiæ 2.Et introibũt in speluncas petrarum,& in voragines terræ à facie formidinis Dñi, & à gloria maiestatis eius,cùm surrexerit percutere terram.]Sed quamuis valde asperum futurum sit impijs verbum istud;multò magis asperum, & horrendum illud fuit,quod pro nobis Christus Dominus sustinuit; cùm dictum fuit illi:In Beelzebub Principe Dæmoniorum eijcit dæmonia, Vah qui destruis templum Dei,& in tribus diebus reædificas illud,saluum fac te metipsum. Et illud,Si filius Dei est,descendat nũc de Cruce, & credimus ei. Vnde non vacat mysterio, quod Christus Dominus, cùm ad patibulum duceretur,meminit præsuræ, quam tùm in euersione Hierosolymitana,tùm in die iudicij passuri sunt reprobi. Nã cùm eum plangerent mulieres,& multa turba populi,quæ sequebatur eum, conuersus ad eas,dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete,& super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent:Beatæ steriles,& ventres, qui non genuerunt, & vbera,quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus:Cadite super nos,& collibus:operite nos.Quia si in viridο ligno hoc faciunt,in arido quid fiet?] In quò nimirum significare voluit se verbum asperum passionis libenter sustinuisse, vt nos à verbo aspero, quod suprà commemoratum est,liberaret. Vnde Bernardus Serm. 3. præallegato super Psal. Qui habitat conuersus ad Christum inquit : Sit iàm pietatis tuæ,vt non sustineamus nos,q̃ tu dignatus es sustinere pro nobis.]

Isai. 26. *Matt.*25. *Apoc.* 6. *Isai.* 2. *Luc.* 11. *Luc.* 23.

8 Auaritia est amphora illa, & talentum plumbi de quo Zacchariæ 5. *Hæc est amphora egrediens, hæc est oculus eorum in vniuersa terra,& ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ,& dixit,hæc est impietas,* &c.Vbi Greg.Per imaginẽ amphoræ quasi patẽs ● auaritię designauit.Auaritia quippe velut amphora est,quæ os cordis in ambitu apertum tenet. Et dixit, *Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.*Multos obtusi sensus homines cernimus,& tamen eos in malis actibus astutos videmus,Propheta quoque attestante, qui

Zach. 5. *Gregor.*14 *mor.*ic. 26. *Hier.* 4.

Digitized by Google

11 [Qui neglecta anima diuitias accumulãt pro ſuis filijs, vel hæredibus, ſimiles ſunt illis (vt ait Chryſoſtomus hom. 56. ſuper Matt. col. 4. B. tom. 2. & hom. 23. ſup. 1. epiſt. ad Cor. col. 7.) qui metallorum operi traditi ſunt: nullum enim illi emolumentum, nullas opes inde conſequuntur: ſed magno periculo, atque detrimento ſuo alijs laborant, nihil prorſus de ſudore, ac labore, & morte, quam plerumquè obeunt, ad fructum ſuum inde conuertentes. Hos igitur plurimi nunc imitantur, qui non ſibi, ſed alijs diuitias quærunt. Imò verò, & his multò miſeriores ſumus: quoniam mors doloris finem illis: nobis autem, quos gehenna expectat, veræ afflictionis initium affert. At ſi dices; fruar laboribus, atque diuitijs meis: animam fruentem oſtende, quæ princeps omnium noſtrarum rerum eſt, & mihi perſuaſiſti: ſin verò corpus pingueſcit, atque floreſcit, illa tabeſcente, quid ad te pertinet hæc rerum copia? nihil certè, ſicut nec ancillæ voluptas mœrenti Dominæ aliquid confert, nec veſtis magnificentia imbecillitati corporis.] & homil 66. ſuper Matt. ait. Item etiam ſimiles ſunt illis, qui cum ruinoſam videant domum, ipſam quidem reſtituere negligunt, porticus ei, & ſepta in circuitu præparant: aut illis, qui quamuis morbo conficiantur, cura tamen valetudinis neglecta, aureas ſibi veſtes contexunt: aut mulieri, quæ cùm aduerſa valetudine nimiù laboret, nullum ægrotationis remedium: ſed ancillas, & ornamenta; cæteraquè huiuſmodi ſibi ſtudet comparare. *Chryſ. col. 9. B. to. 2.*

12 Vnde Auari ſunt, ſicut filij Iſrael, quãdo cogebãtur à Pharaone quærere palèas ad conficiendos lateres. [Nullum enim (vt ait Chryſoſtomus hom. 40. ſuper Matt. col. 4. tom. 2.) inter auri ſollicitos collectores, & cæni, atq; laterum operarios, quique ad paleas colligendas flagellis adigebantur, diſcrimen omnino eſt. Nàm vt tunc Pharao atrocißimus ille Tyrannus, flagellis ad colligendas paleas compellebat Hebræos: ſic etiam nunc diabolus ad officium laterum flagellis cupiditatum multos incędit. Quid enim aliud auri eſt, quàm cænum? & argentum, quid aliud, quam palea? ſicut ergo palea ignem: ſic pecuniæ cupiditas auaritiæ flammam incendit, & quaſi cænum, aurum ipſum inquinat poſſidentes.] Hæc Chryſoſtomus. *Chryſ. to. 2. Exod. 1. Ibidem 5.*

13 Auaritia teſte Chryſoſtomo [in ſeruitutem ſibi, quos cepit, more ſæuiſſimi tyranni vindicat. Et quod in hac aſpera ſeruitute grauiſſimum eſt, etiam gratias ſibi habendas perſuadet: & quanto ei magis ſeruiunt, magis lætantur, & maiori afficiuntur voluptate. Et ita maximè inſanabilis morbus, ita fera inſuperabilis efficitur. Ideò Idololatriam eam appellauit Paulus.] Auari ſimiles ſunt filijs ingratis, qui plus paternas diuitias amant, quàm vitam patris: vnde vt paterna fruantur hæreditate, & in ea patri ſuccedant, eius mortem deſiderant: ſic multi plus amant diuitias, quàm Dei vitam. Filius autem obediẽs, ſicut fuit Paulus, [non eodem modò patrem, vt notauit Chryſoſtomus hom. 15. ſup. epiſt. ad Rom. in expoſit. moral. & res paternas æſtimat. Verum quoties ad patrẽ reſpicit, res eas nihili facit: ſed maluerit vel inter flagella, ac ſupplicia cum patre eſſe, quàm ab eo diréptus delicijs frui.] *Chryſ. hom. 64. ſup. Io. col. 3. Chryſoſt.*

14 Hinc

Digitized by Google

hom. 38 imperfecti in Matt. col. 2. aut ipso viuentibus peritura est, aut à malis hæredibus dissipanda est, aut ad extraneos, & inimicos hæreditas ipsorum ventura est. Non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo. Quemadmodum si triticum, aut aliquam bladi speciem cernas in cribro, dum huc, illucquè iactas illud, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi stercus solum; similiter & substantia negotiatorum, dum vadunt, & veniunt, inter emptionem, & venditionem minuitur; & in nouissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum.] Hæc Chrysostomus. Cui consonat illud Ecclesiast. *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat* Eccles. 5.
diuitias, fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas. Vbi multæ sunt opes, multi, & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori; nisi quod cernat diuitias oculis suis? Et infra: *Est & alia infirmitas pessima, quàm* Ibidem.
vidi sub sole, diuitias conseruatas in malum Domini sui; perenni enim in-
afflictione pessima. Et Prouerb. 13. *Substantia festinata, minuetur.*) Prou. 13.
Et Iob. 20. *Diuitias, quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet* Iob 20.
eas Deus.

17 Auari vsurarij, vt Chrysostomus docet hom. 10. super 1. epist. Chrys. to. 4.
ad Thessalonic. col. 4. sunt fures, imo, & eis deteriores: nàm illi furantur cùm timore, & nocte: isti vero in meridiana luce, & in publicis plateis: cui consonat illud Psal. 54. *Quoniam vidi iniquitatem, &* Psal. 54.
contradictionẽ in ciuitate: super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia, et non defecit de plateis eius vsura, et dolus.)

18 Si diues ille auarus, ita cruciabatur, eo quod ex proprijs bonis eleemosinam non fecit; quid fiet illis, qui aliena rapiunt? Vnde Chry- Luce 16.
sostomus homil. 39. super Ioan. in fine, si Lazarus diuitem, non quod Chrys. to. 3
vllam ab eo iniuriam acceperit: sed quod non inuenerit misericordiã, tàm acerrimè accusauit, vt nullam consequutus sit veniam; quàm nam hi consequentur, qui non modo nulla in calamitosos misericordia vsi sunt: sed vim inferunt, & pupillorum diripiunt facultatem? si qui Christum esurientem non pascunt, tantum eos manet supplicium, quid de his existimandum est, qui rapiunt aliena, qui multis vim inferunt, qui omnia operantur iniustè?

19 Auari mundanis negotiationibus dediti, & curis sæculi, Deum non cognoscunt. De his dicitur Ioan. 1. *Et mundus eum non cognouit.* Ioan. 1.
Vbi Chrysostomus, [Et mundus eum non cognouit (inquit) sed his Chrys. to. 3
quibus mundus dignus non erat, eum cognouerunt, & causam ignorationis inseruit. Non enim simpliciter inquit, Nemo eum cognouit: sed mundus eum non cognouit, hoc est, qui tantum mundo inhærent, qui mundo innituntur, qui terrena dumtaxat sapiunt. Sic etiam Christus eos appellare consueuit *Pater sancte* (inquit) *et mundus te non* Ioan. 17.
cognouit. Non igitur, & filium tantum; sed & Patrem mundus ignorauit, quemadmodum diximus. Nihil etenim adeò mentem perturbat, quàm secularibus his rebus inhærere.)

20 Diuitiarum inordinatus appetitus impedimento est homini, ne regnum cælorum intrare valeat. Matt. 19. *Amen dico vobis, quia* Matt. 19.
diues

Digitized by Google

diues difficilè intrabit in regnum cœlorum. Et iterum: *Dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum*. Vbi Chrysostomus. Quid igitur tota mente diuitijs inhiamus, quandoquidem nos istæ in cælum euehere non possunt? respondeo quæso, si terrenus forte Rex diceret, nõ posse diuitē quemquam in ipsius fulgere regno, aut aliquo honore decorarijan non certatim omnes abijcerent inhonoratas, repulsisque diuitias? Si igitur apud terrenũ regem honorem nobis auferrent opes, cõtinuò desipicabiles fierent: rege verò cælorum quotidiè inclamante nobis, ac dicente, quod difficile sit nos eam diuitijs diuinæ illius habitationis intrare vestibulum, non impõimus omnia? an non libentissimè carebimus vniuersis, modo vt cælorum regnum liberè ingredi valeamus? & qua tandem digni venia simus, qui his nos omni ambitione circũdamus, quæ nobis viam eo ducentem intercludunt?] Hæc Chrysostomus.

Chrysost. hom. 9. sup. Matt. col. 5 B.

21 Per distributionem ergò bonorum temporalium in pauperes, cælorum iter auaris aperitur, & facilis eis ingressus datur in patriam cælestem: imò & maiora lucra, hac spirituali negotiatione reportant, quàm fraudibus, & sollicitudinibus temporalibus. Vnde Chrysostomus, acriter eos reprehendit, qui pecunias recondunt, & in pauperes non distribuunt, [Nos (inquit) thesaurum nostrum non solum in arcis recondimus, verũ etiã terræ defodimus; modò ne illũ custodiendũ transferamus in cælum: quod faciendo tale quiddam facis, quale, si aliquis agricola accipiens frumentum in terra fertili seminandum, vberem quidem agrum relinquat; in lacum verò frumentum omne demergat; vtque nec ipse potiatur, & frumentum sui corruptione depereat.]

Chrys. hom. 9. sup. Mat. col. 6. D. to. 2.

Isai. 23.

22 Multo ergò melius erit opere implere illud Isaiæ 23. *Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius, sanctificatæ Domino: non recondentur, neque reponentur: quia his, qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem*. Talis enim debet esse vsus diuitiarum, quæ negotiationibus acquiruntur, vt in primis sanctificentur Domino, & in cultum eius offerantur. Secundò non debent recondi, neque reponi apud vsurarios, vt modis illicitis multiplicentur: sicut reposuit, qui dixit: *Anima habes multa bona posita in annos plurimos*, sed deseruiant pauperibus, vt manducent in saturitate. Hæc enim est optima negotiatio, propter quod Apostolus Paulus eleemosinam dixit esse rationem dati, & accepti:

Luc. 12.

Philip. 4. *Nulla* (inquiens) *mihi Ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, quia & Thessalonicam semel, & bis in vsum mihi misistis*. Nam sicut negotiatores librum habent in quo ratio dati, & accepti describitur; ita in hac spirituali negotiatione est apud Deum liber dati, & accepti, in quo ea, quæ pauperibus dantur, & quæ in præmium pro illis accipiuntur, sunt descripta. Dat enim diues terrenas pecunias pauperibus, & pro illis regnum accipit cælorum. Sic explicat Chrysostomus serm. 15. sup. epist. ad Philip. col. 3. B. tom. 4. Cuius verba sunt,

Chrys. to. 4

Cur

dicunt dæmonibus ipsis, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?*

28 Quàm incurabilis sit auaritia, ostenditur in Iuda proditore, cuius auaritia curari non potuit tot Christi Domini beneficijs: nam panem elegit in Apostolum: & eius pedes lauit, & sui sacratissimi corporis, & sanguinis participem effecit, & nihilominus propter auaritiam Christum vendidit. De quo late Chrysostomus agit hom. 81. & 82. sup. Matth. *Chryſ. to. 2.*

29 Quàm sit vana eorum sollicitudo, qui diuitias accumulát, & in futurum seruant, ostendunt verba illa Psalmi, *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea*: sed dicunt: Filijs meis seruo. Hæc est excusatio auari, cui respondet sic Augustinus: Scis eum possessurum, cui seruas? aut si nondum natus est, scis nasciturum? seruas filijs; incertum est an futuris, an possessuris, nec reponis thesaurum, vbi reponendus est. Non enim Dominus tuus seruo tuo tale consilium daret, vt peculium perderet, &c. Habere vis quod habes, & non perdere? ostendam tibi locum, vbi pones, &c. Sollicitudini tuæ consilium do: *Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo, vbi neque erugo, nec tinea demolitur, vbi fures non effodiunt, nec furantur.*] *Pſal.* 38. *Aug. ſuper eundem pſ. poſt mediũ tom.* 8. *Matth.* 6.

30 Auari foueam faciunt, vt alios decipiant, & ipsi in eam incidũt, iuxta illud psalmi 7. *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit*. Lacum aperire (vt ait Augustinus) est in terrenis rebus, idest tanquàm in terra fraudes parare, quò alius cadat, quem vult decipere iniustus. Aperitur autem hic lacus, cum consentitur malæ suggestioni terrenarum cupiditatum: effoditur verò, cum post consensionem operationi fraudis instatur. Itaque fraudator pecuniæ verbi gratia, dum cupit alium damno lacerare, ipse auaritiæ vulnere sauciatur. Quis autem vel demens non videat quantum inter hos distet, cum ille patiatur damnum pecuniæ, ille innocentiæ? incidet ergo in foueã, quam fecit.] Quod in alio Psalmo dicitur, *Cognoscetur Dñs iudicia faciens, in operibus manũ suarum cõprehensus est peccator*. Et: *Conuertetur labor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.*) Quia nimirum decipiens alium in facultate sua, prius damnum infert sibi, & animæ suæ. *Pſal.* 7. *Aug. ſuper eundem pſ. col. penult. E. tom.* 8. *Pſal.* 9.

31 Superbia diuitum, qui sibi, & suis thesaurizant, irridetur illis verbis psalmi 51. *Et super eum ridebunt, & dicent, ecce homo qui, non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prænaluit in vanitate sua.* De his dicitur: *Facilius est Camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cœlorum*: quo audito discipuli dixerunt. *Quis nam poterit saluari?* Vbi (vt notauit Augustinus) non facultates: sed cupiditates attenderunt. Viderunt enim, etiam ipsos pauperes, & si non habentes pecuniam, tamen habere auaritiam? & noueritis non pecuniam in diuite: sed auaritiam condemnari. Aduertite quod dico, &c. Lege Scripturas, & inuenies diuitem Abraham, vt noueris; quia non diuitiæ puniuntur. Habebat Abraham multum auri, argenti, pecorum, fam: hæc diues erat, & in eius sinum *Pſal.* 51. *Matt.* 19. *Aug. ſuper pſal.* 51. *poſt medium L. tom.* 8. *Gen.* 13. *Lucæ* 16.

Digitized by Google

Lazarus pauper fublatus eſt. In ſinu diuitis pauper, an potius ambo Deo diuites, ambo cupiditate pauperes? Quid ergo in hoc culpat ſcriptura? Non dixit: Ecce homo, qui fuit diues, ſed: *Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum; ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.* Non quia habuit diuitias: ſed quia in ipſis ſperauit, & in Deo non ſperauit. Ideo damnatur, ideo punitur. Huic ſimiles ſunt diuites, de quibus Paulus Apoſtolus loquitur: *Præcipe diuitibus huius mundi non ſuperbè ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum*, ſicut ipſe ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum; *Sed in Deo viuo*: non quomodo iſt qui non poſuit Deum adiutorem ſuum. Hæc Aug.

Pſal. 51.
1. Timoth. 6.
Aug. ſuper pſ. 51. poſt med. com. 8.

DE AVXILIO DEI CAP. XII.

VXILIVM Dei neceſſarium eſt iuſtis, eiſque nõ deficit in his, quæ ipſi facere non poſſunt: in cuius ſignum Noe quidem fecit Arcam, in qua tempore diluuij ſaluaretur; ſed feneſtram, quam ipſe claudere non poterat, claſit Dominus à foris. Ita Gloſſa ordinaria ſuper eundem locum. Cui conſonat illud: *Effunde frameam, & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me*. Et Roman. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram*.

Gen. 6.
Pſal. 34.
Roman. 8.

2 Et ne quis in proprijs viribus ſperaret, ſed in ſolo Dei auxilio; & ad illud in ſuis periculis recurreret, tanquam filius ad Patrem: ideo Scriptura ſacra deſcribit dæmonem ferocem, ſicut Leonem. Dicit enim Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Et 1. Pet. 5. Sobrij eſtote, & vigilate; quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. I Vbi Chryſoſt. Prõptiores profectò, atque ferociores nos iſta faciunt, perſuadentque familiariſſimos Deo fieri. Qui enim imminere ſibi cernit inimicum, maiori ad illum currit deſiderio, qui ſe tueri poſſit. Ita ferè infantes pueri, cum quid horrendum viderint, ad matrum ſinus protinus fugiunt, illarumque prendentes veſtes, eis ſe tuentur, ac protegunt, atque ita vt ſæpius retrahentibus plurimis inde auelli non poſſint. I

Ad Epheſ. 6. B.
1. Pet. 5.
Chryſ. lib. 10. de Prouidentia Dei col. 9. A. tom. 5.

3 Qualis autem, & quàm neceſſaria ſit hæc Dei protectio, & qualiter in ſuis tentationibus defendat electos, his verbis explicat Propheta, *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis*. Vbi Bernardus ſic ait. (Sub his itaque ſcapulis quatuor nobis beneficia conferuntur: ſub his enim abſcondimur: ſub his in occurſum accipitrum, & miluorum protegimur, quæ ſũt aereæ poteſtates: ſub his vmbraculum ſalubre refrigerat nos, & repellit nimirum ſolis feruorem: ſub his quoque alimur, & fouemur. Ait enim Propheta in alio Pſalmo: *Quoniam abſcondit*

Pſal. 90.
Ber. ſerm. 4 ſuper pſal. Qui habitat col. 2. D.
Pſal. 26.

Digitized by

Abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum, ideſt, dum adhuc dies mali ſunt, & in terra aliena ſumus, quæ data eſt in manu impij, in qua non eſt regnum pacis, nec Deus pacis regnat in ea] &c. De protectione quoque idem ait Propheta: *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli*. Sicut enim videns venientem accipitrem mater expandit alas ſuas, vt pulli ſubeant, & habeant tutum refugium, ſic nobis parata, & quodammodo dilatato ſinu exteſa eſt ſumma illa, & ineffabilis pietas Domini noſtri, vnde & ſupra dixit, *Quoniam refugium meum es tu*. Pſal. 139.

4 De eadem protectione Dei ſubditur in eodem Pſalmo: *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno*. Vbi Bernardus inquit: Quia ergo vndiquè ſic circundatus es tentationibus, ſcuto circumdabit te veritas eius, vt quemadmodum vndiquè bella; ita vndiquè ſint & præſidia. In quo omnino illud manifeſtum eſt, ſpirituale ſcutum eſſe oportere, quod circundare poteſt. Veritas autem circundat; quia qui promiſit, ſic exhibet, vt promiſit: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis*.) Ibidem. Ber. ſerm. 5 ſuper pſal. Qui habitat. 1. Ioan. 1. 2. Cor. 10.

5 Nec incongruè [Scuto comparatur gratia diuinæ protectionis. Nam ſicut ſcutũ in ſuperiori parte amplũ & latũ eſt, vt caput, humeroſque cuſtodiat, in inferiori vero ſtrictius, vt minus oneret: ſic omnino militibus ſuis Chriſtus ad inferiora tuenda, ideſt carnem, magnam ſtrictitatem, atque penuriam temporalium donat, nec vult eos illarum multitudine prægrauari: *Sed vt victum, & veſtitum habentes* (quemadmodum ait Apoſtolus) *his contenti ſimus*. In ſuperioribus verò ampliorem latitudinem, & abundantiam gratiæ ſpiritualis. Sic enim habetur: *Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*. De victu vtique dixit, & veſtitu. Hæc Bernard. S. Bernar. ſerm. 5 ſup. pſal. Qui habitat. 1. Timot. 6. Matt. 6.

6 Apta ſimilitudine Propheta Regius protectionem, qua Deus ſe timentes protegit, explicauit, cũ dixit: *Secundum altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe*. Vbi Auguſtinus [Si aliquandò poterit cælum abſcedere à protectione terræ, aliquandò poterit Deus non protegere timentes ſe. Attende & cælum vbiquè, atq; vndiquè protegit terram, & nulla pars terræ eſt, quæ non cælo protegatur. Peccant homines ſub cælo, faciunt omnia mala ſub cælo, tamen protegũtur cælo. Inde lux ad oculos: inde aer, inde ſpiritus, inde pluuia ad terram propter fructus, inde omnis miſericordia, à cælo. Tolle auxilium cæli à terra, ſtatim deficiet. Sicut ergo protectio cæli permanet ſuper terram, ſic protectio Domini permanet ſuper timentes ſe. Times Deum? ſupra te eſt protectio ipſius. Sed forte flagellaris, & putas, quia deſeruit te Deus; ſi deſeruit protectio cæli terram: quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra, cõfirmauit Dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes eum.] Hæc Auguſt. Cui conſonat illud pſal. 90. *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur*. Non ait Dei Angelorum, ſed Dei cæli, vt innueret, quòd Deus ſe ipſũ, quaſi cælum exhibet ijs, qui in eius adiutorio confidunt. Huc etiam pertendunt verba illa Iſaiæ 4. *Et creauit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per diem, & fumum, & ſplendorem ignis* Pſal. 101. Aug. ſuper eundem pſ. Aug. ſuper eundem pſ. et ſuper pſ. 90. Pſal. 90. Iſai. 4.

Chrys. hom. 67. in Ioa. col. 3. Psal. 91. Ephes. 2. Ioan. 8.

mea, & in operibus manuum tuarum: non dixit manuum mearum, sed tuarum: ac si diceret, vt Augustinus explicat, ¶ Si quid fortè boni facio, in factura manuum tuarum exultabo, quomodo dicit Apostolus: ipsius enim sumus figmentum, creati in operibus bonis. Nisi enim te formaret ad opera bona, non nosses nisi opera tua mala: *Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur*. Hoc Euangelium dicit: *Omne peccatum mendacium est*. Contra legem enim, & contra veritatem quicquid est, mendacium dicitur: Ergò quid ait? qui loquitur mendacium de suo loquitur, id est qui peccat.] Hæc Augustinus. Cum ergò quis

Aug. super psal. 91. 1. 8

de operibus bonis laudatur, vt vitium vanæ gloriæ fugiat, dicat mira ser Hic non loquitur de me, loquitur de Deo, à quo bona cuncta procedunt, cuius sunt factura; Non à me ipso hæc habeo, sed à Deo; scio .n. q̃ nõ habitat in me, id est in carne mea bonum; si verò male quis de se loquatur, tunc dicat: Verè iste nunc de me loquitur: hæc enim vitia mea sunt, & non à Deo accepta. Sic enim adimplebit illud Apostoli: *Qui*

2. Cor. 10.

gloriatur, in Domino glorietur. Sic humiliter sentiebat Apostolus cum dixit: *Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laboraui; non ego autem: sed*

1. Cor. 15. Aug. super psal. 103. in illa verba, qui ēmittis fontes in conuallibus.

gratia Dei mecum.] Vbi Augustin. Aduertit quòd in illis verbis, plus omnibus laboraui, fontem se esse ostendit, de quo psal. 103. *Qui emittis fontes in conuallibus*. Statim tamen, vt profluant aquæ (diuinarum scilicet gratiarum) conuallem se fecit, non ego autem: sed gratia Dei mecum.

12 Vt autem ostenderet Dominus, quàm suauis, & leuis fiat cum adiutorio Dei obseruantia præceptorum eius, ideò legem euangelicam

Matt. 11.

iugum esse dixit: Venite (inquit) ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Iugum enim non ab vno animali, sed à duobus portatur: & licet vnum sit debile, & infirmum, alio tamen robustiori, & fortiori adiuuante, leuius fit minoris onus. Non aliter se habet Deus nobiscum. Onus quippe legis Euangelicæ iugum est: à duobus portatur, à Deo scilicet (qui omnipotens est) & ab homine infirmo; sed gratia Dei forti à Deo confortatus, leue reputat onus illud, & facile. Ideo potest illud portare. Vnde

Roman. 8.

Apostolus, qui dixerat: *Non ego; sed gratia Dei mecum*: & *spiritus adiuuat infirmitatem nostram*; consequenter ait: *Omnia possum in eo, qui me*

1. Paral. 15.

confortat. In cuius signum Dominus adiuuisse dicitur eos, qui portabant arcam fœderis Domini. Scriptum est enim, (*iunxque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes*. Vbi Glossa Lyrani ait, L. Quòd (vt dicunt Hebræi) illud adiutorium intelligitur per hoc, quòd arca portabat se ipsam, quia diuina virtute sic portabatur, quòd Leuitæ portatores eius nullum pondus sentiebant, & pro illo miraculo facta fuit immolatio.] Si ergo qui sub importabili iugo legis antiquæ militabant, nullum pondus sentiebant arcam Domini portantes; quanto magis in lege gratiæ (in qua spiritus

adiuuat

adiuuat infirmitatem nostram) iugum Domini suaue, & onus leue absque fatigatione portabunt fideles? Vnde Isaias: *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, & assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Fauet huic explicationi Chrysostomus dicens, O gratissimum pondus, quod magis confortat portantes. Nam pondus terrestrium dominorum atterit paulatim ministrantium vires: pondus autem Christi magis adiuuat baiulantes; quia non nos portamus gratiam, sed gratia nos: gratia enim ad auxilium nostrum data est. Tollite iugum meum, & discite à me, ideſt ex ipso iugo meo, quia suaue est, & ex ipso onere meo; quia leue est, experimentum accipite.] Fauet etiam Bernardus: [Vere (inquiens) leue onus est, quod portantem non grauat, sed leuat. Quid eo leuius onere, quod non solum non onerat: sed & portat omnem, cui portandum imponitur? &c.) Sicut pennæ auium corpulentiorem reddunt substantiam & agiliorem: Vnde grossescit materia, inde sarcina leuigatur, & graues manus Moyſi leuigatæ sunt per gratiam.) Hæc Bern.

Isaiæ 40.
Chrysost. in 28. imperfecti in Matt. hom. 2.
Bern. epist. 72. ad Rainaldum Albatem.

13 Illud Apostoli: *Nemo dicit Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto,* non potest intelligi, nisi in factis dicere intelligatur (vt August. docet) Non enim hoc in Spiritu Sancto dicere putandi sunt, quibus ipse Dominus dicit: *Vt quid mihi dicitis Domine, domine: & non facitis, quæ dico vobis?* Et illud *Non omnis, qui mihi dicit Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum.*

1. Cor. 12. August. in expositione epist. ad Roman. circa illa verba. Matth. 7.

Vltimò, orandus est ergo Deus verbis illis Psalmistæ: *Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris me.* Et illis: *Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper.* Et alijs consimilibus, quibus plena est Sacra Scriptura.

Psal. 26. Psal. 118.

DE BAPTISMO CAP. XIII.

SPIRITVS *Domini ferebatur super aquas.* Vbi per spiritum Domini Spiritum sanctum accipere nihil impedit (vt Augustinus docet) præsertim cum illa locutio, sicut aliarum scripturarum mos est, etiam propheticum quoddam sonet mysterium, quo futuri baptismatis ex aqua, & Spiritu sancto nascituri figurantur.

Gen. 1. Aug. lib. 2. quæst. ad simplic. col. 5. B. tom. 4.

2 Maledixit Deus terræ propter protoparentis peccatum: *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Vbi inquirit Augustinus, (Quare Deus etiam aquis in Adæ maledicto non maledixit? cui facillimè respondet. Primo, quia non aquam contra interdictum Domini bibit: sed de terræ fructu homo comedit. Secundo, quoniam per aquam diluere maledictionem illam parauerat, quod in diluuio est factum, & nunc per baptismum indulgetur. Nam in aqua, & Spiritu sancto, cuncta humana corporalia crimina simul, & spiritualia purgantur. Aquatilia enim

Gen. 3. Aug. lib. 1. de mirabilibus Sacræ script. c. 4. R. tom. 3.

iuxta illud: *Nolo autem vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, et omnes in Moyse Baptizati sunt in nube, et in mari.*) Nam sicut in mari rubro hostes à tergo filios Israel persequentes, submersi sunt in aquis maris: ità in aquis Baptismi suffocantur, & dimittuntur omnia peccata ante baptismum cõmissa. Vnde August. (Nubes, & mare rubrum, Baptismus vtique est Christi sanguine consecratus; hostes sequentes à tergo moriuntur, peccata præterita.) Eandem explicationem confirmat Bernardus. (In exitu (inquiens) de Ægypto Israel, geminoquè illo admirabili maris obsequio, & transitum scilicet populo dantis, & vltionem de hostibus, Baptismi gratia euidenter exprimitur saluantis homines, & crimina submergentis, &c.) Ibi populus eductus de Ægypto, hic homo de sæculo: ibi prosternitur Pharao; hic Diabolus: ibi subuertuntur Currus Pharaonis; hic carnalia, & sæcularia desideria, quæ militant aduersus animam, subruuntur: illi in fluctibus, isti in fletibus: marini illi, amari isti.) Hæc Bern.

1. Cor. 2.
Aug. lib. 12 cont. Faust. cap. 29. Ber. tom. 6. Bernar. ser. 39. in Cant. col. 1. Psal. 113.

6 Hinc Cantic. 4. in laudem sponsæ dicitur: *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro.* Vbi Augustinus inquit: (Venit Dominus ad oues tondendas, hoc est exonerandas sarcinis laboriosis. Ex quibus Ecclesiæ laudatæ in Canticis Canticorum, quod gentes essent velut greges tonsarum; quia nimirum sarcinam peccatorum in aquis Baptismi, vbi lotæ sunt, reliquerunt. (Cui consonat illud Psal. 73. *Tu confirmasti in virtute tua mare, contriuisti capita draconum in aquis.*) Vbi Aug. per capita Draconis dæmoniorum superbias, à quibus gentes possidebantur intelligit, quæ contrita sunt in aqua: nam per Baptismum liberati sumus à peccato. Caput ergo Draconis est superbia: Ecclesiastes 10. *Initium omnis peccati est superbia.* Caput illud est, quod accepit maledictum; vt semen Heuæ obseruaret caput serpẽtis. Admonita est enim Ecclesia initium peccati deuitare) In his aquis gentes regeneratæ sunt, cum per baptismum veterum delictorum consecuti sunt veniam. Nam Iudæi Christi Baptismum recipere noluerunt. De illis namquè scriptum est: *In generatione vna deleatur nomen eius.* (Quia nimirum (vt explicat Sanctus Augustinus) generati sunt, non regenerati, ideo in vna generatione delentur: nam in altera, idest, in regeneratione, si eam cognoscerent, & tenerent, non delerentur.)

Cant. 4. *August. lib. 22. cont. Faust. cap. 85. Psal. 73. Aug. sup. eund. psal. col. 10. A. tom. 8. Eccl. 10. Gen. 3. Aug. super eund. Psal. in secunda expos. col. 2.*

7 Ioannes quidem baptizauit in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum, (Vt (sicut dicit Augustinus) ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata; re ipsa vero in Domini baptismo id fieret. Sicut resurrectio, quæ expectatur in finem, spe in nobis facta est, sicut dicit Apostolus, *Quia simul nos excitauit, et simul sedere in cælestibus fecit.* Et idem dicit; *spe enim salui facti sumus.* Nam & ipse Ioannes, cum dicat: *Ego quidem baptizo vos in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum:* Dominum videns ait: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*) quasi diceret, non baptismus meus: sed illius hoc facit.) Idque zelo honoris Christi, & salutis hominum fecit, ne relicta veritate, vmbræ inhærerent.

Ephes. 2. Aug lib. 5. de baptismo cont. Donatist. cap. 10 tom. 7. Ephes. 2. Rom. 8. Matth. 3.

8 Nec

20 Error fuit quorundã hæreticorũ, q̃ baptizati ab hæreticis, vel ſchiſmaticis, aut etiã ab alijs *infidelibus* rebaptizãdi erãt, etiã ſi alia omnia ſeruarent, quæ neceſſaria ſunt ad verum baptiſmũ. Sed hi falluntur maximè: quia (vt ait Auguſt.) [Cum homines à ſpiritualibus miniſtris euangelizantur, & Sacramentis imbuuntur, tanquam per ſe ipſam Rebecca (ideſt Eccleſia) eos parit, ſicut Eſau. Cùm autem per illos, qui non caſtè annuntiant Euangelium, tales in Dei populo generantur, Sara quidem eos parit: ſed per Agar.] Quod etiam lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 1. his verbis confirmat: Eccleſia Paradiſo comparata, indicat nobis poſſe quidem eius Baptiſmum homines etiam foris accipere: ſed ſalutem beatitudinis extra eam neminem, vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradiſi, ſicut Scriptura teſtatur, etiam foras largiter manauerunt. Nominatim quippe commemorantur, & per quas terras fluant; & quia extra Paradiſum conſtituta ſunt omnibus notum eſt: nec tamen in Meſopotamia, vel in Ægypto, quò illa flumina peruenerũt, eſt felicitas vitæ, quæ in Paradiſo commemoratur. Ita fit, vt cùm paradiſi aqua ſit extra paradiſum, beatitudo tamen non ſit, niſi intra paradiſum. Sic ergò Baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiam, munus autem beatæ vitæ, non niſi intra Eccleſiam reperitur, quæ ſuper petram etiam fundata eſt, quæ ligandi, & ſoluendi claues accepit.) Hæc Aug. *Aug. lib. 1. de Baptiſ. cont. donatiſtas c. 16. Gen. 25. Gen. 30.*

21 *Eccleſia eſt hortus concluſus, fons ſignatus, putens aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Vbi Auguſt. lib. contra Fulgentiũ Donatiſtam cap. 6. Ex hoc horto (ait) concluſo, ex hoc fonte ſignato, etiam foris ſalutis vnda decurrit, quæ vadit contra Aſſyrios, contra vos videlicet Donatiſtas, contra inimicam Dei populo gentem, non pro illis vadit, ſed contra: *Quibuſdam enim eſt odor mortis in mortem, quibuſdam vero odor vitæ in vitam.* Sicut enim *Qui manducat, & bibit ſanguinem Domini indignè, Iudicium ſibi manducat, & bibit*: Sic & qui accipit indignè Baptiſma, iudicium accipit non ſalutem.] Hæc Auguſtinus. *Cant. 4. Aug. to. 7. Gen. 2. 2. Cor. 2. 1. Cor. 11. Ioan 13. Act. 8.*

22 Salomon ait: *Fons vitæ in manibus iuſti.* Vbi Auguſtinus, Vis ſcire, vbi hunc fontem viuum requiras? in Pſalmo habes: *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Antiquitus erat prouerbiũ, *Patres comederunt Vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt*; quia carnalis generatio in veteri teſtamento, quod temporalia promittebat, parentum peccatis ligabat filios, in quibus puniuntur. Sed ſpiritualis regeneratio per Baptiſmum, quæ fit in nouo teſtamento hanc obligationem tollit, quia promittit ſpiritualia, & celeſtia, in quibus filius non portat iniquitatem patris; quod præuidens Hieremias ait: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo domui Iſrael & domui Iudæ teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum.* Vbi Auguſtinus: [In hoc igitur teſtamento nouo, per ſanguinem mediatoris deleto paterno chirographo, incipit homo paternis debitis non eſſe obnoxius renaſcendo, quibus natcendo fuerat obligatus. *Pſal. 35. Auguſt. Aug. lib. contra Fulgentium de natiſtam cap. 8. Hier 31. Aug. lib. 6. cont. Iulianum Pelag. cap. 12. in fine tom. 7.*

23 Deſi-

Digitized by Google

2. Le istituzioni della Chiesa

à motu continuo desisteret, quam gaudiorum & gloriæ, quibus beatorum animæ sine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi (vti ego) experientia doceret.)

2 Vnde Psalmista quasi balbutiendo explicare volens, quam inenarrabilis esset, & ineffabilis gloria beatorum, non inueniens aliã similitudinem altiorem, eam comparauit delitijs lætantium omnium, eum dixit: *Sicut lætantium omnium, habitatio est in te.* Vbi (vt notauit Sanctus Augustinus) Non ait sicut comedentium, sicut bibentium, sicut abundantium diuitijs, sicut nubentium, sicut saltantium, &c. Sed, *sicut lætantium omnium habitatio est in te*: nec sic potuit eius magnitudinem explicare. Ideo (inquit ille) collatis omnibus gaudijs, atquè conflatis, quomodo clausit? tamquam iucundatorum omnium habitatio est in te. Quia talis ibi erit iucunditas, qualem hic non nouimus. Video hic multas iucunditates, & multi gaudent in sæculo alij hinc, alij inde, & non est quod illi gaudio comparetur: sed tanquam iucunditas erit, &c. Est enim iucunditas quædam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Tanquam iucundatorum omnium habitatio est in te.]

Psal. 86. Aug. super eund psal. num. 8.

3 Alia similitudine, quæ forsitan idipsum magis explicat, vsus est alibi idem Propheta, cùm dixit: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Inebriabuntur inquit. Nam (sicut dicit Sanctus Augustinus) cum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodãmodo humana mens, & fit Diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei. Vnde & in alio Psal. dicitur, *Calix tuus inebrians, quam præclarus est.* Hoc iam calice inebriati erant martyres, quando ad passionem euntes, suos non agnoscebant. Quid tàm ebrium, quàm nõ agnoscere vxorẽ flentẽ, nõ filios, non parentes? Non agnoscebãt, non eos ante oculos esse arbitrabantur. Nolite mirari, ebrij erant. Vnde ebrij erant? Videte, acceperunt calicem, vnde inebriarentur. Vnde & ille gratias Deo agit dicens: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*)

Aug. super eund psal. 2 Psal. 22. Psal. 115.

4 Hæc est ebrietas, de qua dicitur Canticorum 5. *Bibite amici, & inebriamini charissimi.*] Hanc autem ebrietatem, qua etiam in hac vita dulcedine domus Dei inebriantur electi, respiciebat qui dixit: *Non enim sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia.* Vbi non negauit eos, qui Spiritum sanctum acceperant ebrios esse, sed addidit: *Sicut vos æstimatis*, insinuans esse aliam ebrietatem spiritus, qua mentes Apostolorum tenebantur. De qua etiam dicitur Mich. 2. *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem, & erit super quem stillatur populus iste.* Vbi Hieronymus aduertit (*Iuflorum farcitatem* in hac vita stillare, futura vero fluuio comparari:) iuxta illud Psalm. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et Isaiæ 66. *Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium.* Quam prophetiam Sanctus Augustinus in Ecclesia trium phãte adimplendam esse arbitratur, vbi abundantia pacis, quæ per fluuium pacis

Cant. 5. Aug. lib. 2. de Ciuitat. Dei c. 21. Mich. 2. Isai. 66.

designa-

designatur, perfruentur electi, nec non inundante, atquè ab anima in corpus redundante gloria, quam per torrentem designauit. Cui explicationi consonant verba Prophetæ superius inducta: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Hinc est, quod Apostolus ad Colos. 2. Non diem festum, sed partem diei festi, festa iustorum in hoc exilio militantium appellauit, cùm dixit, *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi.* Vbi vt notauit Origenes, (Huius mundi festiuitates animæ, & si magnæ sint, magna tamen ex parte sunt, non ex integro. Sicut enim dixit Apostolus 1. Corinthiorum 13. *Quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus*: ita consequens est, vt ex parte diem festum geramus: ex parte enim, & non ex integro diem festum in hoc mundo positi celebramus: cùm autem venerint, quæ perfecta sunt, destruentur ista, quæ ex parte sunt.) Cui etiam consonat illud Apostoli: *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.* Quorum verborum sensus iuxta explicationem Sancti Thomæ talis est; Nunc idest in præsenti vita, ego Paulus *cognosco ex parte*, idest obscurè & imperfectè: *Tunc autem* scilicet in patria, *cognoscam sicut & cognitus sum*, idest sicut Deus cognouit essentiam meã, ita Deum cognoscam per essentiã: ita quod ly sicut non importat æqualitatẽ cognitionis, sed similitudinem tantũ. Id ipsum indicãt verba, quæ præmiserat in eod. loco: *Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ.* Videre .n. per speculũ in ænigmate est, Deũ cognoscere in speculo creaturarũ, in quibus relucet omnipotẽtia, sapiẽtia, & bonitas Dei. Cũ .n. videmus aliquid in speculo, nõ videmus ipsã rẽ, sed similitudinẽ eius: iuxta qp alio in loco Apost. ait: inuisibilia .n. Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellectu cõspiciuntur. Videre autẽ facie ad faciẽ est, videre Deum clarè sicut est in se ipso.

Sabbatum. In sex diebus creationis mundi manè commemoratur, & vesperè. Cum enim Deus creasset lucẽ ait: *Factum est vesperè, & manè dies vnus*: idemque repetit, cùm creauit firmamentum; ait enim: *Vocauitque Deus firmamentum Cælum, & factum est vesperè, & manè dies secundus*, & sic procedit vsque ad diem sextum. At cùm sermo fit de die septimo, nullum mane, nullum vespere in eo commemoratur, sed solum dicitur: *Igitur perfecti sunt Cæli, & terra: & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat.* Cuius rationem reddit Augustinus. Nam per diem illum septimum dies beatitudinis significatur, in quo Sancti ab omnibus operibus laboriosis requiescunt. Et quoniam dies illa idest æternitas, qua beatitudo sanctorum mensuratur, initium non habet, nec finem, nec mane, nec vespere, sed est tota simul: ideo nullum commemoratur mane, aut vespere diei septimi. Hæc est dies illa, de qua Psal. 83. *Quoniã melior est dies vna in atriis tuis super millia*. Vnde Sanctus Augustinus lib. nono de Ciuitate Dei cap. octauo, eundem locum Geneseos secundo exponens ait, (Cum verò in die septimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificauit eum, nequaquàm est accipiendum pue-

Psal. 35.
Coloss. 2.
Orig. hom. 23. sup. c 28 num. 10m. 1.
1. Cor. 13.
1. Cor. 13.
S. Thomas sup. eundẽ lect. 4.
Rom. 1.
Gen. 1.
Gen. 2.
Aug. lib. 4. de Gen. ad litterã cap. 18. & 19.
1. Cor. 13.
Psal. 83.

riliter ; tanquam Deus laborauerit operando : qui dixit,& facta sunt verbo intelligibili, & sempiterno, non sonabili, & temporali ; sed requies Dei requiem significat eorum, qui requiescunt in Deo, &c. Conuenientissimè itaquè cùm Deum requieuisse prophetica narrat auctoritas, significatur requies eorum,qui in illo requiescunt, & quos

Basilius facit ipse requiescere.) Similiter etiam S. Basilius eadem verba Genesis 2. exponens:factum est vespere,& mane dies vnus,ait,quod (non dixit primam,secundam: quia dies hæc,quæ Dominica erat, beatitudinem significabat vespere carentem,& successionem non habentem,

Psal. 83. & indesinentem.) Hæc est dies illa,de qua Psal. 83 *Quoniam melior est dies vna in atriis tuis super millia*, quod de die felicitatis æternæ explicat Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap.25.to.1.cui consonat

Zach. 14. illud Zachariæ 14. *Et erit dies vna,quæ nota est Domino: Non dies,neque nox,in tempore vesperi erit lux.*] Quia nimirum, vt ibi explicat

Hieron. Hieronymus, [In beatitudine vna dies erit, atque perpetua, nequaquam sibi luce, & tenebris die, & nocte succedentibus, sed ipse Dominus erit lux omnium : iuxta illud Apocalipsis 21. *Et Ciuitas non habet*

*Apocal.*21 *necessariam lucem solis, quoniam Dominus Deus omnipotens lumen eius erit.*)

6 In hac vita Spiritus sãctus dona sua diuidit singulis prout vult. *Nam diuisiones gratiarum sunt, & diuisiones ministrationum sunt, & diuisiones operationum sunt. Alij quidem per spiritum datur sermo Sa-*

1. Cor. 12. *pientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum* : sed in futura, sicut Apostolus ait, *Erit Deus*

Hier. 32. *omnia in omnibus*. Quod etiam per Prophetam promiserat: *Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi Plebs*. Quasi diceret (vt Augustinus

*Aug. lib.*22 *de Ciuitat. Dei cap.*30. *num.*5. exponit) [Ego ero quæcunquæ ab omnibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & virtus, & copiæ, & gloria, & honor, & pax,& omnia bona, sic enim & illud rectè intelligitur : *Erit Deus omnia in omnibus*. Ipse finis erit desideriorum nostrorum.)

7 Nunc quidem vbiquè & in omnibus est Deus, sed non est omnia in omnibus. Tunc autem,idest in patria erit Deus omnia in omnibus, vt (sicut dicit Sanctus Augustinus lib. secundo de Incarnatione Verbi cap. 1. in principio tom. 4.)

August. quicquid rationabilis mens expurgata omnium vitiorum fece, atquè omni penitus extersa nube malitiæ, vel sentire, vel intelligere, vel cogitare potest, omnia Deus sit, nec vltra iam aliud aliquid, nisi Deum sentiat,Deum cogitet, Deum videat, Deum teneat, omnis motus Deus sit: & ita erit ei omnia Deus.] Eadem ferè est explicatio Sancti Hie-

*Hier. lib.*1. *cõt. Pelag. num.*2. ronymi, cuius verba sunt, [Tunc Deus erit omnia in omnibus, vt non sit tantum in Salomone Sapientia, in Dauid Animi mansuetudo,in Elia & Phinees Zelus, in Abraham Fides, in Petro perfecta Dilectio, in Electionis Vase Studium prædicandi; sed totus in

8 In quo beatitudo consistat, magna fuit concertatio inter philosophos, de quo (vt Augustinus refert) olim fuerunt 285. sectæ, & opiniones differentes, quas etiam refert Marcus Varro in libro de philosophia, tanta erat inter eos varietas, vt inuenirent, quid efficit hominem beatum. *Aug. lib. 19 de Ciuitat. Dei cap. 1*

9 Hinc est quòd (vt notauit Augustinus) Epicurus hominis beatitudinem in delitijs, & voluptatibus consistere arbitratur. Zeno in virtute. Alij dicebant homines esse beatos, qui viuunt vt ipsi velint, sed Cicero subijcit [Falsum id quidem. Velle enim quod non deceat, id ipsum miserrimum est. Nec tam miserum est non adipisci quod velis, quàm adipisci velle, quod non oporteat, &c. Mala enim voluntate, vel sola quisquè miser efficitur, sed miserior potestate, qua desiderium malæ voluntatis impletur. Omnes autẽ beati habent q̃ volunt; quãuis nõ omnes, qui habẽt q̃ volũt, continuò sint beati. Continuo autẽ miseri, qui vel nõ habent quod volũt, vel id habent, quod nõ rectè volũt. Beatus igitur non est, nisi qui & habet omnia, quæ vult: & nihil vult mali.] Et lib. de beata Vita col. 5. tom. 1. eadem ferè verba repetit ex Tullio in Hortensio, idem dicit Epist. 221. ad Probam. cap. 5. tom. 2. *Aug. lib. 1 de Trin. c. 5. tom. 3.*

10 [Beate viuere (vt ait Augustinus) est secundum id, quod in homine optimum est, viuere] Cui consonat illud Ecclesiast. 12. *Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo*: quasi diceret, Hominis beatitudo, quæ in hac vita potest haberi, in Dei timore, atque obseruantia mandatorum eius consistit. Vnde Roman 8. dicitur: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Vbi, vt notauit Chrysostomus, [Non dixit ad futuram requiem, sed quod maius erat, ad futuram gloriam. Etenim vbi requies, ibi non omnino gloria. Vbi autem gloria, ibi omnino requies. Deindè postea quam futuram dixit, ostendit ipsam iam esse: nequè enim dixit ad gloriam, quæ futura est: sed quæ reuelabitur, tanquàm quæ nunc quidem fit, occultetur tamen adhuc, quod & alibi manifestius ait, *Vita nostra occultata est cùm Christo in Deo*.] *Aug. lib. 1 retractationum cap. 2. tom. 1. Eccles. 12. Rom. 8. Chrys. hom. 14. super epist. ad Rom. col. 5. tom. 4. Colos. 3.*

11 Quidam dicunt beatitudinem in inquisitione veritatis consistere, etiam si non inueniatur. Sed qui adhuc quærit, perfectus non est, cũ deficiat ei bonum illud, quod quærit, qui autem id pro viribus quærit, beatus est; quia secundum rationem viuit, in quo beatitudo consistit, vt ait Augustinus lib. 1. cont. Academicos cap. 3. & 4. [Multò est enim præstabilius hoc verum semper quærere, quàm illud aliquando inuenire: nàm qui quærit sapientiam, quæ est Deus, hic sapiẽs & Beatus est. Cùm ergò beati esse cupiamus, siue id fieri non potest, nisi inuenta, siue non nisi diligenter quæsita veritate: post positis cæteris omnibus rebus nobis, si beati esse volumus, perquirenda est. Ita Augustinus eodem lib. cap. 8. & 9. *Aug. lib. 1*

12 Beatitudinem huius vitæ consistere in pia voluntate, & sollicitudine quærentium Dominum, clarè nobis ostendunt verba illa Prophetæ: *Lætetur cor quærentium Dominum, quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper*. Vbi Augustinus: [Videtur quod *Psal. 104.*

Digitized by Google

eſt ſu candi tas lucis æternæ,vt etiam ſi non liceret ampſius in ea manere,quàm vnius diei mora:propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs, & circumfluentia temporalium bonorum rectè meritoq; contemnerentur.) *Aug lib. 3. de lib. arb. cap. 25. t. 1.*

14 Vnde in libro de Spiritu,& Anima eos acriter reprehendit,qui in rebus perituris ſçlicitatem quærunt. (Cur ergo (inquit) per multa vagaris homuncio,quærendo bona animæ tuæ,& corporis tui? Ama vnum bonum in quo ſunt omnia bona, & ſufficit. Deſidera ſimplex bonum,quod eſt omne bonum,& ſatis eſt. Quid enim amas caro mea? Quid deſideras anima mea? ibi eſt quicquid amatis: ibi eſt quicquid deſideratis. Si delectat pulchritudo; *Fulgebunt iuſti ſicut ſol.* Si velocitas,aut fortitudo,aut libertas corporis,cui nihil obſiſtere poſſit: *Erunt ſimiles Angelis Dei*; quia *ſeminatur corpus animale, & ſurget corpus ſpirituale*,poteſtate vtiq; non natura. Si delectat longa, & ſalubris vita; ibi eſt ſana æternitas,& æterna ſanitas: *quia in perpetuum vivent,& ſalus iuſtorum à Domino*. Si ſatietas; *Satiabor, cum apparuerit gloria Domini*. Si ebrietas; *inebriabuntur ab vbertate Domus Dei*. Si melodia; ibi Angelorum chori concinunt ſine fine Deo. Si quælibet munda voluptas; *Torrente voluptatis ſuæ potauit eos Dominus*.Si ſapientia;*Omnes erunt docibiles Dei*:quia ipſa ſapientia oſtendit ea s ſeipſam. Si amicitia: Diligent Deũ, pluſquam ſe ipſos, & inuicem tãquam ſe ipſos; & Deus illos pluſquàm illi ſe ipſos:quia illi illum, & sè, & inuicem per illum; & ille illos per sè ipſum. Si concordia: Cibus illic erit vna voluntas: quia illis non erit, niſi ſola voluntas Dei. Si poteſtas; *Introibunt in potentias Domini*,& omnipotentes erunt ſuæ voluntatis,vt Deus ſuæ.) Et lib.13. confeſſionum c.8.Da mihi te Deus meus,redde mihi te: omnis copia,quæ Deus meus non eſt,egeſtas mihi eſt.) *Aug.lib.de ſpiritu, & anima cap. 64. H. Matt. 22. Pſal. 16. Pſal. 35. Eſai. 54. Ioan. 6. Pſal. 90.*

15 Vera igitur beatitudo in nulla re creata, ſed in ſolo Deo conſiſtit:dicitur enim pſal. 32. *Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius:Populus,quem elegit in hæreditatem ſibi*. Vbi Auguſtinus probat nulla re creata poſſe hominem eſſe beatum,non pecunia,non auro,non argento,non prædijs,aut pompa ſæculi,quia omnia hæc inferiora ſunt homine. (Quære igitur (inquit ille,) quod eſt melius te, vt inde efficiaris beatus. Tam ſupra non eſt,niſi creator. Erige te ad illum.Aurum, & ſi volueris,forte non habebis:Deum cum volueris habebis:quia & antequam velis,venit ad te; & cum auerſa voluntate eſſes, vocauit te; & cum conuerſus eſſes,terruit tè;& cum territus confiteris,conſolatus eſt te.) Cui conſonat illud pſalm. 143. *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt*: ideſt quorum promptuaria plena eructantia ex hoc in illud,quorum oues fœtoſæ abundantes in egreſſibus ſuis,& boues eorum craſſæ: ſed *Beatus Populus,cuius Dominus Deus eius*.Non eſt ergò illa vera ſçlicitas,ſed iſta. Vt latè probat idem Auguſtinus ſuper eundem pſal. *Pſal. 32. Aug. ſup. eund. pſal. tom. 8. Pſal. 143*

16 Vbi Deus eſt cum aliquo beatorum, ibi eſt paradiſus. Sic intelligitur illud, quod Lucæ 23. dixit Dominus fideli Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Id eſt in limbo Sanctorum Patrum, vel in Paradiſo terreſtri,vbi Deus erat cum Sanctis,quos Chriſtus Domi-

tu qui es, qualis es, da te illi rei, & habebis illam. Sed malus sum (inquies) & fortè me non accipit. Dando te illi, bonus eris; & huic fidei promissioniquè tè des, hoc est bonum esse. Cum bonus fueris, pretiũ ipsius rei eris.)

22 Locus iustorum est cælum, de quo Iob 39. *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?* Vbi (vt notauit Gregorius) Auroræ nomine omnis electorum Ecclesia designatur, de qua dicitur canticorum 6. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens.* Nam ad modum auroræ lucem tenebris permixtã habet. I. Quem profectò locum etiam præcedentibus incarnationem suam patribus, post ortum suum Dominus ostendit. Quia nisi per prophetiæ spiritum incarnandum supernæ patriæ Regem cognoscerent, bona eiusdem Patriæ, quàm essent desiderabilia non viderent. Locum suum veritas auroræ patefecit, cum patrem coram discipulis petijt, dicens: *Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum.* Locum suum auroræ monstrauit cum diceret: *Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabantur & aquilæ.* Ad hunc locum, quem cognouerat, peruenire aurora festinabat, cum Paulus desiderium habere se diceret dissolui, & cum Christo esse. Et rursum: *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Et rursum: *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus: Domum non manufactam, æternam in cælis.*)

Iob. 39.

Greger. 29. moralium 2.

Ioan. 17. D. Matt. 24. C. Luc. 17. G. Phil. 1. B. 2. Cor. 5. A

23 Cui consonat illud prouerbiorum 4. *Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Non ait lux splendens, sed quasi lux splendens, nam lucem vmbris tẽtationis habet permixtam: sed tandem crescit ad perfectam diem, cum ad locum suum peruenerit. Ad hunc locum deducit Dominus electos suos, qui Christũ in corde suo portant, in cuius signum Saluator noster ingressus est Ciuitatem Sanctam Hierusalem sedens super asinam, & pullum filium subiugalis, vt ostenderet eos, quibus veluti iumentis insidet Christus, in Patriam cœlestem esse deducendos. Hi sunt, de quibus psal. 72. *Vt iumentum, factus sum apud te, & ego semper tecum.* Vnde Ber. Vt iumẽtum igitur esto, minimè tamen iumentum: patienter quidem sustinens onus: sed honorem intelligens: sapienter, & delectabiliter cogitans, tàm ipsius oneris qualitatem, quam propriam vtilitatem. Magnus ille Ignatius discipulus, quem diligebat Iesus, auditor, martyr noster, cuius pretiosis reliquijs nostra ditata est paupertas, Mariam in pluribus, quas ad eam scripsit epistolis, Christiferam consalutat. Egregius planè titulus dignitatis, & commendatio honoris immensi. Nempè cui seruire, regnare, gestare hũc, no onerari est, sed ornari. ¶ Cui cõsonat illud: *Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in cordibus vestris.* Et illud: *Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cœlestis.* Et vt sciamus, quàm honorificum sit hoc onus, Christum videlicet in cordibus nostris portare, vas electionis ad hoc electus est. Ait enim *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Israel.*)

Prou. 4.

Psal. 72. Ber serm. 7 sup. ps. Qui habitat col. 2.

1. Cor. 6.

1. Cor. 15.

Act. 9.

24 Huius

24 Huius diei claritatem perfectam, & quietem desiderabat sponsa cum dixit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Sed sponsus in hac vita, vt interim consoletur sponsam, ait: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Petit sponsa visum sponsi, & offeruntur illi aurium ornamenta, quasi diceret, Vt Bernardus considerat, [Tu ò sponsa intuendæ dilecti inhias claritati: sed hoc alterius temporis est. Damus autem in præsentiarum ornamenta auribus tuis, quod erit tibi interim consolatio, erit & præparatio ad hoc ipsum, quod postulas. Ac si illud Prophetæ ei dicat: *Audi filia, & vide.* Videre desideras, sed audi prius. Gradus est auditus ad visum. Proinde audi, & inclina aurem tuam ornamentis, quæ tibi facimus, vt per auditus obedientiam ad gloriam peruenias visionis; *Hic auditui tuo damus gaudium, & lætitiam.* Nam visui non est nostrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui desiderij adimpletio est) sed illius, quem diligit anima tua. Ipse, vt gaudium tuum plenum sit, ostendet seipsum tibi: *Ipse adimplebit te lætitia cum vultu suo.* Tu interim accipe ad consolationem murenulas has de manu nostra: cæterum delectationes in dextera eius vsque ad finem. Hæc Bernardus.

Cant. 1. B. *Ibidem.* *Bern. serm. 41. in Cāt. col. 2.* *Psal. 144.* *Psal. 50. B.* *Psal. 15. C.*

25 Qui egressi sunt ex Ægypto filij Israel quadraginta annis militauerunt in deserto: sed ex illis duo tantum ingressi sunt in terram promissionis ad significandum, quòd solus Christus, & Ecclesia cælum introibunt. In terram promissionis intrauerunt filij Israel, qui nati sunt in deserto; quia noui homines intrabunt in cælum, veteres non intrabunt propter quod & Paulus ait: *Spoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum.* Id quod Propheta Regius designauit cum dixit: *Filij seruorum tuorum inhabitabunt*, scilicet in annis non deficientibus, *& semen eorum in seculum dirigetur.* Vbi Augustinus, [Serui per opera sua inhabitabunt, serui per filios inhabitabunt. Noli ergo esse sterilis, si vis habitare; præmitte fœtus, quos sequaris præmittendo, non offerendo. Filij tui te deducant ad terram promissionis, terram viuentium, non morientium. Cum his viuis in hac peregrinatione illi antecedant, suscipiant te propter refectionem carnalem. Filius Ioseph antecessit Iacob in Ægyptum, & ait Patri suo, & fratribus suis: *Ego præueni præparare vobis escas.* Præcedant ergo filij tui, præcedant te opera tua: quales filios præmiseris, talis & sequeris.]

Coloss. 3. *Psal. 101.* *Aug. super psal. 101. in fine.* *Gen. 45.*

26 Sanctus Iob post damna rerum, post cruciatus vulnerum, &c. duplici remuneratione subleuatur; quia Sancti post labores præsentis vitæ duplici stola, animæ scilicet, & corporis gaudebunt: iuxta illud Isaiæ 61. *In terra sua duplicia possidebunt.* Vnde Apocalipsis 6. dicitur, quod *datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.* Nam (vt explicat Gregorius) ante resurrectionē sola mentis beatitudine perfruuntur, sed binas accepturi sunt, quando cum animarum perfecto gaudio, etiam incorruptione corporum vestientur.) Cui consonat illud Isaiæ 41. *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Et Prou. 21. *Omnes do-*

Isai. 61. *Apocal. 6.* *Gregor. in præfat. Iup. Iob c. 10.* *Isai. 41.*

Digitized by Google

ter domestici eius vestiti sunt duplicibus: quia enim electi in hoc exilio duplici veste ornati incedũt, interius videlicet apud Deum per munditiam mentis, & exterius per sanctam cõuersationem erga proximos, ideo cum facti fuerint Ciues Sanctorum in Patria, & domestici Dei duplicem stolam post resurrectionem accipient, animæ videlicet, & corporis.) *Prou. 21.*

27 Hinc est quod Ecclesia Canticorum 4. bis dicitur pulcra: ait enim: *Quam pulcra es amica mea, quam pulcra es.* Pulcra intus in mente, & pulcra foris in externa conuersatione. Pulcritudinem interiorem respiciebat, cum dixit: *Absquè eo, quod intrinsecus latet.* Pulcritudinem externam commendauit, cum ait: *Quam pulcri gressus tui in calceamentis filia Principis.* Vtramque pulcritudinem simul complexus est Propheta Regius, cum ait: *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus;* ecce pulcritudo interna. *In fimbrijs aureis circumamicta varietatibus;* ecce pulcritudo externa variis virtutum exercitijs ornata. Quod si hæc ad Ecclesiam triumphantem transferamus, pulcra est ipsa sponsa intus stola gloriæ in anima, & pulcra stola corporis, qua post resurrectionem fulgebunt Sancti sicut Sol in conspectu Dei. Vnde Gregorius, (Pulcram (inquit) narrat, & pulcram replicat, quia alia est ei pulcritudo morum, in qua nũc cernitur, atquè alia pulcritudo præmiorum in qua tunc per conditoris sui speciem subleuabitur.) *Cant. 4. Cant. 7. Psal. 44. Greg. lib. 9. moral c. 6.*

28 In Beatitudine omnes sunt magni: ideo Matt. 5. dicitur: *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regnum cælorum*, idest non erit in regno cœlorum, vbi nisi magni esse non possunt.] Sic explicat Aug. Cui consonat illud: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*, & vt innueret, quod in regno cælorum omnes sunt magni, subintulit, *qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.*) *Matt. 5. Aug. lib. 1 serm. Domini in mõte c. 16. to. 4.*

29 *A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Sed quare non antea? Respondet Augustinus (Tempus constituit Deus promissis suis, & tempus eis, quæ promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore Prophetarum vsque ad Ioánem Baptistam: ab illo autem, & deinceps vsq; ad finem tempus est implendi ea, quæ promissa sunt.] Realis Autem solutio, & exhibitio promissi multò magis attrahit, & appetitũ hominis rapit, quam ipsa promissio. Quia ergo à diebus Ioannis Baptistæ cæpit Deus implere id, quod in testamento veteri promiserat; ideo ait, à diebus Ioannis Baptistæ, &c. Hanc rapinam fecit bonus latro pendẽs in Cruce, cùm ad Christum conuersus, & lingua, & corde, quæ dumtaxat soluta habebat, dixit: *Memento mei Domine dum veneris in Regnum tuum.* Vnde & audire meruit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Et vt notauit Basilius, (Violentiam appellauit, assiduam & acrem Corporis in laboribus fatigationem, quam nullius impulsu suapte sponte Christi discipuli faciunt, cùm & voluntatem propriam & corporis laxamentum abnegant omne, & magistri sui præcepta omnia conseruant.) *Matt. 11. B Aug super psal. 109. in tit. psal. in princ. Luc. 23. F Basil. ser. 1. de abdicat. sæculi tom. 2.*

Digitized by Google

30 Eiecto Adam de Paradiſo, remanet in Paradiſo lignum vitæ ſi-
gnum, quòd ſapientia, ideſt Chriſtus Dei filius, de quo ſcriptum eſt:
Prou. 3. *Lignum vitæ eſt omnibus amplectentibus eam*, remanet in Paradiſo ad
Luc. 23. gloriam Beatorum. Vnde Lucæ 23. dixit Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiſo.*] Ita Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarium Legis, & Prophetarum cap. 15. in fine tom. 6.

Rom. 6. 31 Cum dixiſſet Apoſtolus: *Stipendia peccati mors*; non ait ſtipendia meritorum vita æterna, ſed *gratia Dei vita æterna*: quia licet gloria ſit præmium debitum operibus meritorijs ex iuſtitia, iuxta illud Apo-
2. Tim. 4. ſtoli: *De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex.*] tamen quia merita illa fundantur in gratia, ex qua virtutem habent perducendi hominem ad vitam æter-
Aug. to 2. nam: ideo vita ipſa æterna dicitur gratia. Vnde Auguſtinus epiſt. 105.
col. 6. A. ad Sixtum, [Rectè (inquit) ſtipendium peccati mors, quia debetur, quia digne retribuitur, quia meritò redditur. Deinde ne iuſtitia de humano ſe extolleret bono merito. ſicut humanum meritum malum non dubitatur eſſe peccatum, nó è contrario retulit dicens: ſtipendium iuſtitiæ vita æterna: ſed gratia (inquit) Dei vita æterna.)

Ioan. 8. 32 In eodem ſenſu explicat Sanctus Doctor illud Ioannis 8. *Gratiam pro gratia*; quia nimirum gloria, quæ eſt gratia conſumata, reddi-
Aug. lib. de corept. & gratia c. 13. D. E. tom. 7. tur pro meritis, quæ fundantur in gratia. Sic enim ait: Quia & ipſa vita æterna, quam certum eſt bonis operibus debitam reddi, à tanto Apoſtolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, ſed gratis detur; ſine vlla dubitatione confitendum eſt: ideo gratiam vitam æternam vocari: quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini: re-
ctè quippè ipſa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur: Gratiam pro gratia, ideſt pro his meritis, quæ contulit gratia.)

Cæleſt. epiſtola ad Epiſc. Galliæ cap. 12. 33 Quæ omnia Cęleſtinus primus cõfirmauit: Tanta eſt (inquiẽs) erga nos benignitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona; & pro his, quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus & agamus.] Cui conſonat illud
Pſal. 102. Pſalmi 102. *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus.* Vbi (vt
Aug. conc. 7. ſuper pſ. 118. tom. 8 notauit Auguſtinus) Corona iuſtitiæ, quæ legitimè certantibus debetur, coronat Deus iuſtos in miſericordia, & miſerationibus, quia ipſa iuſtitia, qua retribuuntur bona pro bonis, non eſt ſine miſericordia] quia & hoc ſcriptum eſt: *Qui coronat te in miſeratione, & miſericordia.*
Pſal. 102. Conſonat, & illud Pſal. 102. *Miſericordia vero Domini in ſæculum ſæculi ſuper timentes eum, & iuſtitia eius ſuper filios filiorum.*] Vbi vtrumquè coniunxit, iuſtitiam, & miſericordiam: iuſtitiam quidem; nam pro bonis meritis reddet Dominus timentibus ſe coronam iuſtitiæ: miſericordiam; quia merita ipſa in gratia Dei, & miſericordia fundantur. Vbi
Aug. ſuper eund pſal. in fin. C. (vt notauit Auguſtinus ſuper eundem Pſalmum:) *Filios noſtros dicit*, opera noſtra: filios filiorum, mercedem operum noſtrorum.] In qua iuſtitia, & miſericordia ſimul coniunguntur. Conſonat & illud Zachariæ 4. *Et exæquabit gratiam gratiæ eius*: ideſt gratiæ, ſeu meritis gratiæ reddet Dominus æqualem gratiam cõſumatam, quæ eſt
Zach. 4. ipſa

ſpe gloriæ, quam etiam appellauit gratiam; quia prō meritis gratis redditur.

34 Poteſt etiam præmium correſpondens meritis ex iuſtitia dici gratia; quia ſicut Deus (vt dicit S. Thom. 1. p. q. 21. art. 4.) ex ſua miſericordia punit peccatores in inferno citra condignum: ita præmiat iuſtos in patria vltra condignum; eò quòd in omnibus operibus Dei inuenitur miſericordia, & iuſtitia, vt latè probat eodem loco Sanctus Doctor. Et vt innueret Apoſtolus, Deum in retributione meritorum aliquid tribuere vltra condignum, ait: *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*) S. Thom. Rom. 8.

35 De præmio, quod pro meritis recipient electi in Patria cęleſti, dicitur pſal. 36. *Iuſti hæreditate hæreditabunt terram.* Hæreditate (inquit) quia ſicut filio Dei debetur hæreditas Patris, ita etiam debetur tanquam hæreditas vita æterna ijs, *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Iuxta quod Apoſtolus ait: *Quod ſi filius, & hæres per Deum.* Et iterum: *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* De hac autem hæreditate dicitur pſal. 36. *Iuſti hæreditate poſſidebunt terram.*) Quæ autem ſit terra iſta, his verbis explicat Auguſtinus: *Terra eſt quædam* illa viuorum, Regnum Sanctorum, vbi dicitur; *Spes mea es tu, portio mea in terra viuorum.* Nam & ſi vita tua illa eſt, intellige qualem terram acceptarus ſis. Illa eſt terra viuentium: hæc eſt autem terra morientium, receptura mortuos, quos nutriuit viuos. Qualis ergo illa terra, talis & ipſa vita. Si æterna vita, æterna terra. Et quomodo æterna terra? *& inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.* Alia ergò terra erit, vbi inhabitabimus in ſæculum ſæculi. Nam de iſta dictum eſt: *Cœlum, & terra tranſibunt.*) Ioan. 1. Roman. 8. Pſal. 36. Aug. ſuper pſ. 36. concione 3 col. 7. Aſtom. 3 Pſal. 141. Matt. 24

36 Et vt oſtenderet ſcriptura, quod reprobi hæreditate hanc terrā non poſſidebunt, Iſmael, per quē reprobi deſignātur, exhæredatus eſt; iuxta illud: *Eiice Ancillam, & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac*, per quem electi deſignantur, qui ad hæreditatem terræ viuentium admittuntur, quæ hæreditas non eſt illa terra, quæ data eſt filijs Iacob. Nam (vt docet Auguſtinus,) (Terra illa quantò à pluribus poſſidebatur; tantò plus anguſtabatur. Simul teneamus, quod diuidi non poteſt. Non eam anguſtat numeroſus poſſeſſor, quantacumque venerint, ſicut promiſſum eſt: *ſic erit ſemen tuum; tanquam ſtellæ cœli, & ſicut arena, quæ eſt ad labium maris: in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Terra igitur illa viuentium, quia non diuiditur inter plures; ideò non eſt anguſtior in ſingulis: ſed tota ab omnibus poſſidetur. Ideo ſemper magna remanet eorum poſſeſſio, ſicut ſcriptum eſt: *O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius.* Magnus eſt & non habet finem; excelſus, & immenſus.) Hæc Sanctus Auguſtinus. Gen. 21. Auguſt. in concione ſuper geſtis cum Emerito Donatiſta circa finem H. I. tom. 7. Gen. 22. Baruc. 3.

37 Multitudo eorum, qui ſaluandi ſunt quamuis comparatione multitudinis reproborum ſit parua; in ſe tamen ita eſt magna, vt penè numerari non poſſit. Per eos enim ſunt implendæ ſedes Angelorū, qui ceciderunt. Vnde Auguſtinus: (Tantum populum per gratiam ſuam

Bacon, Lord, 1
Bacon, Roger, 1
Bacon, Sir Nicholas, 1
Bacon, Sir Francis, 1
Bacon, Sir Anthony, 1
Bacon, Sir Edmund, 1
Bacon, Sir Nathaniel, 1
Bacon, Sir Nicholas, 1
Bacon, Sir Thomas, 1
Bacon, Sir William

Egypt, Ancient, Egyptian, Egyptians, Egyptology, Egyptologist, Egyptologists, Egyptologies, Egyptologic, Egyptological, Egyptologically, Egyptologize, Egyptologizes, Egyptologized, Egyptologizing, Egyptologizer, Egyptologizers, Egyptologizations, Egyptologizer, Egyptologizers, Egyptologizing, Egyptologizes, Egyptologized

30 Eiecto Adam de Paradiso, remanet in Paradiso lignum vitæ in signum, quòd sapientia, ideſt Christus Dei filius, de quo scriptum est:
Prou. 3. *Lignum vitæ est omnibus amplectentibus eam*, remanet in Paradiso ad
Luc. 23. gloriam Beatorum. Vnde Lucæ 23. dixit Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiso.*] Ita Augustinus lib. 1. contra aduersarium Legis, & Prophetarum cap. 15. in fine tom. 6.

Rom. 6. 31 Cum dixisset Apostolus: *Stipendia peccati mors*; non ait stipendia meritorum vita æterna, sed *gratia Dei vita æterna*: quia licet gloria sit præmium debitum operibus meritorijs ex iustitia, iuxta illud Apo-
2. Tim. 4. stoli: *De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex*.] tamen quia merita illa fundantur in gratia, ex qua virtutem habent perducendi hominem ad vitam æternam: ideo vita ipsa æterna dicitur gratia. Vnde Augustinus epist. 105.
Aug. to 2. col. 6. A. ad Sixtum, [Rectè (inquit) stipendium peccati mors, quia debetur, quia digne retribuitur, quia meritò redditur. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, nó à contrario retulit dicens: stipendium iustitiæ vita æterna: sed gratia (inquit) Dei vita æterna.)

Ioan. 8. 32 In eodem sensu explicat Sanctus Doctor illud Ioannis 8. *Gratiam pro gratia*; quia nimirum gloria, quæ est gratia consumata, redditur pro meritis, quæ fundantur in gratia. Sic enim ait: Quia & ipsa vita
Aug. lib. de corept. & gratia c. 13. D. E. tom. 7. æterna, quam certum est bonis operibus debitam reddi, à tanto Apostolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur; sine vlla dubitatione confitendum est: ideo gratiam vitam æternam vocari: quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini: rectè quippè ipsa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur: Gratiam pro gratia, ideſt pro his meritis, quæ contulit gratia.)

Cæleſt. epiſtola ad Epiſc. Galliæ cap. 12. 33 Quæ omnia Cœlestinus primus cõfirmauit: Tanta est (inquiẽs) erga nos benignitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona; & pro his, quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus & agamus.] Cui consonat illud
Psal. 102. Psalmi 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* Vbi (vt
Aug. conc. 7. super ps. 118. tom. 8 notauit Augustinus) Corona iustitiæ, quæ legitimè certantibus debetur, coronat Deus iustos in misericordia, & miserationibus, quia ipsa iustitia, qua retribuuntur bona pro bonis, non est sine misericordia;] quia & hoc scriptum est: *Qui coronat te in miseratione, & misericordia.*
Psal. 102. Consonat, & illud Psal. 102. *Misericordia vero Dominii in sæculum sæculi super timentes eum, & iustitia eius super filios filiorum.*] Vbi vtrumquè coniunxit, iustitiam, & misericordiam: iustitiam quidem; nam pro bonis meritis reddet Dominus timentibus se coronam iustitiæ: misericordiam; quia merita ipsa in gratia Dei, & misericordia fundantur. Vbi
Aug. super eund. psal. in fin. C. (vt notauit Augustinus super eundem Psalmum:) *Filios nostros dicit*, opera nostra: filios filiorum, mercedem operum nostrorum.] In qua iustitia, & misericordia simul coniunguntur. Consonat &
Zach. 4. illud Zachariæ 4. *Et exæquabit gratiam gratiæ eius*: ideſt gratiæ, seu meritis gratiæ reddet Dominus æqualem gratiam cõsumatam, quæ est

ipsa

ipſa gloria, quam etiam appellauit gratiam; quia prō meritis gratis redditur.

34 Poteſt etiam præmium correſpondens meritis ex iuſtitia dici gratia; quia ſicut Deus (vt dicit S. Thom. 1. p. q. 21. art. 4.) ex ſua miſericordia punit peccatores in inferno citra condignum: ita præmiat iuſtos in patria vltra condignum; eò quòd in omnibus operibus Dei inuenitur miſericordia, & iuſtitia, vt latè probat eodem loco Sanctus Doctor. Et vt innueret Apoſtolus, Deum in retributione meritorum aliquid tribuere vltra condignum, ait: *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*) S. Thom. Rom. 8.

35 De præmio, quod pro meritis recipient electi in Patria cęleſti, dicitur pſal. 36. *Iuſti hæreditate hæreditabunt terram.* Hæreditate (inquit) quia ſicut filio Dei debetur hæreditas Patris, ita etiam debetur tanquam hæreditas vita æterna ijs, *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Iuxta quod Apoſtolus ait: *Quod ſi filius, & hæres per Deum.* Et iterum: *Hæredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti.* De hac autem hæreditate dicitur pſal. 36. *Iuſti hæreditate poſſidebunt terram.*] Quæ autem ſit terra iſta, his verbis explicat Auguſtinus: *Terra eſt quædam* illa viuorum, Regnum Sanctorum, vbi dicitur; *Spes mea es tu, portio mea in terra viuorum.* Nam & ſi vita tua illa eſt, intellige qualem terram acceptarus ſis. Illa eſt terra viuentium: hæc eſt autem terra morientium, receptura mortuos, quos nutriuit viuos. Qualis ergo illa terra, talis & ipſa vita. Si æterna vita, æterna terra. Et quomodo æterna terra? *& inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.* Alia ergò terra erit, vbi inhabitabimus in ſæculum ſæculi. Nam de iſta dictum eſt: *Cælum, & terra tranſibunt.*) Pſal. 36. Pſal. 36. Aug. ſuper pſ. 36. concione 3 col. 7. Aſom. 3 Pſal. 141. Matt. 24

36 Et vt oſtenderet ſcriptura, quod reprobi hæreditate hanc terrā non poſſidebunt, Iſmael, per quē reprobi deſignātur, exhæredatus eſt; iuxta illud: *Eiice Ancillam, & filium eius, non enim hæres erit filius ancillę cum filio meo Iſaac*, per quem electi deſignantur, qui ad hæreditatem terræ viuentium admittuntur, quæ hæreditas non eſt illa terra, quæ data eſt filijs Iacob. Nam (vt docet Auguſtinus,) [Terra illa quantò à pluribus poſſidebatur; tantò plus anguſtabatur. Simul teneamus, quod diuidi non poteſt. Non eam anguſtat numeroſus poſſeſſor, quanticumque venerint, ſicut promiſſum eſt: *Sic erit ſemen tuum; tanquam ſtellæ cœli, & ſicut arena, quæ eſt ad labium maris: in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Terra igitur illa viuentium, quia non diuiditur inter plures; ideò non eſt anguſtior in ſingulis: ſed tota ab omnibus poſſidetur. Ideo ſemper magna remanet eorum poſſeſſio, ſicut ſcriptum eſt: *O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius.* Magnus eſt & non habet finem; excelſus, & immenſus.) Hæc Sanctus Auguſtinus. Gen. 21. Auguſt. in concione ſuper geſtis cum Emerito Donatiſta circa finem H. I. tom. 7. Gen. 22. Bar. 3.

37 Multitudo eorum, qui ſaluandi ſunt quamuis comparatione multitudinis reproborum ſit parua; in ſe tamen ita eſt magna, vt penè numerari non poſſit. Per eos enim ſunt implendæ ſedes Angelorū, qui ceciderunt. Vnde Auguſtinus: [Tantum populum per gratiam ſuam

Ad Cornelium Gallum.

Cum tibi, Gallo, meo, Lycoris sit cara, quid ultra
Quæris? Amor nullis cognitus ante modis.
Ipse Deus, quamvis sæpe ille negarit, amavit:
Ipse Deus, quamvis sæpe negarit, amat

40 Beatitudo vera hominis in bonis temporalibus non consistit, non in honore, non in fœlicitate terrena: sed in vera illa vita, in cuius comparatione (vt ait Augustinus) ista, quæ multum amatur, quamlibet iucunda, atque producta sit, nec vita dicenda est. Sic est etiam solatium verum, quod per Prophetam Dominus promittit dicens: *Dabo illis solatium verum, pacem super pacem*, sine quo solatio, quæcunque sunt terrena solatia, magis in eis desolatio, quam consolatio reperitur.)

Aug. epist. 121. ad Prob. c. 2. tom. 2.

41 Vera igitur beatitudo, & beata vita, non in hac vita quærenda est: sed in futura. Dicit enim Augustinus: Quo vobis adhuc, & adhuc ambulare vias difficiles, & laboriosas? non est requies, vbi quæritis eã. Quærite quod quæritis, sed ibi non est, vbi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mortis: non est illic. Quomodo enim beata vita, vbi nec vita?)

Aug. lib. 4. confes. c. 12 tom. 1.

42 Postquam Apostolus narrauit, quæ in deserto acciderunt Iudæis ad terram promissionis iter agentibus, dum propter incredulitatem mortui sunt antequã ad terram repromissam peruenirent, iuxta illud Psalmistæ: *Ipsi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam*, sermonem ad nos conuertens, quibus non terrena; sed cęlestis patria promissa est, inquit: *Festinemus igitur intrare in illam requiem, ne in id ipsum quis incidat infidelitatis exẽplum.*) Quasi diceret: Attendite, & cauete, ne propter pigritiam vestram, vel incredulitatem inanis sit labor vester, & id ipsum vobis accidat ad cęlestem beatitudinem per bona opera tendentibus, quod Iudæis post multos labores itineris euenit in deserto: nam propter incredulitatem mortui sunt, ante quam ad terrã repromissionis peruenirent. Vnde Chrysostomus: Maxima (inquit) parte itineris perfecta cum ad ipsa limina peruenissent, cum ad ipsum portum intrarẽt, demersi sunt. Hoc etiam in vobis (inquit) timeo: hoc est, in id ipsum exemplum infidelitatis; quia & isti multa passi sunt: sicut & post paululum testificatur dicens: *Recordamini priorum dierum, in quibus illuminati magnum certamen passionum sustinuistis.* Nemo igitur pusillanimis sit, neque termino iam proximus animo desponso cadat. Sunt enim, sunt qui in principio cõ ingenti desiderio arripiunt aliquid; postea verò paululum quiddam, quod adhuc deest vniuerso, adijcere nolentes, totum amittunt. Sufficienter (inquit) ex parentibus nostris doceamur ne in similia incidamus, ne eadem patiamur, quæ illi passi sunt: hoc est, in id ipsum exemplum infidelitatis.)

Psal. 94. *Hebr. 4.* *Chrys. hom. 7. sup. epist. ad Hebr. col. 2. A, tom. 4.* *Hab. 10. F.*

43 Vt autem Apostolus exemplo suo nos ad festinandum impelleret, inquit: *Ego igitur sic curro; non quasi in incertum; sic pugno non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Vbi Chrysostomus: *Cursu* (inquit) *opus est, & cursu valido.* Qui currit, neminem occurrentem sibi videt, siue per prata, siue per aspera loca transeat. Qui currit non ad spectatores attendit; sed ad palmam; siue diuites sint, siue pauperes, siue detrahat quis, siue cadat, siue conuicietur, siue lapidet, siue

2. Cor. 9. *Chrys. hom. 7. sup. epist. ad Hebr. col. 4. H. l. 4*

Digitized by Google

ire, siue domum diripiat, siue filios videat aut vxorem, siue aliud quid, ad vnum tantum festinat currendo, hoc est, vt accipiat palmam. Qui currit nusquam consistit: nam si vel modicum negligat, totum amittit. Qui currit non solum nihil ante metam sustollit, sed tum potissimum cursum intendit.] Sic ergo nos currere debemus ad cęlestem patriam, sicut & illi de quibus Isaias: *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ; current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.*] Vbi (vt notauit Greg.) dum non dixit, accipient: sed mutabunt: aperte ostendit, quia alia est fortitudo, quæ deponitur; & alia, quæ nouiter inchoatur. Habent enim Sancti viri suam in hac carne positi fortitudinem, cùm vel pro fide certantes tormenta omnia constanti virtute despiciunt, vel tentationes diabolicas armis spiritualibus protecti repellunt. De eis namque per Salomonem scriptum est: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.*) Igitur mutare fortitudinem, idem est, quod fortitudinem veterem omnino relinquere, & nouam assumere: sicut ille dicitur mutare vestem, qui vna deposita induit aliam, iuxta illud Apostoli: *Exuentes vos veterem hominem, & induentes nouum, qui secundum Deum creatus est.* Cui consonat illud, quod in alio loco inquit: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra seruire iustitiæ in sanctificationem.*) Vbi expendenda est illa dictio, sicut, hoc est eadem fortitudine adminus, eadem propensione animi, eadem sollicitudine, & vi, qua iniquitati vt deseruirent, exhibuistis membra vestra; eadem in obsequium iustitiæ illa conuertite. Hoc enim non est difficile, non arduum, non impossibile, sed humanum: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ.* Humanum, idest facile. Dei gratia facilibile, quod ab imperfectis & incipientibus debet exhiberi. Nam spirituales viri, & perfecti non solum sicut, nec solum eadem: sed decies tanta fortitudine quærunt illum Propheta dicente: *Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, sic decies tantum conuertentes requiretis eum.*)

Isai. 40.

Greg. 19. 2. sup. 4. psal. pœnitentiæ lem.

Cant. 3.

Ephes. 4.

Roman. 6.

Baruc. 4.

44 Nec solum Apostolus suum nobis proponit exemplum, vt festinemus ingredi in requiem, & beatitudinem repromissam: sed etiam adducit exempla sanctorum, & antiquorum Patrum: Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones; & cætera, quæ ipse commemorat. Ait enim, Idcoquè & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera Dei sedet.) Vbi exempla antiquorum nubem testium appellat; quia (sicut dicit Chrysostomus) memoria illorum sanctorum, sicut nubes inflammans ex radio igneo, sic animam malis oppressam excitat, & recreat. Et non dixit, super nos apparentem: sed circumpositam nobis, quod amplius erat. Proinde in maiori nos fiducia

Hæb. 12.

Chryf. hom. 28. super epist. ad Hebr. col. 2. M.

Ingredients, 1
Inhalation, 1
Inhalers, 1
Injections, 1
Insecticides, 1
Insects, 1
Insomnia, 1
Intestinal Antiseptics, 1
Intestinal Astringents, 1
Intestinal Obstruction, 1
Intestinal Parasites, 1
Intestinal Sedatives, 1
Intestinal Stimulants, 1
Intestinal Tonics, 1
Intestines, 1
Intoxication, 1
Intravenous Injections, 1
Iodine, 1
Iodoform, 1
Ipecac, 1
Iron, 1
Irritants, 1
Itch, 1

ma delectatio boni,& guſtus Sapientiæ, licet exiguus, quibus interim benignus Dominus afflictam refrigerat animam? ſed guſtus ille nihil aliud eſt, quàm irritamentum deſiderij, & incentiuum amoris, ſicut ſcriptum eſt: *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitiẽt.* Propterea illico ſubinfertur: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*] Vnde Sanctus Chryſoſtomus, ſi vis conſolari, luge.] *Eccleſ. 24. Chryſ. hom. 15. in Cap. 5. Matt.*

10 *Beati qui eſuriunt*, &c. Eſurire, & ſitire, iuſtitiam (vt dicit Chryſoſtomus) eſt deſiderare iuſtitiam Dei: & ſiue faciant homines iuſtitiam Dei, ſiue audiant; non quaſi inuiti audiant, vel faciant iuſtitiam Dei, ſed ex deſiderio cordis, ex amore boni bonum operantes. Vnde Dominus per Ioannem non omnes ſimpliciter vocabat ad potum; ſed tantùmodo ſitientes, dicens: *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat.*] Cui conſonat illud Iſaiæ 65. *Omnes ſitientes venite ad aquas.*] Et illud Pſalmiſtæ: *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Et illud: *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.*] In terra enim ſitienti creſcit virtus, creſcit & virgultum illud, de quo Iſai. ait, *Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitiente.* Vnde Bernar. Qui eſurit, eſuriat amplius, & qui deſiderat, abundantius adhuc deſideret; quoniam quantũcumq; deſiderare potuerit, tantum eſt accepturus.) *5. Matt. 3. F. tom. 2 Chryſ. hom. 9. imperfecti in Matt. tom. 2. Ioan. 7. Iſai. 55. Pſal. 42. Pſal. 62. Iſaiæ 53. Ber. ſer. 1. omnium Sanct.*

11 *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt Iuſtitiam.* Conſidera cùm Sancto Chryſoſtomo quanta id ipſum exaggeratione cumulauerit. Non enim dicit, Beati qui iuſtitiam ſeruant: ſed beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, vt non vtiquè mediocriter: ſed cum omni illã cupiditate teneamus. Iuſtitiam vocat hic virtutem illam, quæ exaduerſo auaritiæ collocatur: quoniam ipſi ſaturabuntur.) *Chryſ. hom. 15. in Cap. 5. Matt. 10. 2.*

12 Et vt ſciamus, quod guſtus iuſtitiæ magis, ac magis eius ſitim accendit; ideo Pſalmiſta: *Fuerunt* (inquit) *lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus?*) Vbi lachrymas, cum ſint potabiles, non tamen potum, ſed panes eſſe dixit; vt innueret, ipſas lachrymas, quæ pro cæleſti patria fundũtur, non extinguere, ſed magis ac magis ſitim eius, & deſiderium accendere. Panes enim, cum manducantur, ſitim excitant, & accendunt. Vnde Auguſtinus: Non dixit factæ ſunt mihi lachrymæ meæ potus, ne ipſas deſideraſſe videretur, ſicut fontes aquarum; ſed ſeruata illa ſiti, qua rapior, ſeruata illa ſiti, qua inardeſco ad fontes aquarum, fontes mihi panes ſunt lacrymæ meæ dum differor, & vtique manducando lacrymas ſuas, ſine dubio plus ſitit ad fontes. Die quippè, ac nocte factæ ſunt mihi lacrymæ meæ panes.) In cuius ſignum Ioannis 6. cum Dominus quinque panibus hordeaceis, & duobus piſcibus ſatiaſſet quinque millia hominum in deſerto; non legitur ipſis miniſtraſſe potum, vt innueret conuiuium ſpirituale, quo in hac vita mortali electos ſuos Deus paſcit, tale eſſe, vt ſitim potius accendat, quam extinguat. Panes enim præſertim hordeacei, & piſces vehementer ſitim accendunt. Sed in patria cibus iſte verteturin potum, quo mens hominis, & eius appetitus ſatietur, *Pſal. 41. Aug. ſup. pſ. 41. to. 8. Ioan. 6.*

Psal. 16. iuxta illud: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Et Canticorũ. 5. *Comedite amici, & bibite, inebriamini charissimi.*] Vbi non dixit, & satiamini: sed *inebriamini charissimi*. Vt sciamus etiam ipsum cibum ibi esse potum, quo sitis extinguitur. Quod & latenter significauit Isaias cap. 25. iuxta translationem septuaginta interpretum. Nam vbi nos legimus: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuiũ vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ;*] illi transferunt: *Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super montem istum, bibent in lætitia, bibent vinum, vngentur vnguento in monte hoc.*] Ecce silentio prætereunt cibum, nec explicant qualis, & quàm pretiosus sit futurus: sed solum commemorant qualitatem potus, cum dicunt: *Bibent in lætitia, bibent vinum.* Vt scias, quod nihil in hoc sæculo satiat hominis appetitum: sed solum illud bonum, quod possidetur in patria, eius desiderium potest explere.

Cant. 5. Isai. 25.

13 Deijs ergo, qui bibendo esuriunt, & sitiunt iustitiam, dicitur Iob 39. *Et tabernacula eius in terra salsuginis.* Vbi Gregorius. [Salsugo accendere sitim solet, & quia Sancti viri quandiu in huius vitæ tabernaculo degunt ad supernam patriam desiderijs suis quotidianis æstibus accenduntur: in terra salsuginis tabernacula habere perhibentur. Incessanter quippè accenduntur, vt sitiant; sitiunt, vt satientur, sicut scriptum est: *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*)

Iob. 39. Greg. lib. 30. moral. cap. 12. circa finem.

14 Vnde idem Gregorius hanc inter delicias corporales, & spirituales differentiam constituit. Quod in illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat: in illis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delitiæ desiderium in mente, dum satiant; quia quantò magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod auidius ametur.] Propter quod Sanctus Bernardus: Quis in vobis (inquit) est fratres, qui satiari cupiat, & desiderium suum impleri? incipiat esurire iustitiam, & non poterit non satiari. Panes illos desideret, qui in domo Patris abundant, & inueniet, se continuo siliquas fastidire porcorum.)

Greg. hom. 36. in Euãgelium. Bern. serm. 22. in Varijs.

15 Consideranda vis ipsa verborum est (ait Hieronymus) quibus significatur, quod ita nobis desideranda est iustitia, vt in fame, vel siti cibus desideratur, ac potus. Sicut autem illi, qui lugent non solum propria: sed aliena debent deplorare peccata: ita qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, non solum propriam: sed & aliorum sitire debent salutem. *Vnicuique enim mandauit Dominus de proximo suo.* Imitari ergò debet homo exemplum Samaritani, qui curauit hominis vulnera, qui incidit in latrones, & curam illius egit, & alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum desuper. Hoc tamen quodam ordine faciendum est; ita nimirum, vt dum aliorum zelo succenditur, propriæ salutis non obliuiscatur. *Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Vnde Bernardus, Quidam (inquit) tam vehementer contra aliorum delicta zelantur, vt videri possent esurire, & sitire

Hie. epist. 1 ad Demetriadẽ virginem 10. 9 Eccles. 17. Luc. 9.

& ſitire iuſtitiã, ſi eſſet apud eos de ſuis quoque peccatis idẽ iudiciũ: ſed nunc pondus & pondus vtrumquè abominatio eſt apud Deum. Nam contra alios impudenter æſtuant, ſeipſos tam inſipienter, quam inuuliter palpant.] Hinc eſt quod Dominus eos acriter reprehendit, qui nimio zelo aliorum volunt delicta corrigere, cum tamen ipſi propria non conſiderent, ait enim: *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo. Ipſe in oculo tuo trabem non videns? hypocrita ejce primum trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui.*) *Bern. ſer. 4 aduentus.* Prou. 20. Luc. 6. & Matt. 7.

16 *Beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Multa de hac beatitudine dicentur infra verbo Miſericordia. Interim tamen vnum eſt aduertendum cum Chryſoſtomo, quod hic non pecuniarum ſolummodo erogatores deſignari miſericordes videntur: ſed id ipſum cum aliorum quoque mandatorum obſeruatione facientes.] Vnuſquiſque enim primam miſericordiam ſibi ipſi debet exhibere: iuxta illud: *Miſerere animæ tuæ placens Deo.*] Hæc autem miſericordia non ſolum pauperibus, pupillis, aut viduis exhibenda eſt, talis enim miſericordia (vt Chryſoſtomus ait) & apud illos inuenitur frequenter, qui non agnoſcunt Deum. Ille autem miſericors eſt, qui & inimico proprio miſeretur, & bene facit ei, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui vos oderunt.* Et *Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.*) *Chryſ. hom. 15. ſuper c. 5. Matt. tom. 2. Eccleſ. 3. Chryſ. hom. 9. imperfe. in Matt. Matt. 5.*

17 *Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*] Vt docet Chryſoſt. Videtur quidem æqualis eſſe retributio: ſed eſt tamen longè ipſa virtute præſtantior. Par autem non eſt humana miſeratio, atque diuina: ſed quantum benecuolentiæ, malitiæquè diſcrimen eſt, tantum ab illa illa diſcernitur.] Hæc Chryſoſtomus. Cui conſonat illud Pſalmi 50. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Magnam appellat Dei miſericordiam, quoniam magna erat orantis miſeria. Et in alio loco ait: *Magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua.* Et iterum: *Miſericordia tua magna eſt ſuper me.* Vnde Apoſtolus ad Epheſios 2. *Deus* (inquit) *qui dives eſt in miſericordia*, &c. Hominis autem miſericordia, quam exercet in pauperes parua eſt; quoniam paruæ ſunt miſeriæ, quas ſubleuare poteſt. Oſeæ 6. ſcriptum eſt: *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.* Sic enim miſericordia hominis citò pertranſit: *Miſericordia autem Dei*, ſicut ait Pſalmiſta, *Ab æterno vſque in æternum ſuper timentes eum.*) *Chryſ. hom. 15. ſup c. 5. Matt. 10. 2. Pſal. 50. Pſal. 56. Pſal. 85. Epheſ. 2. Oſeæ 6. Pſal. 102.*

18 *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* Hanc beatitudinem reſpexit Pſalmiſta, cum dixit, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Dñi.* Vbi Aug. Ab exordio ſuo magnus pſalmus iſte chariſſimi exhortatur nos, vt quæramus beatitudinem, quã nemo eſt qui nõ expectat. Quis .n. vnquã vel poteſt, vel potuit, vel poterit inueniri, qui eſſe nolit beatus, &c. omnes quidẽ beatitudinẽ concupiſcũt: ſed quomodo ad eã peruenitur, plurimi neſciunt. Ideoq; hoc docet iſte qui dicit: *Pſal. 118. Aug. ſuper eund. pſal. conc. 1. in princ. 10. 8.*

Beati

24 *Quoniam filij Dei vocabuntur*. Hoc præmium nulli alteri eſt beatitudini repromiſſum: ſed ſolum huic, & meritò quidem. Nam vnigeniti filij Dei hoc præcipuum opus fuit, diſtantia copulare, conciliare pugnantia. Vnde Bernardus: (Meritò filij nomine vocabuntur, qui filij opus impleuerint; ipſe enim eſt, per quem reconciliati pacem habemus ad Deum. Ipſe, qui pacificauit per ſanguinem ſuum, quæ in cœlis ſunt, & quæ ſuper terram, mediator Dei & hominum Dominus Chriſtus Ieſus.) *Bernardus ſerm. 1. omnib. Sanctorum.*

25 *Beati qui perſecutionem patiuntur propter Iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*. Hæc beatitudo (ait Bernardus) Martyrum eſt prærogatiua, &c. Verumtamen quid ſibi vult, quòd eadem promiſſio facta eſt pauperibus, & Maryribus, niſi quia verè martyrij genus voluntaria paupertas eſt? &c. Deniquè propterea pauperibus pariter, & martyribus regnum cælorum promittitur: quia paupertate quidem emitur: ſed in paſſione pro Chriſto abſque vlla dilatione percipitur.) *Bern. loco proximè ab legato.*

26 Appoſuit autem cauſſam, propter quam patiuntur perſecutionem, ſcilicet propter iuſtitiam. Non enim beati cenſendi ſunt, qui perſecutionem vtcumque patiuntur, vel quacumque ex cauſſa: ſed qui propter iuſtitiam patiuntur. Nam (vt ait Auguſtinus) Martyrem non facit pœna: ſed cauſſa. Vnde Chriſtus dominus loquens per Prophetam de cauſſa paſſionis ſuæ, ait: *Iudica me Deus, & diſcerne cauſſam meam de gente non ſancta.*) Vbi (vt notauit Auguſtinus) non dicit diſcerne pœnam meam: ſed diſcerne cauſſam meam, illam videlicet, pro qua patior. Non enim diſcernebatur in pœna à latronibus, inter quos medius fuit crucifixus: nam (vt ait Iſaias) *Et cum iniquis reputatus eſt*: ſed diſcernebatur in cauſſa. Diſcernit illum vnus ex latronibus dicens ad alterum: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus; hic verò nihil mali geſſit.* Ecce non diſcernit pœnam Innocentis, ſed in eadem damnatione eſſe ait cum latrone; ſed diſcernit cauſſam: *Hic verò* (inquiens) *nihil mali geſſit*, cum nos digna factis recipiamus.] Hinc eſt illa vox ſæpius repetita Præſidis: *Ego nullam inuenio in eo cauſſam.* Quomodo enim cauſſam mortis inueniret in vita, aut peccatum in eo, qui venit peccata mundi delere? Vnde eandem cauſſam repetit in ſequentibus cum ait, *Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me.*) Propter me (inquit) vt cauſſam perſecutionis innueret, ſcilicet propter Chriſtum, quæ facit martyrem, & beatum. Neque enim ait: Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, &c. ſed beati eſtis; nam pati pro Chriſto pro ſumma gloria reputari, & beatitudine debet. Vnde in Euangelio perſecutiones pati pro Chriſto inter præmia repromiſſa relinquentibus omnia propter Chriſtum computatur. Dicitur enim Marci 10. *Amen dico vobis, nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium: qui non accipiat centies tantum; nunc in tempore hoc, domos, & fratres,* *Auguſt.* *Pſal. 42.* *Aug. ſuper eundem pſ.* *Iſai. 53.* *Luc. 23.* *Ioan. 18.* *Marc. 10.*

Digitized by Google

& docere. Vnde vt notauit Chryſoſtomus: Vt doceret oſto beatitudines, aperuit dominus os ſuum, vt proculdubio diſceres, quod non cum loqueretur modo, verum etiam cum taceret, docebat. Nunc quidem os aperiens, nunc vero ipſis operibus vocem emittens: *Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. *Chryſ. ſu. 15. ſuper Matt. 10. 5.*

DE BLASPHEMIA CAP. XVI.

VT narrat Gregorius, quidam puer annorum quinque in Vrbe Romæ, mox vt eius animo aliquid obſtitiſſet, Maieſtatem Dei blaſphemare conſueuerat, qui mortalitate percuſſus venit ad mortem: cumque eum ſuus parer in ſinu teneret, malignos ad ſe veniſſe ſpiritus tumentibus oculis puer aſpiciens cæpit clamare, obſta pater, obſta pater: Interrogante patre, quid videret, puer adiunxit, maligni homines venerunt, qui me tollere volunt, & cum hoc dixiſſet, Maieſtatem Domini protinus blaſphemauit, & animam reddidit.] Hoc iudicio oſtendit Dominus, quam ſit deteſtabile vitiũ aſphemiæ. *Greg. lib. 4. dial. c. 18.*

2 Vnde Chryſoſtomus omnes admonet, vt in ciuitate blaſphemantes increpent, & faciem alapa percutiant. Et percuſſione (inquit) manum tuam ſanctifica. Et ſi vlli accuſauerint, & ſi in carcerem traxerint, ſequere: & ſi pœnas iudex pro tribunali repoposcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Dominum blaſphemauit. Si Regem terræ blaſphemantes puniri oportet, multo magis illum contumelia afficientes.) *Chryſoſt. hom. 1. ad Populum tom. 5.*

3 Timeant ergo Blaſphemi, & caueant, nè illorum peccatum ſimile fiat blaſphemijs eorum, de quibus Redemptor noſter Matth. 12. *Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Eſt autem magna concertatio inter Patres, & Scholaſticos Doctores, quid hoc in loco nomine blaſphemiæ in Spiritum ſanctum intelligatur? & quare peccatum hoc non remittatur in hoc ſæculo, neque in futuro? Sanctus Auguſtinus ſermone 11. de verbis Domini cenſet blaſphemiam in Spiritum ſanctum eſſe peccatum finalis impœnitentiæ, quo vſque ad mortem reſiſtitur remiſſioni peccatorum, quæ fit in hac vita per gratiam Spiritus ſancti, iuxta illud Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Hoc enim peccatum eſt irremiſibile. Eandem explicationem proſequitur libro de Correctione, & Gratia cap. 12. Et Epiſtol. 50. ad Bonifacium, atque, in Enchiridio ad Laurentium capite 83. Sanctus Ambroſius *Matth. 12. Auguſt. Ioan. 20. Idem. Ambroſ.*

Digitized by Google

tales quasi miraculosè spiritualiter sanantur. ¶ Eadem est explicatio Lyrani, Caietani, cui etiam fauet S. Chrysostomus, & Beda. Potest etiam dici, Christum Dominum loqui specialiter de peccato in Spiritum sanctum, quod Iudæi commiserunt impugnantes doctrinam, & miracula Christi, atque dicentes: in Beelzebub Principe Dæmoniorum eijcit dæmonia, & similia. Præuidebat enim, illos ita esse obduratos, & obstirmatos in malo, vt nunquam essent acturi veram pœnitentiam. Vnde, & Ioannis 8. dicebat illis, *In peccato vestro moriemini*. De hoc verbo alia plura dicenda sunt infra cap. de Iuramento. *Lyranus. Caietanus. Chrysost. Beda. Ioan. 8.*

DE BONIS TEMPORALIBVS, ET SPIRITVALIBVS
Caput XVII.

VT ostenderet Deus, temporalia & terrena bona tanquam inania & vacua esse contemnenda, & amanda cœlestia & spiritualia, quæ sunt bona perfecta, ideo à principio creauit terram inanem, & vacuam, & obscuram. *Terra autem erat inanis, & vacua: & tenebræ erant super faciem abissi.* Cœlos autem creauit perfectos, & claros. Vnde Chrysostomus: Deformem terram creauit, quoniam ipsa est nutrix & mater nostra, & ex ea facti sumus, ac educamur; ipsa què nostra patria est, & commune sepulcrum (reditus enim noster ad eam est) & varijs per eam bonis fruimur. Ideo, ne homines ob vsus necessitatem, plusquàm dignum est, eam venerentur, ostendit primum rudem, & absquè forma, & inexpolitam, vt ne beneficia terræ telluris naturæ imputes: sed ei tribuas, qui illam ex nihilo, vt esset, creauit. Propter hoc ait: terra autem erat inuisibilis, & inculta.) *Gen. 1. Chrys. hom. 2. super Gen. col. 4. B. 1.*

2 Vnde facies hominis erecta est, vt cœlestia conspiceret, aliorum vero animalium demissa in terram; quia terrenis duntaxat delectantur, & viuunt, quod his verbis notauit Augustinus: Ad intuendum cœlũ figura humani corporis erecta est: valet aliquid etiam vt corpus ipsũ ad similitudinem Dei factum credatur, vt quemadmodum à patre illa similitudo non auertitur, ita corpus humanum à cœlo non sit auersum, sicut aliorum corpora animalium auersa sunt, quia prona in alium prosternuntur.] Quod etiam his verbis magis explicat Chrysostomus: Cur enim Deus omnibus brutis dedit oculos humum spectantes, tibi autem in arce capitis imposuit, nisi vt intelligeres, nihil illis cum cœlo commune; tibi vero à Deo, & à natura datam legem, qua superna potissimum contempleris? Cur item tibi corpus rectum fecit, illis vero demissum deorsumque vergens? An non eadem causa est, vt scires, nihil tibi cum terra commune, neque te præsentibus addictum esse debere?] Horum ergo, qui terrena quærunt, & terrena sapiunt, typum gerebat (vt Gregorius explicat) mulier illa, quæ habebat spiritum *Aug. lib. vnico de Gen. ad literam c. 16 post medium. H. tom. 3. Chrys. ser. 2. de Prouiden. to. 5 Luc. 13. Greg. hom. 31. in Euãgeli.*

Digitized by Google

ſe, ſi vbi faciamus hic tria tabernacula, &c. Sed quid dicit dimidia pars tribus Manaſſæ, ille videlicet populus, qui ciuitatis Babylonis nõ recordat? *ſi oblitus fuero tui Hieruſalẽ, obliuiſcatur mei dextera mea, adhæreat* Pſal. 136. *lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui: ſi non propoſuero tui Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.* Qui hæc dicunt opere adimplent illud Iſaiæ 33. *Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam* Iſai. 33. *transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus Deus noſter: locus fluuiorum, riui lætiſſimi & patentes.*

5 Antiquis patribus in veteri lege bona terræ promiſſa erant Iſaiæ 1. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* In lege autem Iſai. 1. Euangelica non bona terrena, ſed cœleſtia fidelibus in præmium ſuorum laborum promittuntur Matt. 5. *Beati pauperes ſpiritu; quoniam* Matt. 5. *ipſorum eſt regnum cœlorum.* Et infra, *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Et tamen illi oblita promiſſione terrena ad cœleſtia bona toto pectore inhiabant; nos autem, quibus æterna repromiſſa ſunt, terrena diligimus & inquirimus. Vnde cum repromiſſam lacte, & melle manantem terram Chanaan plurimi patres acceperint, de omnibus nihilominus Paulus ait: *Iuxta fidem defuncti* Hebr. 11. *ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus: ſed à longe eas aſpicientes, & ſalutantes & cõfitentes quia peregrini, et hoſpites ſunt ſuper terram.* Et infra: *Et hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperũt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.*] Audi, quid de Abrahain dicat Chryſoſtomus: Promiſerat ei Deus corporalia, & ipſe ſpiritualia quærebat: *Egredere* (inquit) *de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monſtrauero tibi.* Corporalis erat terra prior, ſed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? imò non illum: ſed Paulum audiamus de illo dicentem. Nam licet hanc promiſerat Deus; relictis tamen præſentibus feſtinabat ad futura. Quid igitur Paulus dicit? *Iuxta fidem mortui ſunt hi omnes, cum non accepiſſent promiſſiones: ſed procul eas vidiſſent.* Quid dicis? non obtinuit Abraham promiſſiones? non venit in Paleſtinam? non hanc autem ſpectauit: ſed aliam quæ in cœlis eſt, deſiderauit. Cuius rei & Paulus teſtis, cum adijcit: *Et confeſſi ſunt ſe hoſpites, et peregrinos in terra.* Hoſpes ne eſt, qui tantam accepit patriam, & tantam regionem? dic obſecro. Non enim hanc, ſed cœlum ſpectauit: *Nam qui hæc dicunt* (inquit) *declarant, quòd aliam inquirant patriam*, cuius artifex, & opifex eſt Deus. Illam (inquam) Hieruſalem cœleſtem, & quæ ſupra eſt. Vidiſti quomodo promiſerit illi Deus corporalem, & ipſe quæſierit ſupernam Hieruſalem? itaque corporalis eſt promiſſio, ſpirituale autem iuſti deſiderium. At nos planè diuerſa facimus. Deus illi promiſerat Paleſtinam, ſed ille ſpectabat cœlum. Nobis promiſſum eſt cœlum, & ad terram tendimus.] Hæc Sanctus Chryſoſtomus.

6 Exodi 12. ſic comedebant Iudæi Paſcha. Erant accincti, & baculi Exod. 12.

Iudæa. Et illud: *Bonum mihi lex oris tui super millia auri, & argenti.* Et illud: *Desiderabilius super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Et illud: *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri primi, & purissimi fructus eius: pretiosior est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Et illud: *Optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, et præposui illam regnis, et sedibus: et diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.*] Prima S. August. explicatio non est omnino contemnenda, & confirmari potest ex illo Marci decimo: Vbi qui dimittunt omnia, & sequuntur Christum, *Accipiunt nunc in tempore hoc centies tantum.* Vnde Apostolus ait: *Quasi nihil habentes, et omnia possidentes.* Omnia enim, quæ in hoc mundo sunt, principaliter ad bonum electorum ordinantur, iuxta illud Apostoli: *Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Et in lege scriptum est: *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.* Calcant autem iusti, & pro nihilo habent omnia temporalia, & ideo magis deseruiunt illis, quam diuitibus huius sæculi. Illi enim, vt supra dictum est, non possident diuitias: sed à diuitijs possidentur, quibus inseruiunt: propter quod & viri diuinarum dicuntur.

Tim. 1:8. Psal. 118. Prou. 3. Sap. 7. Iob 28. Mat. 10. 2. Cor. 6. 1. Cor. 3. Deuter. 11. Verbo Auaritia.

10 Quàm sint contemnenda bona temporalia, & pro nihilo habenda ostendit scriptura in S. Iob. Nam (sicut dicit August.) amisit ille omnes diuitias, & factus repente pauperrimus, tam inconcussum animum tenuit, & intactum Deo, vt satis demonstraret non illas sibi fuisse magnas: sed se illis: sibi autem Deum. Quo animo si esse possent nostri temporis homines, non magnoperè in nouo testamento ab istarum possessione prohiberemur, vt perfecti esse possemus. Multo enim mirabilius est non inhærere istis, quamuis possideas, quàm omnino eas non possidere.]

Iob. 1. Aug. lib. de morib. Eccl. c. 23. tom. 1.

11 Vti debemus velut vehiculis hoc mũdo & omnibus bonis temporalibus, tãquam Peregrini & viatores, vt perueniamus ad patriam. Vnde Sanctus Augustinus, [Si amœnitates itineris & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conuersi ad fruẽdum, quibus vti debemus, nollemus cito viam finire, & peruersa suauitate implicati alienaremur à patria, cuius suauitas faceret beatos. Sic in huius mortalitatis vita peregrinantes à Domino, si redire in patriam volumus, vbi beati esse possumus, vtendum est hoc mundo, non fruendum, vt inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciantur: hoc est, vt de corporalibus temporalibusq. rebus æterna & spiritualia capiamus. Res igitur, quibus fruendum est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus est, eademq; Trinitas vna quædam summa res cõmunisq; omnibus fruentibus ea. Imò (sicut dicit Apost.) *Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur:* & rationem assignans subdit: *Præterit enim figura huius mundi.*

Aug. lib. 1 de Doctrina Christiana cap. 4. tom. 3. 1. Cor. 7.

14 Hinc eſt, quod diuitiæ, & alia bona temporalia fluminis aquis fluentibus comparantur Pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.*] Vbi Chryſoſtomus: Admirare vocem. Fluxa eſt diuitiarum natura, torrenti citius præterlabitur habentes, alios alio modo aptas mutare dominos; quemadmodum fluuius, qui ab alto fertur, appropinquat quidem hactenus ripæ; ſimul verò vt contingit, ſtatim ſecedit: ſic etiam diuitiarum promptitudo celerrimum, ac lubricum habet acceſſum, alios ex alijs permutare ſolens, hodie huius eſt ager, cras alterius.) *Pſal. 61. Chryſoſt. ſup. eund. pſal. 10. 1.*

15 In his fluminibus electi non ſedent. Sunt enim flumina Babylonis, quæ citò tranſeunt, in quorum aquis, qui terrena diligunt, ſuffocantur. Ideo piæ deſiderio patriæ cœleſtis ſuper hæc flumina ſe erigunt, & dicunt: *ſuper flumina Babylonis ibi ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Vbi Auguſtinus: Iuſti ſunt ſuper flumina Babylonis. Hæc autem ſunt omnia, quæ hic amantur, & tranſeunt. Flumina Babylonis ſunt officia omnia, potentatus, ſæculi dignitates, in quas non ſe mittunt iuſti, ſed ſedent ſuper flumina Babylonis, & flent vel alienam miſeriam, vel ſe ipſos, qui in Babylonia capti eſſe meruerint. Ibi flebant, dum recordarentur Ciuitatis Sion. O Sancta Sion, vbi nihil fluit, ſed omnia ſtant. Ne ergo mergamur in fluminibus Babylonis, ſed flentes ſedeamus.] *Pſal. 136. Auguſt. ſup. eund. pſal. 136. tom. 9.*

16 Nimio deſiderio inquirentes bona temporalia, quæ cito euaneſcunt, dicuntur ſemitas maris perambulare, Pſal. 8. *Volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.* Vbi Auguſtinus: Intuere etiam piſces maris, hoc eſt curioſos, qui perambulant ſemitas maris, ideſt inquirunt in profundo huius ſæculi temporalia, quæ tanquam ſemitæ in mari tàm citò euaneſcunt, & intereunt, quàm rurſus aqua confunditur, poſt quam tranſeuntibus locum dederit vel nauibus, vel quibuſcunque ambulantibus, aut natantibus. Non enim tantum, ambulant ſemitas maris, ſed perambulant, dixit, oſtendens pertinaciſſimũ ſtudium inania, & præterfluentia requirentium.) *Pſal. 8. Aug. ſup. eund. pſal. 81. tom. 8.*

17 Cum ergò bona omnia temporalia in ſe ipſis vana ſint, & fluida, & fugiant velunt vmbra, in Deo autem vita ſint, iuxta illud Ioan. 1. *Quod factum eſt in ipſo, vita erat*: ideo non in ſe ipſis, aut propter ſe amanda ſunt; ſed in Deo, & propter Deum. Vnde Auguſtinus: Si placent corpora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retorque amorem, ne in his, quæ tibi placent, ei diſpliceas. Si placent animæ, in Deo amentur, quia & ipſæ mutabiles ſunt, & in illo ſine fine ſtabiliuntur; alioquin irent, & perirent. In illo ergò amentur, & rape ad eum tecum quas potes, & dic eis: Hunc amemus, hunc amemus, ipſe fecit hæc, & non eſt longè. Non enim fecit, atque abijt: ſed ex illo, in illo ſunt.) *Ioan. 1. Aug. lib. 4. Confeſ. c. 12. tom. 1.*

18 Bona temporalia pro ſpiritualibus exponenda ſunt. Ideo Chriſtus Dominus Matt. 5. *Si quis te percuſſerit* (inquit) *in dextera maxilla, præbe ei ſiniſtram.* Non enim ait, Si quis te percuſſerit in ſiniſtra maxilla, *Matt. 5.*

Digitized by Google

Verumtamen animam (inquit) *eius ferua*, & cætera.] Ideo Christus etiam dextrum sibi propter me passus est latus fodi, quod videlicet non nisi de dextera mihi propinare vellet, non nisi in dextera locum parare refugij. Vtinam ego talis merear esse columba, quæ in foramine petræ habitet, & in foramine lateris dextri, & cætera. In sinistro autem latere positum esse dicitur cor hominis, quod affectio eius prona sit semper, & procliuis in terram. Nec sane ignorabat hoc, qui miserabiliter ingemiscens, *Adhæsit* (inquit) *pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum.*] Hæc Sanctus Bernardus. *Ber. eodem ser. 7. col. vltima.* *Psal. 118.*

20 Bona temporalia nunquam sine labore, & fatigatione acquiruntur. Ideo Sanctus Iob diuitias dicit esse sub sentibus. Ait enim: *Et esse sub sentibus diuitias computabant.* [Amant enim (vt inquit Sanctus Gregorius) peruersi homines pro huius mundi gloria etiam tribulationes, cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborum iugo deuotissimè colla submittunt. Quod benè sub Ephraim specie Osea prophetante describitur, qui ait: *Ephraim vitula docta diligere triturare.* Vitula enim trituræ laboribus assueta, relaxata plerumque ad eundem laboris vsum, etiam non compulsa, reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi seruitijs dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta, etiam si sibi liberè vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat: & vsu miseræ conuersationis trituram laboris quærit, vt à iugo mundanæ seruitutis, cessare non libeat; etiam si liceat.] Sed tandem aliquando inutilem pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, dicent: *Iob. 30.* *Greg. 20. moral 16.* *Osee 10.* *Sap. 5.* *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.*

21 Spretis terrenis, quæ sunt futura, quæ speramus, desideranda sunt, & petenda; id quod declaratur illis verbis Lucæ 7. *Aut si petierit ouum, numquid porriget ei scorpionem?* Vbi spes in quo designatur (vt ait Augustinus) quia vita pulli nondum est: sed futura est, nec iam videtur; sed adhuc speratur. Spes enim, quæ videtur, non est spes, cui contrarius est scorpius. Nam qui sperat æternam vitam, quæ retrorsum sunt obliuiscitur, & in anteriora se extendit: cui noxium est retro respicere. Scorpius autem ex ea parte cauendus est, quia venenatam, & aculeatam caudam retrorsum habet: sic bona temporalia, tanquam scorpio in fine vitæ venenum effundunt. *Luca 11.* *Aug. epist. 121. ad Probam c. 8. C. 30. 2.*

8 Qui ergo propter Deum carnem spiritui subijciunt, & eam acriter domant, Dei efficiuntur amici, & ab eo nimis honorantur Prophetæ attestante: *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus*. Et (sicut Gregorius explicat hom. 27. super Euang. circa med.) causas tanti honoris insinuans illicò adiunxit, *Nimis confortatus est principatus eorum*, quo nimirum carni principantur eam domantes; quasi diceret: Ecce electi Dei carnem domant, spiritum roborant, dæmonibus imperant, virtutibus coruscant, præsentia despiciunt, æternam patriam cum voce & moribus prædicant, eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta pertingunt.)

Psal. 138. Gregorius.

9 Deliciæ carnis comparantur vino: spiritus autem deliciæ comparantur lacti Cant. 1. vbi ait Sponsa, *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora*

Cant. 1.

Digitized by Google

Ber. ser. 9. in Cantic. col. vlt. B. *meliora sunt vbera eius vino fragrantia vnguentis optimis*. Vbi Bernard: Et pulcrè vino comparant carnalem affectum. Vt enim vua semel expressa non habet iam, quod denuo fundat; sed perpetua ariditate damnatur: sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectatione siccatur, nec vltra reuiriscit ad libidines. Vnde Propheta: *Omnis caro fœnum & omnis gloria eius, tanquam flos fœni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos* Et Apostolus: *Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem*. Et rursum: *Esca ventri, & venter escis. Deus autem & hunc, & has destruet*. Vide autem ne non carni tantum, sed & mundo fortè competat ista proportio. Si quidem & ipse transit, & concupiscentia eius. Et cum omnia, quæ in mundo sunt, finem habeant; finis eorum non erit finis. Verum vbera non sic. Hæc enim cum exhausta fuerint, rursum dè fonte materni pectoris sumunt quod propinent fugentibus. Meritò proinde meliora carnis fœculiuè amore afferuntur vbera sponsæ, quæ nullo vnquam lactentium numero arescunt, sed séper abundant dè visceribus charitatis, vt iterum fluant.] Vnde Augustinus loqnens cum anima, quæ delitijs spiritualibus delectatur: fuge (inquit) apicula, fuge & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem, immergere & replere; quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo, & inhare, sume, fruere si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit.] Vinum autem gustatur dum bibitur; sed dulcedo illius nullatenus perseuerat: *Ne intuearis vinum* (ait sapiens) *quando flaui scit, cum splenduerit in vitro color eius: ingredietur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet*.] Quia nimirum necesse erit, vt de fœcibus bibant, qui semel ingredientem blandè potum gustauerit: iuxta quod scriptum est: *Hunc humiliat, & hunc exaltat; quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.*)

Isa. 40. Gal. 6. 1. Cor. 6. Psal. 74. Ber. ser. 35 in Cant. in prin. & circa finem

10 Infœlix anima, quæ postquam semel suauitatem spiritus gustauit, reuertitur ad delicias carnis. Huic enim dicit Sponsus: *si ignoras te, egredere, & abi post greges sodalium tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Quem locum mirificè ad nostrum propè situm expēdit Bernardus, sed eius verba iam adduximus supra verbo Appetitus num. 8.

Cant. 1. Aug. lib. de substantia dilectionis cap. 3. item. 4.

11 Iusti humilitate spiritus tacti in nulla voluptate obediunt carni, sed mortui mundo vitiorum apertus in cinerem redigunt. Dicitur enim Iob 34. *Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur*. Vbi Gregorius: [Simul omnis caro deficiet, quando iam nullis suis motibus seruiet; quia præsidens spiritus cuncta eius fluxa restringit, & quodam districtionis suæ gladio omne, quod in illa male viuebat, interficit. Hoc nimirum disciplinæ gladio semetipsum Ieremias interfecerat, cum dicebat: *Post quam conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum*. Quid enim fœmore, nisi voluptas carnis accipitur? & quid est quod ait: *Post quam ostendisti mihi, percussi femur meum*, nisi quod postquam superna spiritualiter vidi-

Iob 34. Gregor. 24 moral. c. 12 Ier. 31.

omne

omne quod in se inferius carnaliter viuebat, extinxit? Sic homo in cinerem reuertitur, sicut Dauid Psal. 102. *Recordatus est, quia puluis sumus.* Et Abraham Genes. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, et cinis.* Et Psalmo 103. *Auferes spiritum eorum* (id est superbiam) *et deficient, et in puluerē suum reuertentur.*] Hæc Gregorius. Cui consonat illud Psalmi 145. *Exibit spiritus eius, et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Psal. 102. Gen. 18. Psal. 103. Psal. 145.

12 Duplex homo consideratur ab Apostolo; exterior videlicet, & interior. Vt reformetur homo interior, deficere debet in suis carnalibus affectibus, & corrumpi homo exterior. Ait enim Apostolus: *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem.* Vnde Sanctus Augustinus lib. de vera Religione capite 41. tomo primo: [Corrumpitur autem homo exterior aut profectu interioris, aut defectu suo: sed profectu interioris ita corrumpitur, vt totus in melius reformetur, & restituatur in integrum in nouissima tuba, vt iam non corrumpatur, neque corrumpat: defectu autem suo in pulchritudines corruptibiliores, id est pœnarum ordinem præcipitatur. Nec miremur, quod adhuc pulchritudines nomino. Nihil enim est ordinatum, quod non sit pulchrum, & (sicut ait Apostolus) omnis ordo à Deo est.] Cui consonat illud Pauli Apostoli: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, i. est fornicationem, immunditiam, iram, rixam,* & cætera quæ sequuntur. Et illud: *Curam carnis ne feceritis in concupiscentiis vestris.* 2. Cor. 4. Aug. to. 10. Col. 3. Roman. 13.

13 Sicut serpens olim Adam non tentauit, neque ad peccandum induxit, nisi per Heuam, nec delecit virum, nisi per mulierem: ita & nunc diabolus rationem non tentat, neque animam tangit, nisi per carnem? Sicut enim vir rationem, ita & mulier carnem præsignat. Vnde Apostolus, *Datus est mihi* (inquit) *stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet.* Non ait, stimulus animæ; sed stimulus carnis. Nam Angelus Sathanæ potestatem super carnem habet, non super animam. Quod his verbis docet Sanctus Augustinus lib. de salutaribus documentis capite 64. F. tomo quarto: [Caro est, quæ recipit diabolum, & carnem diabolus habet in potestate, non animam; idcò dicit Apostolus: *Datus est mihi stimulus carnis meæ.* Non dicit Animæ: sed carnis meæ, Angelus Sathanæ. Denique in carne Iob tentatus est à diabolo, dicente Domino: *Et data est ei potestas à Domino in facultate eius.* Et iterum: *Dabo tibi illum in potestate præter animam eius. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc autem sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis.* Caro est inimica bestia, quæ grauat animam dicente Apostolo: *Qui in carne sunt, placere Deo non possunt.* Iterum ipsa veritas de se ipsa dicit, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Caro enim nostra in malitia semper vult potens esse, in abstinentia autem, id est in ieiunijs & in vigilijs, & orationibus, ac bonis operibus infirmam se esse fingit.] 2. Cor. 12. Aug. to. 4. Iob. 1. & 2. Galat. 5. Rom. 8.

14 Hæc

13. Manifestum autem quia Deus non est causa vitæ tantùm, sed vita tantùm. Si enim vita est causa vitæ, & vivificans vivificationis, & vivificatio vivificationis, & vivificans vivificationis, & vivificatio vivificationis, & vivificans vivificationis, & vivificatio vivificationis

cat istum locum Augustinus lib. de salutaribus documentis cap. 4. in fin. Hi sunt aduersarij de quibus ad Galatas 5. *Dico autem. in Christo spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritum autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis.* *Aug. to 4. Galat. 5.*

18 Potest etiam cum eodem Augustino per aduersarium sermo Dei intelligi, qui in omnibus carnis desiderijs nobis aduersatur. Ait enim: [Si peccas, aduersarius tuus sermo Dei est. Verbi caussa. Delectat te inebriari; dicit tibi: Noli. In quibuscunque peccatis volueris facere voluntatem tuam; dicit tibi: noli. Aduersarius est voluntatis tuæ; o quam bonus, & quam vtilis aduersarius. Non quærit nostram voluntatem: sed vtilitatem. Aduersarius est nobis, quandiu sumus & ipsi nobis. Quandiu tu tibi inimicus es, inimicum habes sermonem Dei. Esto tibi amicus, & concordas cum illo. Non homicidium feceris, audi, & concordasti. Non furtum feceris, audi, & concordasti.) In via (inquit) via præsens vita est; nam in patria nullus erit aduersarius, neque caro concupiscet aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem: sed perpetua & indissolubili pace fruentur. *Aug. ser. de verb. Domini in Matt. 10.*

19 Aduersario suo in via consentiebat, qui dixit: *Cor meum, et caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Et iterum: *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea*, hoc est multis modis non solum anima: sed etiam caro spiritui consentiens deseruit tibi in orationibus, in lacrymis, in ieiunijs multis, in operibus misericordiæ, &c. vt iam caro non concupiscat aduersus spiritum: sed ei subiecta ad omnia opera pietatis, tanquàm fidelis amica ei deseruiat. Vnde Ambrosius: (Quid dubitas (inquit) carnem ieiunijs macerare? nonne concupiscit aduersus spiritum? nonne ipsa inimica est animæ? At si illam per abstinentiam macerabis, ex inimica amicam facies, & quæ plurimum prosit, & iuuet.) *Psal. 62. Ambros. lib. 2. de virginit.*

20 Hanc concordiam carnis cum spiritu petimus à Deo in oratione Dominica, cùm dicimus: *Fiat voluntas tua sicut in cælo, et in terra*; quibus verbis inter alias explicationes hâc velut fidei, & spei nostræ cõuenientissimam adhibet Augustinus, E vt hic cælum, & terram accipiamus, spiritum & carnem. Et quod dicit Apostolus: *Mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati*, videamus factam voluntatem Dei in mente, id est in spiritu. *Cum autem absorpta fuerit mors in victoria, et mortale hoc induerit immortalitatem*; quod fiet carnis resurrectione, atque illa immutatione, quæ promittitur iustis secundum eiusdem Apostoli prædicationem, *Fiat voluntas Dei, sicut in cælo & in terra*, id est, vt quemadmodum spiritus non resistit Deo, sequens & faciens voluntatem eius: ita & corpus non resistat spiritui, vel animæ, quæ nunc corporis infirmitate vexatur, & in carnalem consuetudinem prona est, quod erit summæ pacis in vita æterna.) Lex est ab Apostolo statuta, quod qui est particeps laboris, fit & coronæ. Ait enim: *Fidelis sermo, nam si commortui sumus, et conuiuemus; si sustinebimus, et conregnabimus.* Et iterum ait, *Si autem filij et hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem* *Matt. 6. Aug. lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 11. C. to. 4. Rom. 7. 1. Cor. 15. 2. Timot 2. Rom. 8.*

1 Cor. 15. 1 Thess. 4. Ioan. 11. Matth. 27. Act. 2. Rom. 8. Psalm. 15. Act. 13. Psalm. 16. Act. 2. Rom. 6. Rom. 8. Rom. 8. Rom. 8

dixit Dominus Iudæis: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis implere.* Sed Apostolus ait: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Vbi non dicit, non sit peccatum, nam (vt Sanctus Ioannes ait) *si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*: Sed, *non regnet* (inquit) tanquàm dominus, tanquam Rex spiritum sibi subiiciens. Vnde idem Apostolus ait: *spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.* Et (vt notauit Augustinus) non ait, spiritu ambulate, & concupiscentias carnis non habueritis: sed ne perfeceritis. Quippe non eas omnino habere non iam certamen: sed certaminis præmium est, si obtinuerimus victoriam perseverando sub gratia. Commutatio enim corporis in immortalem statum solum carnis concupiscentias non habebit.]

Ioan. 8. Rom. 6. Ioan. 6. Galat. 5. Augustin. in exposit. epist. ad Galatas cap. 5. non longe à fine E. to. 4.

23 *Omnia tempus habent* (dicit Ecclesiastes) *& suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo.* Præsens sæculum tempus est seminandi, futurum autem est tempus metendi. *Qui ergo seminat in carne* (ait Apostolus) *de carne metet corruptionem.* Vbi Augustinus: [Hoc (inquit) dicit de amatoribus voluptatum, magis quàm Dei. In carne enim sua seminat, qui omnia quæ facit, etiam si bona videantur, propterea tamen facit, vt carnaliter ei bene sit. *Qui autem seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Seminatio in spiritu est, ex fide cum charitate seruire iustitiæ, & non obedire desiderijs peccati, quamuis de mortali carne exilientibus. Vnde Propheta: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.* Seminamus in lacrymis, cum exiliunt desideria de animali corpore, quibus non consentiendo renitimur, vt in gaudio metamus, cum etiam reformato corpore ex nulla parte hominis vlla nos sollicitabit molestia, vllum ve tentationis periculum. Nam etiam ipsum animale corpus deputatur in semine: *Seminatur enim corpus animale*, ait alio loco, vt ad messem pertineat, quod adiunxit: *Surget corpus spirituale.*] Hæc Augustin.

Eccles. 3. Galat. 6. Augustin. in exposit. ad Galat. circa fin. cap. 6. Psal. 125. 1. Cor. 15.

24 Carnales dicuntur psalm. 57. *Aspides surdæ obturantes aures suas.* Vbi Bernardus: [Aspis hinc alteram aurem quam prælius potest terræ infigere dicitur: inde verò alteram caudæ immissione nihilominus obturare, ne audiat vocem incantantis. Sic carnales aurem vnam occupant, & infigunt desiderijs carnalibus & terrenis audiendis: alteram vero in prauo aliquo fine intentionis humanæ occupant. Hæc surditas desperata, dum hinc quidem velut terræ infixus propriæ quilquam inhæret voluntati: inde velut reflectens caudam, finem aliquem meditatur & infigit animo quod desiderat adipisci. Dicitur de aspide in arena latitante, flatu suo venenato volantes aues attrahere: sic desideria carnis multos attrahunt volantes in cœlum. Vnde Bernardus, [Væ vobis à draconе. Immanis est bestia, flatu igneo quid quid attigerit, necat: non modo bestias terræ, sed & volucres cœli.)

Bern. ser. 13. super psal. Qui habitat. Bern. eod. ser. 13. G.

25 Caro est laqueus, de quo in Psal. 90. *Ipse liberauit me de laqueo venantium.* Tunc autem perfectè ab hoc laqueo liberamur, cum

Psal. 90.

ΦΟΣ. τὸν. ἐν τῷ ὑγιαίνοντι σώματι. Ὅτι δὲ μετὰ φύσεως τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐστὶ, φανερὸν ἐκ τῶν ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι γινομένων. Ἐν γὰρ τούτοις ἐξ ἀρχῆς ἐστὶ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις. Ἐν δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐστὶ, τὰ δὲ μετὰ τὴν ἀρχήν. Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν ἐστὶ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις. Μετὰ τὴν ἀρχὴν δὲ τὰ ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἰγνύοις, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις. Ἐν δὲ τοῖς ὑγιαίνουσι τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐστὶ, τὰ δὲ μετὰ τὴν ἀρχήν. Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν ἐστὶ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις. Μετὰ τὴν ἀρχὴν δὲ τὰ ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἰγνύοις, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις.

ΓΑΛ. ΦΟΣ. ΓΑΛ. ΦΟΣ. ΓΑΛ. ΦΟΣ.

illos, nec durabunt aduersum me: *cadent subtus pedes mei*. Calcatis illis præponam amores, quibus ambulo in æternum: *Et præcinxisti me virtute ad bellum*, & constrinxisti fluentia desideria carnis meæ virtute, ne in tali pugna prapedirer: *supplantasti insurgentes in me*, decipi fecisti, qui me insequebantur, vt subter me fierent, qui super me esse cupiebant: *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*, & inimicos meos conuertisti, & dorsum mihi eos esse fecisti, ideſt, vt sequerentur me. ¶

29 Caro, & spiritus sunt exactores, qui quotidianum debitum tributum exigunt ab homine. Sed carni non debetur, nisi victus & vestitus, iuxta illud Apostoli: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti simus*. Vnde, si delicias exigat, audienda non est; sed omnino repellenda. Nam hæc sibi non debentur. Ait enim Apostolus: *Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus*. Sicut ergò homo, qui petit, vt debitum id, quod sibi non debetur, repellitur, & solutio denegatur: ita & carni soluendæ non sunt, nec concedendæ deliciæ, quæ sibi non debentur, nec in his de illa curandũ, iuxta illud Apostoli: *Et carnis curam ne feceritis in desiderijs*. Non enim ait absolutè, & carnis curã ne feceritis; quia vt alibi dicit, *Nullus vnquàm carnem suam odio habuit; sed nutrit, & fouet eam*. Addidit ergò in desiderijs, quæ videlicet sibi non debentur. Nam cùm hæc exigit repellenda est. Vnde Iob 39. de Onagro, per quem iustus designatur, dicitur: *Et clamorem exactoris non audit*. Vbi Sanctus Gregorius per exactorem hoc in loco ventrem intelligit. Ipse namquè à nobis quoddam debitum exigit, quia quotidianum fructum sibi humani laboris impendi etiam per naturam quærit. Abstinentes igitur viri (qui hoc loco onagri vocabulo figurãtur) dum violenta gulæ desideria reprimunt, quasi clamãtis exactoris verba contemnunt, &c. Ea itaquè sumenda sunt, quæ naturæ necessitas quærit, & non quæ edendi libido suggerit. ¶ Hinc in laudem Sancti Antonini Archiepiscopi Florentini legitur, quòd tempore prandij accedebat ad mensam, tanquàm soluturus debitum importunissimo exactori.

1. *Timot.* 6

Rom. 8.

Roman. 13

Ephes. 5.

Iob 39.

Greg. lib. 30. *moral.* c. 13. & 14

30 Salomon in Prouerbijs ait: *Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere. Per seruum cum regnauerit: per stultum cum saturatus fuerit cibo: per odiosam mulierem cum in matrimonium fuerit assumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ*. Sic ergo quando caro, quæ est ancilla, vult sibi animam subijcere, quæ est domina, & tanquàm hæreditatem propriam ea, quæ ordinari debuerant ad vtriusque salutem, in proprium luxum conuertere, ac si esset domina, sustinenda non est; quoniam propter eam totus ferè commouetur orbis, vt ipsius mundanis desiderijs fiat satis. Quid ergo faciendum? exequi oportebit illud, quod dictum est Abrahæ: *Eijce ancillam, & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ*. Repellenda est caro, & spiritui subijcienda, nec audienda eius vox, cum delicias exegerit.

Prou. 30.

Gen. 21.

31 Homo fragilis prius profert opera terrena, & desideria carnalia, quæ significantur per grossos, quibus cadentibus oriuntur post modum

dum opera cælestia spiritus, & suauia: sicut cadentibus grossis oriuntur
Cant. 2. ficus suaues. Vnde Cantic. 2. dicitur: *Ficus protulit grossos suos*. Vbi
Ber. ser. 60 Bern. [Ficus flores non habet; sed pro floribus grossos mittit tempo-
in Cant. re, quo cæteræ arbores florent. Et quomodo flores apparent, & tran-
Col. 1. seunt ad nihil vtiles, nisi quod secuturi fructus quidem prænuntij sunt: ita & grossi oriuntur: sed immaturè cadunt, & dant locum maturandis.
Num. 3. ipsi minime habiles ad vescendum, &c. Ergò primi plebium fructus nec fructus sunt, non magis quam ficuum grossi. Deniquè si dignos postmodum fructus pœnitentiæ fecerint (non enim prius quod spi-
Rom. 6. rituale est: sed quod animale) dicetur illis: *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?*

32 Sirenes suo cantu suaui homines decipiunt, & ad se trahunt; sed postea eos dilacerant: non dissimiliter concupiscentiæ carnales quadam fallaci suauitate peccatores alliciunt, & incantant: quos tamen postea æternæ morti tradunt. Sed sicut Vlysses, vt Sirenum cantum audiret, arbori nauigij in quo ferebatur, se ligare fecit, ne Sirenum cantu absorptus, & quasi incantatus se proijceret in mare: sic fideles omnes arbori Crucis Christi configi debent, ne delectationum carnalium suauitate decepti, in profundum cadant maris, hoc est inferni, à quo li-
Galat. 6. berari non possint: dicantque cum Apostolo: *Christo crucifixus sum Cruci, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. Vide plura de his supra verbo Appetitus, & infra verbo Fornicatio, & verbo Luxuria, ac etiam in verbo Crux, vbi plura, quæ huic materiæ adaptari possunt, dicenda sunt.

DE CHRISTO DOMINO CAP. XXI.

Gen. 28. CHRISTVS Dominus præfiguratus fuit per scalam, quam vidit Iacob Genesis 28. Vbi dicitur: *Vidiquè in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum. Angelos quoquè ascendentes, & descendentes per eam, & dominum innixũ scalæ dicentem sibi: Ego sum dominus Deus Abrahæ patris tui, & Deus Isaac.*] Vbi August. ait; S. aliquam
Aug. lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 38. istam intelligitur ipse Saluator nobis in memoriam reuocare in Euangelio, vbi cum dixisset de Nathanaele: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est*; quia Israel viderat istam visionem, ipse est enim Iacob: Eodem
Ioan. 1. loco ait: *Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis.*)

Gen. 28. 2 Euigilans autem Iacob de somno ait: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam*: paucisquè, *quam terribilis est* (inquit) *locus iste, non*
Rupertus. *est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta cæli.*] Vbi notat Rupertus, quod non dixit, quàm terribilis est scala illa: neque ait, quã terribilis est Deus innixus scalæ: neque rursus admiratur Angelos ascendentes, & descendentes per scalam: sed, *quam terribilis est* (inquit) *locus iste*; quia ministrum hoc debet inter omnia, quæ Iacob vidit, mirabilius reputari, quod videlicet

videlicet scala tam immensa, & dominus innixus scalæ, Angeli quoquè ascendentes, & descendentes per scalam super filium hominis, paruo vnius virginis vtero concludãtur, vbi Dominus est verè. sicut scriptum est: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Vbi non est aliud, nisi domus Dei. & porta cœli, sicut Ecclesia canit: Aue maris stella: Dei mater alma: atquè semper virgo: felix cœli porta. *Luce 1.*

3 In signum, quòd filius Dei carnem erat ex Abraham sumpturus, dixit ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: *Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per dominum Deum cœli, & terræ, & non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac.* Vbi Sanctus Augustinus: Quod Abraham iubet puero suo, vt manum suam ponat sub eius femore, & sic eum adiurat per dominum Deum cœli, & dominum terræ, solet imperitos mouere: non attendentes de Christo magnam extitisse prophetiam, quod ipse dominus cœli, & dominus terræ in ea carne venturus esset, quæ de illo fœmore propagata est.] Et lib. contra Secundinum Manichæum cap. 22. ait: [Seruus quidem ille obediendo iurabat, sed & Abraham iubendo prophetabat, Deum scilicet cœli in ea carne esse venturum, quæ fuisset ex illo fœmore propagata.] *Gen. 24. Aug. lib. q sup. Gen. quæst. 62. Aug. to. 6.*

4 Lex humano generi mortuo per peccatum vitam tribuere non potuit, nec illum resuscitare: ideo venit Christus, vt gratiam viuificantem illi tribueret: in cuius signum filium viduæ Giezi baculo Elisæi suscitare non potuit. Vnde necesse fuit, vt Elisæus veniret. Baculus enim (vt ait Chrysostomus) intelligitur æquè ipsa lex, quæ ostendere noui peccata non auferre: quia lex ostendere nouit peccata, gratia auferre peccata. Nam agnitio peccatorum cum offensa fuerit, subsequitur & correptio. Nam Giezi ille puer sancti Elisæi cum mitteretur ad filium cuiusdam mulieris defunctum, baculum illi dedit sanctus Elisæus, vt resuscitaret puerum: sed non potuit illum resuscitare baculo, nisi ipse veniret, & breuiaret corpus suum, vt oculos suos ad infantis poneret oculos, os ad os, manus ad manus, pedes ad pedes, proijciens se super puerum mortuum, & resuscitauit eum. Quid ostendebat in baculo, qui suscitare non potuit, nisi legis ostentionem? & in Elisæo significabat Christi natiuitatem, qui se voluit minorare assumens, quod non erat, non amittens quod erat, vt suscitaret mortuum, id est genus humanum, quod acceperat sententiam primi hominis: *Morte morieris.* Nam baculus sustentatio est senectutis. Et quia populus, qui legem acceperat, secundum litteram intelligebat, & tremula membra in ipso baculo incumbebant; quia *littera occidit: spiritus autem viuificat*: in senectute mundi venit veritas, vt figura auferretur, & adimpleret legem, non item faueret.] Eandem explicationem prosequitur Augustin. super Psalm. 70. & sermone 11. de verb Apostoli. Cui consonat illud Prophetæ: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, promissione videlicet Saluatoris venturi, quæ in lege & Prophetis continetur. *Chrys. sup. Psal. 22. & 116. in illa verba virga tua, & baculus tuus tom. 1. 4. Reg. 4. Genes. 2. 2. Cor. 3. Aug. sup. psal. 70. col. vlt. G. & serm. 11 de verb. Apost. post init. A.*

In virga enim rigor legis exprimitur. Vnde Apostolus: *In virga vultis veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis?* In baculo autem spes designatur Redemptoris venturi, in qua innitebantur Patres antiqui. Sed obserua differentiam. Nam Eliseus quidem commensurauit se puero: sed non fuit factus puer: Deus verò ita se cum homine commensurauit, vt factus fuerit homo, & cum puero puer, iuxta illud, *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis*. In eo autem, quòd septies oscitando puerum suscitauerit significabatur, quòd Christus dominus ad nos aduenies septem donis Spiritus sancti viuificaturus erat populũ suum. Vnde Gregorius: [Super mortuum septies oscitat; quia per apertionem diuini muneris gratiæ septiformis spiritũ in peccati morte iacentibus aspirat. Moxquè viuens erigitur; quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam redijt.] Hæc Gregorius.

1.Cor. 4.

Isai. 9.

Gregor. 9. moral. c. 22

5 Enarrans Euangelista genealogiam Christi Domini ait, *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Filij Abraham*. Inquirit Chrysostomus: Quare non illi sufficit dicere illum filium Abrahæ solius, aut Dauid solius? Et respondet Primo; quia ad ambos de Christo nascituro ex eis promissio fuerit facta. Ad Abraham quidem sic: *Et in semine tuo benedicentur omnes tribus terræ*, quod intelligi non potest, nisi in Christo; quoniam inter cæteros Iudæos, & gentes nunquam amicitia stabilis fuit. Ad Dauid autem ita dicit: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Ideo ergo vtriusque filium dicit, vt vtriusque promissiones in Christo impletas ostenderet. Deinde, quia Christus tres dignitates fuerat habiturus: est enim Rex, Propheta, Sacerdos. Abraham autem habuit duos filios, & duas dignitates. Propheta enim fuit, & Sacerdos, sicut Deus ad illum dicit in Genesi: *Accipe vaccam triennem*, &c. Propheta autẽ, sicut ait Dominus ad Abimelech de illo, *Quoniam Propheta est, & orabit prò te, & saluus eris tu, & Domus tua*. Ideo ergo dictus est filius Abrahæ, & Dauid, vt Propheta quidem intelligatur & Sacerdos ex Abraham: Rex autem ex Dauid. Item ideo non dictus est tantummodo Dauid filius; quia Dauid Rex fuit & Propheta, Sacerdos autem non fuit. Ideo ergo amborum filius nuncupatus est, vt vtriusque patris triplex dignitas originali iure cognosceretur in Christo.] Hæc Chrysostomus.

Matt. 1.

Chrys. ho. 1. imperfecti in Matt. col. 1 tom. 1.

Gen. 22.

Psal. 131.

Gen. 15.

ibidem 20.

6 Quod dictum est ad Abraham, *In Isaac vocabitur tibi semen*, idem est ac si diceretur in Christo, in quo benedictæ sunt omnes gẽtes. Etenim Isaac in omnibus figura fuit Christi; quod sic probat Chrysostomus: [Nam Isaac interpretatur risus. Risus autem sanctorum est nõ stulta chachinnatio labiorum, sed rationabile gaudium cordis, quod fuit per omnia mysterium Christi. Sicut enim ille Isaac desperantibus parentibus in vltima senectute donatus est lætitia suis, vt cognoscatur, quia non erat filius naturæ; sed gratiæ: sic & noster Isaac in nouissimo fine productus est à matre Iudæa gaudium cunctis; sicut dicit Angelus ad Pastores: *Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni plebi.*

Chrys. ho. 1. imperfecti in Matth. col. 2. to. 2.

Luc. 2.

Digitized by Google

Mat. 28. Angelus ad mulieres: *Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus.* Samson fractis seris, subtractisque portis securus euadit, Deus ruptis inferni sedis obicibus, apertoque sepulcro, recepto corpore à morte, liber egreditur. Postremo Samson moriens inimicos suos concussis ædificijs ruina comprimit, Dominus tunc cùm mori dignatus est, non vna domo, sed omni mundo concusso diabolum cum suis Angelis vniuersis extinxit.] Hæc Chrysost.

9 Christi anima igne charitatis succensa, ac verbo hypostaticè vnita omninò peccare non potuit: nam in omnibus secuta est voluntatem Verbi, cui erat coniuncta. Ideò dicitur vmbra Verbi, quæ in omnibus sequitur motum corporis, vt patet Threnorum 4. *Spiritus vultus nostri Christus dominus, cui diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus.*

Tren. 4.

Aug. lib. 2 de incarnatione Verbi col. 6. A. Vbi Aug. [Pro eo (inquit) quod sicut vmbra corporis nostri inseparabilis est à corpore, & indeclinabiliter motus, ac gestus corporis suscipit & gerit, puto cum animæ Christi opus ac motum, cui inseparabiliter inhærebat, & pro nutu eius, ac voluntate cuncta perpetrabat, ostendere volentem, vmbram Christi Domini hanc vocasse, in qua vmbra nos viueremus in gentibus. In huius namque assumptionis sacramento gentes viuunt, qui imitantes eam per fidem veniunt ad salutem.] Et

Bern. ser. natiuitatis Beatæ Mariæ col. 1. F. vt notauit Bernar: In vmbra (inquit) viuemus inter gentes. Nam inter cęlestes quidem beatitudines, non in vmbra viuitur: sed potius in splendore: *In splendoribus sanctorum* (inquit) *ex vtero ante luciferum genui te.*] Cui consonat illud: *In lumine tuo videbimus lumen.* Et illud: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Psal. 109. 10 Hinc est, quod sponsa, quamuis inter gentes sedeat in vmbra

Psal. 31. sponsi: non tamen vmbram, neque in vmbra: sed in meridiana luce

1. Cor. 13. sponsum videre desiderabat. Ait enim: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Et iterum: *Sub vmbra eius, quẽ desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.* Vbi Bernardus,

Cant. 2.

Bern. ser. natiuitatis B. Mariæ col. 1. [Lucem (inquit) meridianam, vbi patet sponsus, sibi petierat indicari: sed repressa est, & pro plenitudine luminis vmbram, pro satietate interim gustum recepit. Denique non ait, sub vmbra eius, quam desideraueră, sedi: sed, sub vmbra eius, quẽ desideraueră sedi. Neque enim ipsius expetierat vmbrã; sed ipsum profectò meridiem, lumen plenũ de lumine pleno. *Et fructus* (ait) *dulcis gutturi meo*, acsi dicat, gustui meo.]

Sap. 8. 11 Illud Sapientiæ 8. *Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam: & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*, explicatur à quibusdam de corpore & anima Christi, vt refert Augustinus libro 10. de Genesi ad literam cap. 7. [Neque enim (inquit) negligendi sunt, seu errent, seu verum sapiant, qui hoc specialiter, & singulariter de anima illa dictum putant mediatoris Dei, & hominum

August.

August. hominis Iesu Christi.] Et idem August. cap. 18. eiusdem libri hunc videtur sensum approbare. Ait enim, [Quid ingeniosius illo puero, cuius in annis duodecim Seniores sapientiam mirabantur? & quid illa melius? &c. Et quid incoinquinatius illo vtero Virginis, cuius caro, etiam si dẽ peccati propagatione venit, non tamen de peccati propagi-

ne con-

Digitized by Google

ne cōcepiſ,&c. Et fortaſsè ideò ait, *ſortitus ſum animam*, ſi tamen hoc de illo oportet intelligi, quia ſolent quæ ſorte dantur, diuinitus dari; aut quod fideliter dicendum eſt, ne vel illa anima aliquibus operibus præcedentibus ad tantum apicem ſubuecta putaretur, vt cum ea Verbum caro fieret, & habitaret in nobis, ad auferendam ſuſpicionem præcedétium meritorum, ſortis nomen accepit. ℸ

12 Omnia Spiritus ſancti dona, omnes gratiæ & virtutes, quæ in alijs Sanctis diuiſæ ſunt Apoſtolo dicente: *Diuiſiones gratiarum ſunt*, &c. in Chriſto Domino ſimul vnita cum magna perfectione fuerunt: quod & Iob obumbrauit, cum dixit: *Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas*, videlicet, ſicut ego. Vt enim (ait Gregorius) Redemptor noſter in carne veniens Pleiadas iunxit; quia operationes ſeptiformis ſpiritus ſimul in ſe & cunctas, & manentes habuit, de quo per Iſaiã dicitur: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris Domini.* De quo Zacharias ait: *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*: atque iterum, *Et in cãdelabro aureo lucernæ ſeptem.* Nullus verò hominum operationes ſancti ſpiritus ſimul omnes habuit, niſi ſolus mediator Dei, & hominum, cuius eſt idem ſpiritus, qui de patre ante ſæcula procedit. Benè ergò dicitur ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Hunc enim lapidem ſeptem oculos habere, eſt, ſimul omnẽ virtutem ſpiritus ſeptiformis gratiæ in operatione retinere. Alius namquè Prophetiam, alius ſcientiam, alius virtutes, alius genera linguarũ, alius interpretationes ſermonum, iuxta diſtributionem ſancti ſpiritus, accipit: ad habenda verò cuncta eiuſdem ſpiritus munera nemo pertingit. At verò conditor noſter infirma noſtra ſuſcipiens; quia per diuinitatis ſuæ potẽtiam ſimul ſe habere omnes Sancti Spiritus virtutes edocuit, micantes proculdubio Pleiadas iunxit. ℸ

Zach. 3. Zach. 4.

13 Gratiæ gratis datæ, vt Prophetia, gratia ſanitatum, &c non fuerunt in Chriſto domino per modum tranſeuntis, ſicut in alijs ſanctis: ſed per modum permanentis. De illo namque Ioannes ait: *Et qui miſit me, dixit, ſuper quem videris ſpiritum ſanctum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.* Vbi Chryſoſt. Videte quid dicat, manentem, hoc eſt perſeuerantem, hoc eſt nunquam recedentẽ. Deniquè & ipſe Ioannes dicit in alio loco Euangelij: *Et qui miſit* (inquit) *me, dixit mihi: ſuper quem videris ſpiritum ſanctum deſcendentem, & manentem.* In Chriſtum Spiritus ſanctus deſcendit, & permanſit: cæterum in hominibus deſcendit quidem, ſed non permanet. Deniquè in Ezechiele non tranſeunt viginti verſus, aut triginta, & ſtatim dicitur: *Et factus eſt ſermo Domini ad Ezechielẽ Prophetam.* Dicat aliquis: Hoc quare tam crebrò ponitur in Propheta? quoniam ſpiritus sãctus deſcẽdebat quidẽ in Prophetã: ſed rursũ ſecedebat. Quãdo dicit: *Et factus eſt ſermo Dñi*, oſtẽditur, quia ſpiritus sãctus, qui receſſerat, rursũ veniebat. Hæc Chryſ. Cui conſonat illud, q̃ de Chriſto dicit Iſa. 11: *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Dñi, ſpiritus ſapientiæ & intellectus*, &c.

Iob. 38. Gregor. 29 moral. c. 12 Iſai. 11. Chryſ. ho. 3 in Marc. col 2. to. 2. Ioan. 1. Ezech. 1. Iſai. 11.

Requieſcet

Requieſcet ait, quia permanet, quia nunquam ab eo diſcedit. E contra verò de peccatoribus ſcriptum eſt: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*. Cum enim quis peccat mortaliter non permanet in eo Spiritus ſanctus: ſed recedit. Si vero opera meritoria cogitamus & facimus, Spiritus ſanctus habitat in nobis.

Gen. 6.

14 Chriſtus eſt murus nos à telis principum tenebrarum protegens, & defendens, de quo Ezechiel ait: *Et ecce murus foriſecus in circuitu domus vndiquè*. Vbi Gregorius perquirit, [Quid neceſſarium fuit, vt diceretur foriſecus, dum nunquam poni murus intriſecus ſoleat, quia neceſſe eſt, vt exterius poſitus, ea quæ intus ſunt, defendat?] Et reſpondet: Sed in hoc verbo, quid apertè niſi ipſa Dominica incarnatio demonſtratur? Murus enim nobis intus eſt Deus: murus verò foris eſt Deus homo. Cui conſonat illud Iſaiæ 26. *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & anie murale*. Ipſe enim nobis murus eſt, qui nos vndiquè cuſtodiendo circundat, vt ſuperius cap. 7. num. 9 dictum eſt. Quod ſi Angelis quaſi curribus igneis vallata eſt Eccleſia, ipſe etiam Angelorum dominus eidem murus igneus factus eſt Propheta dicente: *Ego ero ei* (ait Dominus) *murus igneus in circuitu*. Vbi expende, quòd non ſe murum lapideum, aut æreum futurum eſſe pollicetur: ſed igneum, qui hoſtes extra Eccleſiam exiſtentes à longè terreat, & fideles intus illuminet, comburatque hæreticos Eccleſiam oppugnantes. Vide qualiter verba Prophetarum inter ſe concordent. Vnus ait, *Murus foriſecus in circuitu domus vndiquè*: alius, *Ego ero murus igneus in circuitu*. Nam in circuitu idem eſt, quòd vndiquè, vt ait Gregorius. Vndiquè nobis Dominus, & per circuitum murus eſt, quia vt nos perfectè cuſtodiret, omnia, quæ docuit, oſtendit, & prius ipſe opere perfecit, ſicut ſcriptum eſt, *Cœpit Ieſus facere, & docere*. Vndiquè ergo & in circuitu idem eſt, quòd vndequaquè, neque locum relinquit indefenſum, per quem inimicus liberè intrare valeat. Cui conſonat illud Pſalmiſtæ, *Montes*, ideſt Angeli, *in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſquè in ſæculum*, vt videlicet illum tanquam murus ſemper protegat, & defendat.

Iſai. 26. Zach. 2. Greg. hom. 14. in Ezechiel col. 2. Greg. ho. 14. citata. Act. 1. Pſal. 124.

15 Vnde Chriſtus Dominus vir in Scriptura ſacra, & vir vnus appellatur propter myſterium, vt nimirum & magna eius fortitudo, qua nos defendit, & ſingularis eius excellentia deſignetur. Hunc virum Propheta Ieremias conſiderans, ait: *Fœmina circumdabit virum*. Hunc Zacharias monſtrat dicens: *Ecce vir oriens nomen eius*. Hunc Beatus Petrus Apoſtolus Iudæis prædicans, virum appellat dicens: *Ieſum Nazarænum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus, prodigiis, & ſignis: hunc præfinito conſilio, & præſcientia Dei traditũ per manus iniquorum affligentes interemiſtis*. Hinc eidem Redemptori in via colloquens Cleophas ait: *De Ieſu Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere, & ſermone*: Vbi Gregorius, [Vir fuit, qui & in hoc mundo ab Eccleſia expulit antiquum hoſtem, & in inferno moriens allegauit. Et quia qui moriens inferni vires comminuit, reſurgens nobis aditum reſeranit æternitatis, magnitudinem virtutis ſuæ non ſolum viuendo

Ier. 31. Zach. 6. Act. 2. Luc. vlt. Greg. lib. 1 ſup. cap. 1. 1. Reg. col. 1.

monſtrauit

monſtrauit nobis ſed etiam moriendo, & reſurgendo. ¶ Vnde rectè Helcana, qui typum Chriſti gerebat, vir fuiſſe perhibetur, cum dicitur: *Fuit vir vnus de Ramatha Sophim.* Ait ergò: *fuit vir vnus*, quia de Deo homine loquebatur, vt deitatem, & humanitatem eius aſſereret, & non aliam ſuſcipientis verbi, & ſuſcepti hominis perſonam: ſed Dei & hominis vnam eandemque eſſe, apertius demonſtraret; quæ tamen vnitas ad excellentiam dignitatis eius referri conuenienter poteſt. ¶ Fuit vnus & ſingularis; quia ſolus Deus & homo, ſolus inter mortuos liber; ſolus mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus; ſolus, quia factus eſt tanquam *paſſer ſolitarius in tecto*; ad cuius nimirum ſanctitatem nullus hominum, ſed neque Angelorum poteſt aſcendere. 1 Reg. 1. Pſal. 101.

16 Chriſtus enim Dominus, & tota eius vita, magnos, ſicut arbor fructuoſa protulit fructus nobis vtiles, cum tamen nos veluti arbores infructuoſæ nihil vtilitatis Deo afferamus. Scriptum eſt enim: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus*, quia nimirũ ex hoc nihil vtilitatis Deo accreſcit in ſe ipſo, iuxta illud Iob 22. *Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris? aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit via tua?* Vnde ſponſa in canticis reddens præconij vicem commendanti ſe ſponſo, & dicenti: *Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias*, ſubintulit: *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios.* Vbi Bernardus quæſtionem mouet: Cur omnibus melioribus, & nobilioribus lignis huius mediocritas arboris adducta in mediũ eſt ad formandum ſponſi præconium? ¶ Et reſpondet: (Fateor, parua laus, quoniam parua laus. Non enim hoc loco prædicatur *Magnus Dominus & laudabilis nimis*: ſed paruus Dominus, & amabilis nimis. Paruulus vtique, *qui natus eſt nobis*. Ergò non maieſtas attollitur hic: ſed commendatur humilitas, dignèque ac rationabiliter quod infirmum & ſtultum eſt Dei, hominum fortitudini, & ſapientiæ anteferatur. Ipſa ſunt namque ligna ſilueſtria & infructuoſa, quoniam ſecundum Prophetam: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſquè ad vnum.*) Luc. 17. Iob 22. Cant. 1. Bernard. ſerm. 43. in Cantic. col. 2 ¶F. Iſai. 9. Pſal. 13.

17 Chriſtum eſſe verum Deum, oſtendit in toto ſuo Euangelio Ioannes Euangeliſta, ſed præſertim in capite primo, vbi cum dixiſſet: *Et verbum*, hoc eſt Dei filium eſſe verũ Deum, *in principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, concludit: *Et verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Sed cum eius virtus ad prædicationem Apoſtolorum per vniuerſum orbem diffunderetur, & quamplurimi Chriſtum crucifixum veram eſſe Deum & hominem profiterentur, Romanus illum tanquam Deum recipere nolluerunt, eo quod abſque decreto ſenatus Chriſtum tanquàm Deum recepiſſent. Dicit enim Chryſoſtomus: Hic enim (ſcilicet ſenatus) hanc habebat poteſtatem Deos creandi, & decernendi. Cum igitur ei omnia Chriſti opera renuntiata eſſent, miſit gentis Princeps interrogans, an ſenatui videretur & ipſe Deus decernendus: illi verò non annuerunt, indignantes & ægrè ferentes, quòd ante decretum & ſententiam ſuam effulgens Crucis virtus omnium terrarum orbem in ſui traxiſſet admirationem, & Ioan. 1. Chryſ. ho. 66. ad pop. Antioch. tom. 5.

Digitized by Google

nem,& venerationem. Hoc autem & ipsis nolentibus dispensatum est, ne mortali decreto Christi prædicaretur diuinitas, nec vnus de multis esse putaretur, qui ab eis fuerant instituti.] Aliam rationem assignat Augustinus lib. 10. de consensu Euangelistarum cap. 8. quare Christum tanquàm Deum colere Romani noluerunt; quia nimirum ipse solus tanquàm Deus coli voluit. [Socratis enim sententia est (ait ille) vnumquemquè Deum sic coli oportere, quomodo se ipse colendum esse præceperit. Proinde istis summa necessitas facta est nõ colendi Deum Hebræorum; quia si alio modo eum colere velint, quã se colendum ipse dixisset, non vtiquè illum colerent: sed quod ipsi finxissent. Si autem illo modo vellent, quo ipse diceret, alios sibi colendos non esse cernebant, quos ille coli prohibebat. Ac per hoc respuerunt vnius veri Dei cultum, ne multos falsos offenderent, magis arbitrantes sibi obfuturam fuisse illorum iracundiam, quam illius benevolentiam profuturam.] Hæc Aug.

Augustinus.

13 Hinc est quod Christus Dominus ingrediens mundum ad sui præsentiam omnia Idola, & sculptilia subuertit, iuxta illud Isaiæ vaticinium: *Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulacra Aegypti à facie eius.* In cuius signum cum arca Domini introducta esset in templum Dagon, statim idolum illud in terram cecidit. Scriptum est enim: *Tuleruntquè Philistiim Arcam Dei, & intulerant eam in templum Dagon, & statuerunt eã iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculò Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini. Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen. Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo.*] Non enim vult Deus alienum Imperij sui habere consortem, nec patitur, quod honor sibi debitus alteri tribuatur. *Gloriam* (inquit) *meam alteri non dabo, & laudem meam sculptibilibus.*

Isai. 19.

1. Reg. 5.

Isai. 42.

Isai. 30.

19 Hoc ipsum multo antea prædixerat Isaias: *Et contaminabis* (inquit) *laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, dices ei.*] Cùm enim Christi aduentum vaticinatus fuisset dicens: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et aures tuæ audient vocem eius post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis ad dexteram, neque ad sinistram*, consequenter idola omnia abijcienda esse denuntiat. *Et contaminabis* (inquit) idest, contaminata reputabis, & illa à te longè abijcies, tanquam rem abominabilem, & immundam, qualis est immunditia menstruatæ, cuius odorem corruptum nullus est, qui valeat sustinere, atque adeò dices idolo: *Egredere.* Et: *Recede à me, quia immundum es*, ne polluatur in te anima tua. Vocat autem idola laminas sculptilium *argenti tui*, & vestimentum *conflatilis auri*, vt dementiam eorum arguat, qui argentum suum, & aurum suum tanquã Deum colunt, nec recogitant illud, quod per Prophetam dicitur: *Simulacra gentium argentum, & aurum: opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient.*

Isa. 65.

Idola abijcienda.

Psal. 113.

audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt, nec clamabunt in gutture suo.] Cui consonat illud, quod dixerat supra, Et elevabitur Dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur, &c. Et in die illa proiiciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui; quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas, & vespertiliones. Isai. 2

] Argenti sui, & auri sui (inquit) vt redargueret (sicut dictum est) eorum insaniam, qui de eodem argento, & auro, quo ad vsus humanos vtuntur, idola sibi, & simulacra conficiunt, talpas videlicet, vespertiliones, &c.

DE CHRISTI INCARNATIONE CAP. XXII.

LEX, & Prophetæ salutem humano generi afferre non potuerunt: ideò necesse fuit, vt Verbum caro fieret, vt hominem, quem condiderat, à peccato liberaret. In cuius signum (vt notauit Petrus Abbas Cellensis) Elisæus aquas Iericó pessimas, & steriles sua benedictione sanare non potuit, quousque sal misit in vas, per quod incarnatio verbi præfigurabatur. Sic enim aut Iericò steriles habebat aquas, cum Elisæus sua benedictione nondum illas sanauerat, qui veniens & à filijs Prophetarum, querimoniam super aquarum malitia suscipiens, in nouo vase aquam cum sale commiscuit, & aquarum sterilitatem propulsauit. Sic, sic humana natura iuxta defectum suum fidei, & bonorum operum viriditate carens, filij altissimi aduentu ab ariditate sua liberata est, & multum delectabilis ex successu virtutum reddita. Vas enim fictile & nouum, nouum est corpus Christi de Virgine sumptum. Sal infusum aquæ, diuinitas vnita corpori anima mediante. Sic aqua sanauit aquas: sed aqua cum sale, aquas cum sterilitate: sed aqua benedictionis, aquas profusq; maledictionis: sed aqua dulcis, aquas totiꝰ amaritudinis.] 4. Reg. 2. Petrus Abbas Cellensis lib. de panibus c. 12. in Bibliot. Sanctorum Patrum tom. 8.

2 Per incarnationem vnigenitus Dei filius matrimonium indissolubile contraxit cum Ecclesia, sibi in eadem persona naturam humanam vniens cum diuina. Dicit enim Apostolus: *Sacramentum magnum est*, quod dictum est: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*, quod ipse interpretatur subijciendo: *Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Vbi Augustinus: Ergo quod propter historiam impletum est in Adam, per Prophetiam significat Christum, qui reliquit patrem cum dixit: *Ego à patre exiui, & veni in hunc mundum*: sed non loco reliquit, quia Deus loco non continetur: neque auersione peccati, sicut Apostatæ relinquunt Deum: sed apparendo hominibus in homine, cum *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Quod ipsum non commutationem naturæ Dei significat: sed susceptionem naturæ inferioris personæ, idest humanæ. Ad hoc valet etiã quod dicitur: *semetipsum exinaniuit*; quia nõ in ea dignitate apparuit hominibus, in qua est apud patrem, blandiens eorũ infirmitati, qui cor mundũ nondũ habebãt, vnde videretur verbũ in principio Deus Ephes. 5. Aug lib 2 de Genes. cont. Manichæos c. 24 L. to. 1 Ioan. 16. Ioan. 1. Philip. 2.

Digitized by Google

Deus apud Deum. Quid est ergo quod diximus, Reliquit patrem, nisi reliquit apparere hominibus, sicut est apud patrem. Item reliquit & matrem, idest synagoga veterem atque carnalem obseruantiam, quæ illi mater erat ex semine Dauid secũdum carnem, & adhæsit vxori suæ, idest Ecclesiæ, vt sint duo in carne vna.)

3 Quædam operatur altissimus, tanquàm Deus, cũ videlicet iuxta regulas naturæ operatur. Vnde Gen. primo quando iuxta naturalem
Gen. 1. ordinem omnia condidit & disposuit, Conditor ipse Deus appellatur: *Dixitque Deus fiat lux, & facta est lux.* Et infra: *Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cœli*, &c. Quædam vero operatur tanquam dominus absolutus, cum videlicet naturæ ordinem non seruat: sed supra naturam aliquid facit, vt cum operatur miracula; nam in eius est pote-
Daniel. 3. state, in quos voluerit vsus creaturas conuertere. Vnde cum ab igne fornacis Babylonis tres pueros liberauit, & effecit ne ignis eos tangeret, laudatur ab eisdem pueris tanquam naturæ dominus. Non enim aiunt: Benedicite omnia opera Dei Deo: sed, *Benedicite omnia opera Domini domino. Benedicite Angeli domini domino*, &c. Quia ergo eximium opus incarnationis, & vnionis diuinæ naturæ, cum humana in eadem persona Verbi operatus est supra omnes leges naturæ, idcò idem opus
Isai. 7. tribuitur illi tanquam domino, Isaia dicente: *Dominus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, &c. Et iterum: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum.* Non enim ait,
Ier. 31. Ego Deus: sed, *Ego Dominus creaui eum.* Cui consonat illud Ieremiæ 31. *Nouum creauit dominus super terram, fœmina circundabit virum.* Quia enim opus erat nouum, & supra omnes naturæ leges; ideo non ait: nouũ creauit Deus: sed; *nouum creauit dominus super terram.* Vnde cum An-
Luc. 1. gelus Gabriel hoc ipsum opus Mariæ Virgini nuntiasset, inquit: *Aue gratia plena dominus tecum.* Non ait, Deus tecum: sed, *Dominus tecum*; quia nouo quodam modo, & supra omnes leges naturæ erat cum illa, de quo infra verbo Maria plura dicenda sunt.

Aug. lib. 13. de Trinit cap. 16. et 17. 4 Dei filius incarnari voluit propter sex rationes, quas Augustinus assignat. Prima est, vt maximam dilectionem, quam Deus erga homines habet, ostenderet iuxta illud Romanorum 5. *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Et Rom. 8. *Qui proprio filio suo non*
Rom. 5. *Rom. 8.* *pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo*
Quam in carne humana verba proferret, Magos ſtella duce ad ſe traxit, ſibi ſubiecit gentes, quas à poteſtate diaboli eripuit, & vocauit interius, vt manubias offerrent Domino triumphales. Cui conſonat illud, quod de Saluatore noſtro ait Pſalmiſta, *Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas*, quibus videlicet prædam auferat à Diabolo. Nam ſtatim natus vitulus nouellus, qui expiationis ſacrificium futurus erat, inter infantiæ pannos cornua producebat & vngulas, quibus ſicut alter Dauid leonem dilaniaret & vrſum, atque de ore illius extorqueret prædam: ſicut de eo dicitur Iſaiæ 11. *Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum mittet ſuam*, quem locum Sanctus Gregor. de Chriſto infante ab vberibus pendente matris explicat, qui comprehenſum ex cauernis, hoc eſt ex peccatorum cordibus aſpidem, vel regulum, ideſt captiuum diabolum traxit, vt in monte ſancto eius, quę eſt Eccleſia, electis fidelibus non noceret. ¶

Aug ſer. 4. de Epiphania tom. 10. Chryſ. ho. 2. imperfecti in Matt. Pſal. 68. Iſai. 11. Gregor. 17 moral. c. 19

¶ Quod ſi infantulus teneris vnguibus, & cornibus talia operatur, tam inaudita & ſtupenda, quid faciet cū ſolidata fuerint corporis mēbra? cum ad perfectam ætatem deuenerit? præcipitabit vtique mortem in ſempiternum, principem huius mundi eijciet foras, & quos mors tenebat captiuos, abſoluet. Iuxta quod ſcriptum eſt: *Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Dño vniuerſæ terræ.*)

Micb. 4.

¶ Illud Pſalmi 18. *Cæli enarrant gloriam Dei* impletum eſt, quando ſtella rutilans apparuit Magis nuncians eis Chriſti natiuitatem. Vnde Auguſtinus: Gloriam Chriſti cœlum etiam quodammodo narrauit, quando nato eodem Domino ſtella noua, quæ nūquam videbatur, apparuit.)

Pſal. 18. Aug. ſup. Pſal 18. in 2. expoſit.

¶ Eodem die, quo in Bethleem apparuit Magis, baptizatus eſt Chriſtus Dominus, licet poſt triginta annos; ait enim Bernardus: Nec ſola hæc apparitio ſed altera quædam ſicut à patribus noſtris accepimus, hodiè celebratur, quæ & ſi longo poſt tempore, facta creditur hoc ipſo die. Cum enim iam Chriſtus triginta annorum tempus exegiſſet in carne, qui ſecundum diuinitatem, *idem ipſe eſt, & anni eius non deficiunt*, inter populares turbas ad baptiſmum Ioannis aduenit. Venit tanquā vnus è populo, qui ſolus erat ſine peccato. Neque id vacat myſterio; ſignificat enim, quod per baptiſmum profitemur fidem Chriſti, quem Magi tanquam Regem & hominem adorauerunt.

A. tom. 8 Ber ſer. 1. Epiphaniæ col. 3. E. Pſal. 101.

¶ Parum aut nihil profuiſſet nobis incarnatio Verbi & eius natiuitas, niſi eadem fuiſſet hominibus manifeſtata: Ait enim Salomon: *Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ utilitas in utriſque?* Verbū incarnatum ſapientia eſt patris, *in quo* (ſicut ait Apoſtolus) *ſunt omnes theſauri ſapientiæ, et ſcientiæ Dei abſconditi*: & rurſus de eadem ſapientia legimus, *Infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei*, ſi ergo ſapientia hæc, & theſaurus eſſent abſconditi,

Eccleſ. 41. Coloſſ. 2. Sap. 7.

absconditi: si manifestati hominibus & cogniti non fuissent, quæ vilitas in vtrisque?

9 Hinc Sanctus Iob de Verbo incarnato, quod radicem appellat, eo quod ex illa omnes fructus spirituales dependēt, ait: *Et radix mea aperta est iuxta aquas.* Vbi Gregorius: Radix (inquit) illius, scilicet Ecclesiæ, ipsa debet incarnatio Redēptoris intelligi, quæ iuxta aquas aperta est, dum Deus inuisibilis per assumptionem humanitatis suæ, patuit aspectibus visionis nostræ. Creator quippè, qui in diuinitate videri non poterat, assumpsit à nobis vnde videretur à nobis. Radix ergò secus aquas aperitur; quia auctor humani generis per humanitatē suam hominibus demonstratur. Vnde rectè quoquè per Psalmistam dicitur: *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.*)

Iob 29.
Gregorius 19. moral. cap. 16.
Psal. 1.

10 *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius,* &c. Quam domum? nunquid regale palatium sericis ornatum, quale Regem cœli decebat? minimè: sed in stabulo positum. Quid facitis ô Magi (ait Bernardus) quid facitis? lactentem puerum adoratis in tugurio vili in vilibus pannis? Ergo ne Deus est iste? Deus certè in templo sancto suo, Deus in cœlo sedes eius, & vos eum quæritis in vili stabulo, in matris grēmio? Quid facitis? Quid & aurum offertis? Ergo Rex est ipse? & vbi aula Regia? vbi thronus? vbi Regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum? thronus præsepium? curiæ frequētia Ioseph, & Maria? quomodo ita insipiētes facti sunt viri sapientes, vt adorent parvulum despicabilem, tam sua ætate, quam paupertate suorum? Insipiētes facti sunt, vt fierent sapientes, & prædocuit eos spiritus, quod postea prædicauit Apost. *Qui vult sapiens esse, stultus fiat, vt sit sapiens;* quia. nam per sapientiam mundus in sapientia sua Deum cognoscere non poterat, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos fieri credentes.

Ber. ser. 1. Epiphaniæ
Gb. 3. D.
1. Cor. 2.

DE CHRISTI PASSIONE IN COMMVNI CAP. XXVI.

Primus introductio ad passionē Christi.

QVAMVIS semel pro peccatis nostris mortuus fuerit Christus Dñs, singulis tamen annis memoriā passionis eius & mortis ignominiosæ recoli voluit in Ecclesia. Imò in pluribus alijs diebus in quibus canitur Euangelium, quo eius passio commemorat, vt dominica in Quinquagesima, feria quarta post dominicam secundam Quadragesimæ, nec non in toto tempore Paschali vsque ad Ascensionem Domini fit memoria de Cruce, & in ipsa gloriosa transfiguratione Moyses, & Elias loquebantur cum Iesu de excessu, quem completurus erat in Ierusalem, quæ omnia voluit, vt Euangelistæ scripto traderent, ne vnquam memoria passionis eius aboleretur. Non sic filij hominum, non sic Reges & Principes mundi. Hi enim magnam diligentiam apponunt, vt in eorum historijs, quæ honorifica sunt & gloriosa enarrentur; quæ verò ignominiosa apparent, silentio prætermittantur, quia gloriam huius

Matt. 17.

mundi

Ioannes Baptista Montanus Consultationum & Responsorum Medicinalium Liber II. Responsum XXVI. Quæritur, quæ sint præcipuæ causæ, quibus Lues Venerea in Italia tam frequens & vehemens evaserit, quam olim non fuit?

Responsum.

Cum Lues Venerea, quæ Gallica, Neapolitana, Hispanica, Germanica, Italica, Morbus Turcicus, Scabies Turcica, Lepra Turcica, Elephantiasis Turcica, Lepra Græca, Elephantiasis Græca, Lepra Arabica, Elephantiasis Arabica, Lepra Barbarica, Elephantiasis Barbarica, Lepra Indica, Elephantiasis Indica, Lepra Persica, Elephantiasis Persica, Lepra Ægyptiaca, Elephantiasis Ægyptiaca, Lepra Africana, Elephantiasis Africana, Lepra Asiatica, Elephantiasis Asiatica, Lepra Hebræa, Elephantiasis Hebræa, Lepra Iudaica, Elephantiasis Iudaica, Lepra Arabum, Elephantiasis Arabum, Lepra Barbarorum, Elephantiasis Barbarorum, Lepra Indorum, Elephantiasis Indorum, Lepra Persarum, Elephantiasis Persarum, Lepra Ægyptiorum, Elephantiasis Ægyptiorum, Lepra Africanorum, Elephantiasis Africanorum, Lepra Asiaticorum, Elephantiasis Asiaticorum, Lepra Hebræorum, Elephantiasis Hebræorum, Lepra Iudaicorum, Elephantiasis Iudaicorum, Lepra Leprosorum, Elephantiasis Elephantiasorum, Lepra Lepræ, Elephantiasis Elephantiasis, Lepra Leprosa, Elephantiasis Elephantiasa, Lepra Lepra

Cor. 4

Mat. 11.

Ioannes

Mat. 3.

Mat. 4.

Mat. 5.

Mat. 6.

Mat. 7.

Mat. 8.

Mat. 9.

Mat. 10.

Mat. 11.

Mat. 12.

Mat. 13.

Mat. 14.

Mat. 15.

Mat. 16.

Mat. 17.

Mat. 18.

Mat. 19.

Mat. 20.

Mat. 21.

Mat. 22.

Mat. 23.

Mat. 24.

Mat. 25.

Mat. 26.

Mat. 27.

Mat. 28.

mdz

Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, & statim subdit: *sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens*, &c. Et *humiliauit semetipsum factus obediens vsquè ad mortem: mortem autem crucis*. Eundem ordinem seruat Euangelista descripturus Verbi incarnationem, nam prius eius diuinitatem enarrat, cum dicit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: postmodū verò eius incarnationem subiungit dicens, *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Ioan. 1.

6 Planxit eum cœlum, *Nam facta hora sexta tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque in horam nonam*.] Obscuratus est Sol, & Luna non dedit lumen suum. Planxit eum templum: *Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsquè deorsum*. Planxit terra, *Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt*. Planxit & pia mater Ecclesia lugubri ornatu vestita Threnorum 1. *Plorās plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius*. Plangūt & Sacerdotes Threnorū 1. *Sacerdotes eius gementes*. Plangunt Angeli: *Et Angeli pacis amarè flebunt*. Plangit & Beatissima Virgo, in cuius nomine ait Propheta: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus*. Plangunt & discipuli dispersi, quoniam scriptum est, *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis*. Sola Crux Christi in quo precium mundi pendet hodierna die apparet læta, vtpote Regis purpura ornata. Cui subinde non immerito salutatio congruit Angelica: ideo nos omnes ad eam conuertamur, & preces nostras ad illam dirigamus dicentes: *Aue gratia plena*; sic enim eam salutat Ecclesia: *O Crux, aue spes vnica*. Gratia plena, nam Cruci fons totius gratiæ est affixus, ex quo per quinque vulnera velut ex tot riuulis aqua cælestis gratiæ ad nos peruenit. *Dominus tecum*, etenim in Virgine matre fuit nouem mensibus in eius vtero Virgineo, in cruce verò etiam tot retro annis est clauis confixus. *Benedicta tu in mulieribus*, & tu etiam benedicta crux, beata inter omnes arbores; quia *benedictum est lignum, per quod fit iustitia*. Cui consonat illud, quod in laudem crucis canit Ecclesia: *Inter omnia ligna syluarum tu sola excelsior, in qua vita mundi pependit, in qua Christus triumphauit, & mors mortem superauit*. Et iterum: *Crux fidelis inter omnes, arbor vna nobilis, nulla sylua talem profert, fronde flore germine, dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet*. Et *benedictus fructus ventris tui*, & benedictus est etiam fructus huius arboris, crucis videlicet, per quem reparatum est damnum, quod nobis intulit fructus arboris veiti. Maria Virgo peperit Christum ad vitā mortalem, sed crux sancta illum eundem Christum mortuum ad vitam immortalem transmisit; nam *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo*. Mariæ Virgini dicitur, *Sancta Maria Virgo Mater Dei ora pro nobis miseris peccatoribus*, & nos cruci beatæ confidenter dicamus, *O Crux aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisq; dona veniam*. Vnde Berengosius

Mar. 15.

Thren. 1.

Thren. 1.

Ibidem.

Matt. 26.

Sap. 14.

Rom. 6.

Digitized by Google

Tom.2.Bibliot. Vet. Patrum. §15.

rengosius Abbas lib. 2. de inuentione, & laude Sanctæ Crucis cap. 5. Hæc est (inquit) illa crux, in qua Dei filius exaltatus traxit omnia secum, de quo Angelus ad Mariam: *Aue* (inquit) *gratia plena, Dominus tecum.* Hæc est etiam illa sacra & celeberrima crux, in qua lux illa pependit, quæ dixit, *Fiat lux, & facta est lux*, vt ipse nos secum ad æternam perduceret lucem, qui pro nobis subire dignatus est clauos, lanceam, & crucem.)

Aug. lib. 1 Cōfes. c. 13 tom. 1.

7 Plorat Augustinus, quod cum Grammaticam edisceret, ploraret Didonis mortem, quæ se occidit ob Amorem Æneæ, cum tamen mortem animæ propriæ, vel mortem Christi non deplorauerit.

Exod. 29.

8 Passio Christi assiduè meditanda, vt eius virtute à morte perpetua liberemur. In cuius signum Angelus non tetigit eos, quorum postes domus sanguine Agni paschalis tincti erant & insigniti, cum tamen aliarum domorum primogenita occideret. [Moyses quippe ait: *sumentes sanguine Agni, et ponent super vtramque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Transibit Dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domus vestras, & lædere.* In vtroque poste inquit, in intellectu videlicet, & voluntate, vnde ad Hebræos 11. ait Apostolus: *Fide celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitiua, tangeret eos.* Vnde

Hebr. 11.

Chrys. ho. 27. super epistol. ad Hebr. circa med.

Chrysostomus: si ergo sanguis Agni in medio Ægyptiorum, vel in tanto exitio illæsos custodiebat Iudæos, multò magis nos conseruabit sanguis Christi illius non postibus, sed nostris animis. Nec mirum, quod eos illæsos seruauerit; timuit sanguinem Angelus. Sciebat enim, cuius esset typus, horruit mortem domini cogitans, propterea non tangebat postes.] Hinc Sanctus Gregorius: Sanguis super vtrumquè postem ponitur, quando non solum ore corporis: sed etiam ore cordis hauritur. In vtroquè enim poste sanguis Agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic Redemptoris sui sanguinem accipit, vt imitari passionem illius nec dum velit, in vno poste sanguinem posuit, qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est.)

Gregorius ho. 22. sup. Euangel.

9 Sed quarè præcepit, vt linirentur postes, qui erant lignei, non autem muri? Respondet Chrysostomus: Id factum fuisse propter mysterium, vt sciamus, homines per lignum scilicet crucis, quod præfigurabant postes lignei, esse ab æterna morte liberandos.)

Chrys. ho. 3 ex variis in Ioan. col. 3 to. 2.

10 Continua meditatio passionis acerbæ & dolorum Christi fasciculus est myrrhæ, de quo Sponsa Cant. 1. ait, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Vbi Bernardus: Propterea (inquit) non vasculum, sed fasciculum dicit, quod leue præ amore ipsius ducat, quidquid laboris immineat & doloris, &c. [An non fasciculus, cuius iugum suaue est, & onus leue? Non quia leue in se (neque enim leuis passionis asperitas, mortis amaritudo) sed leuis tamen amanti: & ideò non ait tantum, fasciculus myrrhæ dilectus meus:

Cant. 1. Bernard. serm. 43. in Cantic. col. 1. Cant. 1.

sed

ſed mihi inquit, quæ diligo, faſciculus eſt, &c.] Tu quoquè ſi ſapis, imitaberis ſponſæ prudentiam, atque hunc myrrhæ tam carum faſciculum de principali tui pectoris, nec ad horam patieris auelli, amara illa omnia, quæ pro te pertulit, ſemper in memoria retinens, & aſſidua meditatione reuoluēs; quò poſſis dicere & tu: *Faſciculus myrrhę dilectꝰ meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur.*] Hunc & vos dilectiſſimi tã dilectum faſciculum colligite, vobis hunc medullis inferite cordis, hoc munite aditum pectoris, & vobis inter vbera commoretur. Habete illũ ſemper, non retrò in humeris, ſed ante præ oculis; nę portantes & non odorãtes, & onus premat, & odor nõ erigat. Mementote, quia accepit eum Simeon in vlnis, Maria geſtauit in vtero, fouit in gremio, ſponſa ſibi inter vbera collocauit, & nequid prætermittam, factum eſt Verbũ in manu Zachariæ Prophetæ, nec non & quorundam aliorũ, arbitror & Ioſeph virum Mariæ ſuper genua frequenter illi arriſiſſe. Hi omnes ante ſe eum habuerunt, & nullus retrò, exemplo ergo ſint vobis, vt & vos ſimiliter faciatis.] Hæc Bern. *Cant. 8.* *Cant. 1.*

11 Ex hac paſſionis Chriſti meditatione aſſidua fortis efficitur homo & conſtans in aduerſis, quam præ oculis S. Iob habebat, cum dixit: *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, & idcirco me reprehendo, & agam pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Vbi (vt Auguſt. adnotauit) hoc ei diuinitus creditur inſpiratum, vt præſciret Chriſtum ad paſſionem eſſe venturum.] Intellexit ergo quo animo deberet tolerare quæ patiebatur aduerſa, cum Chriſtus, in quo peccatum non eſt inuentum, nequaquam tamen paſſionis obedientiam recuſauit. Ideo ait: *Auditu auris audiui te* prius, & nunc, ecce *oculus meus videt te*, Cruci videlicet affixum abſque vllo peccato: idcirco me reprehendo, &c.] *Iob 42.* *Aug lib 2 de peccat. meritis, & remiſſione cap. 11. 10.*

12 Crux & mors Chriſti fuit, vt docet Greg. hamus, quo Deus cepit Leuiathan, hoc eſt diabolũ. Aculeus huius hami diuinitas Chriſti: eſca vero fuit eius humanitas, ſub qua latebat diuinitas: ſed cũ diabolus hanc eſcam momordit, transfixus eſt aculeo diuinitatis, iuxta qꝺ Iob 40. ſcriptum eſt, *Numquid capere poteris Leuiathan hamo.* Et iterũ, *In oculis eius quaſi hamo capiet eum.* De quo plura dixi cap. 23. nu. 15. *Gregor. 33 moral 7. calumn. 9. & hom. 25 in Euang. Iob 40.*

13 Pati mortẽ fuit opus alienum à Deo, ſed hanc pertulit, vt faceret opus ſuũ, quod eſt homines ſaluare. Vnde Iſaiæ dicitur, *Vt faceret opus ſuum, illud* videlicet, de quo ipſe ait, *opus conſummauı, quod dediſti mihi*: alienum eſt opus eius ab eo, ſcilicet mori, vt explicat Greg Homil. 16. ſup. Ezech. col. vlt. & Bern. hom. de duobus diſcipulis in Emaus col. 4. *Iſa. 28. Ioan. 17. Gregorius. Bernardus*

14 Mortem Chriſti ſimplã, qua noſtrã duplam tolleret, deſiderabat S. Iob cum dixit, *Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat*, ideſt veniat Chriſtus, moriatur ſemel pro peccatis noſtris. Nos enim bis morimur, videlicet in anima per peccatũ, & in corpore propter peccatũ: Chriſtus autẽ ſemel mortuus eſt, videlicet in corpore, nõ autẽ in anima; quia peccatũ nõ fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eiꝰ. Vnde Greg: Nos enim quia à Deo mẽte recellimus, & carne ad puluerem redimus, pęna duplæ mortis aſtringimur: ſed veñt ad nos qui pro nobis *Iob 9. Greg. lib. 9 moral. cap. 25.*

Digitized by Google

fixus,& ſtatim admiror eius benignitatem,& in homines charitatem: audit ille & exiſtimat imbecillitatem. Audio fuſtum fuiſſe ſeruum, & quam noſtri curam gerit,admiror: audit ille & reputat infamiam. Audio eſſe mortuum,& ſtupeo virtutem ac potentiam, quod cum à morte teneretur, non fuerit victus: ſed mortem etiam fregerit: audit ille & ſuſpicatur impotentiam. Audiens ille reſurrectionem dicit eſſe fabulam: ego autem ſuſcipiens ipſas,quæ per res fiunt, demonſtrationes, adoro Dei conſilium & diſpenſationem.] Quod etiam ibi explicat optimo exemplo. [Et quomodo puelli videntes libros, non norunt vim literarum, neque norunt quæ vident: imò verò & ſi quis ſit imperitus literarum, hoc ipſum ei accidet: peritus verò inueniet magnam virtutem in litteris reconditam, integras aliquorum vitæ conſcriptiones, & hiſtorias. Et ſi epiſtolam quidem acceperit imperitus, putauit eſſe chartam & atramentum: peritus autem & vocem audiet, & cũ abſente loquet,& quod voluerit rurſus diſcet per litteras. Ita etiam fit in myſterio. Infideles quidem licet audiant, non videntur audire: fideles autem habentes peritiam,quæ ſit per ſpiritum, vident vim ac poteſtatem eorum, quæ ſunt recondita.] Hæc Chryſoſtomus. Cui conſonat illud Iſaiæ 29. *Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti literas,dicent: lege iſtum,& reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas, diceturq; ei: lege, & reſpondebit: Neſcio literas.* Iſa. 29. Tales ſunt pagani, atque cæteri infideles,quibus clauſus eſt liber & ſignatus, qui nobis fidelibus eſt apertus. Aperuit illum agnus, qui occiſus eſt, Ioanne dicente: *Dignus eſt agnus accipere librum,& ſoluere ſeptem ſignacula eius, quoniam occiſus eſt.* Apoc. 5. Intuentur librum, & lineamenta conſpiciunt:ſed quoniam ſcripturæ vim non intelligunt,neque agnoſcunt quid ſignificẽt ea,quæ oculorum ſenſu percipiunt,chartam duntaxat & atramentum diſcernunt. Hinc & Paulus ait, *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam nemo Principum huius ſæculi cognouit.* 1.Cor. 2. Nẽmo (inquit) cognouit ſapientiam,quam prædicamus, Chriſtum videlicet crucifixum, qui virtus Dei eſt & Dei ſapientia. Hæc enim (vt inquit Iob) *Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium.* Iob 28. Iudæos, quoniam liber, in quo ſcripta eſt, clauditur illis. Latet Paganos,quia neſciunt literas. Vnde & ſtultitiam reputant Apoſtolo dicente: *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ijs autem qui ſalui ſiunt, ideſt nobis, Chriſti Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* 1.Corin.1. Ideo ſapientiam iſtam abſconditam myſterium eſſe dixit Apoſtolus, quoniam aliud quidem præſefert in manifeſto,& aliud reconditum habet,& latens in occulto.

19 Hinc eſt quod locuturus Dominus de paſſione ſua cum diſcipulis ſuis, *Aſſumpſit eos ſecreò, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymã, & conſummabuntur omnia,quæ ſcripta ſunt de filio hominis. Tradetur enim gentibus ad illudendum, & flagellandum, & conſpuendum, & poſtquam flagellauerint, occident eum.* Luc. 18. Et tamen cum mortem ipſam ignominioſam pro nobis paſſus eſt, voluit eam in publico & manifeſto ſubire, ſi

Ierosolymis videlicet, & in die quo plures ad Paschalem festiuitatem conuenerant. Quid est hoc? cum dissimilis loquitur de passione in occulto, & illam patitur in publico? vtique, vt videlicet innueret in illo publico multa esse abscondita mysteria secreta, quæ discipulis erant manifestanda.

20 Hinc est etiam, quòd Apostolus, & si raptus ad tertium cœlum, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, vbi multa & mirabilia cognouit mysteria in Christo crucifixo, omnia se scire testatur. 1. Cor. 2. Ait enim: *Nihil arbitratus sum me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*. Vbi Augustinus quæstionem mouet: Si Apostolus nihil arbitratus est se scire nisi Christum crucifixum, vnde est igitur, quod eis dicit: *Tradidi enim vobis in primis, quia Iesus Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas*, si nihil, nisi crucifixum docuerat? Si autem non ita intelligunt, sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere concedunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere, & maxime quod *vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato*. Vnde etiam de ipso dicit: *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. Nec mirum quod Apostolus, nihil se scire inter vos nisi Christum crucifixum fateatur, quoniam in illo veluti in quoddam breui compendio omnia, quæ in cœlo & in terra cognosci possunt, continentur, & veluti in speculo relucent. Vnde Isai. de Christo crucifixo & eius passione loquens, consumationem & abbreuiationem eam appellat, vtpote in verbo abbreuiato exarata: ait enim, *Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consumationem & abreuiationem dominus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Quod tunc adimpletum est, quando operatus est salutem in medio terræ.

Lucæ 18. 22 Et *consummabuntur* (inquit) *omnia*. Ecce quid sit consumatio abbreuiata. Quid enim inconsumatum reliquit, quando pro hominibus passus est? Ideò namque emittens spiritum dixit: *Consummatum est*, quoniam omnia vna oblatione consumauit. Consumauit cœlum, quoniam per passionem suam ruinas Angelorum reparauit. Consumauit terram & perfecit; quoniam Principem huius mundi eiecit foras. Consumauit & adimpleuit legem; quoniam omnia, quæ de illo scripta erant, compleuit. Consumauit omnes in vniuersum virtutes, quoniã tunc ad summum perfectionis gradum peruenerunt. Quando enim Charitas ita exaltata est, & consumata sicut in passione Christi, cum animam suam posuit per quibus suis? scriptum est enim: *Maiorem charitatem nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis*. At Christus Dominus, etiam pro inimicis animam posuit. Vnde & Paulus, *Commendat* (inquit) *charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est*. Quando obedientia sic consumata & perfecta inuenta est? Collaudatur obedientia Abrahæ, eo quod ad Domini præceptum proprio filio suo non pepercit, sed illum in monte Deo immolare non dubitauit,

Ioan. 19. Rom. 6. Galat. 6. Isai. 10. Roman. 5. Genes. 22.

Digitized by Google

dubitauit, obediuit ille vsque ad mortem non propriam, sed filij pro quo tamen arietem immolauit: *Christus autẽ factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis* non alterius, sed suam propriam. Vt magis eius obedientia commendabilis redderetur prærnũt Apostolis dignitatem eius, qui obediuit. Ait enim: *Qui cũ in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalẽ Deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo humiliauit semetipsũ factus obediẽs vsq; ad mortẽ mortẽ autẽ crucis.* Quando humilitas sic exaltata est & consumata, velut quando innocẽs agnus cum iniquis reputatus est? quando mansuetudo ad summum peruenit, sicut cum Dei filius, *Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum*? Philip. 2. Isai. 53.

23 Splenduit quidem in Moyse mansuetudo, de quo dicit Scriptura quod erat *vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra*. Claruit etiam in Propheta Rege virtus hæc, cui ad Deum loquens ait: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius*: sed in Christo super omnes exaltata est & perfecta. Ait enim: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*. Quid de potentia dicam? quid de fortitudine & cæteris virtutibus? Potuerunt ne aliquando clariores fieri, aut præstantiores? Iustitia etiam tunc consumata est, quando sufficientem & superabundantem satisfactionem, pro iniuria sibi ab hominibus illata, Deus accepit. *Si vnus pro omnibus mortuus est* (ait Paulus) *ergo omnes mortui sunt*. Si omnes mortui sunt, ergo omnes sustinuerunt pœnam illa Diuina iustitia constitutam: *In quacunque die comederis ex eo, morte morieris*: ergo iustitiæ Dei satisfactum est: ergo consumata est Iustitia abbreuiata, & in vno Redemptore exaltata. Misericordia verò excelsior in hoc mysterio apparet, quia cum peccatores essemus & æterna morte digni, Christus pro nobis mortuus est, vt æternã vitã suis electis cõmunicaret. Cũ ergo in Christo crucifixo tot & tã magna abscondita sint sacramenta, recte vtique Paulus ait: *Non arbitratus sum me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Num. 12. Psal. 131. Matt. 11. 1 Cor. 5. Gen. 3.

24 Hinc est, quod iusti magnam reuerentiam passioni Christi exhibent, & eam mirifice exaltat, cuius tamen ignominiam peccatores detegunt ad ea duntaxat, quæ foris apparent, attendentes: quod multò antea, iuxta explicationem Sancti Augustini, præfiguratum fuit in filijs Noe. *Plantauit ille vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foris. At vero Sem, et Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, et incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui; facièsque eorum auersæ erant, et patris virilia non viderunt.* Iaphet (sicut Sanctus Augustinus explicat) Christi passio prænigurata fuit. Ipse quippè plantauit vineam de qua dicit Propheta: *Vinea Domini Sabaoth, Domus Israel est, et bibit de vino eius*, siue ille calix hic intelligatur, de quo dicit: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Et, *Pater si fieri potest transeat à me calix iste*: quo suã sine dubio significat passionẽ, &c. Et inebriatus Gen. 9. Aug. lib. 10. de ciuitate Dei cap. 20. 5. Matt. 20. Matt. 26.

est, ideſt paſſus eſt, & nudatus. Ibique nudatus eſt, ideſt apparuit
2. Cor. 13. eius infirmitas, de qua dicit Apoſtolus: *Et ſi crucifixus eſt ex in-*
2 Cor. 1. *firmitate*. Vnde item dicit: *Infirmum Dei fortius eſt hominibus, & ſtultum Dei ſapientius eſt hominibus*. Quod verò, cum dictum eſſet: & nudatus eſt, adiecit ſcriptura: in domo ſua, eleganter oſtendit, quod à ſuæ carnis gente, & domeſticis ſanguinis ſui, vtique à Iudæis fuerat crucem mortemque paſſurus. Hanc paſſionem Chriſti à foris in ſono tantum vocis reprobi annunciant. Non enim quod annunciant intelligunt. Probi autem interiore homine tam grande myſterium, atque honorant intus in corde infirmum & ſtultum Dei; quia fortius eſt & ſapientius hominibus. Huius rei figura eſt, quod Cham exiens hoc nunciauit foris: Sem vero, & Iapheth, vt hoc velarent, ideſt honorarent, ingreſſi ſunt, hoc eſt interius id egerunt.] Hæc Sanctus Auguſtinus. Idem docet lib. 12. contra Fauſtum cap. 23. tom. 6. & lib. 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 21. tom. 3. & ſerm. 153. de tempore,
Tom. 7. Bibliot. Vet. P. col. 322 tom. 10. Eandem explicationem eleganter proſequitur Adon Viennenſis de ſex Mundi ætatibus ætate ſecunda, cuius verba ſunt: In hac ſecũda ætate poſt diluuium plantauit vineam Noè, & inebriatus atque nudatus eſt in domo ſua portans Chriſti figuram, qui inebriatus eſt, dum paſſus eſt: nudatus eſt, dum crucifixũs eſt, in domo ſua, in gente ſua, & in domeſticis ſanguinis ſui. Hanc nuditatem, ideſt, paſſionem Chriſti videns Cham derſit: & Iudæi Chriſti mortem videntes ſubſannauere. Sem verò & Iapheth, tanquam duo populi ex circumciſione & præputio credentes quodammodo paſſionem Chriſti velamento texerunt, ideſt Sacramento honorauerunt. Veſtimentum enim ſignificat Sacramentum, quod dorſo impoſuerunt, quaſi memoriam præteritorum; quia paſſionem Chriſti tranſactam celebrat Eccleſia, non adhuc ſpectat futuram. Medius autem frater Cham, ideſt impius populus Iudæorum, qui nec primatum Apoſtolicæ tenuit, nec vltimus in gentibus credidit, vidit nuditatem patris, quia conſenſit in necem Domini Saluatoris: nunciat fratribus foras, quia per eum manifeſtatum eſt quod erat in Prophetis ſecretum. Ideoque ſit ſeruus fratrum ſuorum, facta ipſa gens quodammodo ſcriniaria Chriſtianorum, baiulans legem & Prophetas ad teſtimonium aſſenſionis Eccleſiæ, vt honoremus per Sacramentum, quod numerant illi per literam. Peccante Cham poſteritas eius damnatur, quia plebs Iudaica, quæ Dominum crucifixit, etiam in filios pœnam damnationis ſuæ tranſmiſit.]

* * *

Digitized by Google

DE CHRISTI PASSIONE IN PARTICVLARI
Cap. XXVII.

DESIDERIO *desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar*. Hoc fuit illud desiderium, de quo ait Psalmista psal. 19. *Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum*. Desiderauit (vt explicat Augustinus) manducare Pascha, & ponere, cum vellet, atque iterum cum vellet, sumere animam suam.] Hoc desiderium adimpleuit, cum manducauit Pascha cum discipulis suis & traditus est à Iuda. Cui consonat illud, *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiam illum*? Ideo Christus Dominus post cœnam Hymno dicto processit ad locum, vbi tradendus erat, vt ostenderet, quàm alacri animo, quanto desiderio quasi canendo & Deo Patri gratias agendo ad mortem properaret, sicut per Psalmistam ait, *Cucurri in siti*. Vnde Victor Antiochenus ad cap. 14. Euangelij Marci: Ante passionem laudes, grateſque Deo depromit: per hoc ostendens, se vltro lubenterquè pati. Tum nos quoquè exẽplo hoc admonens, vt aduersa, siqua nonnunquam sese offerant, grato patientiquè animo perferamus: cibooque sumpto, de percepto munere Deo largitori debitam gratiarum actionem persoluamus.] *Matt.* 26. *Psal.* 19. *Tom.* 1. *Bibliot. Vet. P. col.* 889

2 *Egressus est Iesus trans torrentem Cedron*. Hunc ingressum vaticinatus fuerat, qui dixit, *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo*. Quare autem incarnatio Verbi & ingressus ad passionem dicatur egressus, explicatum est supra cap. 23. num. 8. *Ioan.* 18. *Habac.* 3.

3 Petrus Apostolus multa & magnalia Christo Domino promisit: *Domine* (inquit) *tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire*. Et iterum: *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor*. Et rursus: *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Animam meam pro te ponam*. Sed vota hæc non soluit, quia in suo confidebat arbitrio. Nam ad vnius mulierculæ vocem simul omnia transgressus est: & quia non soluit, *Egressus foras fleuit amare*: sed gratia Dei confortatus, dono Spiritus sancti accepit postea, vt omnia vota sua Domino redderet, cum prò Christo & illius Ecclesia Crucis patibulo affixus animam suam posuit. Cui consonat illud, quod Iob 22. scriptum est, *Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo*, &c. *Tunc super omnipotentem delicijs afflues, & elevabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes*. Consonat etiam illud Isaiæ 19. *Vota vouebunt Domino, & soluent*.] *Lucæ* 22. *Matt.* 26. *Ioan.* 13. *Matt.* 26. *Iob* 22. *Isai.* 19.

4 Ioannis 15. dicitur de Iuda: *Cum ergo accepisset buccellam, exiuit continuo*. Matthæus vero ait: *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Iam miserat diabolus in cor, vt traderet eum Iudas Iscariotes*, & dum introiit in cœnaculum in- *Ioan.* 15. *Matt.* 26.

Digitized by Google

corde ſuo de traditione tractabat. Exiuit foras, vt cum Iudæis conueniret ad tradẽdum Chriſtum, quæ omnia multo antea prædixerat Pſalmiſta. Ait enim: *Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Ingrediebatur foras, & loquebatur in id ipſum. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.*] Hæc verba de Iuda proditore & Iudæis de morte Chriſti colloquentibus interpretatur Auguſtinus ſuper eundem Pſal. cuius verba ſunt: Ingrediebantur vt viderent. Iudas ille ad caput noſtrum erat, ad caput noſtrum ingrediebatur, vt videret, ideſt, vt exploraret, non vt haberet quod crederet: ſed vt inueniret quod proderet. Ecce ingrediebatur ille, vt videret, &c. Cor eius congregauit iniquitatem ſibi, ſibi inquit, & non Chriſto. Egrediebatur foras & loquebatur. Ille qui intrauit, vt videret, egrediebatur foras & loquebatur. Vtinã intus eſſet & vera loqueretur, non exiret foras, vbi falſa loquitur. Traditor, & perſecutor eſt, egreſſus foras loquitur. Egrediebantur foras, & loquebantur in id ipſum. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei, aduerſum me omnes in id ipſum: quanto melius mecum in id ipſum? quid eſt aduerſum me in id ipſum? vno conſilio, vna conſpiratione.]

Pſal. 40.

Aug. to. 8.

5 *Et filius hominis tradetur.* Quod Dominus tradidit Iob in manus Satanæ, ſignum quoddam fuit & figura, quòd Chriſtus Dominus tradendus erat in manus peccatorum. Vnde & Saluator ait Pilato: *Non haberes in me poteſtatem vllam, niſi tibi data eſſet deſuper.* Ait ergo Dominus ad Satan: *Ecce in manu tua eſt, verumtamen animã illius ſerua*, ac ſi aperte (ſicut explicat Greg.) diceret: licentiam contra corpus eius accipe, & ab electis illius, quos apud ſe ante ſæcula præſciens poſſidet, ius prauæ dominationis perde.] Poſſunt etiam verba illa: *Verumtamen animam illius ſerua*, referri ad diſcipulos, quos veluti animam ſuam Chriſtus diligebat, & ſenſus eſt: ſolum Chriſtum tradendum eſſe pro peccatis noſtris in mortem, quod & ipſe Dominus innuit, cum ſe ipſum tradens quærentibus ſe ad mortem dixit: *Ego ſum. Si ergò me quæritis ſinite hos abire.* Et ad diſcipulos loquens ait: *Ecce venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis.* Cui contonat illud Iſaiæ 63. *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.*

Gregor. 3 moral 11.

Ioan. 19.

Iob 1.

Ioan. 19.

Iſai. 63.

Matt. 14.

6 *Cæpit pauere, et tædere.* Ille pauor noſter erat, vtpote ex noſtris peccatis, pro quibus patiebatur, procedens. Timet Chriſtus moriturus & pauere cæpit, vt morientes pro ſe martyres intrepidos faceret & fortes. Aſſumpſit pauorem noſtrum, vt pro illo gaudium & lætitiam in paſſione & morte ſuis ſectatoribus communicaret. Vnde Sanctus Auguſtinus concione prima ſuper pſalm. 30. col. 1. H. expoſit. 2. eiuſd. pſalm. Nunquid poſſumus pauorem bene intelligere in Chriſto appropinquante paſſione, qui propterea venerat, cum veniſſet ad quod venerat? Nunquid pauebat moriturus? Si prorſus ita homo eſſet, vt non Deus eſſet, nonne magis gauderet reſurrecturus, quam pauere moriturus? veruntamen quia dignatus eſt aſſumere formam ſerui, &

Aug. to. 8.

Philip. 2.

in ea

in ea nos vestire se, qui non est dedignatus assumere nos in se ; non est dedignatus transfigurare nos in se, & loqui verbis nostris, vt & nos loquemur verbis ipsius. Hæc enim mira commutatio facta est, & diuina sunt peracta commercia, mutatio rerum celebrata in hoc mundo à negotiatore cœlesti. Venit accipere contumelias, dare honores : venit haurire dolorem, dare salutem : venit subire mortem, dare vitam. Moriturus ergo ex eo quod nostrum habebat, non in se, sed in nobis pauebat, quia & hoc dixit tristem esse animam suam vsque ad mortem.

7 Lucæ 22. ait Christus, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*. Quid est hoc ? non formidauit Paulus Apostolus mori in fine sæculi resurrecturus : ait enim : *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo* ; & Christus tristatur & formidat mortem post tres dies resurrecturus ? Iste (vt ait Sanctus Augustinus) gaudet coronandus, & tristis est ille coronatus ? Gaudet sic Apostolus, & dicit Christus Dominus noster : *Pater, si fieri potest, transeat hic calix* ? sed tristitiam sic assumpsit, quomodo carnem, &c. Ergo tristis fuit ? prorsus tristis : sed voluntate suscipiens tristitiam, quomodo voluntate suscipiens carnem : quomodo voluntate carnem veram, sic voluntate tristitiam veram. Luc. 22. Aug. sup. psalm. 93. post medium B. C. tom. 8. Matt. 26.

8 Christo Domino oranti in horto, & persecutores suos, qui eum morti traderent, expectanti, competunt verba illa psalmi 68. *Improprium expectauit cor meum, & miseriam : & sustinui, qui simul mecum contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.* Futuram enim suam mortem præuidit, futuram prædixit, & iam appropinquantem expectauit, *& sustinuit, qui simul contristaretur, & non fuit*, & cætera. Sed quæstionem mouet Sanctus Augustinus, nam discipuli eius contristati sunt, quando ductus est ad passionem, quando ligno suspensus, quando mortuus. Maria Magdalena, quæ primo cum vidit, gaudens lugentibus nuntiauit quid viderit, & veritas ipsa testatur : *Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini*. Constat doluisse, constat luxisse discipulos : extraneæ mulieres flebant quando ad passionem ducebatur, ad quas conuersus ait : *Flete, sed vos nolite flere super me*. Quomodo ergo sustinuit, qui simul contristaretur, & non fuit ? & cætera. Sed respondet, quod non ex eadem caussa illi contristabantur, qua Christi anima tristis fuit ad mortem. Contristabantur enim illi carnaliter de vita mortali, quæ mutanda fuerat morte, & reparanda resurrectione. Hinc erat illa tristitia. De illis enim esse debuit tristitia, qui ægri medicum occiderunt, qui tanquam perniciosè febrientes phrenetici faciebant iniuriam ei, à quo illis fuerat salus allata. Ille volebat curare, illi fæuire. Hinc tristitia medico, quia non inuenerit huius tristitiæ comitem. Non enim ait : *Sustinui, qui contristaretur, & non fuit : sed qui simul contristaretur*, idest ex ea re, qua ego contristabar, & non inueni.) Psal. 68. Aug. sup. psalm. 68. tom. 8. Ioan. 16. Mar. 26. Luc. 22.

Digitized by Google

Luc. 22. 9 *Factus in agonia prolixius orabat.* Hæc Christi Domini agonia ex humoribus corruptis nostrorum peccatorum processit, quorum memoria in corde orantis Christi versabatur, & ad agoniam & anxietatem spiritus Saluatorem nostrum deduxit. Quam quidem respexisse videtur Isaias, cum dixit: *Nunquid parum vobis, agonem exhibere hominibus, & quomodo Domino exhibetis agonem?* Alia lectio habet: *Num parum est vobis, fatigare homines, quia defatigatis etiam Deum meum?* Iuxta quam translationem Eusebius Cæsariensis sic locum istũ interpretatur: Non satis vobis erat ò Iudæi ingrati, & incrediduli in angustias maximas Prophetas coniecisse, quosdam occidẽdo, quosdam flagellando, alios persequendo, nisi peccatum adderetis peccato in agonia constituendo Deum meum? Cui consonat illud Ioannis 4. *Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Et Isaiæ 49. *In vacuum laborauí sine causſa, & vanè fortitudinem meam consumpsi.*

Isai. 7. Secundum 70. Eusebius lib. 7. cap. 2 Ioan. 4. Isai. 49.

Luc. 22. 10 *Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Hic sudor sanguineus medicina est infirmitatis nostræ. Isaias ait: *Omne caput languidum, omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, neque curata medicamine, nec fota oleo.* Sic erat infirmum corpus Christi mysticum, sic plagis affectum à planta pedis vsque ad verticẽ, vt multis alijs medicinis applicatis curari non potuerit & sanari. Scriptum est enim: *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.* Voluit ergo misericors medicus efficacissimum adhibere medicamentum, vt infirmitatem nostram totum corpus occupantem sanaret. Laborauit, lassatus est, sudat toto corpore, & sudore sanguinis decurrentis in terram, vt populum suum à sanguinibus peccatorum purgaret, nec tamen ablata est omnis rubigo eius. Vnde per Ezechielem conqueritur: *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.* Et Ier 6. *Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator; malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.* Et loquitur sumpta similitudine conflatoris, qui in igne aurum purgare vult & argentum. Cuius officium assumpsit Dominus, vt purgaret filios Leui, iuxta illud: *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum.* Et ad hunc locum respexisse videtur Apost. cũ de Christo loquens ait, *Purgationem peccatorũ faciens*, &c. Cui consonat illud Bern. Factus Dñs in agonia orabat, vbi quidẽ non solis oculis: sed quasi membris omnibus horruit. videtur, vt totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius lachrymis corporis purgaretur. In passione autem sicut totum hominem saluum fecit, sic de toto se fecit hostiam salutarem.] Vnde Sanctus Augustinus: Ideo (inquit) & toto corpore sanguinem sudauit; quia in corpore suo, id est in Ecclesia sua, martyrum sanguinem ostendit. Toto corpore sanguis exibat, ita Ecclesia eius habet martyres, per totum corpus eius fusus est sanguis. Quosdam enim infirmos in se præfigurans, id est in corpore suo ex persona infirmorum compatiens

Isa. 1. Ier. 30. Ezech. 24. Ier. 6. Malac. 3. Hebr. 2. Bern. serm. 3. de quinque diebus processionis. Aug. sup. psalm. 93. circa medium L.

tiens

tiens illis, ait, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste.*] Vnde Dregon Hostiensis Episcopus lib. 2. de Sacramento Dominicæ passionis in principio conuersus ad Christum ait: Vtinam gutta sanguinis, qui de agone tuo fudat, vsque ad terram decurrat, & aperiat terra os suum, & bibat illum, & clamet ad te & tecum ad Patrem melius quam sanguis Abel.] Præterea fudauit sanguinem, vt (sicut dicit Iustrorum Episcopus ad caput 22. Lucæ) verum se hominem esse omnibus planum faciat, eamque luctam, & agoniam ex diuina natura non prouenire ostendat.] Additquè, sanguineo sudore perfundi, rem fuisse præter naturam. At placuit nihilominus Christo, vt hoc quoquè in se fieret, quo nimirum timiditatis fons, pauorisque fluxus, qui naturæ nostræ coharebat, hoc modo abstergeretur penitusquè ex illa profligaretur.)

Mat. 26. *Tom.* 2. *Bibliot. Vet. P. col.* 110

Tom. 1. *Bibliot. Vet. P. col.* 955

11 Et vt intelligamus per humanitatem Christi, per passionem & mortem eius sanandas esse omnes plagas & infirmitates nostras; ideo postquam Satan (permittente Domino) percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius, subdit: *Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio*. Vbi Gregorius: Quid enim aliud in manu Domini testa est, nisi caro ex nostræ substantiæ luto sumpta? etenim testa igne solidatur: caro autem domini eò ex passione sua robustior extitit, quò per infirmitatem moriens, à morte sine infirmitate surrexit. Vnde rectè etiam per Prophetam dicitur: *Exaruit velut testa virtus mea*. Sicut testa enim eius virtus exaruit, qui susceptæ carnis infirmitatem passionis suæ igne roborauit. Quid vero per saniem nisi peccatum debet intelligi? Per carnem quippè & sanguinem solent carnis peccata designari: vnde per Psalmistam dicitur: *Libera me de sanguinibus*. Sanies itaquè putredo sanguinis est. Quid ergo accipimus saniem, nisi carnis peccata ex longa vetustate peiora? vulnus itaq; in saniem vertitur, cum neglecta culpa vsu deterius grauatur. Mediator itaquè Dei & hominum homo Christus Iesus corpus suum manibus persequentium tradens, saniem testa rasit, quia peccatum carne deleuit. *Venit enim* (sicut scriptum est) *in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum*.] Eadem est explicatio Augustini, cuius verba sunt: Et tulit sibi testam, vt raderet saniem. Per passionem Domini significat radi peccata confitentium.)

Iob. 2. *Greg. lib.* 3. *moral. cap.* 11. *post. med.* *Psal.* 21. *Psal.* 50. 1. *Timot.* 2. *Rom.* 8. *Aug. lib. notat. in Iob col.* 1. *tom* 4.

12 *Ceciderunt retrorsum.* Cadere retrorsum omnium atrocissimã pœnam designat, qualis est eorum, qui traduntur in reprobum sensum. Cadunt iusti, sed in faciem, non retrorsum. *Cecidit Moyses in faciem*. *Num.* 16. Ezechiel similiter: *Cecidi* (inquit) *in faciem meam*. Tres etiam discipuli cum in monte Thabor paternam vocem audiuissent: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ceciderunt in faciem suam*. *Ezech* 2. *Matt.* 17. Iudæi autem, cum Iesum quærerent comprehendere, & vocem illam Domini audissent: *Ego sum*, ceciderunt retrorsum. Ait enim: *Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram*. Qui cadit retrorsum periculosius cadit, & difficilius resurgit, quia nec videt vbi cadat, nec manibus sibi potest succurrere, ne conteratur caput, vel

aliud

Digitized by Google

aliud quoduis graue damnum patiatur. Atqui cadit ſuper faciem ſuam videt quo cadat, ſupponitq; facile manum ſuam, ne vnquam offendat ad lapidem non dico caput, ſed nec pedem ſuum, atque adeò facile reſurgit. Ceciderunt Iudæi & contriti ſunt, quia ceciderunt retrorſum. Ideo non adijcium, vt reſurgant. *Iuſtus autem cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam*: quia cadit in faciem, quia infirmitatem ſuam agnoſcit. *Septies in die cadit iuſtus* (ait Sapiens) *& reſurgit*. Ideo reſurgit, quia cadit in die, quia caſum ſuum videt, non ſicut illi, de quibus ſcriptum eſt: *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant*. Vnde & Bernardus ait: Denique ſepties cadit iuſtus & ſeptues reſurgit, ſi tamen cadit in die, vt ſe cadere videat, & ceciſſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adiuuantis. & dicat: *Dñe in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem, auertiſti faciem tuã à me, & factus ſum conturbatus.* De illis verò, qui retrorſum cadunt dicitur Iſaiæ 28. *Et erit eis verbum hoc: manda remanda, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadant, & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueẽtur, & capiantur*. Et Geneſ. 49. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro*. Hunc locum Sanctus Auguſtinus explicat de Antichriſto, quem per colubrum, & ceraſtem ſignificari docet. Per equum autem, *hunc mundum inſinuat*, qui per elationem ſuam in curſu labentium temporum ſpumat. Et quia Antichriſtus extrema mundi huius apprehendere nititur, ceraſtes iſte equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mordere, eſt extrema ſæculi feriendo contingere. *vt cadat aſcenſor eius retro*.]

Prou. 24. Prou. 4. Bernard. ſerm. 17. in Cantic. col. 1. Iſai. 28. Gen. 49. Aug. lib. de benedict. Iacobi in fine to. 4

Matt. 26. Aug. lib. 1 quæſt. Euãgelic. quæſt. 36. tom. 4.

13 *Petrus verò ſequebatur eum à longè*. Vt notauit Auguſtinus: quod ad paſſionem euntem Dominum à longè ſequebatur Petrus, ſignificat Eccleſiam ſequuturam quidem, hoc eſt imitaturam paſſionẽ Domini: ſed longe differenter. Eccleſia enim pro ſe patitur, at ille pro Eccleſia.] Vel ideò ait: ſequebatur à longè, vt intelligamus, quod qui ſequitur & imitatur Chriſtum, quantumuis currat ſpiritu feruens, ad perfectionem tamen illius peruenire non poteſt: ſed ſemper ab ea quã longiſſimè diſtat. Cui conſonat illud Apoſtoli: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*, ac ſi diceret. Sicut ego Chriſtum ſequor, & tamen ad perfectionem illius non pertingo: ita & vos me ſequimini, tametſi longe ſitis à meritorum cumulo, quæ per me operatus eſt Dominus.

2. Cor. 11.

Matt. 26. Zach. 11. Amos 2. Gen. 49.

14 *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati*, &c. Vide quàm vili pretio Iudas Chriſtum vendiderit, contra quem faciunt verba illa Amos 2. *Hæc dicit Dominus: ſuper tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iuſtũ, & pauperem pro calceamentis*, id eſt pro pretio tam vili, *quæ non habũt parare emptos*. Et quod eſt mirandum, viliori pretio multi fideles vendunt Chriſtum, cum peccãt mortaliter, & eius gratiam amittũt, vt carnis delicijs fruantur, vt iræ ſatisfaciant, &c. Timeant qui eiuſmodi ſunt, ne in die vltionis dicatur illis id, quod Ioſeph dixit fratribus: *Ego ſum* (ait) *Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum*, quo audi-

to non

Digitized by Google

so non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti,& illos quidem consolatus est Ioseph dicens: *Accedite,& osculatus est fratres suos.* At Christus Dominus cum apparuerit in gloria, & ijs qui vendiderunt illum,dixerit: Ego sum Iesus,quem vendidistis,quem abnegastis, &c. nullum verbum consolationis ab eo audient;non enim dicet sicut Ioseph,accedite: sed, Ite *maledicti in ignem æternum*. Et quia Iudæi adeò vili pretio vendiderunt Christum, viliori postmodum in excidio Ierosolymitano venditi sunt. Meritò siquidem (vt ait Eg. Pus) deijciendi & viles habendi fuerant, qui vniuersis pretijs charioré Iesum triginta denariorum pretio à discipulo comparauerant: non vt eum haberent tanquam Dominum: sed vt de terra viuentium tollerent;velut iniquum. Quare iurè de hæreditate sua, viliories paleis in omnem terram ventilati sunt à gentibus, quas formidauerant, ne sibi locum & gentem tollerent. Et qui triginta denarijs Iesum comparauerant ad perdendum,iuste postea triginta capita suorum viderũt vendi vno denario ad illudendum. ¶ Hæc ille.

Matt. 25.

Tom.7.Bibliot. Vet. P.col. 574

15 *Et auulsus est ab eis, quantum iactus lapidis*,in quo significare voluit,legem Mosaycam,quæ in tabulis lapideis erat conscripta,esse in morte Christi terminandam. Dicit enim Apostolus: *Finis legis Christus in salutem omni credenti*. Et iterum scriptum est: *Lex & Prophetæ vsquè ad Ioannem*. Ideo ait, *Et ipse auulsus est ab eis quantus ejit iactus lapidis*, in hoc eos admonens (sicut dicit Augustinus) vt in eum dirigerent lapidem,idest vsquè ad eum perducerent intentionem legis, quæ scripta erat in lapide. Vsque ad illum enim potest peruenire ille lapis, quoniam finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. ¶

Matt.26.

Rom. 10.

Aug. lib. de quæst. Euangelic. quæst. 50. tom. 4.

16 *Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum*. Traditor & locum vbi Christus comprehenderetur,ostendit, & signũ quo cognoscatur tribuit. in quo subinde adimpletum fuit illud Psal. 18. *Dies diei eructat verbum,& nox nocti indicat scientiam*. Vbi inter alias explicationes hanc etiam adhibet Augustinus: Quando Dominus (inquit) Christus loquebatur Apostolis, *Dies diei eructabat verbum*, quando Iudas Dominum Christum prodidit Iudæis, *nox nocti annunciabat scientiam*. ¶

Matt.26.

Psal. 18.

Aug conc. 2 sup. eundem Ps. F.

17 *Et osculatus est eum*. Conqueritur Saluator de Iud traditore verbis illis Psalmista: *Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem*, vel (vt legit & explicat Augustinus) qui edebat panes meos, ampliauit super me calcaneum, hoc est conculcauit me. Nam Dominus ipse Iesus illum ipsum traditorem suum per panem porrectum ostendens Apostolis,hunc etiam versum psalmi huius commemorauit & in se dixit impletum,*Qui edebat panes meos,ampliauit super me calcaneum*. ¶ Cui consonat illud: *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi,sustinuissem vtiquè. Et si is qui oderat me,super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos*, & cætera. ¶ Quem locum Sanctus Augustinus

Matt. 26. Psal. 40.

Aug. lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 8. C. tom. 5. Ioan. 3. Psal. 40.

Aug.to 8. Tom.4. Biblio. Vet. P.col.887

ſimus ſuper Pſal. 40. poſt medium A. & Gregentius Archiepiſcopus Tephrenſis diſputatione contra Herbanum Iudæum interpretãtur de Iuda proditore, in quo Chriſtus in ſuis membris ſperauit, quando erat Apoſtolus. Verba Auguſtini ſunt: *Homo pacis meæ, in quem ſperaui, Qui edebat panes meos*: quomodo ipſum oſtendit in paſſione de iſtis verbis prophetiæ? per buccellam illum deſignauit, vt appareret de illo dictum: *Qui edebat panes meos*. Rurſus quando venit, vt traderet eũ, oſculum illi dedit, vt appareret de illo dictum, *Homo pacis meæ*.]

Matt.26.

18 *Amice ad quid veniſti?* Tanto deſiderio ſubeũdi mortem pro nobis flagrabat, vt traditoré vocauerit amicũ. E cõtra verò Petro Apoſtolo, qui eius mortem impedire cupiebat dicens: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc*, vocauit Satanam, *Vade* (inquiens) *retro Satana, ſcandalum es mihi*, quod manifeſtiſſimum ſignum eſt charitatis eximiæ, qua ſe pro nobis obtulit morti. Vnde & de paſsione ſua loquens baptiſmi nomine illam appellauit, ac ſi eſſet ei magnum quoddam refrigerium:

Matt.4.

Lucæ 12.

Baptiſmo (inquit) *habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiam illum?*

2 Reg. 15. Aug. ſup. pſal. 3. in titulo pſal. num. 8.

19 Titulus pſalmi tertij, qui eſt, *Pſalmus Dauid, cum fugeret à facie Abſalon filij ſui*, eſt accipiendus ex perſona Chriſti, vt Auguſtinus explicat. Per Dauid ſignificatur Chriſtus: per Abſalon, qui patris pax dicitur, ſignificatur Iudas, qui oſculatus eſt Chriſtum. Fugit Chriſtus à Iuda cum eum deſeruit, vt faceret citius quod mente conceperat, vt traderet Chriſtum. Ait enim: *Quod facis, fac citius*. Quòd ergo in ipſa traditione eius oſculum accepit, bene intelligitur pacem Chriſtum exhibuiſſe traditori ſuo, quamuis ille tàm ſceleratę cogitationis interno bello vaſtaretur. Et ideo Abſalon patris pax dicitur, quia pater habuit pacem, quam ille non habuit.] Huius ergo proditoris, & oſculi ficti typum geſsit Abſalon, quem grauabat Cæſaries, & *non niſi in anno tondebatur*, & crines ſuos ponderabat ducentis ſiclis pondere publico. Vt habetur 2. Regum 14. Vnde in eodem crine ſuſpenſus ad arborem interijt. Vbi Drogon Hoſtienſis Epiſcopus lib. 1. de Sacramento Dominicæ paſſionis: Abſalon patris pax ipſe eſt Iudas, & quicunq; *in pace* Chriſto eſt *amaritudo amariſſima*. *Ave Rabbi*. Voce & oſculo Patri pacem ferebat. *Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.*

Tom. 1. Biblio. Vet. Pat colum. 117.

Pſal. 40.

Homo (inquit) *pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem*. Vnus eſt & multi ſunt. Ecce Abſalon, ecce Iudas, ecce corpus Satanæ. Sed quomodo comam nutriebat? ſur erat & loculos habebat, illa eum Cæſaries grauabat, & ſemel in anno tonſus, quando ſemel retulit triginta argenteos, & proiecit eos in templo: quos ponderauit ducentis ſiclis, qui numerus immundorum eſt: & hac pondere publico, non pondere Sanctuarij. Pœnitentia enim

Matt. 27.

ductus peccatum ſuum valdè ponderauit. *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Singula verba plena ſunt ponderibus: ſed pondere publico, non pondere Sanctuarij; quia plus erubuit infamiam, quam conſcientiam: plus ſuam nequitiam, quam Dei miſericordiam ponderauit. Audi põ-

Pſal. 50.

dus Sanctuarij: *Peccaui, & malum coram te feci, dele iniquitatem meam:*

hanc

Digitized by Google

hinc iniquitatem meam ego agnosco, illinc misericordiam tuam magnam attendo, miserere mei Deus. Audi & pondus publicum: *Maior est* (ait Cain) *iniquitas mea, quam vt veniam merear. Rejulit ergo triginta argenteos, & proiecit in templo.*] Vnde pondere publico et pondere Sanctuarij suam ponderauit iniquitatem, dum de misericordia diuina desperans abiens laqueo se suspendit. Gen. 4.

20 Secundum explicationem Augustini, illud psalmi 108. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super me apertũ est*, intelligitur de ore Iudæ, vel Iudæorum in Christum, cum dicit: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Et post pecuniæ ꝓpositionẽ dans signum traditionis: *quemcumquè* (inquit) *osculatus fuero, ipse est tenete eum*: ideo *super me* (ait) *apertum est*. Cum enim signum dedit, ore doloso aperuit quem tenerent. Iudæi quoquè eum volentes dolo perdere (vt Euangelium pandit) clamauerunt dicentes, Crucifige, crucifige eum.] Hæc Augustinus. Psal. 108. Matt. 26. Aug. lib. 6. hypocol. 4. C. tom. 7.

21 De ijs, qui cum faculis & laternis venerunt, vt comprehenderent Christum & morti traderẽt, loquitur Psalmista in persona Christi, cum ait: *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me, multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.* Iam multiplicati sunt (ait Augustinus) vt etiam de numero discipulorum non defecerit, qui numero accesserit persequentium.] Psal. 3. Aug. sup. psalm. 3. tom. 3.

22 Cum traditus est Christus in manus peccatorum suam diuinitatem abscondit, neque vsus est sua potentia persecutores comprimẽs, vt locum daret morti, cui pro nobis voluntariè se ipsum obtulit, quod & ipse per Psalmistam declarauit, cum dixit: *Traditus sum, & non egrediebar*, ideſt in interioribus meis latebam, vt Augustinus ait, non propatabar, non manifestabar, & ideo sequitur, *Oculi mei infirmati sunt ab inopia*, &c. Et illi oculi, ideſt Sancti Apostoli, quibus non reuelauerat caro & sanguis, sed Pater eius, qui in cęlis est, vt Petrus diceret: *Tu es Christus filius Dei viui*, videntes eum tradi ac tanta perpeti mala infirmati sunt ab inopia, velut subtracto sibi cibo suo, lumine suo.] Cui consonat illud psalmi 72. *Tenuisti manum dexteram meam*, hoc est diuinitatem, ne humanitati succurreret, me ipsum à morte liberando, *et in voluntate tua deduxisti me*, videlicet ad passionem, & crucem, *et cũ gloria iterum suscepisti me*, videlicet in resurrectione, in qua totam humanitatem iterum reassumpsit. Nam per mortem à corpore fuerat anima Christi separata, & tota eius humanitas dissoluta, quamuis in triduo diuinitas neque ab anima fuerit, neque à corpore separata. Psal. 87. Aug. sup. psalm. 87. circa med. D. tom. 8. Psal. 16. Psal. 72.

23 *Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in Iesum, et tenuerunt eũ.* Tunc adimpletum est illud Psalmi 58. *Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes*, ministri videlicet illius, de quo Matt. 12. *Nemo potest intrare in domum fortis, et vasa eius eripere, nisi prius alligauerit fortem.* Vbi Augustinus: Fortitudo ista non sanitatis est, sed insaniæ. Nam & phreneticis nihil fortius, valentiores sunt sanis: sed quantò maiores vires, tanto mors vicinior.] E conuerso autem Paulus: *Quando infirmor* (inquit) *tunc fortior sum et potens.* Matt. 26. Psal. 58. Matt. 12. Aug. sup. psalm. 58. col. 2. F. 1. Cor. 12.

24 Hinc

1 Tim. 2. 5. Hebr. 7. 25. 1 Ioan. 2. 1. Rom. 8. 34. Ioan. 14. 16. Ioan. 16. 26. Ioan. 17. 9. Ioan. 17. 20. Ioan. 17. 24. Ioan. 14. 13. Ioan. 16. 23. Ioan. 16. 24. Ioan. 16. 26. Ioan. 16. 27. Ioan. 14. 21. Ioan. 14. 23. Ioan. 15. 7. Ioan. 15. 16

cũ illo paterentur,&c. Veruntamen quia lõge steterunt timentes Apostoli, absolutius & planius de illis accipimus, vt alios propinquasse, alios longe stetisse intelligamus, quoniam quidem, & Petrus qui audacius secutus fuerat, ita longè erat, vt interrogatus & perturbatus ter negaret Dominum, cũ quo se moriturum esse promiserat. Qui postea ex longinquo, vt propinquus fieret, audiuit post resurrectionem: *Amas me?* & dicebat, *Amo:* & dicendo propinquabat, qui negando longè factus erat, donec trina voce amoris solueret trinam vocem negationis. *Et proximi mei à longè steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam*, vt videlicet me crucifigerent. *Ioan.* 21.

29 Hinc de Petro Apost. scriptum est: *Petrus autem sequebatur eum à longe*, Petrus inquã amicus, & proximus, qui altõ illam confessionem fecit, *Tu es Christus filius Dei viui*, qui ab ore ipso veritatis audiuit: *Beatus es Simon Bariona; quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.* Hic sequebatur Christum à longè, sicut scriptum est, *Et qui iuxta me erant, de longe steterunt*: sed qui quærebant animam Christi, aduersus eum appropinquauerũt tanquã lupi, vt agnum innocentem comprehenderent, & ligatum ducerent ad mortem. *Matt.* 16.

30 Fugientibus Apostolis passionis tempore, & Christũ solum relinquentibus, mulieres tamen ei adhæserunt, quod & S. Iob insinuauit cum dixit: *Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum.* Vbi iuxta interpretationẽ Greg. in osse fortudo Christi designatur, in carnibus infirmitas discipulorũ eius, qui passionis tẽpore fugerunt. Per pellem verò, quæ exterior carne manet in corpore, sanctæ fœminæ figurãtur, quæ ad præparanda subsidia corporis exterioribus Domino ministerijs seruiebant. Quia ergò in passione timore Iudæorũ fugerunt discipuli, mulieres autẽ non solũ non timuisse, neque fugisse: sed etiã vsque ad sepulcrũ stetisse memorantur, ideo ait: *Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meũ*, hoc est hi, qui meæ fortitudini propinquius inhærere debuerãt, passionis meæ tẽpore timore consumpti sunt, & eas, quas ad exteriora ministeria posui, in passione mea sine formidine inhærere mihi fideliter inueni. *Iob* 19. *Gregor.* 14 *moral.* 23

31 *Respexit Dñs Petrum*, &c. Deserente Domino, & faciem suã ab eo auertente, negauit Petrus Christum: sed eo respicitente de peccato suo pœnituit, & cœpit flere. Cui congruit illi Psal. *Dñe in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem: auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Vbi Aug. Hæc vox & Apostoli Petri esse potuit. Dixerat quippè & ipse in abundantia suã: *Animam meam pro te ponã.* Sibi fiducialiter tribuẽs, q̃ ei fuerat à Dño postea largiendũ. Auertit autẽ ab illo faciẽ Dñs, et factus est cõturbatus ita, vt mori pro illo metuẽs ter negaret. Sed rursus conuertit ad eũ faciẽ suã Dñs, & culpã lacrymis diluit. Quid est enim aliud, respexit eũ, nisi faciẽ suã, quã paululũ ab illo auerterat, reuocauit ad eũ? factus ergo fuerat cõturbatus. Sed quia didicit nõ de seipso fidere, etiã hoc ei profecit in bonũ faciente illo, qui a *diligentibus eũ omnia cooperantur in bonũ*, quia secundũ propositum vocatus erat, vt nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat. Hæc Aug. *Psal.* 29. *Aug. lib. de correct. & gratia cap. 9. in fine tom. 7. Ioan.* 13. *Rom.* 8.

32 Et

32 Et libro de gratia Christi contra Pelagium,& Cęlestiũ cap. 4. Negauit primo Petrus & non fleuit,quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit secundò & non fleuit,quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit tertio, & respexit Iesus,& ille amarissimè fleuit.] Vbi etiam aduertit,non posse dici quod corporalibus oculis eum dominus visibiliter admonendo respexerit; nam Christus tunc intus erat, Apostolus verò Petrus foris, & deorsum in atrio cum seruis ad focum tunc sedens. Respexit ergo illum oculis interioribus diuinæ misericordiæ, quæ latenter subuenit, cor tetigit,memoriam reuocauit,interiore gratia sua visitauit, Petrum interiorem hominem vsque ad exteriores lacrymas mouit, & produxit affectum.] Quod etiam docet Sanctus
Ambros. Ambrosius libro 10. super Lucam cap. 96. quem refert Augustinus cap. 4. allegato.

Matt.26. 33 *Tunc expuerunt in faciem eius, et colaphis eum ceciderunt dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Vide quot iniurias,quot cõtumelias, quot opprobria passus sit pro te Dominus Maie-
Ier. 20. statis, quæ vnico Verbo expressit Ieremias cum dixit: *Factus sum in*
Thren. 3. *derisum tota die omnes subsannat me.* Et infra, *Dabit percutienti se maxillas, saturabitur opprobris*, era tan grande la hambre, que tenia da, padezer opprobrios por nosotros, que sueron menester tantos para hartarle.

34 Hinc Isaias magnitudinem ignominiæ, quam tunc passus est Christus Dominus,comparauit magnitudini diuinitatis eius,nec potuit
Isai.52. aliter eam explicare. Ait enim:*Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & elevabitur,et sublimis erit valde,: sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius,et forma eius inter filios hominum.*] Considera quantum se deiecerit Dominus Maiestatis:quantumque se exinanierit propter te formam serui accipiens: si quidem Propheta modum non reperit, quo ignominiam passionis eius exprimeret, nisi eam conferendo magnitudini claritatis illius. Gloriam suam in mon-
Matt. 17. te Tabor tribus dilectissimis ostendit discipulis, *Assumpsit Petrum, & Iacobum,et Ioannem fratrem eius,et transfiguratus est ante eos.* Ignominiosam vero mortem illius in monte Caluario omnes viderunt nationes. Ibi *resplenduit facies eius tanquam Sol,vestimenta autem eius facta*
Isai. 53. *sunt alba sicut nix*: hic species illius deformata est secundũ illud, *Vidimus eum, & non erat species, neque decor.* Ibi inter duos Prophetas emicuit,hic medius inter duos latrones pependit. Ibi vox patris audi-
Matt.17. ta est: *Hic est filius meus dilectus,in quo mihi benè complacui, ipsum audite*, hic voces sacrilegæ Iudæorum audiuntur per irrisionem dicen-
Matt.27. tium, *si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.* Ibi eius vestimenta candida, hic proprio sanguine conspersa. Sicut ergò ibi apparuit gloriosus, ita hic fuit contumelijs quam plurimis, & opprobrijs
Hebr. 2. expositus. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*, & tamen inter Angelos sublimis est atque excelsus, at inter filios hominum abiectus.

Matt. 26. 35 *Nouissimè verò venerunt duo falsi testes*, &c. Contra veritatem

tem & innocentiam Saluatoris inuenire non potuerunt veros teſtes, qui contra illum aliquid dignum morte poſſent deponere; ideo venerunt duo falſi teſtes, iuxta illud, quod in perſona Chriſti ait Pſalmiſta: *Inſurgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me*. Quid ergò ignorabat qui ſciebat omnia, & quæ ventura erant ſuper eum? Aug. Ignorabat peccatum, & hoc peccatum ignorabat, non quaſi non iudicando, ſed non committendo, &c. Iniquitates ignorabat, de quibus interrogabatur. Cui conſonat illud Apoſtoli: *Eum, qui non nouerat peccatum*, ideſt qui peccatum non commiſerat, *neque dolus inuentus eſt in ore eius, pro nobis peccatum fecit*, ideſt ſe ipſum obtulit hoſtiam pro peccato. *Pſal. 34. Aug. ſup. pſalm. 34. concione 2. col. 1. B. 1. 2 Corin. 5.*

34 *Et non reſpondit ei ad vllum verbum*. Vt impleretur illud Iſaiæ 57. *Quia ego tacens, & quaſi non videns*: quem locum nonnulli Doctores, inter quos eſt Theodoretus, interpretantur de Chriſto Domino, qui interrogatus à Principe ſacerdotum: *Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur?* tacebat. Cui conſonat illud Pſalm. 38. *Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me: humiliatus ſum, & ſilui à bonis*, quem locum de Chriſto Domino non reſpondente Pontifici, & Scribis, & Phariſæis eum iniquè accuſantibus interpretatur Auguſtinus ſuper eundem pſal. col. 3. M. Quid enim dicturus erat turgidis, turbidis, calumnioſis, litigioſis, verboſis?] Vnde Iſaias ait, *Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum; ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutieſcet, & non aperiet os ſuum*. Hinc collige, blaſphemantibus non reſpondendum, ne in maiores prorumpant blaſphemias. *Matt. 26. Iſaia 57. Matt. 26. Pſal. 38. Aug. to. 8. Iſa. 53.*

37 *Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi*. Pater æternus tradidit Chriſtum, iuxta illud Rom. 8. *Qui proprio filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Tradidit etiam ipſe filius ſe ipſum, Apoſtolo dicente: *Dilexit me, tradidit ſemetipſum pro me*. Et Iſaia 53. *Et fortium diuidet ſpolia pro eo, quod tradidit in mortem animam ſuam*. Tradidit Iudas, hic enim erat traditurus eum, vt dicitur Ioan. 12. Tradiderunt illum Iudæi, vt habetur in loco inducto. Pilatus denique illum tradidit Ioan. 19. *Ioan. 18. Rom. 8. Galat. 2. Iſai. 53. Ioan. 6. Ioan. 19.* 19. *Tunc ergò tradidit eis illum, vt crucifigeretur*. Aliter tamen, & aliter hi omnes tradidèrunt illum. Pater enim, vt ait Sanctus Thomas, tradidit Chriſtum, & ipſe ſemetipſum ex charitate. Iudas autem tradidit illum ex cupiditate. Iudæi autem ex inuidia. Pilatus autem ex timore mundano, quo timuit Cæſarem.] *S. Thom. 3. par. quæſt. 47. ar. 3. ad 3.*

38 *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati*.] Id quod multò ante prædictum fuerat per Isaiã: *Ecce teſtem populis dedi eum, Ducem ac præceptorem gentibus*. Et Apoc. 1. *Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, &c. & à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis*. Quia nimirum fuit teſtis non de ſolo auditu: ſed etiam de viſu: nam quæ vidit tam ſcientia beata, quam in verbo, & quæ audiuit à Patre, teſtificatus eſt. Ait enim: *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor*. Et iterum: *Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem* *Iſai. 55. Apoc. 1. Ioan. 8. Ibidem.*

Digitized by Google

vobis locutus sum, quam audiui à Deo. Testis enim de solo auditu fidem non facit plenam. Hinc Apostoli, quos elegit Dominus, vt essent testes resurrectionis eius, ac veritatis Euangelij, iuxta illud Actorum primo: *Et eritis mihi testes in omni Iudæa, Samaria, & vsquè ad vltimũ terræ*, de visu, & auditu, imò & de tactu testimonium perhibebant. *Quod fuit ab initio* (ait vnus ex illis testibus) *quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, et vita manifestata est, et vidimus et testamur et annunciamus vobis vitam æternam, quę erat apud Patrem, et apparuit nobis, quod vidimus et audiuimus annunciamus vobis.* His consonat illud Isaiæ 43. *Vos testes mei, dicit Dñs, & seruus meus, quẽ elegi.* Et infra: *Vos testes mei, dicit Dñs, et ego De⁹.* Quę verba latiꝰ expẽdẽda sũt infra verbo Martyr

Act. 1.

1. Ioan. 1.

Isai. 43.

Matt. 26. Isai. 9. 39 *Regnum meum non est de hoc mundo.* Ideo Isaiæ 9. appellatur *Pater futuri sæculi*, vt mentes fidelium eo conferat, vbi vera sunt gaudia. Vbi obseruandum, quòd non dixit: Dominus futuri saculi, vel, Rex: sed, Pater; vt ex ipso nomine conijcias singularem curam, & misericordiã quã erga suos habet, quos in spem regenerauit vitæ æternæ.

Matt. 27. 40 *Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes sacerdotum, et Seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.*] Contra se potius, quam contra Christum inierunt consilium, id quod innuit Isaias, cum dixit: *Væ animę eorum, quia consuluerunt consilium, et malum contra se*, quæ verba Sanctus Ambrosius, Sanctus Hieronymus, & Iustinus martyr ad consilium illud referunt, quod Iudæi cogitauerunt contra Dominum, vt eum morti traderẽt, de quo scriptum est: *In consilium eorum non veniat anima mea, et in cętu illorum non sit gloria mea, quoniam in furore suo occiderunt virum*, idest Christum: *et in voluntate sua suffoderunt murum.* Et iterum: *Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire*, illud videlicet: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat.*] vt explicat Aug. super psal. 19. sed consilium istud stabilire non potuerunt; quia & Christum occiderunt, & à Romanis debellati perierunt. Dominus autem consilium sum stabilire fecit: *Consilium meum* (inquit) *stabit, et omnis voluntas mea fiet.*

Isai. 3. secundũ 70. Ambros. lib. de benedict. Patriarcharũ. cap. 3. Hier. Isai 3 Iustin. in dialog cum Tryphone. Gen. 49

41 Vtrumque consilium & Iudæorum & Domini Iesu Prophęta simul complexus est, cum ait: *Etenim sederunt Principes, et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua, et martyria tua* (vt legit Augustinus) *meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tuæ.*] Consilium contra consilium. Sederunt Iudæorum Principes quærentes consilium, quomodo Christum perderent: sed Christus consiliũ quærebat, quomodo inimicos perditos inueniret, & iustificaret. *Et consilium meum* (inquit) *iustificationes tuæ.*] Reddebant illi mala pro bonis, Christus bona pro malis retribuebat. Sed obserua, quod non dicit Propheta: cogitauerunt, vel consuluerunt consilium contra dominum, sed contra se; quia, *Non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* ¶ In caput proprium consilium eorum verum est.

Psal. 118. Ioan. 11. Aug. sup. psal. 118. Psal. 118. Isai. 46. Psal. 118. Prou. 21.

Hinc

46. Hæc Paulus ad Romanos, ubi de Christo loquitur, quem dicit ex semine David secundum carnem, Rom. 1. 3.
prædestinatum, & manifestatum esse per resurrectionem: confirmatio ei videtur esse, quod Christus ipse dixerit, Psal. 2. 7. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ verba Psal. 2. 7.
Paulus ad Christi resurrectionem refert, Act. 13. 33. Quod Deus resurrectionem Jesu impleverit, quam promiserat in illis verbis. Act. 13. 33.
Sed Paulus non ait, Deum Christum hodie genuisse, quando resurrexit, sed quando Christus resurrexit, hodie impletum esse, quod Deus dixerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ verba Paulus non ad Christi resurrectionem, sed ad Christi generationem refert, Hebr. 1. 5. Ad quem enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Hebr. 1. 5.
Et rursus, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et rursus, cum introducit Deum dicentem, Adorent eum omnes Angeli ejus? Quæ verba Paulus ad Christi generationem refert, non ad resurrectionem. Quare Christus non resurrexit, ut Deus ei dixerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te: sed ut impleretur, quod Deus dixerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ verba Deus dixerat, quando Christum genuerat.

47. Quare Christus resurrexit, ut impleretur, quod Deus dixerat, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal. 16. 10. Quæ verba Paulus ad Christi resurrectionem refert, Act. 13. 35. Quod Deus resurrectionem Jesu impleverit, quam promiserat in illis verbis. Act. 13. 35.
Sed Paulus non ait, Deum Christum hodie genuisse, quando resurrexit, sed quando Christus resurrexit, hodie impletum esse, quod Deus dixerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ verba Paulus non ad Christi resurrectionem, sed ad Christi generationem refert, Hebr. 1. 5. Ad quem enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Hebr. 1. 5.
Et rursus, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et rursus, cum introducit Deum dicentem, Adorent eum omnes Angeli ejus? Quæ verba Paulus ad Christi generationem refert, non ad resurrectionem. Quare Christus non resurrexit, ut Deus ei dixerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te: sed ut impleretur, quod Deus dixerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ verba Deus dixerat, quando Christum genuerat.

47. Quare Christus resurrexit, ut impleretur, quod Deus dixerat, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal. 16. 10. Quæ verba Paulus ad Christi resurrectionem refert, Act. 13. 35. Quod Deus resurrectionem Jesu impleverit, quam promiserat in illis verbis. Act. 13. 35.

Matthæi. Quam & ipse per Prophetam Zachariam ostendens ait: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Quod & ipsum Dominus in Euangelio testatur, dicens: Ego sum pastor bonus, & bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et iterum: Pastor bonus, qui animam suam ponit pro ouibus suis. Et Petrus in Epistola sua: Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et Ioannes in Epistola sua: In hoc, inquit, cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, animam suam perdiderit propter me, inueniet eam. Et iterum: Qui animam suam odit in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Et Paulus Apostolus: Qui, inquit, non parcit animæ suæ propter Christum, in vita & in morte Christum glorificat. Et iterum: Mihi, inquit, viuere Christus est, & mori lucrum. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Et iterum: Qui me, inquit, negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Et Paulus Apostolus: Corde, inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et Dominus in Euangelio: Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et iterum: Beati estis, cum vos persecuti fuerint homines, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Et Petrus Apostolus: Si, inquit, quasi homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, alicuius patiatur, non quasi Christianus erubescat. Et Dominus in Euangelio: Beati, inquit, estis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Et Paulus Apostolus: Omnes, inquit, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Et Dominus in Euangelio: Si, inquit, mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et Paulus Apostolus: Si, inquit, Christi passiones in nobis abundant, per Christum abundat & consolatio nostra. Et Dominus in Euangelio: Si, inquit, me persecuti sunt, & vos persequentur. Et Paulus Apostolus: Si, inquit, compatimur, & conglorificabimur. Et Dominus in Euangelio: Si, inquit, quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Paulus Apostolus: Mihi, inquit, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Et Paulus Apostolus: Qui, inquit, Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et Paulus Apostolus: Quotidie, inquit, morior per vestram gloriam, fratres. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Paulus Apostolus: Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. Et Paulus Apostolus: Mihi, inquit, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Et Paulus Apostolus: Qui, inquit, Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et Paulus Apostolus: Quotidie, inquit, morior per vestram gloriam, fratres. Et Dominus in Euangelio: Qui, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Paulus Apostolus: Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo.

interrogauit enim eos Pilatus: *Vultis dimittam vobis Regem Iudęorũ?* Ioan. 19.
sed superatus ab infideli populo, & occisus tetigit neruũ fęmoris eius, & emarcuit, & ambulabat claudus hoc est claudicans; quoniam populus ille non recto post itinere ambulauit. Vnde Chrysost. Magnum (inquit) Sacramentum: qui Angeli tactu insanus sanus debuit reddi, versa vice factum est, vt sanus claudicans efficeretur: sed præfigurabatur in duobus pedibus Iacob populus Iudæorum videlicet & gentium, quorum alter integer & sanus post luctam remansit, vt ad veritatem Euangelij rectè ambularet. Ille fuit populus Gentium, de quo scriptũ est: *Pes meus stetit in via recta.* Alter verò claudus remansit, & vitiatus, & ille fuit populus Iudæorum, de quo ait Propheta: *Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt in semitis suis.* Et iterum: *Vsquequò claudicatis in duas partes?* Vel ex eo populus Iudæorum claudus dicitur, quia vnum tãtum admittit testamentũ, vetus videlicet, cui innititur, sicut claudus vni pedi, & in ipso stare vult: de quo etiam potissime gloriatur nouo reiecto. Aut vero, quia nonnulli ex eis conuersi sunt ad Christum, & in veritate Euangelij stabiles perstiterunt, per illum cui præualuerunt benedictionem à Deo consequuti, iuxta illud quod Paulus ait: *In quo benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.* Quidam verò claudicantes, & Christum Dominum abnegantes à veritatis via recesserunt. Vnde Augustinus ait: Vnus atque idem Iacob & claudus fuit, & benedictus. Claudus in latitudine fœmoris, tanquam in multitudine generis, de quo dictum est, Et *claudicauerunt ab vtero*: Benedictus autem in eis, de quibus dictum est: *Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.*] Psal. 25. Psal. 17. 3. Reg. 8. Ephes. 1. Aug. q. 10 in Genes. tom. 4. Psal. 57. Rom. 11. Matt. 26.

48 *Tunc ergò apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.*] Christus Dominus libenter se obtulit flagellis, iuxta illud Isaiæ vaticinium in persona Christi sic loquentis: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* Qui locus non de Isaia (vt imaginantur Hæbræi) sed de Redemptore nostro est ad literam intelligendus, vt communiter explicant Sancti Patres Ambros. Cyprian. August. S. Leo Papa. Quod etiam confirmat translatio septuaginta virorum, quæ sic habet: *Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas: & faciem meã non auerti à confusione sputorum.*] Cui consonat illud, quod in persona Christi dicit Psalmista: *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.*] Verè enim Christus in flagella paratus erat dũ manibus in colũna ligatis verbera, quæ promeruerant peccata nostra, humiliter expectabat. Dolebat & vere dolebat non de vulneribus proprijs: sed de peccatis alienis, quæ super se susceperat. Ideo adhuc flagellatus, alapis cæsus, sputis oblitus, & spinis coronatus, atque amictu illusoriæ vestis delusus pro peccato suo cogitabat. Cogitabat vtique patibulum crucis subire, & pro se crucifigentibus mori. Isai. 50. Ambros. serm. 5. in psal. 118. Cypr. lib. 2 aduer. Iudæos c. 12. Aug. ser. 114. de tẽpor. t. 10. Leo ser. 4. & 15. de passione Domini. Psal. 37.

49 Primus actus, quem anima Christi, postquam vnita Verbo in ipso instanti conceptionis vidit essentiam diuinam, habuit, fuit se offer-

re flagellis,& ludibrijs,ac morti ignominioſæ pro ſalute generis humani,vt ſciamus,quàm libenter hæc paſſus fuerit. Id quod non obſcurè
Pſal 39. per Prophetam expreſſit, cum in perſona Chriſti loquens ait: *Sacrificium,& oblationem noluiſti,aures autem perfeciſti mihi*: vel (vt tranſtulerunt Septuaginta) *Corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio*. Quem locum de Chriſto in-
Heb. 10. terpretatur Apoſtolus,cum ait: *Impoſſibile enim eſt,ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi,ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius dicens: quia hoſtias,& oblationes,& holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſũt tibi quæ ſecundum legem offeruntur:tunc dixi:Ecce venio,vt faciam Deus voluntatem tuam*. (*orpus* (inquit) *aptaſti mihi*, ideſt aptum dedilti,vt in illo vulnerari,flagellari,cõſpui, ſpinis coronari poſſim, cruciquè affigi. Ideo *ingrediens mundum*, hoc eſt,cum primum per incarnationem mundum ſum ingreſſus,cum trabea carnis in vtero matris Virginis indutus, cum corpus illud flagellis aptum aſſumpſi, *Tunc dixi*: *ecce venio,vt faciam Deus voluntatem tuam*,vt videlicet pro hominibus paſſionem,& mortem ſubirem. Tunc me ipſum obtuli ad flagella, ad ſputa,ad ſpineam coronam, ad paſſionem, ad mortem.

Matt. 26. 50 Et *milites plectentes coronam de ſpinis,impoſuerunt capiti eius.*] Ad hanc coronam ſpineam intuendam & venerandam inuitat ſponſa ſodales ſuas,pias videlicet animas,& deuotas,iuxta interpretationem
Cant. 3. Diui Iulti Orgelitani Epiſcopi, in Cantica num. 69. cum ait, *Egre-*
Iuſtus Orgelitan. Epiſcopus in Cant. num. 69. *dimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſpõſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*, ac ſi diceret,ſemper præ oculis habete ſanctæ animæ Regem Salomonem pacificum noſtrum,qui Chriſtus eſt,quemadmodum paſſionem ſuſtinuit, vt genus humanum ab interitu liberaret. Inſpicite eum *in diademate, quo coronauit eum mater ſua*, in illa ſpinea corona, quam capiti eius Synagoga ſuperpoſuit, *in die deſponſationis eius*. Tunc enim vniuerſam Eccleſiam ſibi deſpondit, quando in patibulum Crucis aſcendens,ex eadem cruce omnes in ſe credentes edocuit,ſicut ipſe ait:
Ioan. 19. *Ego cum exaltatus fuero à terra, trahã omnia ad me ipſum*. Qui dies
Matt. 27. paſſionis fuit etiam dies lętitiæ cordis eius. Scit enim Chriſtus, quæ
Marc. 15. bona per ſuam paſſionem in progenies,& multa tempora fidelibus cõ-
Exod. 3. donauit.] Ecce hic videmus impletum ſignum rubi datum Moyſi pro liberatione populi Iſraelitici à captiuitate Ægypti. Ardebat quidem rubus ille ſpinis circundatus, & non comburebatur, nec conſumebatur. Chriſtus enim eſt rubus ſpinis coronatus. Ardet in illo ignis tribulationis, quia flagellatus,clauis Cruci confixus,& mortuus eſt:ſed
Pſal. 15. non fuit conſumptus, quia reſurrexit. Dicitur enim de eo Pſalm. 15.
Greg. ho. 9. ſup. c. 7. Ezechiel circa med. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Vnde Sanctus Gregorius: Inter homines (inquit) pariter perfectus homo factus eſt vnicus Dei filius,qui ſua peccata non habuit,ſed ſpinas noſtræ nequitiæ ſuſcepit.

ſit, atque vſque ad paſſionem pro nobis humiliari dignatus eſt, & in ſe metipſo ignem tribulationis noſtræ ſuſcipere. Sed arſit & non arſit; quia ex humanitate eſt mortuus, tamen immortalis ex diuinitate permanſit. Suſcepit à nobis, vnde ſacrificium fieret pro nobis, & tamen impaſſibilis atque incommutabilis permanſit in proprijs, vt nos commutaret à noſtris.)

51 Hanc humilem coronam ſpineam in paſſione ſua Chriſtus portare voluit, vt coronam ſuperbiæ filiorum Adam damnandam eſſe oſtenderet & conculcandam, de qua Iſaias ait: *Væ coronæ ſuperbiæ, ebrius Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius*, & cætera *pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ*. Vbi obſerua differentiam inter humilem coronam Chriſti, & ſuperbam coronam filiorum Ephraim. Illa Regnum Chriſti: hæc Regnum mundi deſignat. Illa nunquam decidit, nec flores eius marceſcunt, hæc *tanquam fœnum velociter areſcet, & ſicut olera herbarum cito decidet*. Nam imperium Chriſti & Regnum ſtabile eſt, & perpetuum: Regnum autem aliorum Principum volubile & temporale. De illo namque ſcriptum eſt, *Quia regnũ eius ſempiternũ & poteſtas eius in generationẽ, & generationem*. Vnde & *milites plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput Ieſu*, vt ſcias, quia non ſolum ſpinis, ſed & clauis ſolidiſſimis fixa eſt corona gloriæ, & diadema Regni ſuper caput Chriſti, quæ ab eo dimoueri nõ poterit: Reges autem huius ſæculi flori decidenti, & folijs areſcentibus conſeruntur; quia nullus eorum *in eodem ſtatu permanet, ſed quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra*.

Iſai. 28.

Pſal. 36.

Dan. 3.

Ioan. 19.

Iob 14.

52 In ſpinea illa corona, ait Origenes, ſuſcepit ſpinas peccatorũ intextas in capite ſuo, & de chlamide ſcriptum eſt, quoniam *denuò ſpoliauerunt eũ chlamide coccinea*, de corona autem ſpinea nihil tale Euangeliſtæ ſcripſerunt, propterea quod & nos quærere voluerunt exitum rei de corona ſpinea ſemel poſita, & nunquam detracta. Ego igitur arbitror, quoniam ſpinea illa corona ibi conſumpta eſt à capite Ieſu, vt iam non ſint ſpinæ noſtræ antiquæ, poſtquam ſemel eas à nobis abſtulit Ieſus ſuper venerabile caput ſuum.] Maledixerat Dominus terræ propter Protoparentis peccatum, dicens Geneſ. 3. *Maledicta terra in operibus tuis, ſpinas & tribulos germinabit tibi*, quas etiam vinea Domini Chriſto produxit, Iſaia dicente: *Expectaui, vt faceret vuas, fecit autẽ ſpinas, & nõ iuſtitiã, ſed clamorẽ*. Propterea ergò, ſicut dicit Hieron. Spinis coronatur Ieſus, vt prima illa condemnationis ſententia ſolueretur.]

Origenes hom. 35. in Matt. 10. 3. Matt. 27.

Geneſ. 3.

Iſa. 5. Hieron. epiſt cuius titulus eſt ſymbolum Ruffini to. 9

53 *Ecce homo*. Vere eſt homo: ſed *innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus*, & tamen inter homines apparet abiectus. *Ecce homo*, ait Ioannes: Lucas vero inquit, *& ecce mulier*. Illius pulchritudinem deſcribens Sponſa, *Dilectus meus* (inquit) *candidus & rubicundus*; quia veſte purpurea circũdatus, imo & proprio ſanguine rubricatus. E cõtra vero, qualis fuerit mulier illa, oſtendũt verba ſequẽtia, *quæ erat in Ciuitate peccatrix*: oſtendit & *phariſeus intra ſe dicens, hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtiquè: quæ, & qualis eſt mulier iſta, quia peccatrix eſt*. Et tamen Chriſtus innocens ad mortẽ damnatur, mortem

Ioan. 19. Hebr 7. Luc. 7. Cant. 5.

autem crucis. Mulier vero peccatrix absoluitur & liberatur. Ait enim,
Luc. 7. *Fides tua te saluam fecit, vade in pace.* Hoc quidem primo aspectu videtur iniustum. Quæ enim æquitas patitur, vt homo iustus damnetur, & mulier peccatrix liberetur? sed fiat cautsarum commutatio, & peccata mulieris super dorsum hominis illius impone: & merita passionis eius & mortis mulieri peccatrici, sed pœnitenti applica, & videbis, illum quidem propter peccata mulieris, quæ super se suscepit, ad mortem iustè condemnari; mulierem verò, quæ erat peccatrix, iustè ab eis propter merita passionis hominis illius absolui: ita vt audire meruerit: *Fides tua, te saluam fecit vade in pace.*]

54 *Ecce homo*] Sed qualis multò ante vidit eum in Spiritu Isaias
Isai. 53. cum ait: *Non est species, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus: & desideravimus eum, despectum, & novissimum virorum virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, unde nec reputavimus eum.*] Et præ dolore animi eandem
Psal. 44. sententiam repetit subdens: *Et nos putavimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.*] Talis enim apparuit cum Pilatus illum dehonestatum, flagellis cæsum, & spinis coronatum furenti populo ostendit, vt Iudæorum leniret furorem. Non est ei species inquit, quia videlicet (vt expendit Hieronymus) propter flagella, sputa, & alapas, & alias iniurias, ille qui erat *speciosus forma præ filijs hominum*, absque specie visus est. Quibus verbis acerbitatem indicat passionis: nam sputis, & sanguine proprio toto corpore perfusus, ac spinis coro-
Ioan. 19. natus, facies illius ita erat immutata, vt Pilatus admirans diceret, *Ecce homo*, hoc est: Si Regi inuidetis, iam parcite, quia abiectum videtis: feruet ignominia, frigescat inuidia. Timebatis ne Rex euaderet Iudæorum, sed ecce nec species est illi hominis, neque decor. Quod autem ait, *& non erat aspectus*, idem est ac si diceret, cum videremus illum statim præ dolore oculos à facie auertebamus illius: vel sic, Ita immutata erat facies eius, vt ex aspectu dignosci non posset. Quis enim crederet Dei filium coæternum & consubstantialem Patri, alapis cæsum, sputis oblitum, morti condemnatum, & inter iniquos reputatum?

55 Ita erat absconditus vultus eius & despectus, vt non reputaretur homo: sed tamen verè erat homo, nec solum homo: sed etiam
Aug. de vita Heremit. ad Sororem c. 59. to. 1. in impressione vltima Parisiensi. Deus. Erat enim Deus homo. Vnde Augustinus scribens ad Sororem: Ecce (inquit) educitur flagellatus portans spineam coronã, & purpureum vestimentum. Et dicit Pilatus: *Ecce homo*. Verè est homo. Quis dubitet? Testes sunt plagæ virgarum, luorum, vlcerum, fœditas sputorum. Iam nunc cognosco Zabule, quia est homo. Verè est homo (inquit) sed quid est, quod in tot iniurijs non irascitur vt homo, non mouetur vt homo, non suis tortoribus indignatur vt homo? Ergo plus est quam homo, si quis cognoscit illum. Cognoscitur certe homo impiorum iudicia sustinens: sed cognoscetur Deus iudicium faciens. Serò aduertisti Zabule.]

Ioan. 19. 56 *Et bajulans sibi crucem*. Ecce adimpletum quod fuerat in ve-

teri

teri teſtamento obumbratum. Portauit Iſaac ſuper ſe ligna cum duceretur in montem, vt immolaret typum gerens redemptoris noſtri, lignum crucis ſuper ſe portauit in montem Caluarium; vbi pro peccatis noſtris erat immolandus. Vnde Gregorius: Quid eſt (inquit) quòd Iſaac ad immolandum ducitur, & ligna portat: aries ſuper imponitur, & viuit, niſi quod Redemptor noſter ad paſſionem ductus lignum ſibi crucis ipſe portauit? & ſic in ſacrificio pro nobis ex humanitate eſt mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate?) Et Sanctus Auguſtinus: (Quis alius Iſaac lignum ſibi portabat ad victimam, niſi qui crucem ſibi ad paſſionem ipſe portabat? Quis alius aries immolandus in vepre cornibus adhærebat, niſi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur?) Et ſuper pſal. 30 (Iſaac (inquit) tanquam filius vnicus dilectus figuram habens filij Dei, portans ligna ſibi, quomodo Chriſtus crucem portauit. Ille portemò ipſe aries Chriſtum ſignificat. Quid eſt enim hærere cornibus, niſi quodammodo crucifigi?) Et ſerm. 71. de tempore, (Iſaac (inquit) typum habuit Domini Saluatoris, in cuius immolatione aries inter ſpinas cornibus tenebatur. Nam & Chriſtus quaſi cornibus inter ſpinas hærebat, quando ad crucis cornua clauorum conſixione pendebat. Quod verò Iſaac ligna detulit, & in hoc Chriſtum Dominum figurauit, qui ad locum paſſionis crucem ſuam ipſe portauit. De quo myſterio multo ante per Prophetam dictum erat: *Et erit principatus eius ſuper humerum eius*. Tunc enim Chriſtus principatum ſuper humerum habuit, quando crucem ſuam admirabili humilitate portauit. Non incongrue crux Chriſti ſignificat Principatum. Nam & per ipſam & diabolus vincitur & totus mundus ad Chriſti notitiam & gratiam reuocatur.)

Ioan. 19. Gen. 22. Greg. ho. 6 ſup Ezechiel circa med Gen. 22. Aug. lib. 12. contra Faustum cap. 26. tom. 6. Idem Concione 2. ſup. pſalm. 30. c. 10. 8. Aug. ſer. 71. de tempor. Iſa. 9.

57 *Exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus*. Nec vacat myſterio, quod eo in loco voluerit crucifigi, & ſuum pretioſum ſanguinem pro nobis fundere. Exiuit enim ad Caluariæ locum quæſiturus Adam mortuum, vt ſuo ſanguine illum viuificaret; nam (vt docet Origenes, & cum eo Chryſoſtomus) Corpus Adæ primi hominis ibi ſepultum eſt, vbi crucifixus eſt Chriſtus, vt ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificentur, vt in illo qui dicitur Caluariæ locus, ideſt locus capitis, caput humani generis reſurrectionem inueniat cum populo vniuerſo per reſurrectionem Domini Saluatoris, qui ibi paſſus eſt.) Additque eſſe traditionem, quæ ad illum peruenit. Idem his verbis confirmat Hieronymus: In hac Vrbe Hieruſalem (inquit) imo in hoc Caluariæ loco & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam. Vnde & locus in quo crucifixus eſt Dominus noſter Caluaria appellatur, ſcilicet quod ibi ſit antiqui hominis Caluaria cõdita, vt ſecundus Adam & ſanguis Chriſti de cruce ſtillans primi Adã & iacentis Protoplaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli cõpleretur, *Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, et illuminabit te Chriſtus*.)

Iſa. 19. Origenes ho. n. 35. in Matt. to. 3. Chryſ. ho. 84. in Ioa. Hier. epiſt. 17. ad Marcellã. Epheſ. 5.

58 Chriſtus eſt mons, qui, dum crucem ſuper humeros ſuos portauit,

tauit, pondus importabile peccatorum noſtrorum ſuſtinuit, de quo
Ezech.40. Ezechiel ait: *Adduxit me in terram Iſrael, & dimiſit me ſuper montem excelſum nimis, ſuper quem erat quaſi ædificium Ciuitatis.* Quia (vt ait
Gregorius. Gregorius homil.13. ſup Ezech. circa medium.) mores & culpas noſtras ille ſuſtinuit ſolus, qui totam Sanctæ Eccleſiæ fabricam portat.
Dt.6. Qui per Prophetæ vocem de peruersè adhuc viuentibus dicit: *Laborauit ſuſtinens.* Non autem ſuſtinendo Dominus laborat, cuius diuinitatis potentiam nulla fatigatio contingit, ſed verbis humanis loquens ipſam ſuam circa nos patientiam laborem vocat. Cui conſonat illud
Pſal. 128. pſalmi 128. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.* Et illud: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, ideſt ſuper ſe portat. Tollere enim non ſolum auferre: ſed etiã
Marc. 9. portare ſignificat, iuxta illud: *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Verumquè autem ſua paſſione fecit Chriſtus. nam & peccata mundi abſtulit,
Iſai. 46. & ſuper ſe portauit, baiulans ſibi crucem. Imò & peccata mundi abſtulit; quia ea omnia ſuper ſe ſuſcepit. Cui conſonat illud Iſaiæ 46.
Ego feci, & ego feram: ego portabo, & ego ſaluabo, ac ſi diceret, portando ſaluabo. Et iterum ait: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores*
Iſaiæ 53. *noſtros ipſe portauit.*] Septuaginta pro languores, vertunt peccata. Illud aduerbium, *verè*, ponitur ad differentiam Hirci Emiſſarij, qui in lege non verè, ſed figuraliter dumtaxat portauit iniquitates filiorum Iſrael. Etenim Hircus ille non verè; Chriſtus autem, qui Hircus etiã dicitur propter ſimilitudinem carnis peccati, verè portauit languores noſtros & dolores, per quos intelligit peccata, quæ maximos animæ aſ-
Aug. lib. de menda cio cap.10. in fin.n.4. ferunt dolores. Vnde, vt optime adnotauit Sanctus Auguſtinus, Iacob ſub ædinis, & alienis pellibus prafigurauit Chriſtum, qui non ſua, ſed aliena peccata portauit. Sic enim ait: [Per ædinas pelles peccata, per eum verò, qui ſe operuit, ille ſignificatus eſt, qui non ſua, ſed aliena peccata portauit.]
Matt. 27. 59 *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem venientem de villa. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.* Aliter Chriſtus Dominus; aliter Simon Cyrenæus eandem crucem portarunt. Ille namque in eadem, quam portauit, cruce, crucifixus eſt & mortuus: iſte verò portauit quidem crucem Chriſti, ſed in ea mortuus non eſt, nec crucifixus. Non enim ſufficit crucem portare: ſed oportet etiam in ea ſpiritualiter crucifigi, & mori. Vnde Chri-
Matt.16. ſtus Dominus: *Si quis* (inquit) *vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, ideſt crucem tollendo, in ea moriatur mundo ac vanitatibus & honoribus ſeculi, ſicut ego mortuus ſum. Sunt enim nonnulli, qui mira abſtinentia affligunt corpus, & quaſi carnis vitam furditus in carne viuentes extinguunt, & tamen per hæc gloriam mundi, & humanos fauores requirunt.
Gregor. 8. moral. 26. Quos nimirum (vt ait Sanctus Gregorius) bene Simon ille ſignificat, qui Dominicæ paſſionis tempore in angaria crucem portabat poſt Iesum. Quod enim per angariam agimus, non hoc exſtudio amoris operamur. Crucem ergo Iesu in angaria portare eſt, afflictionem

Digitized by Google

ctionem abſtinentiæ pro alia, quam neceſſe eſt, intentione tolerare. Vnde & Simon idem crucem portat: ſed nequaquam moritur; quia omnis hypocrita corpus quidem per abſtinentiam affligit: ſed tamen per amorem gloriæ mundo viuit. Quo contra per Paulum bene de electis dicitur: *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentijs.* Cui conſonat illud Apoſtoli, *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*] Portabat Apoſtolus crucem, ſed in ea erat crucifixus mundo, & mundus illi. [Hinc Sanctus Auguſtinus ſcribens ad Letum: E Tolle (inquit) crucem tuam, & ſequere Dominum. Nam cum te præſens aduerterem domeſticis curis à diuino ſtudio retardari, ferri te potius & duci à cruce tua, non eam te ferre ac ducere ſentiebam. Crucem enim noſtram Dominus, quam portari à nobis iubet, vt eum expeditiſſimè ſequamur, quid aliud, quam mortalitatem carnis huius, ſignificat? ipſa enim nos cruciat, donec abſorbeatur mors in victoria. Crux ergò hæc ipſa crucifigenda eſt, & transfigenda clauis timoris Dei, ne ſolutis, & liberis membris reluctantem portare non poſſis. Sequi enim Dominum, niſi eam portans, omninò non vales. Nam quomodo eum ſequeris, ſi non es eius? *Qui autem Ieſu Chriſti ſunt* (ait Apoſtolus) *carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & deſideriis.*] Galat. 5. Galat. 5. Ibidem 6. Aug. epiſtol. 29. ad Leuvi ir ca fiacm tom. 2.

60 [*Ibi crucifixerunt eum.* Exaltatur Chriſtus Dominus in cruce, tanquam ſerpens æneus, vt in illum aſpicientes à morſibus venenati ſerpentis antiqui ſanentur. Quod & ipſe Dominus expoſuit, cum dixit: *Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitam æternam.* Et iterum ait: *Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Vbi Bernardus ſermone primo in die Paſchæ columna ſecunda A. Hoc eſt (inquit) quod dolet venenati ſerpentis aſtutia, exaltatum in deſerto ſerpentem æneum, cuius intuitu ſanentur vulnera, quæ inflixit. Alioquin quonam alio inſtigante, miſiſſe credimus vxorem Pilati ad ipſum dicentem: *Nihil tibi, & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum?* Timebat ergò iam tunc, ſed nunc maximè virtute crucis eneruari ſe ſentiens inimicus. Sera ducitur pœnitentia, & quos inſtigauit ad crucifigendum, inſtigat ad ſuadendum, vt de cruce deſcendat. Denique, *ſi Rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei.*] Ioan. 3. Idem 12. Bernardus Matt. 27.

61 [Eidem expoſitioni adſtipulatur Sanctus Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto capite quarto tomo quarto inter alia aduertens, quod:] Ideo non verus, ſed æneus ſuſpenſus eſt ſerpens, quia in veritate quidem corporis, ſed ſine veritate peccati ſuſcepit Dominus ſpeciem peccatoris, vt per lubricum infirmitatis humanæ ſimulando ſerpentem, depoſitis carnis exuuijs verè deſtrueret ſerpentis aſtutias.] Et idem Sanctus Ambroſius inquit ſermone 55. de Cruce Chriſti tomo quinto. [Si affixus ſerpens ligno Ambroſ. Idem.

filijs Israel contulit sanitatem, quantò magis salutem præstat Dominus
Num. 21. in patibulo crucifixus? & si figura tantum profuit, quantum prodesse
credimus veritatem? Serpens igitur primus crucifigitur, rectè planè,
vt quia primus apud Deum peccauerat diabolus: primus crucis sen-
tentia feriretur. In ligno enim crucifigitur, vt quia homo in paradi-
so per arborem concupiscentiæ deceptus fuerat, nunc idem per ligni
arborem saluaretur, atque eadem materia, quæ caussa mortis fuerat,
esset salutis remedium.) Eandem explicationem prosequitur elegan-
Aug. lib. contra Adimantũ Manic. discip. t. 6 cap. 21. ter Sanctus Augustinus: qui locum Ioannis inductum cũ verbis Nu-
merorum 21. confert, ostendens per serpentem æneum Christum
crucifixum designari, ad quem aspicientes sanantur, qui peccati vene-
no sunt infecti. Similia docet Sanctus Chrysostomus homil. 26. in
Ioannem.

62 Typum Christi manus suas extendentis in cruce, vt populus
Chryſ. ho. 26. col. 2. & 3. to. 3. Christianus aduersus aereas potestates triumpharet, gessit Moyses, dũ
in monte Synai manus extulit, vt Israel vinceret: lex enim per Moysen
data est: sed gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, quod his
verbis docet Chrysostomus hom. 13. super Ioan. col. 4. In monte Sy-
nai vt Amalechitæ in pugna profligarent, manus Moysi ab Aaron, &
vtrinque sublimes tenebant, Christus vero aduenies suas extendit in
cruce. Animaduertit quomodo nobis figura ostendit, & veritas per
Iesum Christum facta est.]

63 Christus Dominus noluit crucifigi in templo: sed extra ciuita-
tem, non sub tecto: sed in excelso ligno immolatur. Vt medicina
correspонderet morbo, & remedium proportionaretur peccato, pro-
pter quod primus parens extra paradisum fuit iectus. Scriptum est
Gen. 3. enim, *Et emisit eũ Dominus Deus de Paradiso voluptatis, vt operare-
tur terram de qua sumptus est. Eiecitque Adam, et collocauit ante para-
disum voluptatis Cherubim, et flammeum gladium, atque versatilem ad
custodiendam viam ligni vitæ.* Oportuit ergo, vt secundus Adam ex-
tra ciuitatem pateretur, vt ad paradisum voluptatis genus humanum,
prò quo immolabatur, reuocaret. In cuius rei signũ, vt notauit Chry-
sostomus, Sanctus Iob qui typum passionis Dominicæ gerebat, non in
domo, non in ciuitate: sed extra ciuitatem sedens in sterquilinio vlce-
ribus plenus iacebat à demone percussus, vt eum designaret, qui extra
portam ciuitatis à potestate tenebrarum erat in ligno suspendendus, de
Isai. 53. quo & Isaias ait, *Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à
Chryſ. ho. 4. de pa-tient. Iob col. 2. A. Deo, & humiliatum.* Verba Chrysostomi sunt: Exiuit Iob ciuitatem
non humanum habens certamen: sed vim nostram valde superans;
nã, & extra ciuitatem esse, Christi imago erat, propterea Paulus dicit:
Hebr. 13. *Quorũ enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta, horũ corpo-
ra cremantur extra castra. Propterea Iesus, vt sanctificaret populum, extra
portam passus est*: Christus extra portam; Iob extra ciuitatem sedet in
stercore. Expectat suscitantem de terra inopem, de stercore erigens
pauperem.)

64 Hinc etiam Abel, in quo ab origine mundi, tanquam in figura
occisus

cecisus est Christus non in domo, non in ciuitate: sed foris occiditur à fratre suo. *Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum, egrediamur foras. cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum. Abel, & interfecit eum.* Et propter quid occidit eum? propter inuidiam; quia nimirum respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. Vt ergo veritas vmbræ respondeat, Egreditur foras extra portam ciuitatis cum Christo Domino frater eius maior natu, populus videlicet Iudæorum: sed frater ipsius inuidus, & iracundus: & ducit innocentem Abel, ideſt Christum ad agrum, hoc est, ad Caluariæ locum, & ibi insurrexit aduersus fratrem suum, & interfecit eum manibus militum, qui eum crucifixerũt. Et propter quid interfecit eum, nisi propter inuidiam, sicut ipse Iudex iniquus testatus est? *Sciebat enim* (inquit) *quod propter inuidiam tradidissent eum.* Vnde Hieronymus: Hic (inquit) educitur Abel in agrum à fratre, vt perimatur, hic adest Isaac cum lignis, & Abraam cum ariete inter vepres hærente, &c. Tradunt Iudæi, quod in hoc montis loco decollatus est aries pro Isaac, vt ibi offerretur, ideſt Christus à carne sua carnali, videlicet Iudæa separaretur. ¶ Crucifixus ergo fuit Christus in eodem loco, vbi aries pro Isaac fuit ab Abraam immolatus. Vnde idem Abraam montem ipsum, in quo futuram passionem & mortem Christi arietem pro Isaac immolando obumbrauit, non sine mysterio appellauit: In monte Dominus videbit. Scriptum est enim Gen. 22. Appellauitq; nomen loci illius, Dominus videt, vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.] Quasi diceret, ea quæ in hoc monte immolatione arietis pro Isaac figurata sunt, Dominus ipse videbit, nam in illo erunt adimplẽda, cùm in eodem monte immolatus fuerit. Quod autem aries Christum dominum præsignauerit, sicut & Isaac, oltensum est supra.

Gen. 46

Hier. sup. cap. 5. Marci.

Gen. 22.

65 Hinc est etiam, quod agricolæ, quibus locata est vinea, videntes filium, qui venerat ad accipiendum fructus illius, *Dixerunt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, & apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt:* quo significabatur, Christum Dominum, *qui est hæres vniuersorum, per quem fecit & sæcula*, vt dicitur ad Hebræos 1. extra vineam, quam de Ægypto Dominus transtulerat, quam & multo labore plantauit, hoc est, extra portam ciuitatis occidendum esse, cum missus fuerit ad percipiendum fructus illius.

Matt. 21.

Hebr. 1.

66 Non sub tecto: sed in loco publico, & patenti in aera eleuatur in cruce, & in ea immolatur, vt aereas debellaret potestates, & aerem ipsum à maligno spiritibus purgaret. Sanctificauerat terram suis sanctissimis pedibus, eam perambulando, & conculcando. Sanctificauerat aquas, cum in Iordane fuit à Ioanne baptizatus, cum apparuit in mari discipulis super eius vndas ambulando. Restabat ergo, vt aerem etiam ipsum, in quo respiramus, purgaret. Ideoque in Caluariæ loco eleuatur in aera Crucifixus; ibique pro peccatis nostris immolatur. Quæ omnia mirabiliter his verbis notauit Chrysostomus [Et

quare

d by Google

Chryſ. to. 1 de Cruce, & latrone hom. 2. n. 3.

quare (inquies) non in templo ſacrificium illud proferebatur, ſed foras ciuitatem? Vt illud impleretur, quia inter iniquos deputatus eſt. Et ob quã cauſſam in excelſo ligno, & nõ ſub tecto immolatur? Vt etiã ipſius aeris natura mũdetur. Hac de cauſſa in excelſo, & nõ ſub tecto, ſed ſub cęlo, vt vniuerſus aer in excelſo immolatæ ouis à tetro odore mundetur: ſed & terra ſimile beneficium ſentiebat decurſi de latere ſanguinis ſtillatione mundata: ideo non ſub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi ſubtraherent ſacrificium, & ſibimet vendicarent. Ne putares, pro illa tãtum plebe oblatum, ideo foras ciuitatem, ideo foras muros: vt ſcias ſacrificium eſſe commune, quod totius terræ oblatio, quod cõmunis deploratio, non partis; ſicut Iudæis conſuetudinis fuit. Iudæis etenim ideo iuſſit omnem terram Deus dimittere, & vno in loco ſacrificium, atque oblationem celebrare, quia tunc omnis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia contaminatione polluta, quæ ex ſacrificijs gentium ſuper ipſam celebrabantur. Nobis autem, quoniam Chriſtus aduenies omnem terram emũdauit, omnis locus orationi vacat. Ideo

1. Tim. 2. Paulus cum omni confidentia exhortatur, dicens: *Volo ergo orare viros in omni loco, leuantes manus ſanctas*. Ecce totus mundus emũdatus eſt, elementa purgata ſunt, vt vbique nobis Deum liceat prædicare, & omnis terra ſanctior illo loco eſt, qui illo in tempore prædicabatur Sancta

Malach. 1. ſanctorum.] Hæc Chryſ. Cui conſonat illud Malachiæ 1. Ab ortu n. ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

67 Hic iam impletum videmus, quod de iuuenca rufa, & eius cinere ad aquam aſperſionis, eorumque mundationem, qui mortuũ tetigerint, perficere lex mandauit. Scriptum eſt enim: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron dicens: *Iſta eſt* religio victimæ, quam conſtituit Dominus. Præcipe filijs Iſrael, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ; in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum: tradetiſque eam Eleazaro Sacerdoti, qui eductam extra caſtra immolabit in conſpectu omnium. Quæ quidem omnia in vacca illa rufa figuraliter impleta, quæ futura erant in paſſione Chriſti, præſignabant. Nam, vt ait

Aug. to. 4. Sanctus Auguſtinus lib. 4. quæſt. ſuper Num. quæſt. 33. columna 2. tom. 4. Iuuenca rufa carnem Chriſti ſignificat. Sexus fœmineus eſt propter infirmitatem carnis, rufa eſt propter ipſam cruentam paſſionem, &c. Quod ergo ſine vitio dicitur hæc iuuenca, mirum non eſt. Hanc enim carnem etiam cætera hoſtiæ figurabant, vbi ſimiliter ſine vitio pecora immolari iubentur. Erat quippe illa caro in ſimilitudine carnis peccati, ſed non caro peccati. Et non eſt ſuperpoſitum ſuper eam iugum: non enim ſubiugata eſt iniquitati, qui ſubiugatos inue-

Pſal. 115. niens liberauit, & eorum vincula dirupit, vt ei dicant, *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis* Super illius quippe carnem non

Joan. 10. eſt poſitum iugum, quia *poteſtatem habuit ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam*. Quod autem vacca illa educitur extra caſtra, & immolatur

molatur ibi in conſpectu omnium, quid aliud ſignificat, niſi quod Chriſtus extra ciuitatem in Caluariæ loco immolandus erat in conſpectu omnium, non in occulto: ſed in publico omnibus aſpicientibus, quia pro ſalute omnium erat moriturus? Nec vacat myſterio, quod vacca illa integræ ætatis eſſe perhibetur, id enim ſignificat, quod Chriſtus Dominus in ætate integra, & perfecta, hoc eſt trigeſimo tertio vitæ ſuæ anno, eſſet occidendus.

68 Hoc admirandum Crucis myſterium, & in ea pendentis Saluatoris noſtri multo antea in ſpiritu præuiderat Moyſes, & eam populo incredulo annunciauerat. *Et erit* (inquit) *vita tua pendens ante oculos tuos die, & nocte, & non credes vitæ tuæ.* Id quod in Chriſto Domino in cruce pendente adimpletum eſſe, docet Auguſtinus in Dialogo de altercatione Eccleſiæ, & Synagogæ circa medium tom. 6. cuius verba ſunt: Eccleſia dixit, audi Synagoga, & non vt docearis, ſed vt puniaris; aduerte legem, & inuenies, vbi Saluator manibus extenſis crucem figuraliter prophetauit. Sic enim Iſaias ex perſona Saluatoris ait: *Expandi manus meas tota die ad plebem contumacem, & contradicentem mihi, quę ambulauit vias non bonas, ſed poſt peccata ſua.* Nam & Ieremias ait, *Venite mittamus lignum in panem eius.* Et in Deuteronomio. *Et erit* (inquit) *vita tua pendens ante oculos tuos die, & nocte.* Sic & Pſalmicus refert: *Exclamaui ad te Domine tota die, expandi ad te manus meas.* Nam in Numeris, hoc eſt in lege tua, quam tu prior acceperas, quod Chriſtus ſuſpenſus eſſet, & in cruce penderet, ſic ait: *Non quaſi homo Deus ſuſpenditur, neque quaſi filius hominis minas patitur.* Et alibi Prophęta ait, *Dominus regnauit à ligno.* Ecce miracula paſſionis, ecce ſpeculum lucis, ecce populi tui iniqua commenta, vt Deum Dei filium in cruce ſuſpenderent. ¶ Eandem explicationem loci Deuteronomij proſequitur idem Auguſtinus contra Fauſtum Manicheum: vbi eos vehementer impugnat, qui prædicta verba non de Chriſto Domino in cruce pendente, ſed de captiuitate filiorum Iſrael, & de periculo vitæ eorum, quam velut ex filo pendentem habebant, putãt eſſe interpretanda, & inter alia inquit (Quæ verba & aliter poſſe intelligi, poteſt aliquis dicere, de Chriſto autẽ nõ poſſe intelligi, nec Fauſtus auſus eſt dicere: nec quiſquam prorſus audebit, niſi qui negauerit, aut Chriſtum eſſe vitam, aut Iudæis viſum non eſſe pendentem, aut eos illi non credidiſſe. Cum ergo & ipſe dicat, *Ego ſum vita*, & eum pependiſſe conſtet ante oculos non ei credentium Iudæorum, non video cur dubitare debeamus, id etiam de Chriſto ſcripſiſſe illum, de quo Chriſtus ait. *Ille enim de me ſcripſit.*) Eandem explicationem tradit Sanctus Hieronymus epiſtol cuius titulus eſt Symbolum Ruffini tom. 9. Ad crucem (inquiens) ducitur, & in ligno totius mundi vita ſuſpenditur. Audi Ieremiam dicentem de hoc: Venite, & mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentiũ Et iterum Moyſes deflens eos, dicit: Et erit vita tua ſuſpenſa ante oculos tuos, & timebis per diem, & noctem, & non credes vitæ tuæ.)

Deut. 28.
Auguſt.
Iſai. 65.
Ier. 11.
Deut. 28.
Pſal. 87.
Num. 23.
Deuter. 28
Aug. lib. 16. contra Fauſtum Manichæũ cap. 22. l. 6
Ioan. 14.
Ioan. 5.
Hieron.
Ier. 11.
Deut. 28.

69 Sed

69 Sed quid eſt, quod die, ac nocte in ligno ſuſpẽſus prædicitur. Nõ enim nocte; ſed ſolum die Chriſtus Dominus pependit in cruce, iuxta
Iſai. 65. quod per Iſaiam ait: *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi*, quæ verba de Chriſto in Cruce pen-
Aug. vbi ſupra. dente interpretatur Sanctus Auguſtinus, & Sanctus Thomas: ſed reſpondet idem Auguſtinus, propterea id dictum eſſe; nam cum ſuſpenſus fuit in cruce Dominus, obſcuratus eſt ſol, &, vt ait Euangeliſta, *A*
D. Tho. ſup. cap 10. ad Rom. lect. 3 *ſexta hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam*, & ita pars illius diei fuit in noctem conuerſa, atque adeo in eadẽ
Matt. 27. feria ſexta tempore, quo Dominus pependit in cruce, fuit ſucceſſiue dies, & nox. Et propterea inquit, *Erit vita tua pendens ante te die, ac nocte.*

Deuter. 21 70 Dixit quidem Moyſes, *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*,
Aug. lib. 14. contra Fauſtum cap. 1. quo teſtimonio, vt refert Auguſtinus, Fauſtus Manicheus conuictus credere noluit Moyſi, neque eum tanquam Prophetam ſuſcipere, eo quod his verbis maledixerit Chriſtum Dominum: ſed reſpondet ibi Auguſtinus, quod eadem ratione poſſet dicere Chriſtum Dominum, & omnes virgines eſſe maledictas, quia Deuteronomij 7. ſcriptum eſt
Deut. 7. *Maledictus omnis, qui non ſuſcitauerit ſemen in Iſrael*. In illis ergo verbis non Chriſtus, ſed mors ipſa, & peccatum, quod pependit in ligno, maledictum eſt; nam mors ipſa dicitur peccatum, quia ex peccato
Aug. eod. lib. cap. 3. facta eſt. [Illud itaque peccatum, ait Auguſtinus, quo reus eſſet mortis, non commiſit Chriſtus. Illud autem alterum, ideſt mortem, quæ peccato inflicta eſt humanæ naturæ, ſuſcepit pro nobis. Hoc ſuſpẽdit in ligno, hoc maledictum per Moyſen: ibi mors damnata eſt, ne regnaret, & maledicta eſt, vt periret. Quapropter per Chriſti tale peccatum
Aug. 4. damnatum eſt & noſtrum peccatum, vt nos liberaremur, ne regnante peccato nos damnati remaneremus. Quid ergo miratur Fauſtus, maledictum eſſe peccatum, maledictam eſſe mortem, maledictam eſſe mortalitatem carnis, ſine peccato Chriſti, ex peccato tamen hominis etiam in Chriſto factam?] Quod Sanctus Doctor confirmat ex illo
Roman. 6. Roman. 6. Quoniam vetus homo noſter ſimul cum illo crucifixus eſt,
Rom. 8. vt deſtruatur corpus peccati. Et capite octauo. Miſit Deus filiũ ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in
2 Cor. 5. carne. Et 2. Corint. 5. Eum, qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit, vt nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo. Cur ergo timeret Moyſes dicere maledictum, quod Paulus non timuit dicere peccatum? Vbi peccatum idem eſt, quod hoſtia pro peccato, vel pœna peccati, ideſt mors, quam pro nobis ſuſcepit Chriſtus.] Eandem explicationem
Aug. lib. 1. proſequitur Auguſtinus lib. contra Adimantum cap. 21. vbi ait: Non ergo Dominus per linguam Moyſi famuli Dei, ſed mors ipſa meruit maledicturam, quam Dominus noſter ſuſcipiendo euacuauit. Mors itaque illa pependit in ligno, quæ per mulierem ad hominem ſerpentina perſuaſione peruenit.]

1 Cor. 1. 71 Paulus Apoſtolus ait: *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem*

qui ſalui fiunt,ideſt nobis,*Chriſtum Dei Virtutem*,*& Dei Sapientiam*. ¶ Nec ſolum nos ignominioſam Chriſti paſſionẽ Dei Virtutem, & Dei Sapientiam eſſe credimus: ſed etiam Chriſtus ipſe paſſionem ſuam, & crucem pro maximo honore, & gloria duxit, quam propterea clarificationem appellat. Ait enim:*Clarifica me tu pater apud temetipſum clari tate, quam habui, priuſquam mundus fieret*:cui Pater reſpondit, *& clarificaui*,cum *in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te*: *& iterum clarificabo*,in paſſione videlicet,in qua gloria tua,& claritas manifeſtabitur. ¶ Vbi Chryſoſt. Quid dicis? ad crucem cum latronibus, ac prædonibus ducendus, maledictorumque necem ſubiturus; deinde & conſpuendus,& virgis percutiendus es,atque alapis, & iſta vocas gloriam? Vtiquè,inquit. Nam pro delictis iſta patiòr,atque illa nunc mihi pro gloria duco.] Hinc didicit Beatus Paulus Crucem Chriſti ſplendorem,claritatem,gloriam appellare,dicens:*Vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti*,ideſt,crucis Chriſti, vt explicat S. Chryſoſt. Hinc & Ioan Euang. *Vidimus* (inquit) *gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à Patre*.] Quid eſt,gloriam eius? Paſſionem eius, vulnera eius,crucem,& mortem eius. Hæc omnia gloriã eius appellauit (vt Chryſoſt. teſtatur) quia pro gloria duxit hæc pati pro nobis, ex his rurſum Verbum clariſſimum apparuit. Cui conſonat illud Pſalm.*Cæli enarrant gloriam Dei*,ideſt,Apoſtoli enarrant gloriam Dei,ideſt paſſionem Chriſti,& Chriſtum crucifixũ,vt ibi explicat Auguſt. Nam pati pro nobis,gloria fuit Chriſti,& magnus ſplendor illius. Propter hanc enim, Deus exaltauit illum,& dedit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomen.

Ioan. 12. *Pſal.* 109. *Chryſ ho.* 8 *ad Epheſ. col.* 3. *cap.* 4 *2 Cor.* 4. *Chryſoſt. Ioan.* 1. *Pſal.* 18.

72 Hinc etiam Sanctus Propheta:*Et erit* (inquit) *requies eius honor*. Quæ requies Chriſti? Nonne paſſio illius? nonne crux eius,vbi caput inclinauit,vbi requieuit? Hæc requies,honor illi,hæc gloria, vt latiſſimè & optime proſequitur Chryſoſt. Et vt ſciamus,gloriam crucis paſſionis Chriſti cum eius glorificatione æquandam eſſe,ideò cum transfiguratus eſt in mõte Thabor, & reſplenduit facies eius ſicut ſol, apparuerunt illi Moyſes, & Helias,& loquebantur de exceſſu, quem completurus erat in Ieruſalem; quia nimirum vbi paſſio Chriſti, ibi exceſſus dilectionis: quam tot ſupplicia ſuſtinendo demonſtrauit: ibi claritas,ibi clarificatio,ibi ſplendor,ibi gloria. ¶

Iſai. 11. *Chryſ. in tract. cont. gent. fol.* 4. *tom.* 1. *& homil.* 66. *ad populũ col.* 5.

73 Fuit ergo crux,& mors Chriſti gloriola; eo quod moriendo mortem noſtram penitus deſtruxit, & nos ad vitam reuocauit. Vnde Bern. Inſultans morti, & triumphum canens morti Chriſti,ait:*Mors, & vita duello conſixere mirando. Dux vitæ mortuus regnat vivus*. Hoc duellum expreſſiſſe videtur,qui dixit:*Fortis impegit in fortem, & ambo pariter ceciderunt*. Impegit mors in Chriſtum,& Chriſtus in mortem, vterque fortis,ſicut ſcriptum eſt:*Fortis eſt vt mors, dilectio*. Et iterum: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in pace ſunt omnia,quæ poſſidet*. Et rurſum:*Deus Iudex iuſtus,fortis,& patiens*. Cecidit Chriſtus:nam mortuus eſt & ſepultus. Cecidit etiam mors:nam per mortem Chriſti mortua eſt,& amiſit quos tenebat captiuos. Sed Chriſtus cecidit reſurrecturus

Ber. in ſerm. reſurrectionis dominicæ. Ier. 46. *Cant.* 8. *Luc.* 11. *Pſal.* 7.

reſurus tertia die, mors autem nõ vltra reſurget. Vnde inſultans mor-
Mich. 7. ti in perſona Chriſti ait Michæas: *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi conſurgam. Cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.* Cui con-
1. Cor. 15. ſonat illud Apoſtoli: *Vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt mors ſtimulus tuus?*

74 Hinc eſt, ꝙ Apoſt. victoriã Chriſti crucifixi, & triũphũ paſſiõnis eius, qua & nos aduerſus diabolicas triumphamus poteſtates, deſcribens ait: *Et vos, cũ mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, cõuiuificauit cũ illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat, Chyrographũ decreti, quod erat contrariũ nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triũphans illos in ſemetipſo.* Vbi Chryſ. Nunquã lo-
Chryſ. ho. 6 ſup epiſt. ad Coloſ. cutus eſt tã magnificè. Vides quantũ poſuerit ſtudiũ, vt deleretur Chyrographũ? vtpotè eramus omnes obnoxij peccato, & pœnæ. Ipſe punitus
col. 3. A. ſoluit & peccatũ & pœnã. Punitus autem fuit in cruce. Illic ergo ipſum affixit, tanquã qui haberet poteſtatem ipſum diſrupit. Quodnã Chyro-
Geneſ. 2. graphũ? id ꝙ tenebat diabolus: chyrographũ, ꝙ Deus fecit Adamo dicẽs: *In quocũque die comederis exhoc ligno, morte morieris.* Detinuit itaq; & occupauit hoc Chyrographũ diabolus, Chriſtus verò nobis ipsũ nõ dedit, ſed ipſe illud ſcidit, id quod indiciũ eſt cũ gaudio debita remittẽtis.

Marc. 15. 75 *Et cum eo crucifixerũt duos latrones, vnum à dextris, & aliũ à ſiniſtris eius.* Hoc curauerunt Iudæi ad maiorẽ Chriſti ignominiã, inter duos latrones mediũ cruci affigendo, & inter iniquos reputando, iuxta
Iſai. 53. illud Iſaiæ vaticiniũ: *Et cum iniquis reputatus eſt.* Sed in caput eorũ verſum eſt hoc Iudæorum ſtudiũ: quoniã per hoc maximè apparuit Chri
Chryſ. orat. 2. aduerſus Iudæos col. 4. D. to. 5. ſti potentia, & gloria. Vt n. ait Chryſ. cum tres fuerint crucifixi eodẽ in loco, eodem tẽpore, ſub ijſdem iudicibus; illi ſilentur, hic ſolus adoratur.] Quod etiã cõfirmarunt patibula, quibus fuerunt ſuſpenſi. Nam cũ ab Helena tres cruces fuiſſent inuentæ, & nõ appareret in qua Chriſtus fuiſſet affixus, eã dubitationem ſuſtulit miraculũ. Nam Macharius Ieroſolymorũ Epiſc. factis Deo precibus, ſingulas cruces cuidam fœminæ graui morbo laboranti admouit, cui cũ reliquæ nihil profuiſſent,
Leo Papa ſerm. 4. de Paſſione. adhibita tertia crux ſtatim eam ſanauit.] Secundo, vt dicit Leo Papa: Duo latrones vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram crucifiguntur, vt
Au. tract. 31. in Ioan nem in fin. tom. 9. in ipſa patibuli ſpecie mõſtraretur illa, quæ in iudicio ipſius omniũ hominum facienda eſt diſcretio.] Vnde Aug. in Ioan. ait: Ipſa crux, ſi attendas, tribunal fuit, in medio enim Iudice conſtituto, vnus qui credidit liberatus, alius qui inſultauit damnatus eſt. Iam ſignificabat, quid factu-
Hilar. rus eſſet de viuis & mortuis, alios poſiturus ad dexteram, alios verò ad ſiniſtram. Tertio ſecundum Hilarium: Duos latrones leuæ, ac dexteræ affiguntur, omnem humani generis vniuerſitatẽ vocari ad ſacramentũ paſſionis Dñi oſtendentes. Sed quia per diuerſitatem fidelium, ac infidelũ fit omnium ſecundũ dexteram ſiniſtrãq; diuiſio: vnus ex duobus ad dexterã eius ſitus fidei iuſtificatione ſaluatur. Quarto, quia (vt Beda
Beda ſup. Marc. dicit ſuper Marcum) latrones, qui cũ Dño crucifixi ſunt, ſignificãt eos, qui ſub fide & confeſsione Chriſti, vel agonem martyrij, vel quælibet arctioris diſciplinæ inſueta ſubeunt: ſed qui hoc pro æterna gloria fecerint,

Digitized by Google

rint,dextri latronis fide designantur,qui verò humanæ laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur & actus.]

76 *Medium autem Iesum.*Hoc etiam in ludibrium Christi excogitauerunt Iudæi, vt inter duos latrones cruci affixos mediũ constituerent Christum;ac si esset inter eos deterior:sed in sua sunt astutia comprehensi.Nam in hoc,quod per irrisionem egerũt, Christũ Iesum mediatorẽ Dei,& hominũ esse ostenderũt.In cuius signũ Redemptor noster aduenies mediũ semper locum obtinuit. Si enim ad tempus,in quo ad nos peruenit attendas, in medio annorum opus suum cõpleuit, Propheta dicente : *Dñe opus tuum in medio annorũ viuifica illud.* Si noctem ipsam,in qua sol lustritiæ natus est nobis, consideres, *Dum medium silentiũ continerent omnia & nox in suo cursu mediũ iter haberet,omnipotens sermo tuꝰ Dñe exiliens de cælo à regalibus sedibus venit.*Si natus de Virgine reclinatur in præsepio,in medio duorum animaliũ collocatur, *Dñe audiui auditum tuum,& timui*(ait Propheta) *considerani opera tua, obstupui,in medio duorum animalium cognosceris.*Si offertur Patri in tẽplo,in medio illius susciptur à Simeone : *Suscepimus Deus misericordiã tuam in medio templi tui.*Si annum agens duodecimũ disputat in Ierusalem cũ Doctoribus,*In medio illorum sedet audiens illos & interrogans.* Si in terris visus est,& cũ hominibus conuersatus, in medio illorũ stat: *Medius autẽ vestrum stetit,quem vos nescitis.*Vnde & Propheta Euangeticus:*In medio throni,& quatuor animalium agnũ stantem* vidit,*tanquã occisum.*Si suspẽditur in patibulo, medius inter duos latrones constituit. *Crucifixerunt autem cum eo alios duos hinc & hinc,medium autẽ Iesum.* Si resurgit à mortuis & pacem discipulis tribuit, *Venit Iesus & stetit in medio,& dixit eis,Pax vobis.* Denique Propheta Isaias dicit:*Quoniã magnus in medio tui Sanctus Israel.*Quid hoc? Ille,quẽ cæli,& terra capere nõ possunt,qui magnitudine maiestatis suæ omnia implet,qui orbem ipsum palmo concludit,factus homo in medio inuenitur fideliũ? Vtique. Medium participat vtroque extremo, vt dicunt Philosophi:in illo maxime distantia & contraria vniuntur,& fiũt vnum quodãmodo. Christus ergo mediũ tenet(vt diximus)locum:quoniam in illo duo extrema,natura videlicet diuina,atque humana indissolubili fœdere vniuntur;& inimicitiæ,quæ inter Deum erant & hominem, dissoluuntur. *Vnus Deus* (ait Paulus)*vnus mediator Dei & hominũ,homo Christus Iesus.*Et iterum:*Ipse enim est pax nostra,qui fecit vtraque vnũ.& medium parietem materiæ solutẽs;inimicitias in carne sua.* Medium aqualiter distat ab extremis,nec longè à tota circumferentia, & qualibet eius parte locum tenet. Sic & Christus non longe est ab vnoquoque nostrum, omnibus præsto adest,vt auxilietur infirmis,vt ignorantes illuminet,& ad vitam perducat aternam,nec est personarum exceptio apud Deum: *Prope est Deus omnibus inuocantibus eum* (ait Propheta) *omnibus inuocantibus eum in veritate.*

Ioan. 19. Habac. 3. Sap. 18. Habac. 3. Psal. 47. Luc. 2. Ioan. 1. Apoc. 5. Ioan. 19. Ioan. 20. Isai. 12. 1. Tim. 2. Ephes. 2. Act. 12. Psal. 144.

77 *Si filius Dei est,descendat nunc de cruce,& credimus ei.*Hic item hostis antiquus suam cęperat præsentire ruinam, & crucis victoriã radiare:ideo quos ad crucifigendum Christum impulerat,nunc vt mor-

Matt. 26.

Digitized by Google

tem eius impediát,magna calliditate,& diuerſis vijs procurat. Timebat enim iam tunc,virtute crucis ſuam euacuari potentiam : ideo antiquo-
ſerpente inſtigante miſiſſe credimus vxorem Pilati ad ipsũ dicentẽ: *Nihil tibi,& iuſto illi,multo enim paſſa ſum hodiè per viſum propter eũ* : ideo
Matt. 27. inquiunt: *Si Rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce* . Sed Chriſtus,qui corda omniũ intuetur, & ſerpentis antiqui verſutias nouit,vana pollicitatione
Ber. ſer. 1. in die Paſchæ col. 2. M. Iudæorũ nó mouetur; ſed(vt inquit Bern.)interim patientiã magis exhibet,humilitatem cõmendat,obedientiã implet,perficit charitatẽ. His náque virtutum gẽmis quatuor cornua crucis ornãtur,& eſt ſupereminentior charitas,à dextris obedientia, patientia à ſiniſtris, radix virtutũ humilitas in profundo. His ditauit tropheũ crucis conſumatio dominicæ paſſionis,cũ ad Iudæorũ blaſphemias humilis, ad vulnera patiẽs:intus linguis,clauis exterius pungeretur. Nã & charitas in eo perfecta eſt, quod prò amicis animã poſuit,& obedientia conſumata,cum inclinato capite tradidit ſpiritum,factus obediens vſque ad mortem. His ſpoliare dotibus,hac priuare gloria Chriſti ſatagebant Eccleſiam, qui dicebãt: *Si Rex Iſrael,eſt deſcendat de cruce* .

Luc. 23. 78 *Nec tu times Deum,quì in eadem damnatione es, & nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit* . Verba ſunt vnius Latronis ad alterũ in cruce Chriſtum blaſphemantẽ,quibus oſtẽdit,q̃ ille non pro peccatis ſuis; quia innocens erat:ſed pro totius mundi patiebatur. Quaſi diceret,ſimili pœna nobiſcũ Chriſtus plectitur:ſed cauſſa eſt omninò diuerſa:ille quippe nihil mali fecit,nos vero digna factis recipimus. O magna fides latronis,qui in theatro mundi palam coram omnibus fatetur in cruce,& cauſſam paſſionis Chriſti Dñi diſcernit : implens illud,quod multo antea ipſe Saluator per Pſalmiſtam pe-
Pſal. 42. Aug. ſu per eund. pſalm. to.8. tierat à Deo: *Iudica me Deus* (inquiens) *& diſcerne cauſſam meã de gente nõ ſancta,ab homine iniquo,& doloſo eripe me.* Vbi,vt notauit Auguſt. non dixit,diſcerne pœnam meã,ſed cauſſam meam:illam videlicet,pro qua patior. Nam martyrem non facit pœna,ſed cauſſa. Non diſcernebatur in pœna Chriſtus à latronibus, inter quos medius appenſus eſt patibulo. Vnde & Iſaias ait: *Et cum iniquis reputatus eſt*. Diſcreuit illum bo-
Mar. 15. nus Latro dicens ad alterum: *Nec tu times Deum, quì in eadem damnatione es*,&c Ecce non diſcernit pœnam Chriſti. Nam in eadem damnatione eſſe ait cum latrone:ſed diſcernit cauſſam : *Hic verò* (inquiens) *nihil mali geſſit,cũ nos digna factis recipiamus* . Hinc eſt illa vox ſæpius
Ioan. 18. repetita Præſidis: *Ego nullam inuenio in eo cauſſam.* Quomodo .n. cauſſam mortis inueniret in vita,aut peccatũ in eo, qui venit peccata mundi delere? expediebat autem , imò & neceſſarium erat ad ſalutem noſtram,vt omnes agnoſcerent innocentiam, & ſcirent pro peccatis alienis,& non pro ſuis proprijs Chriſtum mori. Propter quod in ſcriptura ſacra hoc ipſum varijs; modis præfiguratum fuit, & prædictum . Ideò
Exod. 12. namquè Exodi 12.præcipitur,vt agnus à filijs Iſrael Deo immolandus ſit abſquè macula. Ait enim : *Erit autem agnus abſquè macula,maſculus, anniculus* : vt ſignificaretur agnus immaculatus, qui in ara crucis non pro ſuis peccatis,ſed pro alienis offerendus erat .

79 Hinc

Digitized

79 Hinc Sanctus Iob,qui (vt supra diximus) Saluatoris typum gessit,ad eius passionem respiciens ait : *Violenta sagitta mea absque vllo peccato*. Cum impius moritur,sagittis furoris Dei configitur:sagitta violenta non est, sed naturalis : eo quod ad debitum sibi tendit locum. Proprium enim sagittæ signum, ad quod dirigitur, peccatum est: veruntamen cum moritur iustus,cum pro peccatis alienis,quæ non commisit,occiditur;sagitta ad illum pertingens violenta est : *Violenta sagitta mea*. Quæres quare violenta? Audi, quare. Quoniam *absque vllo peccato*. Cui consonat illud,quod in persona Christi ait Psalmista : *Infixus sum in limo profundi,& non est substantia*, idest,subiectum. Etenim proprium subiectum pœnæ & mortis est peccatum, iuxta illud Apostoli:*Et per peccatum mors, & sic in omnes homines mors pertransijt*. In Christo autem fuit pœna sine propria culpa,& proprio subiecto.Nã innocens pro nobis mortuus est,vt adimpleretur illud:*Quæ non rapui, tunc exoluebam*. Iob 36. Psal. 68. Rom. 5. Psal. 68.

80 Id ipsum eleganti sermone confirmat Isaias : *Consumatio* (inquiens) *abbreuiata inundabit iustitiam. Consumationem enim,& abbreuiationem Dominus exercituum faciet in medio omnis terræ*. Quibus verbis significare voluit,Christum Dominum de rigore iustitiæ satisfeciſſe pro peccatis nostris,cum innocens & absquè vllo peccato morte, quam merebamur, pertulit. Tunc aquæ fluminis inundant, quando egrediuntur de alueo,& propriam ripam exeuntes,ad loca inconsueta pertingunt; cum terram implent,& omnia ferè suo impetu subuertũt. Locus proprius, & consuetus, per quem mors pertransit & pœna, est peccator & peccatum, iuxta illud : *Et per peccatum mors*. Pœna enim debetur culpæ, & peccatori supplicium. Quando ergò pro delictis suis patiebantur impij,quando aquæ diluuij extinxerunt omnem carnem, quę corruperat viam suam,quando pluit Dominus ignem de cęlo,qui deuorauit Sodomam & alias ciuitates,iustitia Dei non inundabat, nec limites proprios præteribat:sed via sua incedebat. & pœna dignos ira sua torquebat. At quando proprio filio suo non pepercit, quando pro nobis omnibus tradidit illum, tunc inundauit iustitia, & tribulationis aquæ de proprio alueo exeuntes supremum omnium montium,Christum videlicet in vertice montium constitutum, operuerunt. Vnde & subditur : Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Isai. 10. Rom. 5. Genes 7. Psal. 68.

81 *Memento mei Domine,dum veneris in regnum tuum*. Hæc dixit latro ad Iesum pendentem in cruce, quem Dominum paradisi, & Deum verum inter hominum blasphemias confitetur, cuius fidem, & conuersionem mirabilem his verbis commendat Gregorius : Libet inter hæc mentis oculos ad illum latronem reducere, qui de fluuio ascendit crucem,de cruce paradisum. Intueamur qualis ad patibulum venerit, & à patibulo qualis abscessit. Venit reus fraterno sanguine,venit cruentus:sed interna gratia est mutatus in cruce, & ille qui mortem fratri intulit, morientis Domini vitam prædicauit, dicens : *Memento mei Domine, dum veneris in Regnum tuum*. In cruce claui manus eius pedesque ligauerant,nihilque in eo à pœnis liberum,nisi cor, & lingua Matt. 23. Gregor. 18 moral. 23. alias 25. in princ. Luca 23.

Digitized by Google

remanserant; inspirante Deo totum illi obtulit, quod in se liberum inuenit, vt iuxta hoc, quod scriptum est, corde crederet ad iustitiam, ore confiteretur ad salutem.] Hæc Greg. Apostolus ait: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*: non enim sufficit corde credere: sed necessarium est pro loco & tempore cõfiteri quod creditur. Vtrumque mirabiliter in cruce pendens cum Christo adimpleuit Latro: credidit enim Christum Saluatorem nostrum esse verum Deum, & ore confessus est, cum blasphemaretur ab alijs: ideò salutem consecutus est, cui subinde competit illud: *Ecce, labia mea non prohibebo Domine*. Vbi Augustinus: Ille latro inuentus est pendens in cruce cum Domino agnoscens in cruce Dominum. Alij non cognouerunt miracula facientem: agnouit ille in ligno pendentem. Erat ille confixus omnibus membris, manus clauis inhærebant, pedes transfixi erant, totum corpus adiungebatur ligno, corpus illud non vacabat cæteris membris, lingua vacabat & cor: corde credidit, ore confessus est. *Memento mei* (inquit) *domine, dum veneris in regnum tuum*. Salutem suam longe futuram sperabat, & post longum tempus accipere contentus erat. In longum sperabat, dies non est dilatus. Ille dixit: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*. Ille respondit: *Amen dico tibi, hodiè mecum eris in paradiso*. *Hodie mecum* (inquit) *in Paradiso*. Paradisus habet ligna felicia, hodie mecum in ligno crucis, hodiè mecum in ligno salutis.] Hæc August. quod eleganter prosequitur lib. 1. de Anima, & eius orig. cap. 9. A. B. Vbi sic ait: Nemo fit membrum Christi, nisi aut baptismate in Christo, aut morte pro Christo. Vnde & latro ille non ante crucem Domini sectator: sed in cruce confessor, de quo nonnunquam præiudicium captatur; siuè tentatur contra baptismatis sacramentum; à S. Cypriano inter martyres computatur, qui suo sanguine baptizatur, quod plerisquè non baptizatis seruente persecutione euenit. Tanto namque pondere appensum est, tantumque valuit apud eum, qui hæc nouit appendere, quod confessus est Dominum crucifixum, quantum si fuisset pro Domino crucifixus. Tunc enim fides eius de ligno floruit, quando discipulorum marcuit, nisi cuius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione reuiresceret. Illi enim desperauerunt de moriente: ille sperauit in morientē. Refugerūt illi auctorem vitæ: rogauit ille consortem pœnæ. Doluerunt illi tanquã hominis mortem: credidit ille regnaturum esse post mortem. Deseruerunt illi sponsorem salutis: honorauit ille socium crucis. Inuenta est in eo mensura martyris, qui tunc in Christum credidit, quando defecerunt qui futuri erant martyres.]

Psalm. 39. Aug. super eund. psalm. circa med. Gsom. 8.

Luc. 23.

Luc. 23.

Augustin. tom. 7. vide lib. 3. cap. 9.

Luc. 23.

Tom. 2. Biblior. Vet. P. col. 113

83 Similia in laudem boni Latronis dicit Drogon Episcopus Hostiensis lib. 1. de Sacramento Passionis Dominicæ, O Beatissimum Latronem (inquit ille) immo non latronem, sed Martyrem, & confessorem: necessitatem enim vertit in voluntatem, & pœnam commutauit in gloriam, & crucem in triumphum. In te beatissime Confessor, Martyr, de totius mundi hæreditate fidei reliquias colligit Christus: tu fugientibus discipulis, & Petro negãte, socius & comes passionis eius fieri

Digitized by G

Deri gauisus es. Tu Petrus in Cruce fuisti; & Petrus in domo Caiphæ Latro. Tandiu hic Petrus latro fuit; quamdiu intus latitans, Christum foris negauit: & ideo & Petrum præcessisti in Paradisum, quia qui te cruce complexus est dux, & rector tuus eadem die, qua ipse ingressus est, fidelem & glorioſum militem ſuum te pariter introduxit, &c. Latro fuerat quando latebat ante confeſſionem, iuſtus autem poſt orationem. Quid enim orauit? *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*. O magna fides, ò magna ſpes, ò magna charitas; orat pro futuris, non præſentibus; non vult de cruce deponi, ſed in regno Chriſti reponi. Quid enim eſt aliud dicere, quam: *Cupio diſſolui, & cum Chriſto eſſe*? Neſcio quid Paulus magis illo latrone cupierit: *Memento mei*. O cor contritum, & humiliatu. Quid minus vel humilius potuit rogare, quam vt ſui memor eſſet? *Memento mei*: cuius mei, inquam? tam indigni, tam peccatoris: iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt.] *Philip.* 1.

84 Quæ omnia eleganter proſequitur Arnoldus Abbas Bonæuallis tractatu de ſeptem verbis Domini in Cruce, vbi ſic ait: Conſiderare neceſſe eſt, quem locum, quem modum, quod tempus hęc cauſſa habuerit, & quam celerem auditum confeſſio meruerit: quid poſſit pœnitentia, quando bonus Dominus tribulato corde clamantem ad ſe ſeruum ſuum, etiam in vltimo peccati puncto non negligat. Hora mortis erat, iamque confitentis anima faucibus hærebat, iamque linguam eius alligabat anguſtia, illoquè articulo temporis ferè ab ipſis Apoſtolis ſalus deſperabatur. Modus paſſionis, Crux inter omnia ſupplicia turpiſſimum, & atrociſſimum. Quibus poſtpoſitis quaſi plagarum, & ſanguinis immemor, dictator Euangelij Latro efficitur, & (quod perſuaderi illa hora difficile erat) Chriſtum Deum in Cruce fatetur, ibi orat, ibi adorat; multa ſimul pietatis officia complectitur. Credit, & timet: compungitur, & pœnitet: confitetur, & prædicat: amat, confidit, & orat. Fide illuminatur, timore ſubditur, compunctione mollitur. Pœnitentia concutitur, confeſſione purgatur, prædicatione zelatur, dilectione dilatatur, confidentia ſperat, oratione impetrat.] Et ſtatim confert pœnitentiam Latronis in cruce cum lacrymis Petri, oſtendens eam fuiſſe mirabiliorem. Propter quod Petro datæ ſunt claues Regni Cœlorum: ſed Latroni dictum eſt: *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Non ad loca Purgatoria, flammaſque peccatorum vltrices confitens deſtinatur, non ad loca tenebroſa, & tormenta deducitur: nullam pars aduerſa gratiæ Dei præſumit inferre calumniã: vna Crucis pœna omnia abolet crimina; imò non pœna, ſed gratia. Præmittitur igitur in Paradiſum hic noſtræ nuncius abſolutionis, & primitias libertatis noſtræ (teſtis libertate donatus) Paradiſi ciuibus id exſpectantibus, & deſiderantibus primus inuexit.] *In Bib. P. P. tom. 1. col. 798.* *Luc. 23.*

85 *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Hodie (inquit) hoc eſt, eadem die, qua primus Adam expulſus fuit à paradiſo, tu mecum eris in paradiſo. Decebat enim; vt qui delere prothoparentis peccatum venerat, eadem die cum latrone paradiſum ingrederetur, quo ille propter inobedientiam *Ibidem.*

Digitized by Google

Chryſſo. 2 de Cruce, & latrone col. 1. to. 3.

obedientiam paradiſum amiſerat. Vnde Chryſoſtomus: Hodie Adam eiectus eſt de paradiſo, & hodie latro in paradiſum ingreditur. Exijt fur, & introiuit fur: exijt præuaricator, & ingreſſus eſt latro: exijt cõtemptor verbi, & introijt cõfitens Verbum: exijt contemnens ſalutem, & introijt de cruce mercans ſalutem. Scio, & ante me dixiſſe de latrone: ſed habet diuerſas intelligentias Dei ſermo. Iſte latro de ligno mercatur ſalutem, hic latro furatur cęleſte imperium. Vim facit maieſtati non virtute propria, ſed fide vincens. Ipſius Domini vox eſt: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, &c. Propter vnum peccatum damnatur Adam; & propter vnam fidei vocem ſaluatur latro: vnum peccatum eiecit illum, & vna iuſtitia introduxit iſtum, & latro habitator factus eſt paradiſi. O admiranda rerum materies. Nec Abrahæ data eſt per vocem repromiſſio paradiſi. Hæreditatuit quidem per fidem, repromiſſionem autem paradiſi nemo ante latronem accepit, &c. Neceſſarium eſt ergò quęrere cur huic ante alios, & ante tales viros fide digniſſimos potiſſimum repromiſit? Credidit Abraham Deo: ſed credidit illi de cęlis loquenti, & per Sanctos Angelos ſermonem proferenti, & de propria auctoritate legem danti. Credidit & Iſaias: ſed in gloria conſiſtenti: *Vidi enim* (inquit) *Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum, & eleuatum.* Credidit Ezechiel: ſed & ipſe Dominum ſuper Cherubim contemplatus eſt. Crediderunt reliqui Prophetæ: ſed diuerſo modo Dominum gloriæ intuentes, ſicut videre poſſibile humanæ erat naturæ. Credidit, ſicut dixi, & Moyſes: ſed de medio ignis loquenti, & in tubæ clangore, & in tonitruis: quæ & infidelem poterant prouocare. Hæc autem dico, non vt Sanctis derogem, abſit: ſed propter eum, qui ſolus per verbum meruit paradiſum. Ille ergò vidit Saluatorem non ſuper thronum regalem, non adorari in templo, non loquentem de cœlis, non per Angelos diſponentem: ſed in pęna ſociatum latroni. Videt in tormentis, & tanquam in gloria adorat. Videt in cruce, & regat quaſi in cęlis ſedentem. Videt condemnatum, & Regem inuocat dicens: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Crucifixum vides, & regem pradicas. In ligno pendere cernis, & cęlorũ regna meditaris? O admiranda latronis cõuerſio.

Iſai. 6.

Exod. 19.

Luc. 23.

Tom. 1. Biblioth. V. P. col. 74. Prou. 30.

86 Vnde Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus quæſt. 46. in ſcripturam confert bonum latronem cum Stellione, de quo Prouer. 30. *Stellio manibus mittitur & moratur in ædibus Regis.* Stellio (inquit ille) nitens manibus, & cum ſit captu facilis, habitat in munitis palatijs Regum. Latro in manuum extenſione, Ieſu Chriſti cruce nitens, habitat in Paradiſo, trium Regum munito palatio, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Ambr lib. 10. in Luc. tom. 5.

87 *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Expende quam largus ſit Dominus, & miſericors, qui plura conceſſit latroni, quam ille petierit. Vnde Ambroſius: E Pulcherrimum (inquit) eſt affectatæ confeſſionis exemplum, quod tam citò latroni venia relaxatur, & vberior eſt gratia, quam precatio. Semper enim plus Dominus tribuit, quam rogatur. Ille enim rogabat, vt memor ſui eſſet Dominus, cum veniſſet in regnum ſuum: Dominus autem ait, *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in*

Para-

Paradiſo. ¶ Hac mirabili conuerſione, & altiſſima fidei confeſſione bonus latro in cruce pendentem conſolatus eſt Chriſtum, qui per Prophetam ait: *Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni*, niſi forſan latronem, qui conuerſione, & confeſſione ſua mirabili conſolatus eſt Dominum. Vnde & audire meruit, *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Hic bonus latro tolle Hieronymo dicebatur Diſmas, alterius vero nomen erat Geſtas. Pſal. 68.

88 Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem: erat autem ſcriptum, *Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum*: Dicebant ergò Pilato Pontifices Iudæorum, *Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia dixit ipſe, Rex ſum Iudæorum*. Reſpondit Pilatus: *Quod ſcripſi, ſcripſi*. Noluit Pilatus hunc titulum corrumpere, vel mutare: ſed ſicut ſcripſit, permanere, ſicut multò antea per Prophetam fuerat prædictum. Nam titulus Pſalmi 56. vbi agitur de paſſione, Domini talis eſt: *In finem ne corrumpas ipſi Dauid in tituli inſcriptionem, cum fugeret à facie Saul in ſpeluncam*. Quæ verba non poſſunt propriè Dauid conuenire, vnde neceſſe eſt, vt de Chriſto Domino intelligantur, de cuius paſſione agitur ad literam in illo Pſalmo, cui ſubinde debet eius titulus adaptari. Vnde Auguſtinus ait: *Illud, Ne corrumpas in tituli inſcriptionem, non video quomodo pertineat ad illum Dauid. Non enim aliquis titulus inſcriptus erat ipſi Dauid, quem corrumperet Saul: videmus autem in paſſione Domini, ſcriptum fuiſſe titulum: Rex Iudæorum*, vt ille titulus exprobraret frontem ipſorum, quod à Rege ſuo manus non abſtinuerunt, &c. Inſcriptus itaque titulus ille eſt, *Rex Iudæorum*. Saul (vt diximus) populus Iudæorum erat, Dauid Chriſtus erat, titulus ibi, *Rex Iudæorum*. Indignati ſunt Iudæi, quia inſcriptus erat titulus, *Rex Iudæorum*, puduit illos habere Regem, quē crucifigere potuerunt. Non enim viderunt, quia ipſa crux, in qua eum fixerunt, futura erat in frontibus Regum. Cum ergo indignarentur ex illo titulo, adierunt Pilatum iudicem, cui obtulerunt occidēdum Chriſtum, & dixerunt ad eum: *Noli ſcribere ſic, Rex Iudæorum: ſed ſcribe, quia ipſe dixit, ſe Regem eſſe Iudæorum*: & quia iam cantatum erat per Spiritum ſanctum, *In finem ne corrumpas in tituli inſcriptionem*, Reſpondit eis Pilatus, *Quod ſcripſi ſcripſi*. Quid mihi ſuggeritis falſitatem? ego non corrumpo veritatem. Audiuimus ergo quid ſibi velit, Ne corrumpas in tituli inſcriptionem. Pſal. 56. *Aug. ſup. tituli eiuſdem pſalm. tom. 8. Matt. 27. Ioan. 19. Ibidem.*

89 *Sitio.* Iudæi verbis ignominioſis Chriſtum dehoneſtant, & ille ſalutem eorum ſitiebat, quod & Pſalmiſta multò ante prædixerat: nā in perſona Chriſti loquens ait: *Verumtamen honorem meum cogitauerūt repellere, cucurri in ſiti*. Vbi Auguſt. Retribuebant enim mala pro bonis, illi interficiebant, illi repellebant, ego eos ſitiebam: illi honorem meum cogitauerunt repellere, ego eos in corpus meum ſitiebam traijcere. Bibendo enim quid facimus, niſi humorem foris poſitum in membra mittimus, & in corpus ducimus noſtrum? &c. Hoc vſque in finem ſitit ille, currit & ſitit. Multos enim bibit: ſed nunquam erit ſine ſiti. Inde eſt enim, *Sitio*. *Mulier da mihi bibere*, Samaritana Pſal. 68. *Aug. ſup. eundem pſalm. circa med. H.* Ioan. 4.

illa

illa ad puteum sitientem Dominum sensit, & à sitiente satiata est. Sensit prior illa siuentem, vt biberet ille credentem. Et in cruce positus,

Luc. 19. *Sitio*, dixit, quamuis illi non hoc dederint, quod sitiebat. Ipsos enim ille sitiebat: at illi acetum dederunt, non vinum nouum, quo implentur

Matt. 9. vtres noui: sed vinum vetus, & malum vetus. Dicitur enim & vinum

Rom. 6. vetus, veteres & homines, de quibus dictum est: *Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati*. Et iterum: *Exuentes vos veterem hominem*, &c. In cuius signum, vt in loco præallegato docet Augustinus Exodi 32. Sanctus Moyses vitulum aureum, quem

Exod. 32. fecerunt sibi, & adorauerunt filij Israel, in ignem misit, comminuit, in aquas sparsit, & bibendum populo dedit, vt innueret peccatores, qui per vitulum designantur, iuxta illud: *In similitudinem vituli comedentis fœnum*, id est terrena quærentium, quia omnis caro fœnum, per pœnitentiam contritos, & communicatos, atque baptismi aqua sparsos traijciendos esse in corpus Christi, vt eius sitim explerent. Cui consonat illud psalmi:

Psal. 101. *Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*. Vbi per fletum lacrymas designat pœnitentium, quas tanquam potum bibit Christus eorum sitiens salutem. Et tamen non est qui consideret, non est qui consoletur Christum, nō est qui sitim eius extinguat. Vnde Drogon Hostiensis Episcopus lib. 1.

Tom. 2. Bibliot. V. P. pag. 211. de Sacramento Dominicæ Passionis. Passio (inquit) Dñi celebratur, & nos voluptati operā damus. Clamat nobis de Cruce: *O vos oēs, qui*

Thren. 1. *transitis per viam, attendite*, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Et nemo est qui audiat, nemo est qui consoletur, nemo est qui respondeat. Sitio, inquit. Domine quid situs? Ergo ne plus cruciat sitis, quam Crux? De Cruce siles, & de siti clamas, Sitio? Quid? Vestram fidem, vestram salutē, vestrum gaudium. Plus animarum vestrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet.]

90 Aliter sitim illam Christi in cruce pendentis interpretatur Ber-

Bern. tract. de passione Dñi cap. 13 nardus, referens illam ad sitim plura & maiora pro nobis patiendi, quæ angebatur in cruce. Sic enim ait: Quid est hoc bone Iesu? antequam gustes, petis calicem omnino auferri, & postquam ebibisti, sitis? Mirabilis potator es tu. Nunquid vino iucunditatis, & non potius vino compunctionis, & summæ amaritudinis repletus fuit calix tuus? Imò verò compunctionis amarissimæ plenus est, qui non sitim, sed potius potandi fastidium generare deberet. Sed (vt existimo) ante passionem calicem tui patris à te transferri orasti, non vt passionem declinares, sed ne putaret quis te verum hominem amaritudinem non sensisse propter charitatis vnionem. Vnde ter petendo, vt calix transiret, acerbitatem passionis tuæ indicasti. Sed post dicēs, *Sitio*, dilectionis erga nos tuæ magnitudinem commendasti, quasi diceres, quamuis passio mea tam acerba fuerit, vt quantum ad humanitatis sensum, illam declinare potuerim, tamen tua ò homo charitate me vincente, & ipsa torménta crucis superante, adhuc plura, & maiora, si necesse fuerit, sitio subire tormenta. Nihil enim est, quod detrectem pro te pati, pro cuius pretio animam meam posso.]

Semini

91 Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis,& videbantur ei pauci præ amoris magnitudine: & Christus Dominus pro acquirenda Ecclesia seruiuit triginta tribus annis, & multos, & grauissimos dolores pro nobis pertulit,sicut per Isaiam ait: *Seruire me fecisti in peccatis tuis,præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Et iterum: *Verè labores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*: & tamen videbantur ei pauci præ amoris magnitudine. Ideo inquit, *sitio*. Hunc eundem amoris affectum discipulis eunuibus in Emaus ipsa die resurrectionis ostendit,cum ait ad illos: *Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes?* Et *respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? quibus ille dixit*: Quæ? O Charitas immensa. Passus fuerat in proprio corpore innumera flagella, pertulerat crucem, spineam coronam, & mortem, &c. Et ait, Quæ? Nam videbantur ei dolores pauci præ amoris magnitudine, & maiora pati sitiebat. Ideò cũ tãta pro nobis passus fuisset, ea omnia pro nihilo reputabat: quod & Psalmographum prænunciasse cernimus, cũ dixit: *Pro nihilo saluos faciet eos*. Hinc est, quòd cum à planta pedis vsque ad verticem non esset in eo sanitas, & vulnera in toto corpore passus fuisset, labia & lingua eius quasi conquerebantur, quòd aliquam spiritualem passionem non pertulissent. Hanc desiderabant, hanc petebant, & non sunt fraudata à desiderio suo. Scriptum est enim: *Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum*. Nam dicente Domino, *Sitio, vas erat appositum aceto plenum, illi autem spongiam impletam aceto, isopo circumponentes obtulerunt ori eius*.

Isa. 43.
Luc. 24.
Psal. 52.
Psal. 20.
Ioan. 19.

92 O ingratitudo Iudæorũ. Christus sitit eorum salutẽ, & illi virũ corruptũ ei bibendũ offerũt, & fel in os Saluatoris immittũt, cuius osculũ desiderabat Sponsa: *Osculetur me* (inquiẽs) *osculo oris sui, quia meliora sunt vbera eius vino*. Et per Psal. *Et dederũ* (inquit) *in escam meã fel, & in siti mea potauerũt me aceto*. Vbi Aug. Hoc fuit fel meũ, hoc mihi amarũ, hoc acetũ fuit. Amarum propter mœrorẽ, acetũ propter vetustatẽ corũ. Namque legimus, illi quidẽ oblatũ fel, sicut Euang. loquitur: sed in potũ, non in escã. Veruntamen sic accipiendũ est & impletũ q̃ hic fuerat ante prædictũ: *Dederunt in escã meã fel*: & in isto ipso facto, non solũ in hoc dicto mysteriũ requirere debemus, secreta pulsare, velũ tẽpli cõscisũ intrare, videre ibi sacramentũ, vel q̃ ita dictũ est, vel q̃ ita factũ est: *Dederunt* (inquit) *in escam meã fel*, non ipsũ, quod dederũt, esca erat. Potus .n. erat: sed in escã dederũt. Quid? Iam Dns escã acceperat, & in ipsam injũctum est fel. Acceperat autem ipse escam suauem, quoniam Pascha manducauit cum discipulis suis. Ibi sacramentum sui corporis demonstrauit in hanc escam tam suauem, tam dulcẽ vnitatis Christi, quam cõmendauit Apost. dicens, quia *Vnus panis, vnum verum corpus multi sumus*. In hanc escam suauem quis est, qui dat fel, nisi contradictores Euangelij, tanquam illi persecutores Christi? Minus .n. peccauerũt Iudæi crucifigentes in terra ambulantem, quam qui contemnunt in cœlo sedentem. Quod ergo fecerunt Iudæi, vt in escam, quã acceperat,

Psal. 68.
Aug. sup. eundem psal. conc. 2 circa med.
D. E. to. 8.
Ibidem.
Luca 12.
1. Cor. 10.

darent

Psal. 68. darent bibendum amarum illum potum, hoc faciunt qui male viuendo scandalum inferunt Ecclesiæ. Hoc faciunt hæretici amaricantes, sed non exaltenter in semetipsis, dant fel super eam jucundum cibum, &c. Vnde Cæsarius Arelatensis Episcopus hom. 6. de Pascha in fine, quæ habetur tom. 2. Bib. Vet. Pat. col. 583. Porrigitur (inquit) aceum malitiæ, quia vinum sapientiæ, quod à Christo acceperant, peccando perdiderant. Potatur acerbitate malorum nostrorum, daturus dulcedinem bonorum suorum. Sed & nunc quotidiè, quando peccatis contristatur, exacerbatur; aceti quodammodo illi potus, & cibus fellis ingeritur.]

93 Hoc vinum amarum, & felleum collegit Dominus ex vinea, quam plantauit in Ægypto, quam transtulit in terram fluentem lac, & mel. Hoc vinum propinauerunt illi Iudæi cultores illius vineæ, de qua Isaias 5. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepsit eam.*
Isai. 5. *Et lapides elegit ex illa. Et plantauit eam electam. Et ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.*] Hebraicè habetur, *Beusim*, ideſt vuas fœtidas, à verbo *Baas*, quod significat fœtere. Considera quæ passus est Christus, & intelliges quam agrestes, quam fœtidos, quam amaros fructus vinea Domini Sabaoth sanguine Christi irrigata Saluatori suo pertulerit. *Fecit* (inquit) *labruscas*. Vinea enim Domini conuersa est in
Deuter. 32 amaritudinem, & similis facta est illi, de qua Deuteronomij 32. *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi*. Ex his vuis, & ex his botris quodnam vinum propinandum Christo in cruce sitienti exprimi poterat, nisi illud, de quo statim subditur: *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile?*

Marc. 15. 94 *Et cum gustasset noluit bibere*. Gustauit mirrhatum vinum, & noluit bibere, non quòd sentire eius amaritudinẽ detrectaret, qui pro corpore suo mystico, quod est Ecclesia, tot pertulit in toto corpore dolores; sed propter mysterium, vt innueret, quòd cum dixit, *Sitio*, sitim spiritualem salutis eorum, qua vexabatur, exprimere voluit: sed quoniã illi in sua perfidia permanserunt, ideò noluit bibere, nec in corpus proprium trajcere, vt eorum exprobraret perfidiam. Eos enim, qui per pœnitentiam ad Deum conuertuntur, vt supra ostensum est, bibit Chri-
Bernard. serm. 44. in Cantic. in princ. stus. Vnde Bernardus: Itaquè tu si peccata luxisti, bibisti: si autem iam respirasti in spem vitæ vita sanctiori, mutat: est tibi myrrhæ amaritudo in vinum, quod lætificat cor hominis. Et fortassis hoc illud significauerit, quod Saluatori oblatum est in cruce, vinum myrrhatum, & ideo noluit bibere, quoniam illud fiebat.]

95 Gustauit acetum, gustauit myrrhatum vinum: sed noluit bibere: quia reliquum nobis bibendum reliquit. Vnde Christus Dominus duobus fratribus, qui sedere ad dexteram, & sinistram eius in
Matth. 20. regno suo matris interuentu petebant, respondit: *Nescitis quid petatis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Vt designaret, quod de eodem calice passionis, quem ipse gustauit, necesse est vt bibant illi,

qui

qui ad dexteram eius, vel ad siniſtram in regno eius ſedere cupiunt. Ideo ipſe prius guſtauit, vt abſque vllo timore, vel tremore nos de eodem calice biberemus. Iuxta quod Apoſtolus ait: *Eum autem, qui modico, quam Angeli minoratus eſt, videmus Iesum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret morte*, &c. Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, ideſt, diabolum. Vt liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erãt ſeruituti. Vbi Chryſoſt. Sicut medicus non habens neceſſitatem, quæ ægroto proponuntur, guſtare, primus ex illius cibo deguſtat, vt perſuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: ſic etiam Dominus, quoniam omnes homines mortem timebant, perſuadens eis, vt fiducialiter ad mortem accederent, & ipſe guſtauit mortem nullam habens neceſſitatem. Hebr. 2. Chryſ. ho. 4 ſup. epiſt. ad Heb. 4

96 Potuit dicere, mortuus eſt: ſed ideo ait, guſtauit mortem, vt oſtenderet, nullis potuiſſe mortis vinculis Chriſtum detineri, Petro cũ alijs Apoſtolis atteſtantibus: *Hunc* (ſcilicet) *Iesum Nazarenum definito conſilio, & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum, affligentes interemiſtis, quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat, teneri illum ab eo*: ſed potius moriendo mortem noſtram deſtruxit; vt iam non mors reputaretur, ſed tranſitus iuſtorum ad æternam vitam. Cui conſonat illud, quod de Chriſto Domino ait Petrus: *Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur*. Non enim mors Chriſtum deglutiuit, ſed Chriſtus mortem, & ſic eam in vitam conuertit: non ſecus ac nos cibum, quem deglutimus, trajicientes in ſtomachum, ei vitam quam prius non habebat, communicamus, dum calore naturali in ſubſtantiam noſtram conuertimus. Vnde Auguſt. Hoc eſt (inquit) quod teſtatur Beatus Petrus, quia Chriſtus deglutiuit mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. Beatus quoque Paulus docet, quia Chriſtus mortem deglutierit, illuminauerit autem vitã & incorruptionem. Chriſtus ergo mortem guſtauit, quia verus homo eſt: idemque mortem deglutiuit, quia verus Deus. Ipſe quippè (ſicut dicit Apoſtolus) mortuus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Vide infra verbo Mors. Ideò autem Chriſtus Dominus emiſſa voce magna expirauit, vt oſtenderet, non ex neceſſitate, aut debilitate naturæ, ſed propria voluntate mortem ſuſtinuiſſe. Vnde Victor Antiochenus ad cap. 15. Marc. Per hoc factum (inquit) Dominus Ieſus demonſtrabat, ſe totam vitam mortemque ſuam in libera ſua poteſtate poſitam habuiſſe. Quare Marcus, Pilatum non citra admirationem, iam ne obijſſet interrogaſſe, narrat. Addit item: Centurionem ea potiſſimũ de cauſſa credidiſſe, quod cum valido clamore, magnæque poteſtatis ſignificatione ſpiritum reddidiſſe, animaduerriſſet. Act. 2. 1. Petr. 3. Victor Antiochenus.

97 *Et inclinato capite emiſit ſpiritum*. Prius inclinauit caput, & deinde ſpiritum emiſit, vt innueret, quòd nullo exteriori læſiuo cogente, ſed propria voluntate moriebatur. Nam, vt docet S. Thomas: Anima Chriſti ex coniunctione ad Diuinitatem in eadem perſona Verbi habebat poteſtatem conſeruandi naturam carnis ſuæ, ne à quocunque læſiuo Ioan. 19. S. Thomas 3. par. q. 47 art. 1. in cor.

siuo inflicto opprimeretur: sed propria volúntate voluit, quod natura corporalis illi nocumento succumberet. Ideo Ioannis 10. ait ipse Sal-

Ioan. 10. uator: *Ego pono animam meam, & iterum sumo eam. Nemo tollit eam à mè, sed ego pono eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Quibus verbis (vt Sanctus notat

Aug. lib. 3 de Trinit. cap. 13. & 3 Isai. 13. Augustinus) demonstrauit Christus se mortuum esse, non quia Iudæi voluerunt, nec quando voluerunt: sed quia ipse voluit, quando voluit, & quomodo voluit. Cui consonat illud Isaiæ: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et vt Christus ostenderet, quod passio illata per violentiam eius animam non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit, vt & in extremis positus voce magna clamaret, quod inter alia

S. Thomas quæst. 47. citata. miracula mortis eius computatur.] Hæc Sanctus Thomas. Denique cum Euangelista inquit, quod *Iesus emisit spiritum*, voluntariam fuisse illius mortem ostendit. Nam emittere spiritum, animam significat

Matt. 27. Hier. sup. cap. 27. Matt. propria voluntate pellere à corpore. Vnde Hieronymus: Diuinæ potestatis indicium est emittere spiritum, vt ipse quoquè dixerat: *Nemo potest tollere animam meam à me, sed ego pono eam à me ipso, & rursum accipio eam.*]

98 Est & aliud magnum mysterium in eo inclusum, quod Christus Dominus inclinato capite spiritum emiserit, vt videlicet omnes agnoscerent calamitates, quas in passione Christus pertulit, multò magis præponderare, quam peccata generis humani, pro quibus patiebatur: quod & Sanctus Iob in persona Christi loquens manifestissimè

Iob. 6. ostendit, cum dixit: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas hæc, quam patior, in statera: quasi arena maris hæc grauior appareret.* Vbi Sanctus Bernardus: Nos igitur, qui quærimus crucifixum, crucis attendamus mysterium. Ipsa est statera corporis Christi, quã desiderabat, qui dicebat: *Vtinam appẽderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera.* Crux facta est statera corporis Christi, quod est Ecclesia. Cum enim ipse crucifigeretur, appensa sunt cum ipso peccata, quæ commisimus; calamitas, quam incurrimus. Ipse erat innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, excelsior cęlis conuersatio eius. Non enim peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et quoniam talis, ac tantus tàm indigna dignatus est in cruce pati, præponderare cæpit calamitas, & crimina latigari. Cum adhuc tamen in cruce erectius staret, vacillare videbatur statera, nec planè cognoscebatur, quà cadere deberet, cum inclinato capite emisit spiritum: vt calamitas præponderando caderet, & quasi arena maris grauior appareret.]

Bern. hom. de duobus discipulis eũtibus in Emaus circa med. H. Dob 6.

Dan. 19. 99 *Vnus militum lancea latus eius aperuit.* Claui perforauerunt manus & pedes, & lancea latus; vt in his vulneribus sponsa Christi re-

Cant. 2. quiem inueniat. Vnde & sponsus sic eam alloquitur: *surge amica mea, sponsa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Vbi Bernardus foramina petræ vulnera Christi interpretatur:

Bernard. serm. 61. in Cantic. Rectè omnino, inquiens: nam petra Christus. Bona foramina, quæ fidem astruunt resurrectionis, & Christi diuinitatis. *Dominus* (inquit)

meus,

Digitized by Google

meus, & Deus meus. Vnde hoc reportatum oraculum, nisi ex foraminibus petræ? in his *passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos*. In his se columba tutatur, & circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem. Et ideo ait: *Columba mea in foraminibus petræ*. Vox columbæ: *In petra exaltauit me*. Et iterū: *Statuit* (inquit) *supra petram pedes meos*, &c. Ego vero fidenter quod ex me mihi deest, vsurpo mihi ex visceribus Domini, quoniam misericordia affluit, nec desunt foramina, per quæ fluant. *Foderunt manus eius, et pedes, et latus lancea foruerunt*: & per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, idest, gustare & videre, quoniam suauis est Dominus. Cogitabat cogitationes pacis, & ego nesciebam. *Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* At clauis referans, clauus penetrans factus est mihi, vt videam voluntatē Domini. Quid ni videam per foramen? Clamat clauus, clamat vulnus, quod vere Deus sit in Christo mundum reconcilians sibi. Ferrum pertransiit animam eius, & appropinquauit cor illius, vt non iam non sciat compati infirmitatibus meis. Patet arcanum cordis per foramina corporis, patet magnum illud pietatis sacramentum, patent *viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto*. Quid ni viscera per vulnera pateant? In quo enim clarius, quam in vulneribus tuis eluxisset, quod tu Domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ? ¶ Hæc Bernardus.

Ioan. 20. Psal. 83. Cant. 2. Psal. 26. Psalm. 39. Psal. 21. Psal. 80. Deuter. 32. Psal. 33. Ier. 29. Luc. 1.

100 Isaias inquit: *Gratis venundati estis, & sine argento redimemini*. Non ait, sine pretio, vt obseruauit Augustinus: sed sine argento redimemini. Vnde Apostolus ait: *Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in cordibus vestris*. Pretium hoc in sæculo humanitatis suæ portabat: nam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei abscondit. Hoc est sæculum pecuniæ, quod secum tulit venturus in die plenæ lunæ. Soluere cœpit pretium redemptionis nostræ, in die Circuncisionis pignus eius consignans, cum videlicet parum sanguinis sui preciosissimi effudit, soluturus integrum pretium, imò & superabundans in passione, quando dirupto sæculo pecuniæ per plures partes, per manus, per pedes, per caput totum æs effudit. Et ne in corde aliquid remaneret, lancea latus eiusdem sæculi conscissum est. Vnde per Psalmistam ait: *Conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia*: nam soluto integro pretio redemptionis nostræ circundatus fuit lætitia magna, cùm per mortem suam spoliauit infernum, & Sanctos Patres, qui in limbo sub potestate tenebrarum tenebantur captiui, cum magna lætitia adduxit, & suæ gloriæ participes effecit. Cui consonat illud Isaiæ nono: *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian*. Hæc ergo est lætitia, qua circundatus est Christus, cum sacculus pecuniæ, quem portabat, spinis, clauis, lancea conscissus est. Vnde Augustinus: Saccus Christi erat similitudo

Isai. 52. 1. Cor. 6. Psal. 29. Isai. 9.

Aug. ser. vlt. de tempore 10. 10.

litudo carnis peccati: non tibi vilescat, quod ait saccum meum; ibi enim erat inclusum pretium tuum, in passione conscissus est. Et dicit Patri: *Conscidisti saccum meum*; quia proprio filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Conscidit saccum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum Redemptor. *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia, vt non compungar, id est*, ita ut non ferat contra me lanceã persecutor; quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur.]

Aug. tract. 120. in Ioannẽ 10. 10.

101 *Vnus militum lancea latus eius aperuit.* Obserua cum Augustino quod nõ dixit Euangelium, latus percussit, aut vulnerauit: sed aperuit, vt (sicut dicit Aug.) illic quodammodò vitæ ostium panderetur, vnde Sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam non intratur.

Gen. 6.

Hoc prænunciabat, quod Noë in latere Arcæ ostium facere iussus est, qua intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia.]

Ioan. 19.

102 *Et continuo exiuit sanguis, & aqua.* Ecce impletum quod multo antea fuerat in lege obumbratum, cum percutiente Moyse virga

Num. 20.

bis silicem petram, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Vbi Augustinus: Quod de petra aqua educta est, Apo-

Aug. q. 35 sup. Num.

stolus Paulus quid esset, exposuit vbi ait: *Et omnes eundem potum spiri-*

1. Cor. 10.

talem biberunt, bibebant autem de spiritali sequenti eos petra, petra autem erat Christus. Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis, qua interior sitis irrigaretur. Sed quod virga petra percutitur, crux Christi figuratur: ligno enim accedente ad petram, gratia manauit. Et quod bis percutitur, euidentius significat crucem. Duo quippe ligna sunt crux. Quod de aqua illa, quæ de petra profluit dictum est: *Hæc aqua contradictionis; quia maledixerunt filij Israel ante Dominum, & sanctificatus est in ipsis*, prius maledixerunt, quoniam locuti sunt contra beneficium Domini, quod educti erãt de Ægypto, & postea sanctificatus est in ipsis, cum illo miraculo profluentis aquæ eius sanctitas declarata est, an fortè duo genera hominum demonstrauit, & contradicentium gratiæ Christi, & percipientium gratiam Christi: vt illis sit aqua contradictionis: istis sanctificationis? Nam de ipso Domino in Euãgelio legitur: *Et in signum, cui contradicetur.* Similia dicit alibi.

Luc. 2.

Aug. lib. 28. contra Faustum Manichæũ cap. 17. t. 6 Ioan. 19. Ephes. 5. Psal. 21. Aug. sup. eundem Psal. in expos. 2. t. 8

103 *Continuò exiuit sanguis, & aqua.* Sanguis in pretium, aqua in lauacrum, quo sponsam suam Ecclesiam ab omni macula emundaret, iuxta illud quod Apostolus ait: *Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.* Et vt omnem rugam vetustatis eius auferret, Christi corpus extensum est in cruce. Hinc est illud, quod in persona Christi ait Psalmista: *Sicut aqua effusus sum.* Vbi Augustinus: Sicut aqua effusus est. Aqua enim, quando effunditur, aut abluit, aut irrigat: effusus est Christus sicut aqua, ablu ti sint sordentes, rigatæ sunt mentes.]

104 Stigmata Christi, quæ etiam post resurrectionem in corpore suo permanere voluit, sunt foramina petræ, in quibus columba, id est, anima

Digitized by Google

anima iusti autem habet refugium, & peccatores in simplicitatem columbæ transformantur. Dicitur enim Cant. 2. *Surge amica mea, soror mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Vbi Gregorius ait: [Per foramina autem petræ vulnera manuum, & pedum Christi in cruce pendentis libenter intellexerim. Cauernam verò maceriæ vulnus lateris, quod lancea factum est, eodem sensu dixerim. Et bene columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ esse dicitur; quia dum in crucis recordatione patientiam Christi imitatur, dum ipsa vulnera propter exemplum ad memoriam reducit, quasi columba in foraminibus, sic simplex anima in vulneribus nutrimentum, quo conualescat, inuenit.] Eadem vulnera apparebunt, & manifesta erunt omnibus in die Iudicij ad consolationem electorum, & confusionẽ reproborum, sicut dicit Cæsarius Arelatensis Episcopus homilia 27. ad Sacerdotes, cuius verba sunt: [Verẽdum est autem, ne illam vocem Resurrectionis preciosæ Crucis vestigia protestantem etiam in Iudicio ad vasa iniquitatis prolaturus sit: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum*, & agnosce quæ pro te impio pietas diuina perpessa sit. Illa vtique clauorum signa bonis salutaria, malis terribilia, quæ vsque ad diem iudicij non delentur.]

Caut. 2.

Greg super eund. locũ.

Tom. 2. Bibliot. Vet. P. col. 629

Ioan. 20.

105 Christus Dominus in toto corpore passus est pro nobis, vt & nos in toto corpore mortificationem circumferamus pro ipso, iuxta illud Apostoli: *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Et Petrus Apostolus ait: *In hoc enim vocati estis; quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Et iterum: *Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini.* Vnde Hildebertus Cænoman. Episcopus sermone de Christi beneficijs: Recolat igitur & veneretur purus homo, quod memoratur hodiè egisse pro homine Deus homo, &c. Caligauerunt in mortem oculi sui, vt auerterentur, ne viderent vanitatem oculi vagi, oculi tui. Conuicijs, & blasphemijs patuerunt aures suæ, vt non obturarentur, sed paterent ad clamorem pauperis aures surdæ, auros tuæ.

2 Cor. 4. 1. Petr. 2.

1. Petr. 4.

Tom. 3. Bibliot. V. P. col. 306.

Felle, & aceto potarum est os suum: Extensę sunt in cruce manus suæ, vt extenderentur inopi manus contractæ, manus tuæ. Confixi sunt clauis pedes sui, vt dirigerentur in semitas rectas pedes dilecti, pedes tui. Angustias mortis pertulit totum corpus suum, vt nullus corporis membrum fieret putridum corpus, corpus tuum.]

DE CHRISTI RESVRRECTIONE CAP. XXVIII.

Isai. 53. CHRISTVS in passione fuit Agnus Isaiæ 53. *Quasi ouis ad occisionem ducetur, et sicut agnus coram tondente se obmutescet, et non aperuit os suum:* sed in resurrectione fuit Leo Apocal 5. *Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid,* quem subinde præfigurauit Iudas filius Iacob, de quo Genes. 49. scriptum est: *Iudate laudabunt fratres tui,* &c. Vbi Augustinus: Per hunc Iudam verus confessor exprimit Christus, qui ex eius tribu secundum carnem est genitus. Ipsum laudabunt fratres sui, Apostoli scilicet, & omnes cohæredes eius, qui per adoptionem Patris filij Dei effecti sunt, & Christi fratres per gratiam, quorum ipse est Dominus per naturã. *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.* Eisdem enim manibus, atque eodem crucis trophæo, & suos texit, & inimicos, & aduersarias potestates curuauit, iuxta quod & Pater promittit ei dicẽs: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Adorabunt te filij patris tui:* quoniam multi ex filijs Iacob adorant eum per electionem gratiæ salui facti. *Catulus leonis Iuda:* quoniam nascendo factus est paruulus, sicut scriptum est: *Paruulus natus est nobis. Ad prædam fili mi ascendisti,* id est, ascendens in crucem captiuos populos redemisti, & quos ille contrarius inuaserat, tu moriens eripuisti. Denique rediens ab inferis, ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem. *Requiescens accubuisti vt leo.* Manifestissimè Christus in passione accubuit: quoniam inclinato capite tradidit spiritum: & quoniam in sepulcro positus fuit, velut quodam corporis somno quieuit. Sed quare, vt leo, & velut catulus leonis? In somno enim suo leo fuit: quoniam non necessitate, sed potestate hoc ipsum compleuit, sicut ipse dicit: *Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam.* Quod vero addit, & vt catulus leonis: inde enim mortuus, vnde natus. Benè ergò Christus vt leo requieuit, qui non solum mortis acerbitatem non timuit: sed in ipsa morte mortis imperium vicit. Quod autem dicit: *Quis suscitabit eum?* quia nullus, nisi ipse, iuxta quod dicit: *Soluite templum hoc, et in triduo suscitabo.*] Cui consonat illud Bernardi: Est & aliud, in quo resurrectionis huius innotescat gloria singularis. Quis enim in omnibus cæteris suscitauit aliquando semetipsum? ineffabile istud est, vt à morte se excitet ipse, qui dormit. Singulare est, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Eliseus Propheta mortuum suscitauit: sed alterũ, non seipsum. Ecce enim quot annis iacet in monumento, quod à se nõ potest, sperans ab alio suscitari: ab eo vtiquè, qui triumphauit mortis imperium in seipso. Inde est, quòd cæteros quidem dicimus suscitatos, Christum resurrexisse, qui solus virtute propria victor prodijt de sepulcro: si quidem in hoc vicit leo de tribu Iuda.] In cuius signum Marcus Euangelista, cui attribuitur historia resurrectionis Dominicæ, per leonem designatur, de quo Ezechiel. 1. dicitur, *Et facies leonis à dextris ipsorum quatuor,* vt in illo agnoscamus leonem, qui vicit de tribu Iuda,

Apoc. 5.

Genes. 49.

Aug. lib. de benedictione Iacob post medium.

Mar. 10. 3

Psal. 109.

Rom. 11.

Isai. 9.

Psal. 76.

Ioan. 19.

Ioan. 10.

Ioan. 2.

Bern ser. 1. in die Sancto Paschæ

col. 3.

Rom 4.

Ezech. 1.

bu Iuda,& propria virtute reſurrexit. Vnde Gregorius: Ipſe per virtutem ſuæ fortitudinis ſurrexit vt leo, qui & apertis oculis dormire perhibetur, quia in ipſa morte, in qua ex humanitate Redemptor noſter dormire potuit, ex diuinitate ſua immortalis permanẽdo vigilauit. *Greg. hom. ſup Ezech. col 1.*

2 Catulus leonis dormiens,& ſomno graui quaſi mortuus ſopitus, rugitu in vehemenu patris ſuſcitatur,& euigilat, ſicut naturales tradũt. Non aliter Chriſtus Dominus, qui per catulum leonis deſignatur, in cruce dormiens, & in ſepulcro quaſi ſomno ſuaui requieſcens paterna voce,& virtute ſuſcitatus eſt. *Quis ſuſcitauit eum*, inquit? ad cuius vocem euigilauit? Non ad vocem diſcipulorum clamantium: *Exurge, quare obdormis Domine? exurge, et ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, et obliuiſceris inopiæ noſtræ, et tribulationis noſtræ?* Non ad vocem Virginis Matris clamantis: *Exurge Domine in requiem tuam tu, et arca ſanctificationis tuæ: et ſacerdotes tui induantur iuſtitiam, et ſancti tui exultent:* ſed ad vocem Patris, quo clamante: *Exurge gloria mea, exurge Pſalterium, et cithara*, ſtatim euigilauit catulus leonis, hoc eſt Chriſtus. Ait enim: *Exurgam diluculo*. Vbi Auguſt. Quid vocat, vt ſurgat? Duo organa ſurrexerunt. Alterum ergò organum Pſalterium, alterum cithara,&c. In Pſalterio chordæ ſonum deſuper accipiunt, in cithara autem chordę ſonum ex inferiore parte accipiunt. Hoc inter eſt inter Pſalterium, & citharam. Quid ergò duo hæc nobis figurant? Excitat enim Chriſtus Dominus noſter Pſalterium ſuum,& citharam ſuam,& dicit, *Exurgam diluculo*. Puto, quia hic iam agnoſcitis Dominum reſurgentem, quia diluculo ſurrexit. Sed quid eſt Pſalteriũ? Quid eſt & cithara? Per carnem ſuam Dominus duo genera factorum operatus eſt, miracula & paſſiones. Miracula deſuper fuerunt, Paſſiones de inferiori fuerunt. Illa enim, quæ fecit miracula, diuina erant: ſed per corpus fecit, per carnem fecit. Caro ergo diuina operans Pſalterium eſt: Caro humana patiẽs cithara eſt. Sonet Pſalterium, illuminentur cæci, audiant ſurdi, ſtringantur paralytici, ambulent claudi, ſurgant ægroti, reſurgant mortui, iſte eſt ſonus Pſalterij. Sonet & cithara, eſuriat, ſitiat, dormiat, teneatur, flagelletur, irrideatur, crucifigatur, ſepeliatur. Cum ergo vides in illa carne quædã ſonuiſſe deſuper, quędã de inferiori parte, vna caro reſurrexit, & in vna carne agnoſcimus & Pſalt. & citharã.] *Pſalm. 43. Pſal. 131. Pſal. 16. Aug. ſuper pſal 56 circ. fin. E. F. tom. 8.*

3 Signum manifeſtum mortis, & reſurrectionis dominicæ fuit Ionas, ſicut Saluator ipſe nobis expoſuit: *Generatio* (inquiens) *prava, et adultera ſignum quærit, et ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, et tribus noctibus.*] Vbi Auguſtinus: Sicut Ionas ex naui in aluum ceti: ita Chriſtus ex ligno in ſepulcrum, vel in mortis profundum. Et ſicut ille pro ijs, qui tempeſtate periclitabantur: ita Chriſtus pro ijs, qui in hoc ſæculo fluctuant. Et ſicut primo iuſſum eſt, vt prædicaretur Niniuitis à Iona, ſed non ad eos peruenit prophetia Ionæ, niſi poſtea quam eum cetus euomuit: ita prophetia miſſa eſt ad gentes: ſed niſi poſt reſurrectionem Chriſti non peruenit ad gentes.] Hoc ſignum in perſona Chriſti loquens *Matt. 12. Aug. epiſt. 49. ad Deo gratias q. vltima.*

Pſal. 85. quens petebat qui dixit: *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui odérunt me, & confundantur*, quod de ſigno reſurrectionis dominicæ, de
Aug. ſuper eund. pſal. tom. 8. quo etiam Matt. 12. Locutus eſt Chriſtus, interpretatur S. Aug. Quod ſignũ (inquiens) niſi reſurrectionis? &c. Ergò cũ capite noſtro iã factũ eſt ſignum in bono. Dicat & vnuſquiſque noſtrum: *Fac mecum ſignum in bono*, quia in nouiſſima tuba, in aduentu Domini, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur, erit hoc ſignum in bono. ¶

4 Chriſtus ad inferos deſcendens ſoluit vinctos, quos antiquus hoſtis tenebat captiuos. Dicitur enim
Sap. 10. Sap. 10. *Hæc illum, qui primus factus eſt à Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia.* Ex quo teſti-
Aug. epiſt. 99 ad Euãdrũ col. 2. monio id probat Aug. & ex illo Act. 2. *Solutis doloribus inferni, in quibus impoſſibile erat teneri eũ*, quia *erat*, vt ſcriptũ eſt, *inter mortuos liber*. Nec ſolu ipſe fuit inter mortuos liber: ſed etiã morte ſua ingrediens infernum alios à morte liberauit. Id quod optima ſimilitudine declarat
D. E. to. 2. Act. 2. Chryſ. Quemadmodum qui cibum accipiunt, quem continere non poſſunt, etiam quem ante comederunt, propter illum euomunt: ita in
Pſal. 87. Chryſ. hom. 24. ſuper. 1 epiſtol. ad Corint. col. 4. D. Chriſti morte vſu venit. Mors, cum corpus, quod corrumpere non poterat, accepiſſet, etiã illa eiecit, quæ cõprehenderat. Siquidem cũ Chriſtum haberet, dolebat, & affligebatur; quouſque eũ euomuit. Idcircò (inquit Apoſt.) Soluens dolores mortis. Neque enim aliqua mulier, quæ filium parit, ita dolet, vt illa cũ corpus dñicũ cõprehendiſſet, diſtrahebatur, lacerabatur. Et quod in Babylonio dracone factũ eſt, quãdo accepto cibo crepuit medius: idem in hoc vſu venit. Non enim per
Et idẽ repetit ho. 38 ſup. eandem epiſt. col. 3. os mortis Chriſtus rursũ erupit, ſed medio draconis ventre rupto, atq; diſcerpto, ex adytis clariſſimus euaſit, & radios non ad hoc vſque cælum, ſed ad ipſum ſupernũ thronũ dimiſit.) Cui conſonat illud
Iſai. 42. Iſai. 42. *Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium: vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de cõcluſione vinctũ, & de domo carceris ſedẽtes in tenebris.* Et
Zach. 9. Aug. lib. 18 de Ciuitate Dei cap. 35 tom. 5. Zach. 9. *Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.* Quod de Chriſto Dño interpretatur Aug. Et rectè quidem: nã illud pronomen, *tu*, quod eſt ſecundæ perſonæ, Chriſtũ Dominum deſignat, qui eſt ſecunda perſona Trinitatis: ſicut etiã Spiritus
Ioan. 16. Sanctus deſignatur per pronomen, *ille*, q̃ eſt tertiæ perſonæ. Dicit enim Ioã. 16. *Ille me clarificabit ſuper terrã, quia de meo accipiet, & annũciabit vobis.* Et eadẽ ratione Pater ſignificat per pronomẽ, *Ego*, quod eſt primæ
Pſal. 2. perſonæ, vt patet Pſ. 2. *Dñs dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.*
Pſal. 88. Aug. lib. 17 de Ciuitate Dei cap. 11. 5 Hoc ipsũ myſterium quadã interrogatione tacite inſinuauit Pſal. cũ ait: *Quis eſt homo, qui viuet, & nõ videbit mortẽ? eruet animã ſuã de manu inferi.* Vbi Aug. Quis eſt iſte, niſi de ſubſtantia illa Iſrael ex ſemine Dauid Chriſtus Ieſus? de quo dicit Apoſt. quòd, *Surgens à mortuis, iã nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur.* Sic enim viuit & nõ videbit mortẽ, vt tamen mortuus fuerit: ſed animã ſuã eruerit de manu inferi; quia propter quorundã ſoluenda peccatorũ vincula ad inferna deſcenderat. Eruit autẽ poteſtate illa, de qua in Euang. dicitur:
Rom. 6. Ioan. 10. *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* ¶

9 Deſcen-

6 Descendens ergò ad inferos electos suos, quos antiquus hostis tenebat captiuos, triumphans de morte liberauit. Quod & multo antè loquens ad Iob, prædixerat: *Nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?* ac si dicat: Vt ego, qui non solum mare, ideſt, sæculum per assumptam humanam carnem, atque animam petij: sed etiam per eam sponte in morte positus vsque ad vltima inferni, quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare more diuini eloquij sæculum debet intelligi, nil prohibet profunda maris inferni claustra sentiri, quod profundum maris Dominus petijt, cum inferni nouissima, electorum suorum animas erepturus, intraret. Vnde & per Prophetam dicitur: *Posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati.* Hoc namque profundum maris ante Redemptoris aduentum non via, sed carcer fuit; quia in se etiam bonorum animas (quamuis non in locis pœnalibus) claudit, quod tamen profundum viam Dominus posuit: quia illuc veniens, electos suos à claustris inferni ad cœlestia transire concessit.] Iob 38. Gregor. 29 moral. c. 7. Isaiæ 51.

7 Vnde, sicut ait Gregorius, rectè etiam per Oseam dicitur: *Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne.* Id namque, quod occidimus, agimus vt penitus non sit: ex eo etenim, quod mordemus, partem absorbimus, partemque relinquimus. Quia ergò in electis suis funditùs occidit mortem, mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partem abstulit & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernũ. Ait ergò: *Ero mors tua ô mors*, ac si apertè dicat, quia in electis meis te funditus perimo, *ero mors tua: ero morsus tuus inferne*; quia sublatis eis te ex parte transfigo.] In cuius signum discipuli, cum eis Dominus post resurrectionem apparuisset, obtulerunt illi partem piscis assi & fauum mellis, qui & vtrumque comedit; vt innueret, quòd virtute passionis suæ omnes Sancti Patres exultantes in limbo, qui per integrũ mellis fauum designantur, liberauit: ex illis verò, qui igne inferni cremabantur nõ omnes eduxit, sed partẽ, eos videlicet, qui in Purgatorio existentes iam erant ad plenum purgati igne Purgatorij, & eos similiter, qui licet non erant ad plenum purgati, specialem tamen fidem & deuotionem erga Christi passionem & mortem, dum viuerent, habuerunt, vt docet Sanctus Thomas: ideò non integrum piscem assum, sed partem illi obtulerunt. Greg. hom. 22. super Euangelia col. 3. Osea 13. Luc. 24. S. Thomas tertia par. quæst. 52. a. 1 8.

8 Illud somnium Ioseph adimpletum est in Resurrectione Christi. Ait enim: *Vidi per somnium, quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eũ pater suus, & dixit, quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* Vbi Augustin. Ecclesia est sol, & luna, & stellæ, cui dictum est: *speciosa sicut luna, electa sicut sol.* Ab hac adoratur Ioseph noster in hoc mundo, velut in Ægypto ex humillimo sublimatus. Nam illum Ioseph mater certe adorare non potuit, quæ ante defuncta est, quã Iacob venisset ad filiũ, vt illius somnij Prophetici veritas adimplenda in Christo Domino seruaretur.] Genes. 37. Aug. ep. 80. ad Hesichium non longe à fine tom. 2.

9 Qualiter autem virtute diuinitatis corpus ſuum Chriſtus Dñs minus ad vitam glorioſam reuocauerit, Sanctus Iob his verbis deſi-
Iob 14. gnauit: *Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum reuireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenuerit radix eius in terra, et in puluere emortuus fuerit truncus illius: Ad odorem aquæ germinabit, et faciet comam, quaſi cũ primum plantatum eſſet.* Quæ verba de Chriſto Domino interpretatur
Greg. lib. 12. moral. cap. 4. Gregorius: quia de ſemetipſo ait: *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Se enim lignum viride, & nos lignum aridum dixit; quia ipſe in ſe vim diuinitatis habuit: nos verò, qui puri homines ſumus, li-
Luc. 23. gnum aridum appellamur. Habet ergò lignum ſpem, ſi præciſum fuerit; quia rurſum vireſcit, quoniam & ſi occidi per paſſionem potuit, per reſurrectionis gloriam rurſus ad vitæ viriditatem venit. Huius rami pullulant; quia ex reſurrectione illius multiplicati longè lateque fideles creuerunt. Huius radix in terra quaſi ſenuit; quia eius prædicatio Iudæorum perfidia deſpecta fuit. Et in puluere truncus mortuus eſt; quia in corde perſequentium, quod perfidiæ ſuæ vento leuabatur, contemptibilis & deſpectus eſt habitus; quia carne potuit occidi. Sed ad odorem aquæ germinauit; quia per virtutem Dei extincta caro illius
Act. 2. ad vitam rediit, iuxta quod ſcriptũ eſt: *Quem Deus ſuſcitauit à mortuis.* Quia enim Deus Trinitas eſt, extinctam carnem vnigeniti filij Sanctæ Trinitas, ideſt Pater, & idem Filius, & Spiritus ſanctus reſuſcitauit. Et fecit comam, quaſi cum primum plantatum eſt; quia illa Apoſtolorũ debilitas, quæ in morte illius expauit, & negauit, & negando aruit, per reſurrectionis eius gloriam rurſus ad fidem viruit. ℣

Num. 17. Gregorius 14. mor. cap. 28. 10 Virga Aaron, quæ ſola inter duodecim virgas floruit, Chriſti reſurrectionem, vt explicat Gregorius, deſignauit: Nam cum Aaron Sacerdotium, qui de tribu Leui fuerat, deſpiceretur, virga eius ſola viruit, & quid virtutis in munere Aaron haberet, oſtendit. Quo videlicet ſigno quid innuitur, niſi quòd omnes, qui vſque ad finem mundi iacemus in morte, quaſi virgæ reliquæ in ariditate remanemus? ſed cunctis virgis in ariditate remanentibus, virga Leui ad florem rediit, quia corpus Dñi, veri ſcilicet ſacerdotis noſtri, in mortis ariditate poſitum, in florem reſurrectionis erupit. Quo flore Aaron rectè ſacerdos eſſe cognoſcitur; quia hac reſurrectionis gloria Redemptor noſter, qui de tribu Iuda, ac Leui ortus eſt, interceſſor pro nobis eſſe monſtratur. Ecce ergò iam virga Aaron poſt ariditatem floret, ſed virgæ duodecim tribuum in ariditate remanent; quia iam quidem corpus Domini poſt mortem viuit: ſed noſtra adhuc corpora vſque ad finem mundi à reſurrectionis gloria differuntur. Vnde Sanctus Iob de Chriſti Domi-
Iob 19. ni reſurrectione loquens: *Scio* (inquit) *quod Redemptor meus viuit:* ſed de ſua, & aliorum reſurrectione ſermonem faciens, ſtatim ſubiungit: *Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, et non alius, et oculi mei conſpecturi ſunt.* Quam differentiam etiam aſſignauit Pſalmiſta. Nam
Pſal. 27. de Chriſti reſurrectione loquens, *Et refloruit* (inquit) *caro mea, et ex*
Pſal. 91. *voluntate mea confitebor ei:* de alijs verò ait: *Iuſtus germinabit ſicut lilium et flo-*

Digitized by

efflorebit in æternum ante Dominum; vt sciamus resurrectionem Christi iam factam, aliorum verò corporum in futurum sperandam, Iob attestante: *Reposita est hec spes mea in sinu meo.* Hinc Psalm. 1ter (inquit) *facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Vbi Gregorius: Super occasum ascendere, fuit ipsam mortem, quam pertulerat, resurgendo superasse. Aut ergo ei, qui ascendit super occasum, iter facite, ideſt, resurgenti Domino in vestris cordibus per fidem viam præbete.] Iob. 19. Psalm. 67. Gregorius 19. moral. 3.

11 Per mortem, & resurrectionem Christi vmbræ cessarunt legis antiquæ, aduenientе veritate: id quod Ionæ in hedera illa, quæ exaruit, ostensũ est, de qua sic loquit Scriptura: *Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientẽ ciuitatis, & fecit sibimet vmbraculũ ibi, & sedebat subter illud in vmbra donec videret, quid accideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum: laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Et parauit Deus vermem in ascensu aluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. Et cum ortus fuisset sol præcepit Dominus vẽto calido, & vrenti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat.* Quid autem hæc omnia designant, his verbis explicat Augustinus: Vmbraculum ergò cucurbitæ super caput eius promissiones erant veteris testamenti, vel ipsa iam munera, in quibus erat vtique (sicut dicit Apostolus) vmbra futurorum, tanquam ab æstu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum præbens. Vermis autẽ matutinus, quo rodente cucurbita exaruit, idem ipse rursus Christus occurrit, ex cuius ore Euangelio diffamato, cuncta illa, quæ temporaliter apud Israelitas velut vmbraculi prius significatione viguerũt, euacuata marcescunt; & cunctus ille populus amisso Ierosolymitano Regno, & Sacerdotio, & sacrificio (quod totum vmbra erat futuri) in captiua dispersione magno æstu tribulationis aduritur, sicut Ionas, quod scriptum est, à solis ardore, & dolet grauiter, & tamen dolori eius, atq; vmbræ, quam diligebat, salus gentium, pœnitentiũquè præponitur, &c. Vermis est Christus propter humilitatem carnis, fortasis & propter Virginis partum. Nam hoc animal plerumque de carne, vel de quacunque re terrena sine vllo concubitu nascitur. Matutinus est, quia diluculò resurrexit. Poterat vtique illa cucurbita & sine vllo vermiculo arescere. Postremò si habebat Deus adhuc vermem necessarium, quid opus erat addere matutinum? nisi vt ille vermis agnosceretur, qui caperat pro susceptione matutina. *Ego autem sum vermis & non homo.*] Hæc Augustinus: Eadem est explicatio Hieronymi sup. cap. 4. Ionæ. Ideò etiam appellatur Christus Stella Matutina Apocal. 22. quia diluculò surrexit: *Ego sum* (inquit) *radix, & genus Dauid & stella splendida, & matutina.* Vnde Andreas Cæsareæ Cappadociæ Epis. super Apocal. tom. 1. Bibliot. Vet. Pat. col. 139 ait: Radix Dauid est Christus tanquam Deus; genus autem eiusdem secundum carnem: ex ipso namque originem duxit. Idem Christus lucida illa, & matutina stella est; vt qui post triduanam mortem manè nobis exortus fuerit; nec

Ionæ 4. Augustin. epist. 49. ad Deo gratias q. vlt. col. 2. B. tom. 2. Coloss. 2. Hieron. super cap. 4. Ion. Apoc. 22. Andreæ Cæsareæ Epis.

Digitized by Google

non post præsentis vitæ noctem in matutina communis resurrectionis hora Sanctis omnibus conspicuum sese exhibebit: diem, qui nunquam habiturus est finem, certò adducturus.

12 In Christi morte, & resurrectione adimpletum est signum illud, quod dedit Dominus Moysi, cum misit illum ad Pharaonem, vt dimitteret populum suum, & ad terram promissionis deduceret. *Quid*
Exod. 4. *est* (inquit) *quod tenes in manu tua? Respondit: virga. Dixitque Dominus: Proiice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum: ita vt fugeret Moyses. Dixitque Dominus: Extende manum, & apprehende caudá*
Aug. lib. *eius. Extendit, & tenuit; versaque est in virgam.* Vbi Augustinus: In
12. contra virga Moysi, quæ in terra serpens effecta est, eius mortem figurauit à
Faustum serpente venientem: sed quod apprehensa cauda eius, rursus virga red-
Manichæũ ditur, significat, quod posterius peractis iam omnibus in fine actionis,
cap. 28. l. 6 ad id quod fuerat, resurgendo reuertit; vbi per vitæ reparationem mor-
Et lib. 3. te consumpta, nihil serpentis apparet. Nos quoquè corpus eius in ca-
de Trinit. dem mortalitate per lubrica camporum voluimur, sed fine nouissimo,
c. 10. F. l. 3 velut cauda sæculi per manum, ideſt per potestatem Iudicij, ne vltra prolabatur, apprehensa reparabimur; & nouissima inimica morte destructa, resurgentes in dexteram Dei, virga regni erimus. Quod autẽ Christus Dominus significetur per virgam, constat ex illo psalmi: *Vir-*
Psal. 109. *gam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorũ*
Psal. 22. *tuorum.* Et Psal. 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.*

13 Christus Dominus linteamina in monumento reliquit, Lazarus verò non ea reliquit in monumento: sed cum linteaminibus de
Ioan. 20. monumento exiuit. Scriptum est enim: *Venit ergò sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum: sed separatim inuolutum in vnum locum*: vt significaretur, quod neque peccatum aliquod, neque velamen ignorantiæ Christum in hac vita detinuit, sicut nos.
Aug. lib. Vnde Augustinus: Quantum autem interfit inter hominem, quem Dei
83. quæst. sapientia gestabat, per quem liberati sumus, & cæteros homines, hinc
q. 65. B. l. 4. intelligitur, quòd Lazarus nisi exiens de monumento non soluitur: ideſt
1. Cor. 2. etiam renata anima, nisi resolutione corporis, libera ab omni peccato,
Ioan. 20. & ignorantia esse non potest, quandiu per speculũ, & in ænigmate videt Dominum: illius autem linteamina, & sudarium, qui peccatum non fecit, & nihil ignorauit, in monumento inuenta sunt. Ipse enim solus in carne, non tantum in monumento non est oppressus, vt aliquod peccatum in eo inueniretur: sed nec linteis implicatus, vt eum aliquid lateret, vt ab itinere retardaret.]

14 Post resurrectionẽ suã Saluator noster multis modis, & in diuersa forma suis apparuit electis. Nam Magdalenæ in figura Hortulani visus est, duobus autem discipulis eũtibus in Emaus in specie peregrini apparuit: & sic etiam multifariè, multisque modis locutus est patribus in Prophetis, quibus nunc in specie rubi ardentis, qui non comburebatur, nunc in specie hominis, vel alterius subiectæ creaturæ videbatur: vt sciamus, quod in hac vita videre Deum eos possumus, sicuti est

in se-

in ſeipſo. Hoc enim reſeruatur Patriæ, iuxta illud Apoſtoli: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem*. Et Ioannes Apoſtolus ait: *Filioli nunc filij Dei ſumus: ſed nondum apparuit quid erimus. Scimus autem, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: videbimus enim eũ ſicuti eſt*. At (ſicut dicit Bernardus) talis viſio non eſt vitæ præſentis: ſed in nouiſſimis reſeruatur his duntaxat, qui dicere poſsũt: *Scimus, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quia videbimus eum, ſicuti eſt*. Et nunc quidem apparet quibus vult, ſed ſicuti vult, non ſicuti eſt. Non Sapiens, non Sanctus, non Propheta videre illum, ſicuti eſt, poteſt aut potuit in corpore hoc mortali; poterit autem in immortali, qui dignus habebitur. Itaquè videtur & hic: ſed ſicut videtur ipſi, & non ſicuti eſt. ℑ

1. Cor. 13. 1. Ioan. 3. Ber. ſer. 31 in Cantic. Ecol. 1. M. 1. Ioan. 3.

15 Vt notauit Auguſtinus: Chriſtus Dominus reſurrectionem ſuam noluit alienis demonſtrare, ſed ſuis. Mortuus eſt enim in conſpectu hominum, reſurrexit autem in conſpectu filiorum hominum; quia mors ad hominem pertinebat, reſurrectio ad filium hominis. Sicũt enim in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur. Vt igitur exemplo ſuæ carnis exhortaretur fideles ſuos temporalem pro æterna ſelicitate contemnere, vſque ad mortem pertulit perſequentes, atque ſæuientes, & quaſi victo, & oppreſſo ſuperbè illudentes. Quod autem carnem ſuam reſuſcitauit, & diſcipulorum conſpectibus, & contactibus reddidit, eiſque videntibus aſcendit in cælum, ipſos ædificauit, & quod prædicare deberent, euidentiſſima veritate monſtrauit. ℑ

Aug. epiſt. 120. ad Honoratum cap. 9. in fin. Act. 2. 1. Cor. 15.

16 Iacobus, vt ſpe reſurrectionis ad patientiam laborum hortaretur fideles, *ſuſtinentiam* (inquit) *Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis*. Vbi (vt notauit Auguſtinus) non ait: ſuſtinentiam, & fidem Iob audiſtis, ſed ait: ſuſtinentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, tanquã ſi diceret: Mala temporalia ſicut Iob ſuſtinete: ſed pro hac ſuſtinentia non temporalia bona ſperate, quæ illi aucta redierunt: ſed æterna potius, quæ in Domino præceſſerunt. ℑ In cuius confirmationem obſeruat, quod vt fides reſurrectionis commendaretur, Iob & ab illo vulnere atque putredine ſaluus factus eſt, & ei cuncta, quæ amiſerat, duplicata ſunt reſtituta: ſed filij non dupli, ſed totidem redditi etiam illos, quos amiſerat, reſurrecturos ſignificarunt.

Iacobi 5. Aug. epiſt. citata c. 10 Iob. 24.

17 Hac ſpe reſurrectionis omnia mala præſentia quantumuis grauia, leuia videmur. Propter quod Scriptura ſacra ſæpius nos admonet, vt Chriſti reſurrectionem, & noſtram in memoria retineamus. Vnde Paulus ſcribens ad Timot. 2. inquit: *Memor eſto, Dominum Ieſum reſurrexiſſe à mortuis*. Et ad Romanos: *Quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*. Et ſubdit: *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccatis, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Et Actorum primo: *Exſurgens Petrus in medio fratrum dixit: Oportet ergo ex his viris, qui*

2. Timot. 2. Rom 6. Act. 2.

notiſcun

Digitized by Google

no biſcum ſunt congregati in omni tempore, ex quo intrauit, et exiuit inter nos Dominus Ieſus incipiens à baptiſmate Ioannis vſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Non ait, teſtem prædicationis, teſtem Euangelij, teſtem paſſionis, & mortis: ſed, *teſtem reſurrectionis eius*. Nam omnia ad reſurrectionem tanquam ad finem ordinantur, cuius ſpe ſublata, ſunt inania omnia dicente Apoſtolo: Si autẽ Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quod ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Si in hac vita tantũ in Chriſto ſperãtes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autẽ Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, vnusquiſque autem in ſuo ordine. ¶ Spe igitur reſurrectionis conſolabatur ſe qui dixit: *Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me.* Et Sanctus Thobias, cum parentes, & cognati eius irriderent vitam eius, dicentes: *Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſinas, & ſepulturas faciebas?* increpabat eos dicens: *Nolite ita loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam ſperamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Et iterum: *Noli timere fili mi, paupertatem quidem vitam gerimus: ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Hac ſpe S. Iob in ſterquilinio poſitus vlceribus plenus conſortatus pro nihilo reputabat mala, quæ patiebatur, & aduerſus eẽs aduerſarios ſuos triũphaute: *Scio (inquit) quod Redẽptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meũ, quẽ viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, et non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Non ait: Repoſita eſt hæc ſpes mea in domo, aut in terra, vel alio quouis in loco: ſed, *in ſinu meo*, vt ad manum illam haberet, vt facile poſſet ea vti aduerſus omnes, qui tribulabãt eũ. Quaphraſi loquendi vſus eſt Pſalmiſta, cum dixit: *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Vel ſecundum Greg. per illa verba, *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo*, ſignificare voluit certitudinem ſpei. Nihil enim nos habere certius credimus, quam hoc, quod in ſinu tenemus. In ſinu ergo ſuo ſpem repoſitam tenuit, qua vera certitudine de ſpe reſurrectionis præſumpſit. ¶

1.Cor. 15.
Coloſ. 1.
Apoc. 1.
Pſal. 118.
Tobias 2.
Tobias 4.
Iob. 19.
Pſal. 118.
Gregor. 14 moral. 30.

18 Per paſſionem meruit Chriſtus ſuam glorioſam reſurrectionẽ, iuxta illud Pſalm. *De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput.* Vt enim ait Greg. quaſi de quodã flumine noſtræ paſſionis non in manſione bibere, ſed in via dignatus eſt, quia mortem trãſiterè, ideſt ad triduum contigit, atque in ea morte, quam contigit, ne quaquam ſicut nos,

Pſal. 109.
Gregor. 14 moral. 27.

ad finem

ad finẽ ſęculi remanſit.] Et vt inueret,ſe libenter de hoc torrẽte in via bibiſſe,ipſemet(vt ait Euãg.)tẽpore ſuæ paſſionis *Egreſſus eſt trans torrentẽ Cedrõ,vbi erat hortꝰ*. Quia ergo de hoc torrẽte in via bibit,propterea in reſurrectione exaltauit caput. Cui cõſonat illud Apoſt. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis. Propter q̃ et Deus exaltauit illũ,et dedit illi nomen, q̃ eſt ſuper omne nomen*, &c. Ioan. 18. Philip. 2.

19 Chriſtus poſt reſurrectionem apparuit in litore maris,cum tamen antea in mari ambulans apparuerit; idque propter myſterium. Nam (vt ait Gregorius) mare præſens ſæculum ſignificat,quod ſe caſuum tumultibus,& vndis vitæ corruptibilis illidit. Per ſoliditatẽ litoris illa perpetuitas quietis æternæ figuratur. Quia ergo diſcipuli adhuc fluctibus mortalis vitæ inerant,in mari laborabãt. Quia autẽ Redemptor noſter iam corruptionem carnis exceſſerat,poſt reſurrectionẽ ſuã in litore ſtabat, ac ſi ipſum reſurrectionis ſuæ myſteriũ rebus diſcipulis loqueretur,dicens: Iam vobis in mari nõ appareo;quia vobiſcum in perturbationis fluctibus non ſum. Hinc eſt,quod alio in loco poſt reſurrectionem ſuam eiſdem diſcipulis dicit: *Hæc ſunt verba,quæ locutus ſum ad vos,cum adhuc eſſem vobiſcum*. Neque enim cum ipſis non erat, quibus præſens corporaliter apparebat: ſed tamen iam eſſe ſe cum ipſis denegat,à quorum mortali corpore carnis immortalitate diſtabat. Quòd illic cũ ipſis poſitus fatetur,nõ ſe eſſe cũ ipſis, hoc quoque hic ſitu corporis indicat,cũ adhuc eis nauigãtibus,eſſe ſe iã in litore demõſtrabat. Ioan. 21. Greg hom. 24. ſuper Euangelia. Luc. 24.

20 Quæſtio autem moueri poteſt,cur poſt reſurrectionem ſe tangi à mulieribus Dominus nõ permiſerit: ſed vni illarum,ideſt,Magdalenæ dixerit: *Noli me tangere, nõdum enim aſcendi ad patrem meum*. Ad diſcipulos autem ait: *Palpate,& videte,quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet,ſicut me videtis habere*. Et vni ex diſcipulis etiam cicatrices contrectandas exhibuit,dicẽs: *Infer digitum tuum huc,& vide manus meas, & affer manum tuam,& mitte in latus meũ, & noli eſſe incredulus,ſed fidelis*. Reſp. Aug. Id factũ fuiſſe propter myſteriũ. Reſurrectio n. corporis Dñi ad ſacramentũ interioris reſurrectionis noſtræ pertinere oſtẽditur, vbi poſtquã reſurrexit,ait mulieri: *Noli me tangere,nõdũ aſcẽdi ad patrẽ meũ*. Cui myſterio congruit Apoſt. dicens: *Si autẽ cõſurrexiſtis cũ Chriſto,quæ ſurſũ ſũt ſapite*. Hoc eſt n. Chriſtũ nõ tãgere,niſi cũ aſcẽderit ad Patrẽ,nõ de Chriſto ſapere carnaliter, &c. Sed ad exemplũ reſurrectionis exterioris hominis noſtri pertinere inuenitur reſurrectio corporis Domini, qui diſcipulis ait: *Palpate,& videte*. Ioan. 20. Au. lib. 4. de Trinit. cap. 3. Ioan. 20. Coloſ. 3.

21 Poteſt & alia ratio facilior aſſignari,quã inſinuat Aug. Nã prædicatio Euang. ad mulieres nõ pertinebat, Apoſt. dicẽte: *Docere autẽ mulieri nõ permitto*: ſed ſolũ ad Apoſt. & alios diſcipulos,qui futuri erãt teſtes reſurrectionis dñicæ. iuxta illud Iſa. 45. *Vos teſtes mei,dicit Dñs,& ego Deus*. Et Actor. 1. *Et eritis mihi teſtes in omni Iudæa,& Samaria,& vſque ad vltimũ terræ*. Et quoniã aduerſarius noſter diabolus hos teſtes corruperat,cũ eos de reſurrectione Dni fecit dubitare: propterea tactu cicatricum eos inſtaurare voluit, & in fide,quam teſtificaturi erant, ſolidare,iuxta illud Iob decimo: *Inſtauras teſtes tuos contra me*, quod Aug. epiſt. 120. ad Honoratum. cap. 9. poſt med. 1. Tim. 2. Iſai. 45. Act. 1. Iob 10.

Digitized by Google

Gregor. 9. moral. c. 25 1. Ioan. 1. quod ad hoc propositum interpretatur Gregorius: vt postmodum non solum de auditu, sed etiam de visu, & de tactu resurrectionem dominicam testificari possent, & prædicare, & dicere: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, et annunciamus vobis: vt et vos societatem habeatis nobiscũ, et societas nostra sit cum Patre, et cum filio eius Iesu Christo.* Ideo voluit, vt discipuli viderent, & palparent corpus eius, & Thomas veritatẽ cicatricum eiusdem corporis manu propria, & digitis comprobaret.

Psal. 76. Cui subinde congruit illud Psalmistæ: *In die afflictionis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, vel coram eo*, vt legunt Septuaginta, *et non sum deceptus*. Quæ verba Thomæ Apostolo de resurrectione Christi dubitanti adaptat Augustinus. Cuius verba sunt: Ipse Dominus noster Iesus Christus voluit manibus inquiri, quoniam dubitanti discipulo cicatrices ostendit: sed cum ipse exclamasset tangens cicatrices vulnerum eius, Dominus meus, & Deus meus, nonne audiuit: Ioan. 20. Quia vidisti me, credidisti, beati qui non viderunt, & crediderunt? Si ergo ille manibus quærens Christum hoc audire meruit, vt opprobriũ ei fuerit, ita quæsisse, nos, qui beati dicti sumus, qui non videmus & credimus, quid ergo? Ad nos non pertinet manibus quærere? Pertinet (sicut dixi) operibus quærere. Quando hoc? nocte, in hoc sæculo. ¶ Apostolus ergo Thomas tangens vulnera Christi vulnera suæ infidelitatis sanauit, & non fuit deceptus: sed Christum verum Deum & hominem confessus est.

Aug. super eund. ps. col. 2. C.

22 Congruunt etiam eidem Apostolo manũ suam in latus Christi mittenti verba illa Canticor.: *Frater meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum eius*, vt explicat Philon Carpathiorum Episcopus super Cantica, vbi sic ait: Videtur non absurdè de Thoma Apostolo, & in persona eius de omni incredulorum anima posse intelligi, cum Iesus illi dixit: Infer manum tuam in latus meum, & digitos in locum clauorum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Tunc ille de vera Christi resurrectione certior factus, tunc fide plenus, tunc venter eius (hoc est, mens & animus) exhorruit ad tam veram, tamquè mirabilem resurrectionis prærogatiuam. Per hoc excluditur error Fausti Manichæi, qui (vt refert Augustinus) Christi resurrectionem vmbraticam, imaginariam, fallacemque dicebat, & cicatrices discipulis dubitantibus falsas ostendisse, & Thomam non veritate confirmatum: sed fallacia deceptum, clamasse, *Dominus meus, et Deus meus*: sed hunc errorem futurum redarguit Psalmista verbis inductis: *Deum exquisiui manibus meis nocte coram eo, et non sum deceptus*.

Cant. 5. Aug. lib. 29 cont. Faustum cap. 2 M.

Zach. 3.

23 Zacharias vidit Sacerdotem magnum vestitum sordidis vestibus: sed deuicto diabolo datum est illi indumẽtum nouum. Ait enim: *Et ostendit mihi Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, et Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan, et increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem, nunquid non iste torris est eruus de igne? Et Iesus erat indu-*

duus

indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli. Qui respondit & dixit ad eos, qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo, & ponite cidarim mundam super caput eius,&c. Vbi (vt ait Aug.) Christi figuram gerebat ille Iesus Sacerdos magnus illius temporis, quo templum ædificatum est post captiuitatem, quem Propheta Zacharias vidit sordido habitu;deuictoque diabolo, qui ad eius accusationem stabat,ablatam illi sordidam vestem, & datum indumentum honoris,& gloriæ:sicut corpus Iesu Christi,quod est Ecclesia,aduersario in fine temporum per iudicium superato,à luctu peregrinationis in gloriam sempiternæ salutis assumitur. Quod etiam in Psalmo Dedicationis domus apertissimè canitur:*Conuertisti luctum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum: & accinxisti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.* Sic ergò Christus in passione vestibus sordidis peccatorum nostrorum indutus apparuit, atque hædinis pellibus Esau,& (sicut ait Apostolus) *In similitudinem carnis peccati:* sed morte deuicta, & diabolo superato speciosissimis vestibus immortalitatis, & gloriæ indutus est,Propheta dicente: *Dominus regnauit,decorem indutus est:indutus est Dñs fortitudinẽ,& præcinxit se.* Cui subinde illud cõgruit: *Si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas, circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto glorioſus, & speciosis induere vestibus.*

Aug. lib. 12. contra Faustum in fin. F. 1. 6

Psal. 29.

Roman. 8.

Psal. 92.

Iob 40.

24 Christus Dominus in passione (sicut docet Bernardus) fasciculus myrrhæ fuit iustis:sed in resurrectione botrus Cypri,de quo Cant. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Tu ergò post myrrhæ amaritudines vinum iucunditatis experiens, haud temerè & ipse dicere poteris, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* ¶

Bernar. ser. 44. in Cant. col. 1. Cant. 1.

25 Saluator de seipso ait: *Ego flos campi,& lilium conuallium.* In passione hic flos conculcatus fuit,& emarcuit: veruntamen in resurrectione caro eius refloruit, sicut per Psalmistã ait: *Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.* Nec apparuit solus, sed multis alijs floribus circumuallatus,de quibus Cant. 1. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Vbi Bernardus: Quæris (inquit) quando hoc fuit? quando reputas,nisi cum refloruit caro Christi in resurrectione? Et hic primus, & maximus flos,qui apparuit in terra nostra,nam primitiæ dormientium Christus. Ipse (inquam) flos campi,& lilium conuallium Iesus, vt putabatur, filius Ioseph à Nazareth,quod interpretatur flos. Is ergo flos apparuit primus, non solus. Nam & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, qui veluti quidam lucidissimi flores simul apparuerunt in terra nostra. Denique venerunt in Sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. ¶

Psal. 27. Cant. 1. Ber. ser. 53. Cant. col. 3 1. 1. Cor. 15. Cant. 2. Luca 3. Matt. 27.

26 Cum Samson Gazam Ciuitatem Philisthinorum fuisset ingressus,Philisthæi Ciuitatem repentè obsidionibus circundederunt, custodes deputauerunt, & Samsonem fortissimum se iam comprehendisse, gauisi sunt:sed tamen ille media nocte portas ciuitatis abstulit,& montis verticem ascendit, quo in facto Redemptorem nostrum (vt expli-

Iudic. 16.

Digitized by Google

Greg.hom. cat Greg.) præfigurauit,nam Iudæi per Philisthæos designati, eum
21. super mortuum Dominum viderent, eiusquè corpus in sepulcro iam posi-
Euangelia tum,custodes illicò deputauerunt,& eum,qui auctor vitæ claruerat, in
in fine, inferni claustris retentum,quasi Samsonè in Gaza se deprehendisse ga-
uisi sunt. Samson verò media nocte non solum exijt;sed etiam portas
tulit;quia videlicet Redemptor noster ante lucem resurgens, nõ solum
liber de inferno exijt;sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit. Por-
tas tulit,& montis verticem subijt,qui resurgendo claustra inferni ab-
stulit, & ascendendo cælorum regna penetrauit.] Nec solum ipse à
mortis vinculis,quibus comprehensus putabatur,illæsus exiuit; sed etiã
Colos. 1. alios ab eisdem vinculis liberauit. Vnde & exhortans Apostolus cre-
dentes ad gratiarum actionem Deo patri:*Qui eruit nos* (inquit) *de po-*
testate tenebrarum,& transtulit in regnum filij charitatis suæ, in quo ha-
Au.lib.13 *bemus redemptionem in remissionem peccatorum.* Hinc S. Aug. Non est
de Trinit. itaq; difficilè videre diabolum victum, quando qui ab illo occisus est,
cap.15.t.4 resurrexit. Illud est maius,& ad intelligendum profundius, videre
diabolum victum, quoniã sibi vicisse videbatur:ideſt,quoniã Christus
occisus est. Tunc enim sanguis ille,quoniam eius erat,qui nullum ha-
buit omnino peccatum,ad remissionem nostrorũ fusus est peccatorũ.]
Psal. 29. 27 Psalmo 29. dicitur: *Ad vesperum demorabitur fletus*, quia ve-
sperè peccauit homo in Paradiso, vnde ad vesperas deãbulabat Deus:
& vesperè mortuus est Christus, *Et ad matutinum lætitia*, nam diluculo
Aug.super surrexit Christus. Vnde Aug. In Domino nostro vesperè fuit, quia se-
psalm. 29. pultus est,& matutinum,quia resurrexit tertia die.]
in 2.enar 28 Resurrectione Christi admonemur non præsentia quærere, &
ratione, temporalia;sed futura,& æterna,ad quæ perquirẽda nos hortatur Apo-
Coloss. 3. stolus dicens:*Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi*
Roman. 8. *Christus est in dextera Dei sedens,quæ sursum sunt sapite, non quæ super*
terram. Nondum surrexi:mus cum Christo secundum rem,sed secun-
Ephes. 2. dum spem.Cui consonat illud:*Spe enim salui facti sumus.* Et iterum:
Conresuscitauit, & consedere nos fecit in cælestibus in Christo Iesu. Vbi
Aug. lib. Aug. Certè enim in cælestibus Christus iam sedet, nondum autẽ nos:
21. contra sed quia spe certa quod futurum est,iam tenemus,simul sedere nos di-
Faustum, xit in cælestibus,nondum in nobis,sed iam in illo.] Vnde & Apostolus
cap.7.& 8 discipulos admonet dicens, *Nolumus autẽ ignorare vos fratres de dor-*
mientibus,vt non contristemini,sicut & cæteri,qui spem non habent. Si enim
credimus,quod Iesus mortuus est, & resurrexit:ita & Deus eos, qui dor-
Gregor.12 *mierũt per Iesum,adducet cũ eo.* Vbi (vt notauit Greg.) mortem Domi-
moral.c.5. ni, mortem vocat, mortem vero seruorum Domini, non mortem, sed
somnum nominat:quia Christus iam surrexerat, & ideò eis mortuum
insinuare non dubitat: eos verò, qui necdum resurrexerant, vt spem
resurrectionis insinuet,non mortuos;sed dormientes vocat. Non enim
verebatur dicere mortuum, quem auditores iam resurrexisse cognos-
uerant,& verebatur dicere mortuos, quos resurgere vix credebant.]
29 Ad hoc ipsum nos hortatur nomen Paschæ. Significat enim
Exod. 12 idem,quod transitus. Vnde Apostolus ait: *Pascha nostrum immolatus est*

Christus, itaquè epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Vnde Bern. In hac quoquè tam præcipua sollẽnitate, quid cõmendetur nobis, sedula cogitatione pensemus. Nẽpe resurrectio, transitus, & transmigratio. Christus enim fratres non recidit hodie, sed resurrexit: non redijt, sed transijt: transmigrauit, non remeauit. Deniquè & ipsum quod celebramus Pascha, transitus, non reditus interpretatur, & Galilæa, vbi videndus nobis promittitur qui resurrexit, non remeationem sonat, sed transmigrationem, &c. Quid nos dicimus? qui sacram Domini resurrectionem Paschæ priuamus nomine, vt sit nobis in reditum magis, quam in transitum, &c. Si ergo mortui sumus peccato, quomodo viuemus adhuc in illo?] Hæc Sanctus Bernardus. *Bern. ser. 1 in die S. Paschæ post med.*

DE CHRISTIANIS CAP. XXIX.

CHRISTIANA Religio, sicut dicit Theodoretus Abbas Sermone de Veneratione Sanctorum, vocabulum propterea trahit à Christo, vt Christianus semper habeat in memoria quomodo tantæ dignitatis custodiatur gloria, ne dissonum videatur in opere, quod lingua sonat in nomine.] Vnde hoc honorifico nomine si quis dignus reputari vult, in omnibus debet Christo Domino conformari: dicit enim Petrus Apostolus: *In hoc vocati estis; quia & Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Vnde Sãctus Augustinus in Enchiridio ad Laur. cap. 53. in princ. L Quidquid gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertio die, in ascensione in cælum, & in sede ad dexteram Patris, ita gestum est, vt his rebus non mysticè tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita Christiana, quæ hic geritur. Nam propter eius crucem dictum est: *Qui autem Iesu Christi sunt, carnem crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Propter sepulturam: *Consepulti enim sumus cum Christo per baptismum in mortem.* Propter resurrectionem: *Vt quemadmodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Propter Ascensionem verò in cælum, sedemquè ad dexteram Patris: *Si autem resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.*] *Tom. 2. Bibliot. Vet. P. col. 672.* 1. *Petr. 2.* *August.* *Galat. 5.* *Rom. 6.* *Coloss. 3.*

2 Ioannes Apostolus discernens eos, qui nomine & rẽ censentur Christiani ab ijs, qui fallaciter Christiani dicuntur, ait: *Et vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei: & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt caracterem eius in frontibus, aut in manibus suis.* Vbi Sanctus Augu- *Apoc. 20.*

Digitized by Google

Aug. lib. 20. *de Ciui. Dei c.* 9. *post medium.*

Augustinus. Per bestiam ipsa (inquit) impia ciuitas intelligitur, & populus infidelium contrarius populo fideli & Ciuitati Dei : imago verò eius, simulatio eius mihi videtur in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim, se esse quod non sunt, vocanturque non veraci effigie: sed fallaci imagine Christiani. Ad eandem namque bestiam pertinent non solum aperti inimici

Matt. 13. nominis Christi, & eius glorioßissimæ Ciuitatis : sed etiã zizania, quæ de regno eius, quod est Ecclesia, in fine sæculi colligenda sunt. Et qui sunt, qui bestiam non adorant, neque imaginem eius, nisi qui faciunt

2. *Coloss.* 2. quod ait Apostolus : *Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus* ? Non

Apoc. 20. adorant enim, idest non consentiunt, non subijciunt, neque accipiunt inscriptionem, notam scilicet criminis in fronte propter professionem, in manu propter operationes.]

3 Quam verò sit honorabile nomen Christianorum, qui precioso

Psal. 71. Christi sanguine sunt redempti, nobis aperuit Psalm. *Ex vsuris* (inquit) *& iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.* Vbi peccata ipsa dicuntur vsuræ; quia sicut in vsuris, quandiu capitale non soluitur, semper crescunt vsuræ; ita vt sæpe ipsum eo capitale notabiliter excedant, & totam substantiã eius in pecunias mutuo acceptas ad vsuras penitus consumant; ita contingit in peccatis, propter quæ vsuras diabolo soluit peccator ad pœnam æternam se obligando. Quandiu enim per pœnitentiam non delentur, semper crescunt

Aug. super psalm. 71. *post mediũ H. tom.* 8. vsuræ, quousque animam perdant in gehennam. Vnde Augustinus : Quæ sunt istæ vsuræ, nisi peccata, quæ etiam debita nominantur? Vsuras autem appellatas puto; quia plus mali inuenitur in supplicijs, quam commissum est in peccatis. Nam verbi gratia, cum homicida corpus tãtum hominis perimat, animæ autem nihil nocere possit, ipsius & anima & corpus perditur in gehennam. Propter huiusmodi contemptores præsentis præcepti, &

Luc. 19. irrisores futuri supplicij dictum est : *Ego veniens cum vsuris exigerem.* Ab his vsuris redimentur animæ pauperum sanguine illo, qui fusus est in remissionem peccatorum. Redimet ergo ab vsuris remittendo peccata, quibus debebantur ampliora supplicia. Redimet ergo ab iniquitate adiuuando per gratiam etiam ad faciendum iustitiam, &c. Et honorabile nomen eorum coram ipso; quia & si videntur huic sæculo contemptibiles Christiani, nomen eorum coram ipso est honorabile, qui eis illud dedit, iam nõ memor nominum eorum per labia sua, quibus antea vocabãtur, cum essent gentilium superstitionibus obligati; vel suorum malorum meritorum signati vocabulis, antequam essent Christiani, quod nomen honorabile est coram ipso, etsi contemptibile videtur inimicis.]

4 Fideles suos proprio nomine Christus Dominus honorauit : dicitur enim Psalmo 104. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis*

Psal. 104. *meis nolite malignari.* Vbi (vt Augustinus explicat) sanctos antiquos

Aug. super psalm. 104. *col.* 1. *F.* 1. 8 vocat Christos, seu Christianos; quia fidem Christi venturi habebant, & in virtute erant Christiani, & Christum venturum sunt imitati. Vnde Ioan. 8. dicitur, *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem*

meum,

meum, vidit & gauisus est. Rectè ergo dicit Psalmista: *& honorabile nomen eorum*, idest, Christianorum, *coram illo*. Hinc Propheta Regius honorem, & gloriam veri Christiani non in generis nobilitate, vel diuitiarum iactantia, non in domibus eburneis, aut vestimentis pretiosis: sed in Christi domini assidua imitatione constituit. Ait enim: *Myrrha et gutta et casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo*. In honore tuo (inquit) non in suo, quandoquidem non Deum delectat honos, quem generis nobilitas, quem multa lautaq; supellex, quem arte laboratæ auroquè ornatæ vestes, quem fragrantia vnguenta, quem superbæ domus eburneæ, vel alia, quibus externus nitet Principum atque Regum cultus, exornant. Qui enim ex his rebus prouenit honos (si pietas desit) hominum est, non Dei. Vnde Ieremias ait: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, et nosse me*. Hinc Petrus Apostolus imitatores Christi pluribus titulis honorificis commendat: *Vos autem* (inquit) *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consequuti.*)

Psal. 44.

Ier. 9.

1. *Pet.* 2.

5 Hoc honore, his magnificis titulis seipsos priuãt peruersi Christiani dicentes, *se nosse Deum, factis autem negantes*. Vnde & Iudæos, qui in lege Mosaica gloriabantur, redarguit Apostolus dicens: *Qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes*. Et Propheta in persona Christi loquens de peruersis Christianis conqueritur dicens: *Super omnes inimicos meos factus sum opprobriũ vicinis meis valde, et timor notis meis.* Vbi Augustinus: Qui sunt inimici Ecclesiæ? Pagani, Iudæi. Omnibus peius viuunt mali Christiani. Vis videre, quam omnibus peius viuãt mali Christiani? De talibus dicit Propheta Ezechiel, quia comparantur sarmentis inutilibus. Pone paganos ligna esse syluatica extra Ecclesiam, adhuc potest inde fieri aliquid, quomodo de lignis fabrilibus est lignum fabro aptum: & si adhuc nodosum, & curuum, & corticosum, tamen quod doletur, ascietur, deplanetur, & possit venire ad aliquam fabricam vsus humani. De sarmentis autem præcisis fabri nihil facere possunt. Ignis ea solus expectat. Attendite fratres, cum syluatico ligno vbiquè præponatur sarmentum manens in vite, quia sarmentum dat fructum, illud lignum non dat fructum: præciso tamen sarmento de vite si comparetur lignum syluaticum, intelligitur esse melius; quia de illo faber aliquid facere potest: hęc autem non quęrit, nisi vt foco ministret, &c. De talibus dicit Apostolus Petrus: *Facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mandato*. Cum dicit, melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ: nonne indicauit meliores esse inimicos foris positos, quam intus

Roman. 2.

Psal. 30.

Aug. super eund. Psal. conc. 2. *circa med. A. B. tom.* 8.

Ezech. 15.

2. *Petr.* 2.

Digitized by Google

male viuẽtes,quibus premitur,& grauatur Ecclesia?Melius(inquit) illis fuerat non cognoscere viam iustitiæ,quã cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mandato. Deniquè vide, quam horribili
2. Petr. 2. rei eos comparauit: Contigit illis res veri prouerbij. Canis reuersus ad suum vomitum,&c. Vicinis meis nimium opprobrium factus sum, idest,qui mihi iam appropinquabant, vt crederent, hoc est, vicini mei nimium deterriti sunt mala vita malorum,& falsorum Christianorũ. Quam multos enim putatis,fratres mei,velle esse Christianos, sed offendi malis moribus Christianorum? ipsi sunt vicini, qui iam appropinquabant,& nimium opprobrium illis visi sumus. *Timor factus sum notis meis*. Quia cum videt homo multos malè viuentes, & de quibus bene sperabatur,in multis malè factis inuentos, timet ne tales sint omnes,quos putabat bonos,& veniunt in suspicionem malam propè omnes boni. Apta similitudine ligni vitis explicauit Propheta, quàm inutiles sint Christiani,qui fidem,quã profitentur,moribus non ostendunt. Nam,vt obseruauit Gregorius: Lignum vitis vt in fructu est honorabilius lignis omnibus,maximè his,quæ in saltu fructificant; sic ad cætera opera inutilius omnibus lignis est. Et vascula quædam ex his possunt fieri,& in diuersa opera necessarij vsus ad ministrandum; de palmitibus autem vitis nõ solum vas aliquod, & in opus vtile quid fieri non potest:sed neque paxillus quidem est vtilis. ¶ Tales sunt infructuosi Christiani,tanquam lignum vitis mortuum,& eradicatũ. Multò enim deteriores inueniuntur his lignis,quæ licet viliora sint, suos tamen afferunt fructus. Vnde Christus Dominus:*Omnem palmitem* (ait) *in me non ferentem fructum tollet eum, et si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes,et colligent eum,et in ignem mittent,et ardet.*

Greg.ho.5. sup.Ezech.

Ioan. 15.

6 Hinc Isaias, vt huiusmodi fideles omninò esse inutiles ostẽderet, eorum ruinam lagenæ figuli contritæ assimilauit: *Et comminuetur* (inquit) *sicut conteritur lagena figuli contritione prœualida, et non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut*
Isai. 30. *hauriatur parum aquæ de fouea.* Et alio in loco inquit: *Et conteret scelestos,et peccatores simul,et qui dereliquerunt Dominum,consumentur.* Illud
Isai. 1. verbum,*cõteret*, damnationem denotat æternam. In præsenti namque quantumuis peccatores puniantur à Deo confringuntur:sed in iudicio
Matt. 21. penitus cõterentur. Vnde & scriptum est: *Qui ceciderit super lapidem istum,confringet eum:super quem autem ceciderit,cõteret eum.* Quem locum explicans Beatus Aug. ait:De ijs dicit,qui cadunt super eum, qui
Aug.lib.9. Enãg.q.30 tom.4. illum modo contemnunt vel iniurijs afficiunt, ideo penitus nondum intereunt:sed tamen confringuntur,vt non recti ambulent.Super quos autem cadit,veniet illis desuper in iudicio cũ pœna perditionis. Ideo di-
Psal. 1. xit,*conteret eos*, vt sint impij tanquã puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Hi ergo penitus conterentur:ita vt ad nihilũ vtiles remanẽt.

7 Hinc licet colligere multo grauiora esse cæteris paribus Christianorum peccata,& maiori pœna digna,quàm peccata infidelium,quod
Ier. 16. & Dominus per Ieremiam innuit:*Et reddam* (inquiens) *primũ duplices iniquitates, et peccata eorum;quia contaminauerunt terram meam in*

mortu-

morticinis idolorum ſuorum. Vbi Origenes ait: Gentilium peccata, qui voluntatem Domini neſciunt, dicuntur ſimplices iniquitates: duplices autem illorum peccata, qui ſcientes eam, exequutioni non mandant. De quibus ait Paulus: *Voluntariè peccantibus iam non relinquitur hoſtia pro peccato: ſed terribilis quędam expectatio iudicij & ignis emulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.* Ideo eorum peccata duplici contritione punienda eſſe, idem Propheta denunciat, cum ait: *Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos Domine Deus noſter.* Vnde (vt refert Cyrillus Epiſtola ad Auguſtinum De laudibus Hieronymi, quæ habetur tom. 9 inter opera Hieronymi) quidam, ex tribus mortuis tactu cilicij eiuſdem Sancti Hieronymi ad vitam reuocatis, qui Dei ſpeciali diſpoſitione pœnas, quas in inferno patiuntur damnati, expertus eſt, interrogatus à Beato Euſebio qualis eſſet pœna Chriſtianorum, qui flammis puniuntur æternis; reſpondit in hæc verba: Cum omnes animæ damnatorum in vno conſiſtant pœnarum loco; tamen diuerſis cruciantur pœnis, iuxta vitiorum qualitates. Tantum ſiquidem differt inter Chriſtianorum, qui ibi torquentur, pœnas, & paganorum, vt paganorum cruciamenta reſpectu eorum, quæ falſi Chriſtiani, & peccatores ſuſtinent, ſint quaſi nulla: quanquam ineffabilia ſint, nec viuentibus cogitabilia. Et dignum eſt. Nam illi gratiam Dei in vanum receperunt, nec voluerunt à peccatis corrigi, dum vixerunt, ſacris continuò vociferantibus Scripturis, quas pro nihilo reputauere. *Origen. hō. 12. ſup. cap. 16. Ier.* *Heb. 10.*

8 Conqueritur Eccleſia, quod propter malos Chriſtianos vituperantur boni, qui in hoc ſæculo ſunt malis permixti, ſicut paleis triticū. Ait enim per Prophetam: *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu*, ideſt, hæreticorū, qui circumeunt, & non intrant ad veritatem, quia non amant æternitatem. Vnde Auguſtinus: Multi accolunt in circuitu meo, & reprehendunt me quotidiè. Quanta mala dicunt in malos Chriſtianos, quæ maledicta perueniunt ad omnes Chriſtianos? Nunquid enim dicit, qui maledicit, aut qui reprehendit Chriſtianos, ecce quæ faciunt nō boni Chriſtiani? Sed ecce quæ faciunt Chriſtiani: non ſeparat, nō diſcernit bonos ſcilicet malis.] *Pſal. 30.* *Aug. conc. 2. ſup. eundem pſalm. 30 poſt. medium H. t. 8*

9 Sanctus Hieronymus, eo quod plus nimium in legendis profanis auctoribus ſe occuparet, Tullio videlicet, & Plauto eorum eloquētia delectatus & horreret lectionem Prophetarum, quia ſermo ei videbatur incultus, raptus eſt in ſpiritu (vt ipſe refert) ad tribunal Iudicis, cū quadam grauiſſima infirmitate in media quadrageſima correptus, iam iā morti propinquus putaretur. Sic enim ait: Raptus ſum in ſpiritu ad tribunal Iudicis, & ab eo grauiter correptus ſum, & increpatus quod Ciceronianus eſſem, & nō Chriſtianus: cuius verba in Proemio huius operis retulimus. Vide quam acriter Deus puniat Chriſtianorum peccata, etiam quæ videntur leuia, vt in grauioribus maius Dei iudicium timeant. *Hier. epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis tom. 1.*

10 His nimirum illud accidet, quod quinque virginibus fatuis, quibus

Chry.hom. bus eos comparat S. Chryſoſtomus dicens: Fatuæ virgines ſunt, quæ
52. *ſuper* fidem Chriſti habent, opera autem iuſtitiæ non habent. Hic enim non
c.25. *Mat.* diſcernuntur prudẽtes virgines à fatuis, nec peruerſi à bonis Chri-
tom.2. ſtianis, quibus ſunt in hac vita permixti: diſcernentur autem, cum Dominus ad iudicium venerit, cum poſuerit oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris, cum prudentes virgines intrabunt cum ſponſo ad nuptias. Tunc enim dicet fatuis: *Neſcio vos.*

11 Hinc cõllige, quam ſit deplorandus ſtatus miſer noſtri temporis, in quo vix reperias quinque, qui deuotum Deo famulatum exhibeant. Hunc ſtatum repexiſſe videtur Ieremias cum ait: *Filij ſion*
Thren. 4. *inclyti amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?* Vnde Saluianus Maſſilienſium Epiſcopus lib. 6. De Gu-
In Bib. V. bernatione Dei oſtendens, quam ſint degeneres Chriſtiani à primorũ
P.to.5.col. Chriſtianorum puritate, inquit: O miſeriam lacrymabilem, o miſe-
173. riam luctuoſam: quam diſsimilis eſt nũc à ſeipſo populus Chriſtianus, ideſt, ab eo qui fuit quondam. Tunc Princeps Apoſtolorum Petrus
Act.5. Ananiam, & Saphyram, quia mentiti eſſent, morte mulctauit. Beatiſſimus quoque Paulus etiam vnum de Eccleſia malum expulit, ne contactu ſuo plurimos inquinaret. Nunc nos etiam pari vtriuſquè partis numero contenti ſumus. Ecquid contenti dicam? Exultare nos potius, ac tripudiare gaudio conueniret, ſi parilitas iſta nobis contingeret. Ecce in quid recidimus, ecce in quid poſt illam Chriſtiani populi puritatem, qua omnes quondam immaculati erant, ecce in quid redacti ſumus, vt beatam fore Eccleſiam iudicemus, ſi vel tantum in ſe boni habeat, quantum mali. Nam quomodo non beatam arbitremur, ſi mediam plebis partem haberet innoxiam, quam pęnè totam nunc eſſe plangimus criminoſam.

DE CRVCE CAP. XXX.

CRVX Saluatoris noſtri fuit lignũ illud fructiferum, de quo Geneſis primo: *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen: & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram.* quod de ligno crucis interpretatur Anaſtaſius Synaita Patriarcha Antiochenus libro tertio Anagogicarum con-
Tom. 1. Bib. V. P. col.174. templ. in fine, Germinet, inquit, lignum crucis, ſed nobis ſolis fertile: Iudæis autem
Marc vlt. ſcandalum, & incredulis ſtultitiam. Cuius fructus ſemen eſt Euan-
Geneſ.2. gelica prædicatio procedens in omnem terram, ſicut mandauit diſcipu-
Tom.4. Bibliot. V. P. lis: Ite, *prædicate Euangelium omni creaturæ.* Cuius quidem crucis ty-
col. 404. pum geſſit lignum vitæ, quod Dominus produxit in medio Paradiſi, vt explicat Moſes Barcepha Syri Epiſcopus par.1.de Parad.c.6. Alijs in-

quiens,

quens, crucem Christi putant arborem vitæ dici, quia ex ea promanant omnia bona spiritualia abolito peccato. Et Anastasius Synaita Patriarcha Antiochenus lib. 5. Anagogicarum contempl. circa medium eandem explicationem his verbis confirmat: Nonnulli autem tanquam in nemoribus, & hortis fructum ferentes, veluti in vtrium arborum ligno, subinclinatam habebunt Crucem, quam complectantur, quæ germinauit ex tribus lignis: benè coloratum producentes fructum, animæ sanctificationem Christum inuocantem, qui in crucis ex tribus arboribus confectæ ligno recubuerat, & obdormierat.] *Tom. 1. Biblior. V. P. col. 404.*

2 Expandit autem Christus Dominus manus in cruce, vt sponsam suam protegat. Vnde Philo Carpathiorum Episcopus super cap 4. Canticorum ait: Cum enim Iesus in cruce manus suas extendit, tunc ad ipsum summa cum lætitia se conuertit Ecclesia dicens: *In velamento alarum tuarum sperabo.* Et rursus: *In velamento alarum tuarum protteges me.* Et, *Venite exultemus Domino.* Manus enim suas Sponsus, vt auis ad pullos suos protegendos à rapacitate bestiarum, ne diutius ab ingluuie dæmonum immanissimè voraremur, expandit.] Cui consonat illud Deuteronomij 32. *Exspandit alas suas, & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis.* Et illud: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti.* Vnde Arnoldus Abbas Bonævallis tractatu de septem verbis Domini in cruce cap. 1. Extensis igitur brachijs Christus in Cruce totum corpus suum infra se positum complexus est: & sub alis Crucis aggregato genere nostro, ibi & protexit & fouit, vbi nihil posse putabatur: & in quo victus existimatus est, maximè victoriæ vexilla erexit, quia neque mors in eum vsquequaquè prævaluit. *Tom. 1. Biblior. Vet. P. col. 375 Psal. 62. Psal. 60. Psal. 94. Deuter. 32 Matt. 23. Tom. 1. Biblior. V. P. col. 790.*

3 Vnde Habacuc Propheta crucis Dominicæ virtutem designans, ait: *Splendor eius, vt lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors. Et egredietur diabolus ante pedes eius,* &c. Vbi Iulius Firmicus Maternus libro de errore profanarum religionum cap. 22. En veneranda crucis cornua, en sanctæ virtutis immortale fastigium, en glorioſi operis diuina cõpago. Tu Christe mundum ac terram extensis manibus, tu cœlestè sustentas imperiũ; tuis immortalibus adhæret humeris salus nostra. Tu Domine æternæ vitæ baiulas signum, tu venerãdo instinctu hoc nobis denuncias per Prophetas. Ait enim Isaias: Ecce *natus est nobis filius, imperium super humeros eius, & vocatum est nomen eius magnæ cogitationis nuncius.* Hæc sunt crucis cornua, quibus omnia & subleuantur per ter, & continentur. His cornibus benè hominum nititur vita. Vt Amalech vincerctur, extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua. Vt facilius impetraret quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad hæc cornua humili veneratione confugite. His vos affigant cornibus iustitia, æquitas, pudicitia, misericordia, patientia, fides: vt veneranda præferentes insignia, consecrati fontis maiestate gaudentes, & sepulturæ Christi participes sitis, & vitæ.] *Tom. 4. Biblior. Vet. P. col. 128. Isai. 9. Exodi. 17.*

Digitized by Google

4 Et vt fidelis populus varijs figuris & signis instruerctur,& sciret, omnia bona spiritualia per signum Crucis Dominicæ sore illi communicanda, ideo in lege antiqua per lignum quamplurimi salui facti

Tom.4. Bibliot. V. P. col. 133. sunt,& plurima dona acceperunt à Deo. Quod his verbis probat Iulius Firmicus libro De Errore profanarum religionum cap. 28. Diuini ac liberantis ligni ordinem disce, vt scias nulla tibi posse ratione succurri. De Cataclysmo humanum genus arca lignea liberauit. Deinde

Gen. 7. Abraham ligna vnici filij humeris imposit. De Ægypto recedentem

Gen. 22. populum Dei plebem lignea virga protexit. Lignum dulcem sapo-

Exod. 14. rem amaræ myrrhæ fontibus reddidit. Lignea virga ex spirituali petra

15. 17. salutaris vnda profertur. Et, vt Amalech vinceretur, circa virgam

Ibidem. Moyses expansis manibus extenditur. Scalæ lignea Patriarcha incumbentem Angelum somniat,& per eandem alios ascendere, alios cernit

Exod. 40. descendere. Et Lex Dei arcæ lignea creditur, vt his omnibus, quasi per gradus quosdam ad lignum crucis salus hominũ perueniret. Quapropter lignum crucis cæli sustinet machinam, terræ fundamenta corroborat, affixos sibi homines ducit ad vitam.]

Tom.4. Bibliot. V. P. col. 880. 5 Sanctus Gregentius Archiepiscopus Tephrensis in disput. cum Herbano iudæo paulò post principium alias plures eiusdem rei profert figuras. Sic enim ait: Deus crucem ante declarans,& præsignificans, Arcæ ligno Noachi tempore humani generis reliquias seruauit. Lignum enim erat Arca,& crux lignum. Arca tunc eos, qui futurum diluuium omnibus exitiosum crediderunt, in ipsam ingressos mirabiliter conseruauit: & pretiosa crux, atque honore dignanda eos, qui ipsam adorant,& credunt in eum qui in ipsa defixus fuit, à tyrannide Satanæ, & ab æterno supplicio liberat. Et planta Sabec, cui vinctus hærebat aries tempore Abraham salutem Isaco daturus, honorandã crucem adumbrabat. Aries enim Verbi Dei clauis confixam carnem cruci præfigurabat, planta verò Sabec ipsam crucem declarabat, &c. Iacob Patriarcha suis filijs benedicturus nunquid non paululum sese attollẽs è lecto, in quo recumbebat,& in summo siue extremo baculi, qui crucem pretiosam significabat, innixus suas manus crucis in modum componendo, sic ipsis fausta, & felicia precabatur? Præterea Moysis, virga, qua signa,& prodigia perficiebat, nonne crucis typum præseferebat? Et lignum, quod in Maram Moyses coniecit, & quo aqua dulcis,& potabilis effecta est, nonne crucem honorandam præfigurabat? Cum Moyses crucis in modum manus extendens, Amalecum in fugam vertebat, nonne crucem forma quadam præmonstrabat? &c. Non solum ligna crucem præfigurarunt, sed etiam manuum sublationes, & bellorum symbola, ideſt conflictus, siue confligiones prælia res,& quę his sunt similia. Et alia plura prosequitur in laudem,& gloriam sanctissimæ Crucis.

6 Virga Moyses quamplurima fecit miracula: sed multo plura & maiora Christus Dominus per crucem effecit. Vnde & virga virtu-

Psal. 109. tis eius dicitur Psal. 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: Dominare in medio inimicorum tuorum.* Et rectè quidem appellatur

virga,

virga, vt explicat Gregentius Archiepiscopus Tephrensis disputatione allegata cum Herbano iudæo. Quemadmodum enim virga à seipsa moueri non potest, vel aliquem ferire, si absit manus, quæ suo contactu eam roboret: sic & crux pretiosa quidem ipsa erat è terra, virtute autem ex Sion indigebat, vt extolleretur aduersus inimicos Regis Christi, imò verò contra aduersarios creaturæ Regis Domini, &c. Vis igitur, siue potestas diuina ex superna Sion, idest, è cœlo Verbum Dei (idest Filius) descendit, & è terra virgam sustulit, quam pretiosam, & venerandam atque viuificam crucem intelligo: & extendens manum dexteram & excelsum brachium, suos omnes aduersarios perculit & vicit.] *Tom. 4. Biblioth. V. P. col. 860.*

7 Cum ergò crux sit Christi vexillum, in quo de hoste humani generis mirabiliter triumphauit, cognum erat, vt illud secum ferret in cœlum, vt eum in secundo aduentu præcederet. Vnde Chrysostomus: Crucem (inquit) non solum reliquit in terra, sed secum eam leuauit in cœlum, quod probat ex illo, *Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo*: idest signum crucis. Et subdit: Sicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare consueuerunt, & his eius declaratur aduentus: sic Domino de cœlo veniente Angelorum cœtus, & Archangelorum multitudo illud signum humeris portabunt excelsis, & regalem nobis aduentum annunciabunt.] *Chrysostom. de cruce, et latrone t. 3. Matt. 24.*

Id ipsum confirmat Ionas Aurelianensis Episc. [lib. 2. de Cultu imaginum in principio de Psalmodia Monachorum. Cui consonat illud, quod canit Ecclesia; *Hoc signum crucis erit in cœlo cum Dominus ad iudicandum venerit.* *Tom. 4. Biblioth. V. P. col. 644.*

8 Ideò à nobis in magno pretio habenda est crux, & veneranda non solum crux lignea, sed etiam crux viua, de qua Saluator ait: *si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Multi enim ambulant* (ait Apostolus) *quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* Quid dicis ò Paule? nonne ad Philippenses hæc scribis: *Qui fidem Christi susceperunt, qui & crucem dominicam venerantur?* Quo modo ergò inimici sunt crucis Christi? Respondet Chrysostomus, quia licet ipsi crucem ligneam adorent, quę est crux mortua, crucem tamen Christi viuam, quæ in mortificatione & tolerantia consistit, odio habent, & ex ipsis factis inimicos se esse illius ostendunt. Verba Chrysostomi sunt: Erant quidam simulantes quidem Christianismum, remisse tamen, & delicatè viuentes: hoc autem contrarium erat cruci. Qua propter ista dixit Crux enim animi est ad acié instructi, & mortificati, nihilq; remissi quærentis, illi verò contraria sunt conuersatione. Itaq; & si dicant se Christi esse, sunt tamen inimici crucis. Nam & alioqui, si crucem dilexissent, vitam studuissent viuere crucifixam. Non est Crucifixus Dominus tuus? Imitare Dominum, crucifige te ipsum, non vt te ipsum interimas, absit, esset enim hoc impium: sed quomodo Paulus dixit; *Mihi enim* (inquit) *mundus crucifixus est, & ego mundo,* *Matt. 16. Philipp. 3. Philip. 3. Chrys. hom. 13. sup. ep. ad Philipp. col. 1. Galat. 6*

Digitized by Google

mundo, &c. Solet Christus passiones, & afflictiones crucem vocare, vt cum dicit: *Nisi quis tulerit crucem suam, & me secutus fuerit*: hoc est, Nisi quis paratus fuerit ad mortem. Isti verò degeneres, & vitæ & corporis amantes inimici sunt crucis. Et quisquis delicijs gaudet, vitæq; huius securitate, inimicus est crucis, in qua Paulus gloriatur, quã complectitur, cum qua coadunari studet, ac laborat, vt cum dicit: *Ego crucifixus sum mundo, & mundus mihi.*

Matt. 16. Luc. 14. Galat. 6.

9 Tanta est autem potentia crucis & virtus, quam è contactu, & cruore Dominici corporis accepit, vt non solum contra hostes inuisibiles, aereas videlicet potestates, & principes tenebrarum harum: sed etiam contra visibiles inimicos magnam vim cõferat, & fortitudinem inuincibilem sicut pluries rei probauit euentus. Etenim, vt refert Nicephorus, cum Magnus Theodosius senior bellum contra Eugenium tyrãnum ingressurus esset, & suorum Ducum importunitate remoraretur, ne certamen iniret, eo quod pauciores essent, & hostes fortiores, sed differret expeditionem. Minimè tantam tribuendam esse imbecillitatem dixit, omnipotenti crucis armaturæ, quæ exaduerso Herculis imagini opposita esset. Exercitui enim meo (*inquit*) crux præit, illis autem copias Hercules ducit. Hæc verba præloquutus iter ingressus est, tum victoriam contra tyrannum obtinuit. Eandem historiam refert Paulus Diaconus lib. de gestis Romanorum. Vbi etiam recenset fulgura, & tonitrua pro Theodosio contra Eugenium pugnasse. Vnde Sanctus Martinus (vt refert Seuerus Sulpitius) cum exprobraretur à Iuliano, quòd ex timiditate, & pusillanimitate militiam deseruisset, vt Cathecumenus fieret, sic Iuliano Cæsari respondit: Crastina die ante aciem inermis astabo, & in nomine Domini Iesu signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. Crucis signum pijssimo Constantino Magno, vt refert Eusebius Cæsariensis lib 1 de vita Constantini, & Nicephorus Callistus lib. 8. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 3. & Cassiodorus Senator lib. 1. Tripartitæ Historiæ cap 4 sæpius apparuit longius distentum orientem versus meridiano tempore splendore solem ipsum superante, circum quod in orbem erant plurimæ stellæ, quæ in cruce literarum latinarum formã referebãt, & inscriptionem hisce verbis exprimebãt: *In hoc vince*, quod signum confestim ex auro, & lapillis pretiosis ad instar militaris vexilli fieri curauit, & simul Maxentium fortissimè deuicit in põte submersum, & Romam in potestatem suam recepit. Alios plures tyrannos in eodem sig. o vicit, & insignes victorias contra illos obtinuit, vt videri poterit in eodem Nicephoro lib. 7. cap. 37. 47. 49.

Nicephorus lib. 3. cap. 37. Seuerus libro 1. vitæ S. Martini. Ambros. serm. 55.

10 Quod si contra hostes visibiles vires insuperabiles præbet crux sancta, quid contra inuisibiles, qui insidiantur animæ nostræ, non efficiet? audi quid dicat Ambrosius: Arbor quædam in naui (ait) est crux in Ecclesia, quæ inter totius sæculi blanda, & perniciosa naufragia, incolumis sola seruatur. Et sermone 56. Grande (ait) crucis est Sacramentum. Et si intelligamus, per hoc signum etiam mundus ipse saluatur. Nam cum à nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigi-

Digitized by Google

erigitur, velum discinditur, vt cruce Domini facta, aquarum fluenta rumpantur, & hoc dominico securi signo portum salutis petunt, periculum mortis euadunt. ¶ Alia plura in laudem Crucis, & Crucifixi dicta sunt cap. 27. numero 56. & sequentibus vsque ad numerum 76. Dum de Passione Christi in particulari ageretur.

DE COGNITIONE DEI CAP. XXXI.

EX creaturis imperfecti ascendunt ad cognitionem Dei: ideo Moyses Genes. 1. à creatione incepit dicens: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*, &c. Quoniam cum imperfectis loquebatur: sed Dauid è cõuerso à superioribus incepit dicens: *Laudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis: Laudate eũ omnes Angeli eius. Laudate*, &c: postea discẽdit ad inferiora dicẽs: *Laudate eum sol, & luna: laudate eum stellæ, & lumẽ*, &c. *Laudate Dominum de terra Draconες, & oẽs abyssi*; quoniã cũ perfectis loquebatur. Ita Chrysostomus. Cui consonat illud Roman. 1. *Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Et illud: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*: vbi per ascensũ ex creaturis peruenit homo ad cognitionem Dei.

Genes. 1. Psal. 148. Chrys. ho. 1 de ieiun. tom. 1. Rom 1. Psal. 138. Psal. 115. Psal. 143.

2 Per descensum autem ex cognitione Dei nascitur cognitio propriæ vilitatis. Dicitur enim Psal. 115. *Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Tunc enim humiliatus est, tunc cognouit quod omnis homo sit mendax, & (vt alibi dicit) *Homo vanitati similis factus*, cum videlicet in extasi, siue excessu suo, per fidem indefectibilem, & purissimam Dei substantiam contemplatus est. Vnde (sicut ait Chrysost.) & Abraham in comparatione Dei terram se esse & cinerem videbat, & dicebat: *Ego autem sum terra, & cinis.* Contra, superbi Deum non cognoscunt, neque semetipsos, quid sint, sciunt. Quo pacto enim qui nõ antea agnoscit opificem, agnoscet seipsum esse figmentũ? Quia enim nescitur Dominus, nescitur superbia, id quod attestatur Scriptura dicẽs: *Initium superbiæ est, nescire Deum.* Desciuit enim à factore cor eius. Dauid non erat talis: sed sciens, Deum cor contritum, & humiliatum non despicere, humiliauit seipsum, vt exaltaretur.

Chrys. sup. psal. 115 in 2. expos. tom. 1. Gen. 18. Eccles. 10. Isai. 6.

3 Hinc Isaias (vt notauit Chrysostomus) cum primum vidit Dominum sedẽtem super solium excelsum, & eleuatum, & Seraphim clamantia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*, statim suam fragilitatem, & impuritatem agnouit dicens: *Hei mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Atqui & sãctus, & purus erat Isaias: sed si superna sanctitati nostram conferamus, immundi profectò sumus. ¶ Similiter etiam Ioannes Baptista ex cognitione

Chrys. hom. 13. super cap. 1. Ioã. col. 2. to. 3.

Digitized by Google

Chryſ. hom. 15. ſuper Ioan. col. 4 Ioan. 1.

tione Verbi incarnati propriam vilitatem agnouit, vt idem Chryſoſtomus notauit. Ait enim Ioannes: *Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt*: & ſtatim ſubdit: *Cuius non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti*, quibus verbis tam vilè ſe in conſpectu Dei eſſe fatetur, vt neque inter vltimos miniſtrorum adnumerari ſe dignum profiteatur, ſoluere enim calceamenta viliſſimi ſerui officium eſt.]

Iob. 9.

4. *Si lotus fuero* (ait Iob) *quaſi aquis nouis, & effulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea*.] Quid eſt hoc? nunquid mundus & mundans ſordibus alios intingere poterit? ſordibus intingit, quos ex comparatione ſuæ puritatis, quaſi commaculatos oſtendit. Vnde S. Greg. ſordibus

Gregor. 9. moral. 19.

(inquit) intinges me, ac ſi apertè dicat, quamuis lamentis ſupernæ cõpunctionis infundar, quamuis per ſtudia rectæ operationis exercear, immunda tamen munditia video; quia mundus non ſum.] Propriam quidem pulcritudinem, & animæ ſuæ munditiam conſiderabat Iob quando dicebat:

Iob 27.

Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea: ſed cum ad contemplandum puritatem Maieſtatis diuinæ oculos ſublevauit, ſtatim quod reprehenderet inuenit. *Auditu auris* (inquit) *audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco me reprehendo: & agam pœnitentiã in fauilla, & cinere*. Vnde in alio loco ait:

Iob 42. Iob 4.

Nunquid homo Deo comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? Cui conſonat illud Pſalmiſtæ: *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo; quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*.

Pſal. 142.

5. Hinc Sponſa in Canticis ſe ipſam in comparatione ſanctitatis, & innocentiæ ſponſi ſui quaſi obſcuratã conſpiciens, ait: *Nolite me cõſiderare, quod fuſca ſim; quia decoloravit me ſol*. Vbi Gregorius: Per Solem Chriſtum ſignificari voluit. Sol ergo eam decoloravit, quia quantumlibet fulgeat anima, in comparatione Chriſti fulgorem amittit. Sunt quippe nonnulli, qui in hac nocte mundi, velut ſtellæ hominibus fulgent, luminaria proximis apparent: ſed mox, vt iuſtitiæ Chriſti ſe comparant, quaſi ſine luce ſunt, qui bene incomparabiliter prius hominibus lucebant. Cui conſonat illud Sap. 11. *Quoniam tanquam momentum ſtateræ ſic eſt ante te orbis terrarum: & tanquam gutta roris antelucani, qui deſcendit in terram*. Ante te (inquit) nam ea, quæ in ſe magna videntur, ſancta, & perfecta, ſi cũ magnitudine maieſtatis diuinæ, ſi cum puritate, & claritate illius conferantur, quaſi non eſſe, & quaſi pannus menſtruatæ reputabuntur immunda.

Cant. 1. Greg. ſup. eund. locũ. Sap. 11.

5 Iſaias autem id ipſum altius conſiderat. Multum enim honoris putauit ſe hominibus tribuiſſe, ſi eos aſſeruiſſet eſſe quaſi guttam roris, aut momentum ſtateræ coram Deo, ideſt, in comparatione eius. Nã haec aliquod eſſe, licet imperfectum habent. Vnde cum dixiſſet: *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt: Ecce inſulæ, quaſi pulvis exiguus*: ſtatim quaſi modum loquendi corrigens, ſubdit: *Omnes gentes, quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum, & vana reputatæ ſunt ei*, ideſt, in præſentia, & cõparatione illius. Cui conſonat illud Pſalmiſtæ, *& ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te: verumtamen*

Iſaiæ 40. Pſal. 38.

em en vniuersa vanitas omnis homo viuens Quod enim Isaias ait *Tanquam nihilum & inane*, hoc Psalmista dicit, quod est *Tanquam nihilum, & vniuersa vanitas*: ac si diceret: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Eccles. 1. Vanum enim, & inane idem sunt.

7 *Vidi* (inquit Isaias) *Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius*, idest, Seraphim, vt explicat Chrysost. *& duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Isai. 6. Chrysost. Vbi velando faciem propriam & pedes ante thronum Dei, tacitè fatentur humiliter, ante conspectum maiestatis Domini nullam speciem se habere, aut decorem, quem ipsi, vel alij proprijs oculis intueri possint, vel admirari, quantumuis inter omnes creaturas sint pulcherrimi. In huius rei signũ de quatuor illis animalibus, quæ vidit Ezechiel: *Et audiebam* (inquit) *sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cum ambularent quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum. Cumque starent, demittebantur pennæ eorum*. Ecce enim alæ, quæ magnum alium sonum patiebantur antequam starent, cum primum starent demittebantur pennæ eorum, quia (sicut dicit Greg.) stant sancta animalia, quando ea quæ Dei sunt, intenta contemplatione considerant: sed eorum pennæ deponuntur, quia dum alta Dei iudicia aspiciunt, suæ eis virtutes vilescunt. Quod apertè exponitur, cum statim subditur: *Nam cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas* &c. Quia sanctorum mentes, cum creatoris sui potentiam intenta contemplatione considerant, vilescunt eorum animo virtutes, quas habent; & tantò fiunt apud se humiles, quantò eis illud alatum est, quod super Angelos sonat. Ezech. 23. Greg. lib. 8. sup. Ezech. col. 4.

8 Nec solum in comparatione Dei positus agnoscit homo imperfectionem suam, sed etiam cum se ipsum cum sanctis viris, & eorũ vita immaculata confert, sicut ait S. Iob, *Respiciet homines, & dicet: Peccaui*. Vbi Greg. per homines sãctos intelligit, qui secũdum rationem viuũt, de quibus Dñs ait. *Vos autem greges pascua mea, homines estis*. Alij nãq; qui carnali affectioni succũbunt, nõ tã homines: sed iumẽta nominant Ioel 1 *Cõputruerunt iumenta in stercore suo*. Ier 5, *Vnusquisque ad vxorẽ proximi sui hinniebat*. Ezech. 23. *Et carnes asinorum, carnes eorũ: & fluxus equorum, fluxus eorũ*. Et Ps. 48. *Homo, cum in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Aut ergò: *Respiciet homines, & dicet: peccaui*, ac si dicatur, Sanctorum virorum exempla conspicit, atquè eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit. Qui enim plenissimè intelligere appetit qualis est, tales nimirum debet conspicere, qualis non est, vt ex bonorum forma metiatur, quantò ipse deserto bono deformis est. Ex his quippe, quibus plenissimè bona sunt, perpendit rectè quæ sibi minus sunt, atq; quæ in illorum pulcritudine conspicit fœditatem suam, quam in semetipso & potest perpeti & sentire non potest. & cæter. Iob 33. Gregorius 24. moral. cap. 6. Ezech. 34. Ioel. 1. Ier. 5. Ezech. 23. Psal. 48.

Vide

Vnde & non immerito ijdem iusti in sacro eloquio libri nominantur, sicut scriptum est, *Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ,*
Apoc. 20. *& iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris*. Liber namque vitæ est ipsa visio aduenientis iudicis, in quo quasi scriptum est omne mandatum: quia quisquis eum viderit, mox teste conscientia quidquid non fecit, intelligit. Libri etiam aperti referuntur; quia iustorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata cęlestia opere impressa cernuntur. *Et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris*; quia in ostensa vita iustorum, quasi in expansione librorum legunt bonum, quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum, qui fecerunt, cõparatione damnantur. Ne ergò vnusquisque tunc videns eos, quod non fecit defleat nũc in eis quod imitetur attendat.] Hæc Greg.

9 Iusti ergò imitari debent eadem Ezechielis animalia, de quibus
Ezech. 1. dicitur: *Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipsorum quatuor*; quia
Greg. lib. 7. nimirum, ficut Gregorius ait: Sanctorum actio ab omni parte circum-
Sup. Ezech. specta est, bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauens, &c.]
in princ. Sed aduertit Sanctus Doctor, quod in translatione veteri non habetur: Totum corpus eorum in circuitu: sed dicitur, *Dorsa eorum plena oculis*, quæ videlicet sententia ab ędificationis intellectu non discrepat. Ea enim, quæ sunt in facie, sæpè etiam peccatores homines custodire solẽt: iusti autem viri, quia se & in eis custodiunt, quæ in promptu & in facie videntur, in dorsis oculos habere referuntur. Qui ergò & ea, quæ in oculis sunt discutiunt, atque ab ipsis se custodiunt, quæ latent, profectò oculos in dorsis habent. Quod tamen intelligi & aliter potest; quia ea, quæ sunt ante faciem nostram, videmus: dorsa autem nostra, alius in nobis videt, & nos videre non possumus: quia autem sancti viri solerter se aspiciunt, in quibus ab alijs iudicari possunt, & districtè se vident, sicut sæpè districtè ab alijs videntur, qui in se nec ea, quæ latere poterãt, ignorant, lumen in dorsum portant.]

Psal. 1. 10 *Non sic impij, nõ sic.* Non .n. habent oculos, vt videant retrò, sed nec etiam vt ea, quæ ante se habent, prospiciant, non cognoscunt seipsos, neque opera sua discutiunt, vt peccata defleant, & emendent: sed ea & correctionem Dei obliuioni tradunt. Hos Dominus acriter per Pro-
Psal. 49. phetam reprehendit dicens: *Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti*
Aug. sup. *sermones meos retrorsum: arguam te, & statuam contra faciem tuam*. Vbi
eund. Psal. Augustinus: Quæ dicunt per te, proijcis post te? & proiecisti sermones
tom. 8. meos post te, vbi non videntur à te, sed onerent te. Et quid tibi faciã? modo te non vides, faciam vt videas te, quia si videres te, & displiceres tibi, & placeres mihi. Quia vero te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi: mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit? *Confitiuam te ante faciem tuam*. Quid enim vis latere te ipsum in dorso tuo? ibi es, non te vides, facio vt videas. Quod post dorsum posuisti, ante faciem ponam, videbis fœditatem tuam, nõ vt corrigas, sed vt erubescas.]

11 Vt ergò peccator hoc terribile iudicium non incurrat, oculos habeat ante, & retro: vt peccata sua pręterita videat, & præsentia, & de

illis

illis doleat. Sic enim fiet, vt Deus à memoria ſua ea deleat. Vnde per Iſaiam ait: *Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis,* Vbi (vt notauit Chryſoſtomus) non ait: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis veſtris: ſed *ab oculis meis*: vt admoneret peccatores peccata ſua præ oculis ſuis ſemper habere, vt illa recolendo, & in amaritudine animæ ſuæ recogitando à Dei memoria deleant, atque ab oculis Maieſtatis eius auertant. *Iſai.1. Chryſ.hom. 5.de pœni. col.4.& ho mil.41. ad populũ col. 3.tom.5.*

12 Hac via didicit Regalis Propheta peccatis ſuis opportunum remedium adhibere. *Quoniam iniquitatem meam* (inquit) *ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper* Quid ex hac continua peccati proprij memoria ſubſequutum eſt? ſtatuit illud ante oculos ſuos, & ab oculis Dei auertit: grauitatem delicti in memoria propria reuoluit, & illud ex memoria Dei abſtulit. Vnde & ſubditur: *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele*] a tua ſcilicet memoria (vt explicat S. Chryſoſtomus) ac ſi apertius dicat: Domine Deus iuſtus fortis & patiens, ego faciem meam a peccatis meis nõ auerto, auertat ergo miſericordia tua faciem ſuam a peccatis meis. Ego delictum meum coram me ſemper habeo, deleatur ergò a memoria tua. *Pſal. 50. Chryſ.hom. x.de penit. & lib.2.de Compunct. cordis.*

13 Hinc eſt illud Pſalmi 24. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim*]. Quod propterea dictum eſſe arbitratur Auguſtinus, non quia id multum erat: ſed quia Dauid multum reputabat, ſicut qui inde iam ſatur erat, & faſtidioſus.] Vnde in laudem Sanctorum quatuor animalium legitur apud Ezechielem: *Et vnumquodquè eorum ante faciem ſuam ambulabat*. Vbi, vt ait Gregorius: [Ante faciem ambulare eſt, anteriora appetere. In præſenti verò ambulare eſt, ſibimetipſi abſentem non eſſe. Omnis etenim iuſtus, qui vitam ſuam ſolicitus aſpicit, & diligenter conſiderat quantum quotidie in bonis creſcat, aut fortaſſe quantum a bonis decreſcat, iſte quia ſe ante ſe ponit, coram ſe ambulat: quippe qui vigilanter videt vtrum ſurgat, an defluat. Quiſquis verò vitæ ſuæ cuſtodiam negligit diſcutere, quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut deſpicit, aut neſcit, coram ſe iſte non ambulat: quia qualis ſit in ſuis moribus, vel in actibus ignorat.] *Pſal.24. Aug.li.de vera, & falſa pœnit. c. 2 tom.4. Ezech. 1. Greg.hom. 4.ſuper Ezech.*

14 Sponſa in Canticis claram ſponſi viſionem & cognitionem deſiderabat, cum dixit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*] Cui ſponſus immediate reſpondet: *ſi ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*] ſignificans neminem poſſe ad claram Dei cognitionem peruenire, niſi prius ſe ipſum cognoſcat, & ſuam imperfectionem præ oculis habeat. Qui enim ſe ipſum ignorat, quem videt, quomodo Deum, quem non videt, cognoſcere poterit? ideò ait: *ſi ignoras te, egredere*, quaſi diceret (vt explicat Auguſtinus) Exi tu, non ego te eijcio: ſed exi, vt dicatur de te: *Ex nobis exierunt, ſed non erãt ex nobis.* Exi tu in veſtigijs gregum, non in veſtigijs meis: *Cant. 1. Aug. epiſt. 48. ad Vincent. poſt med. Ato. 2*

meis: sed in vestigijs gregum, nec vnius gregis, sed gregum diuersorum, & errantium: *Et pasce hœdos tuos*, non sicut Petrus, cui dicitur: *Pasce oues meas*: sed, *pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum*, non in tabernaculo pastoris, vbi est vnus grex, & vnus pastor. ¶ Vbi etiam
Bernard. obseruat sanctus Bernardus, quòd non dixit: egredere, & abi cum vestigijs gregum tuorum: sed post vestigia gregum tuorum. Nam qui se ipsum ignorat, peior est brutis animantibus. Nec saltem inter
Psal.48. greges remanere permittitur, sed post abire iubetur. *Homo enim cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* ¶ Sed de hoc testimonio plura diximus supra cap.8.num.8.

15 Quidquid in hac vita possumus de Deo cognoscere, est imperfectum, & ex parte. Cognitio autem Dei perfecta reseruatur Pa-
Iob.4. triæ, dicitur enim Iob: 4. *Porrò ad me dictum verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea verba susurri eius.* Quia enim considerare Deum in hac vita dignè non possumus, non eius vocem, sed vix
Greg. lib. susurrum audimus. Vnde Gregorius: Qui susurrat, occultè loquitur:
5.mor.30. & vocem non exprimit: sed imitatur. Nos ergo quo usque carnis corruptione premimur, nullo modo clari tatem diuinæ Potentiæ, sicut in se incommutabilis manet, videmus: quia acies infirmitatis nostræ non sustinet hoc, quod de eius æternitatis radio super nos intolerabiliter fulget. Cum ergò se nobis omnipotens Deus per rimas contemplationis indicat, nequaquam nobis loquitur, sed susurrat: quia etsi se plenè non intimat, quiddam tamen de se humanæ menti manifestat: tunc autem nequaquam iam susurrat: sed loquitur, cum eius nobis
Ioan.1. species certa reuelatur. Hinc Ioannes ait: *Videbimus eum sicuti est*, Hinc Paulus dicit: *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.*]

16 Secreta Dei mysteria non sunt scrutanda: multò melius est ea cum humilitate ignorare, quam cum superbia scrutari. Dicit enim
Iob 17. Iob: *Si ignoraui, meeũ erit ignorantia mea*, i. pro me, *en mi fauor*. vtilius etenim (sicut dicit Gregorius) studet nescire quæ perscrutari nõ valet, quã audacter definire quæ nescit. Scriptum quippè est: *Sicut qui*
Grego.lib. *14. moral.* *mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui scrutator est Maiestatis opprimetur à gloria.* Dulcedo etenim mellis, si plus quam necesse est, su-
12. mitur, vnde delectatur os, inde vita comedentis necatur. Dulcis quo-
Prou.25. què est requisitio Maiestatis: sed qui plus hanc scrutari appetit, quã humanitatis cognitio permittit, ipsa hunc eius gloria opprimit, qui velut immoderatè mel sumptum perscrutantis sensum, dum non capitur, rumpit. Nobiscum vero esse dicitur, quod pro nobis est.]

17 Dum sumus in hoc mortali corpore, quantumuis per creatu-
Iob 36. ras multa de Deo cognoscamus, semper tamen eum videmus a longè
Greg. 27. iuxta illud Iob 36. *Omnes homines vident eum, & vnusquisque intuetur*
moral. *pro-*

ri nequit: Procul quippè (ſicut dicit Gregorius) eum intueri eſt, iam non illum per ſpeciem cernere, ſed adhuc ex ſola operum ſuorum admiratione penſare. Procul illum hic etiam electi conſpiciunt, quia necdum claritatem illius per acumen intimæ viſionis apprehendunt, cui etſi iam per amorem iuxta ſunt, adhuc tamen ab illo terrenæ inhabitationis pondere diſtinguuntur: & quamuis ei benè viuendo inhæreant, à contemplationis eius ſpecie longè ſe eſſe ſuſpirant.

18 Quærere poſſumus Deum in hac vita, non tamen comprehendere, idcò Pſalmiſta: *Quærite* (inquit) *Deum, & viuet anima veſtra*. Et ſicut dicit Sanctus Auguſtinus: Ne quiſquam tanquam apprædiſſe temerè gaudeat, *Quærite* (inquit) *faciem eius ſemper*. Et Apoſtolus: *Si quis ſe* (inquit) *putat aliquid ſcire, nondum ſcit quemadmodum ſcire oporteat. Quisquis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab illo*. Nec ſiquidem dixit: cognouit illum, quæ periculoſa præſumptio eſt: ſed cognitus eſt ab illo. Sed & alibi cum dixiſſet: *Nunc autem cognoſcentes Deum*, ſtatim corrigens, *immo cogniti* (inquit) *à Deo*: maximequè illo loco, *Fratres* (inquit) *ego me ipſum non arbitror apprehendiſſe*, & cætera. Hoc ergo ſapiamus, vt nouerimus tutiorem eſſe affectum vera quærendi, quàm incognita pro cognitis præſumendi. Sic ergò quæramus tanquam inuenturi, & ſic inueniamus tanquam quæſituri. Cum enim conſumauerit homo, tunc incipiet.

Pſal. 68. Aug. lib. de Trin. c. 1. in prin. Pſal. 104. 1. Cor. 8.

19 Compeſcat ergo ſe humana temeritas (ait Sanctus Auguſtinus libro primo de Gen. cont. Manich. capit. ſecundo in fine) & id quod non eſt, non quærat, ne id quod eſt, non inueniat. Et ſi voluntatem Dei noſſe quiſquam deſiderat, fiat amicus Deo. Quia ſi voluntatem hominis noſſe vellet, cuius amicus non eſſet, omnes eius impudentiam, ac ſtultitiam deriderent. Non autem quiſquam efficitur amicus Dei, niſi purgatiſſimis moribus, & illo fine præcepti, de quo Apoſtolus dicit: *Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*. 3 Cui conſonat illud Geneſ. 18. *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum, cum futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ*. Et illud: *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis*.

Auguſt. 1. Tim. 1. Gen. 18. Ioan. 15.

20 Cognoſcere profunda Dei non datur, niſi ſpiritualibus: ideò Apoſtolus obijcientibus contra profundum prædeſtinationis: *Quid adhuc quæritur; voluntati enim eius quis reſiſtet?* Reſpondet: *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem conſperſione vas facere, aliud quidem in honorem, aliud in contumeliam?* ac ſi apertius diceret: vt exponit Sanctus

Rom. 9.

Au-

Aug. in ex posit. quarundam propositionum ad Roman. n.26. Augustinus. (Quandiù figmentum es (inquit) & ad massam luti pertines non perductus ad spiritualia, vt sis spiritalis omnia iudicans, & a nemine iudicatus, cohibeas te oportet ab huiusmodi inquisitione, & non respondeas Deo. Cuius consilium quisque scire cupiens, oportet vt prius in eius amicitiam recipiatur. Quod contingere, nisi spiritalibus non potest, iam portantibus imaginem coelestis hominis. *Iam enim*, inquit, *non vos dicam seruos: sed amicos. Omnia enim, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.* Quandiu itaque vas figuli es, conterendum est hoc ipsum in te prius virga illa ferrea, de qua dictum est: *Reges eos in virga ferrea; tanquam vas figuli confringes eos*: vt corrupto exteriore homine, interiore innouato, possis in charitate radicatus & fundatus, cõprehendere latitudinem, lõgitudinem, altitudinem, & profundum, cognoscere etiam supereminentem, scientiæ charitatis Christi.

B. 1.4.
1.Cor.2.
Ioan.15.
Psal. 2.
Ephes.3.

21 Prius Christus sanauit hominem habentem manum aridam, & postea illuminauit cæcum, & loquelam ei restituit: vt innueret, quod benè operando ad cognitionem Dei peruenitur, quod his verbis obseruauit Chrysostomus: Ideo autem prius arida manus sanata est, & postea illuminatus cęcus, quia per opera iustitiæ venitur ad perfectam cognitionem Dei. Nisi enim quis secundum Deum cęperit ambulare, vel conuersari, nusquam potest perfectè Deum cognoscere. Bona enim conuersatio ad cognoscendum Deum aperit oculos mentis. Per verbum enim quasi modicus gustus Dei datur hominibus, per conuersationem autem bonam venitur ad perfectam fidem. Vnde scriptum est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Et ne aliquis putet, quia sufficiat homini fideli cognoscere Deum; sed quia necessarium est & confiteri Deum, ideo cæcum & mutum sanauit: oculos ad cognoscendum Deum, os ad confitendũ Deum. Qui ergò cognoscit, & non confitetur, ille & si oculos mentis habeat curatos, tamen adhuc mutus est.)

Matth. 11.
Chrys hom. 29. imperfecti in Matt. col. 1 hom. 2.
Matth. 5.

22 Hinc Saluator mundi, *gratias* (inquit) *ago tibi Pater Domine coeli, & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis*, ostendens Dei cognitionem, & mysteriorum coelestium non superbis; sed humilibus manifestari. In cuius signum legem daturus Dominus in igne, fumoque descendit: quia (sicut dicit Gregorius) & humiles per claritatem luæ ostensionis illuminat, & superborum oculos per caliginem erroris obscurat: Modum perueniẽdi ad veram scientiam, & cognitionem Dei statuit nobis Psalmista, cũ dixit: *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me*: Vbi prius bonitatem posuit & disciplinam, & postmodum scientiam. Nam per charitatem, quæ ædificat, peruenitur ad scientiã, quæ non inflat. Vnde Bernardus: vide (inquit) si non intuebatur, & si non docebat hunc ordinem, qui dicebat: *Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, & tunc demum illuminate vobis* (ait) *lumen scientiæ*. Vltimam posuit scientiam, tanquam picturam, quæ statum habere nequeat super inane, & inde illa duo præmisit, & subiecit illi, tanquam si solidum aliquid pictu-

Exod. 19.
Greg. 6. mor. 17.
Psal. 118.
Ber. serm. 37. super cant. col. 1. b.
Osea 10.

pictura ſubſterneret. Securus iam intendam ſcientiæ, ſi vitæ prius per beneficium ſpei ſecuritatem accepero.]

23 Vera ſcientia,& cognitio Dei mouet affectum ad operandum, & laborandum. Sic enim ſcriptum eſt,quia *qui addit ſcientiam,addit & dolorem*,vt veracis ſanctæ ſcientiæ ſit dolor ſubſequens,& argumentum,vt dicit Bern. Et hæc eſt ſapientia ſalutaris de qua ſcriptū eſt: *Cibabit illum pane vitæ & intellectus,& aqua ſapientiæ ſalutaris potabit eū.* Vbi Bern. Benè ſapiētiæ ſalutaris eſt,qm ſapiētia carnis morſeſt,& ſapientia mundi etiam ipſa inimica eſt Deo Sola quæ ex Deo eſt ſapientia ſalutaris eſt, quæ ſecundum Beati Iacobi definitionem, primum pudica,deinde pacifica eſt. Nam ſapientia carnis voluptuoſa eſt,non pudica:ſapientia mundi tumultuoſa eſt,nō pacifica:ſapientia verò,quæ ex Deo eſt,primum pudica eſt,non quærēs quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti.] *Bern. ſer. 3 vigil. Natalis Dñi. Eccl. 15. Bern ſer. 1. Nat. Domini col. 2. B.*

24 Vel ſic ſecundum Auguſtinum: Qui apponit ſcientiam,apponit dolorem; quia quantò magis homo ſua mala intelligit:tanto magis ſuſpirat,& gemit. Cui expoſitioni fauet Gregorius,cum ait: Qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem, quia quantò plus homo cæperit ſcire quid perdidit: tantò plus lugere incipit corruptionis ſuæ ſententiam, quam inuenit.] *Aug. lib. de Spiritu, & anima c. 50. & 51. tom. 3. Greg. lib. 18. moral. cap. 24.*

25 Cū Deus creauit lucem, ait Moyſes: *Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris,appellauitque lucem diem,& tenebras noctem, et factum eſt veſperè, & manè dies vnus.* Mouet quæſtionem Auguſtinus: Nam ſol creatus eſt quarto die, ex cuius ortu, & receſſu cauſſatur manè & veſper: quomodo ergò ante quartum diem fuit veſper,& manè? & reſpondet, id dictum eſſe ad ſignificandum, quòd cognitio Dei eſt manè, & cognitio ſui eſt veſper, & ex vtraque dies vnus,ideſt perfecta ſcientia reſultat.] *Gen. 1. Aug. lib. 11. de Ciuitate Dei c. 7. tom. 5.*

26 Ex cognitione ſui ipſius cognoſcit homo Deum eſſe incomprehenſibilem, iuxta illud Pſalmi 138. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam*, quaſi diceret (vt exponit Auguſtinus) Quomodo te poſſum comprehendere magnum,qui me ipſum non valeo explicare extremum,& paruū.] Et alibi,Cur(inquit) adiecit,ex me,niſi quia ex ſeipſo,quàm incomprehenſibilis eſſet Dei ſcientia conijciebat, quandoquidem ſeipſum comprehendere non valet?) Idem dicit lib. 15. de Trinitate c. 7. Cui conſonat illud Sap. 9. *Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt,et quæ in proſpectu ſunt,inuenimus cum labore:quæ in cœlis ſunt autem quis inueſtigauit?ſenſum autem tuum quis ſciet,niſi tu dederis ſapientiam,& miſeris ſpiritum ſanctum tuum de Altiſſimis?*) *Pſal. 138. Aug. orat. cont. Paganos, et Arianos cap. 6. C. tom. 6 Idem lib. 4 de anim. & eius orig. cap. 8. Et lib. 15. de Trinitate cap. 7. Sap. 9.*

27 Hinc Apoſtolus ait: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Quibus verbis ſignificatur, nos Deum in hac vita non in ſeipſo, ſed imperfectè cognoſcere, vt Auguſtinus explicat: nam in ſpeculo,niſi imago non cernitur. Hoc ergo facere conati ſumus,vt per imaginem hanc, quod nos ſumus, videremus vtcū que à quo facti ſumus,tanquam per ſpeculum. Hoc ſignificat etiam illud, *1. Cor. 13. Au. lib. 15. de Trinit. cap. 8.*

illud,quod ait idem Apoſtolus: *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam,tanquam à Domini ſpiritu.* Speculantes,dixit,per ſpeculum videntes,non de ſpecula proſpicientes &c. Quod verò ait,in eandem imaginem transformamur: vtique imaginem Dei vult intelligi,eandem dicens,iſtam ipſam ſcilicet,ideſt,quam ſpeculamur: quia eadem imago eſt,& gloria Dei &c. Transformamur ergo,dicit, de forma in formam,mutamur atque tranſimus de forma obſcura in formam lucidam,quia & ipſa obſcura imago Dei eſt,& ſi imago profecto etiam gloria, in qua homines creati ſumus præſtantes cæteris animalibus.] Hæc Aug.

2. Cor. 3.

Aug. li. 2. Soliloquiorum c. 1. in princ.

28 Fructus deuotæ orationis eſt,Deum & ſe ipſum cognoſcere. Vnde Sanctus Auguſtinus: [Ora breuiſsimè & perfectiſsimè quantum potes:) & oſtendens qualis eſſe debeat hæc oratio,ſubdit: Deus ſemper idem,nouerim me,nouerim te,oratum eſt.]

DE CORREPTIONE FRATERNA Cap. 32.

CORREPTIO fraterna ea charitate,lenitate, & prudentia,atque animi ſubmiſsione,& humilitate facienda eſt,vt ille qui corrigitur, ſibi perſuadeat, quod non ex odio,vel iracundia, aut amaritudine animi procedat. Quod & Sanctus Chryſoſtomus elegantiſsimè,vt ſolet,his verbis admonet. Inuicē nos erudiamus,qui arguit,ne iraſcatur. Nō eſt enim correctionis hoc: ſed affectus: neque qui arguitur,ægreferat. Medicina enim,non inimicitię res eſt &c. Nos quoque magna cum prudentia ad caſtigandum accedamus. Vbi peccare fratrem vides, quemadmodum Chriſtus inſsit,peccatum ne vulgato,ſed inter te, & ipſum ſolum, non conuiciando, nec pedibus iacentem conculcando, ſed dolendo, ſed lacrymando caſtiga. Talem te præbe caſtigando, vt ipſe quoque caſtigari,ſi pecces,poſsis. Et inferius admonet,inter correctionem verba lenitiua & blanda eſſe miſcenda, & ſic tandem ad aperiendum vulnus,& educendam ſaniem eſſe procedendum. Videatur tota homilia,quoniam eſt elegantiſsima. Cui conſonat illud Galat. 6. *Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti.*

Chryſ. hom 44. ſuper 2. ad Cor. col. 4.

Gal. 6. A.

Apoc. 2.

Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe,ipſe ſe ſeducit,cum nihil ſit. Et illud quod Apocalypſis ſecundo dicitur: *Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui habet romphæam vtraque parte acutam: Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt Satanæ: & tenes nomen meum,& non negaſti fidem meam. Et in diebus illis Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud vos, vbi Satanas habitat: Sed habeo aduerſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docet Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael,*

Iſrael,edere,& fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter pœnitentiam age: ſi quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei. In quibus locis ſatis apertè habentur expreſſæ conditiones à ſancto Chryſoſtomo aſsignatæ, quibus proximo peccanti correctio fraterna facienda eſt. Illud enim verbum Apoſtoli: *ſi præoccupatus fuerit homo*, ideſt, ante te occupatus in aliquo delicto, cognitionem fragilitatis propriæ deſignat, quam corrigentem alium habere oportet. Potuit enim in eodem delicto præoccupari antequam eius frater deliniqueret. Cum autem ſubdit: *in ſpiritu lenitatis*, blandis verbis, & modeſtis corrigendum eſſe fratrem peccantem inſinuat. Vnde Auguſtinus: nihil (inquit) ſic probat ſpiritalem virum, quam peccati alieni tractatio; cum liberationem eius potius, quam inſultationem; potiuſque auxilia, quam conuicia meditatur, & quantum facultas tribuit, ſuſcipit: & ideo dicit, *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi*: deinde, ne ſibi quiſquam videatur inſtruere, etiam cum proteruè exagitat, irridetque peccantem, aut ſuperbè tanquam inſanabilem deteſtatur, *in ſpiritu*, (inquit) *manſuetudinis, intendens te ipſum, ne & tu tenteris.* Nihil enim ad miſericordiam ſic inclinat, quam proprij periculi cogitatio. Ita eos nec deeſſe voluit fratrum correctioni, nec ſtudere certamini. Multi enim homines, cum à ſomno excitantur, litigare volunt, aut rurſus dormire cum litigare prohibentur. Ioannes etiam prius demulcet Angelum Pergami Eccleſiæ, ideſt, Epiſcopum, & fouet eũ de bonis operibus laudando, dicens: *Scio vbi habitas*, & poſtmodum, quaſi miſcens encomium cum reprehenſionibus, vulnus aperit delinquentis, cum ſubdit: *Sed habeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere, & fornicari.*]

Aug. ſup. cap. 5. epiſ. ad Galat. circa finem a. tom. 4.

Apoc. 2. d

2 Non ergo debet proximus verborum aſperitate fratrem corrigere, vel debitum modum correctionis ex nimio zelo aut feruore excedere, ne forte correctio potius noceat, quam proficiat. [Sæpe namquè (vt dicit Gregorius magnus) hoc doctoribus mirandis contingit: vt quo alta charitate feruent, eo modum correctionis exaggerent, vt lingua aliquid, quod non debet, dicat: quia mentem dilectio, quantum debet, inflammat: ſed verbum prolatæ contumeliæ tantò citius parcitur; quantò ex qua radice prodeat, penſatur. Vnde Moyſi Dominus præcepit dicens: *Si quis abierit cum amico ſuo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & lignum ſecuris fugerit manu, ferrumque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit, hic ad vnam ſupradictarum vrbium fugiet, & viuet, ne forte proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, doloris ſtimulo perſequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam eius.* Ad ſyluam quippè cum amico imus, quotiens cum quolibet proximo ad intuenda delicta noſtra conuertimur: & ſimpliciter ligna ſuccidimus, cum delinquentium vitia pia intentione reſecamus: ſed ſecuris manu fugit, cum ſeſe increpatio

Greg. 1. 20. mor. 5.

Deut. 19. b.

dio plusquam necesse est in asperitatem pertrahit: ferrumquè de manubrio prosilit, cum de correctione sermo durior excedit, & amicum percutiens occidit, quia auditorem suum prolata contumelia à spiritu dilectionis interficit.]

3 Mundus à vitijs esse debet, qui curat aliena corrigere. Dicit enim Iob. 6. *Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit, qui possit me arguere?* Quia, sicut dicit Gregorius, nequaquam purè maculam in membro contiderat oculus, quem puluis grauat, & superiectas sordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet: in cuius signum dictum est Dauid: *Non tu ædificabis mihi templum, quia vir sanguinum es.* Dei autem templum ædificat qui corrigendis, atque instruendis proximorum mentibus vacat. Templum quippe Dei nos sumus, qui ad veram vitam ex eius inhabitatione construimur Paulo attestante, qui ait: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Sed vir sanguinum templum Dei ædificare prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incumbit, necesse est, vt instruere spiritualiter mentes proximorum erubescat. Hæc Greg.

Iob 6. Greg. lib. 7 moral. c. 16 2. Reg. 16. 1. Cor. 3.

4 Hinc est illud, quod Sanctus Iob alio in loco ait: *Quare persequimini me, sicut Deus: et carnibus meis saturamini? sicut Deus* (inquit) ac si essetis vos sancti, ab omni prorsus culpa alieni, ac si apertè (sicut explicat Gregorius) diceretur: Ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac si ipsi more Dei de infirmitate nihil habeatis. Cui consonat illud: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo: frater sine eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.* Et, vt notauit Augustinus, benè ait, Hypocrita, accusare enim vitia, officium est bonorum virorum & beneuolorum: quod cum malefici agunt, alienas partes agunt, sicut Hypocritæ, qui tegunt sub persona quod sunt, & ostentant in persona quod non sunt. Hypocritarum ergò nomine simulatores acceperis, & est verè multum cauendum, & molestum simulatorum genus, qui cum omnium vitiorum accusationes odio & liuore suscipiant, etiam consolatores videri sibi volunt.)

Iob 19. Matt. 7. Aug. lib. 2 de ser. Dñi in monte cap. 30. Tom. 4.

5 Peccata publica publicè sunt arguenda, iuxta illud: *Peccantem coram omnibus argue, vt et cæteri timorem habeant.* Vnde & Paulus Apostolus, cum veniset Cephas Antiochiam, in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat: *Sed cum vidissem* (inquit) *quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij: dixi Cephæ coram omnibus, si tu cum Iudæus sis gentiliter viuis, & non iudaicè: quomodo gentes cogis iudaizare?* Vnde Sanctus Augustinus & constantiam Pauli, & modestiam humilitatemque Petri his verbis commendat: Quod autem ei coram omnibus dixit, necessitas coegit, vt omnes illius obiurgatione sanarentur. Non enim vtile erat errorem, qui palam noceret, in secreto emendare. Huc accedit, quod firmitas & charitas Petri, cui ter à Domino dictum est: *Amas me, Pasce*

1. Tim. 5. Ad Gal. 2 Aug. sup. cap. 2. epistol. ad Galat. col. 3. C. vm. 4. Ioan. 21.

oues

oues meas, obiurgationem talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissimè sustinebat. Nam erat obiurgatore suo ipse, qui obiurgabatur, mirabilior & ad imitandum difficilior. Facilius enim est videre quod in alio corrigas, atque id vituperando, vel obiurgando corrigere, quàm videre quod in te corrigendum sit, libenterque corrigere, vel per alium, adde posteriorē, adde coram omnibus. Valet autem hoc magnum humilitatis exemplum, quæ maxima est disciplina Christiana. Humilitate enim conseruatur charitas. Nam nihil eam citius violat, quàm superbia.]

6 Hinc est quod Sponsa in Canticis, postquam à Sponso fuit reprahensa, eo quòd dixerit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: & posteaquā audiuit verba illa increpatoria: *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum, egredere & abi*, &c. statim rubore suffusa est, & seipsam humiliauit, ac emēdare curauit: de quo Sponsus eam laudat, cum ait: *Pulcræ sunt genæ tuæ, sicut turturis*. Vbi Bernardus: Tenera est inquit Sponsæ verecundia, & ad increpationem sponsi puto facies eius rubore suffusa est, pulchriorque ex ea apparens illicò audit: *Pulcræ sunt genæ tuæ sicut turturis*.] *Cant.* 1. *Cant.* 1. *Bern serm.* 4. *in Cant. in prin.*

7 Si ergò Sponsa, cum nihil male feciſſet, cupiens videre sponsum in meridie, nihilominus obiurgationem Sponsi humiliter audiens rubore suffunditur, seipsam agnoscit, & grato animo correctionem suscipit: multo magis nos, qui peccatis innumeris onerati sumus, humiliter correptionem fraternam præsertim superiorum ferre debemus. Vnde Bernardus: Deniquè probatum est, nihil sibi conscia est, & correptionem non abnuit. Nos & cum magna delinquimus, vix ferimus reprahendi, hæc autem æquo animo audit contra se amaritudines nihil peccans. Nam si desiderat videre claritatem sponsi, quid mali est? magis & laudis est, & tamen increpata pœnitentiam agit, & dicit: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*: hoc est, sufficit mihi, nolo iam scire nisi Iesum, & hunc crucifixum, magna humilitas. Actu innocens suscipit poenitentis affectum, & quæ non habet vnde poeniteat, habet tamen vt poeniteat.] Cui consonat illud Prouerbiorum 9. *Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit. & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.*] *Ber. ſer.* 45 *in Cantic. col.* 2. *Prou.* 9.

8 Hinc Sanctus Bernardus eos acriter reprehendit, qui non solum non curant corrigi, & obiurgari: sed insuper obiurganti indignantur more phrenetici manum medici repellentis. Mira peruersitas. Medicanti irascitur, qui non irascitur sagittanti. Est enim qui sagittat in obscuro rectos corde &c. Aliquoties additur & impudentia, vt non modo impatienter feratur, quod corripitur: sed etiam id vnde reprehēditur, impudenter defendat. Hoc planè desperatio. *Frons* (inquit) *mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* *Ber. ſer.* 42 *in Cāt. col.* 2. G. *Ier.* 3.

9 Molestus est & medicus furenti phrenetico, ait Augustin. & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædendo: sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, illa potius mansuetudo *Aug. epist.* 50. *ad Bonifac. Comitem col.* 3. *B. tom.* 2.

falsa crudelitas est. Si enim equus, & mulus, quibus non est intellectus, morsibus, & calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum curata vulnera contrectantur, & cum inter dentes eorum, & calces sæpe homines periclitentur, & aliquando vexentur non tamen eos deserunt, donec per dolores, & molestias medicinales, reuocant ad salutem; quantò magis homo ab homine, & frater à fratre, ne in æternum pereat, non deserendus est, qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstabatur beneficium, quando se persecutionem perpeti quærebatur?]

10 Et multoties etiam contingit, [vt cum correcta in se mala defendere nequeunt, quædam vitia, vt notauit Sanctus Gregorius, contra vitam corripientis exquirant, & se criminosos non æstiment, si crimina & alijs imponant. Vnde & Sophar quia quasi irrideri se per increpationem doluit, protinus mentiendo subiungit: *Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo*. Qui beati Iob dictorum meminit, quàm falsò hoc voci illius impingatur, agnoscit. Quomodo enim mundum se dicere potuit, qui ait: *Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me*? sed habet hoc prauorum malitia, vt cum vera in se fieri mala renuit, fingat aliena. Nam quasi solatio facinoris vtitur, si falsis vocibus & vita corripientis inquinetur]

Grego. 10. mor. 3.

Iob 11.

Iob 9.

11 Aures principum potius adulationes, quam correptiones etiam à viris sanctissimis audire appetunt. Ioannes Baptista [sanctus erat, de quo veritas ait: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*: *& Herodes* (vt ait Marcus Euangelista) *metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat*: & tamen cum primum viri sancti increpatio Regem tetigit: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*, sanctitatis Baptistæ oblitus est: *misitque illum in carcerem*: & tandem ad petitionem vnius impudentissimæ fœminæ in die natalis sui misso è conuiuio speculatore, amputare fecit caput eius in carcere, & afferri in disco. Sed proh dolor. non de vno Herode, qui iam damnatus est: sed de multis adhuc etiam viuentibus hoc facinus legitur, qui in libro sapientiæ dixerunt: *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & infamat in nos peccata disciplinæ nostræ*.]

Matt. 11.

Marc. 6. 2.

Sap. 2.

12 Hinc est, quod cum Dominus Prophetas aliquos ad corrigendos Principes, & populum rebellem destinare decreuisset, ipsi multoties tale officium admittere & exequi recusabant, scientes, & præuidentes persequutiones Principũ illis paratas, qui eos corrigere audent. Dicit Dominus ad Moysen: *Veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Aegypto*: Excusat se Moyses, & dicit ad Deum: *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de*

Exod. 3.

Digitized by Google

de Aegypto? & cum adhuc vrgeretur,& pergeret, iterum ire recusat dicens : *Obsecro Domine non sum eloquens. Ab heri, & nudius tertius, ex quo loquutus es ad seruum tuum,impeditioris,& tardioris linguæ sum.* Ieremias autem dum à Domino Propheta in gentibus instituereтur, ne mitti debeat humiliter reluctatur dicens: *A à à Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Vnus Isaias Domino quærenti, *Quem mittam,aut quis ibit nobis?* Vltro se obtulit legationi dicens,*Ecce ego,mitte me,* quasi diceret: Scio Domine Iudæorum sæuitiam occidentium Prophetas,& lapidantium eos,qui ad prædicationis munus a te missi sunt; ideoque nullus est,qui pro te periclitari velit, ecce ego sponte me offero discrimini,mitte me. Quod & Sanctus Paulus in Propheta maximè commendat cum ait: *Isaias autem audet, & dicit: Inuentus sum à non quærentibus me,palam apparui iis,qui me non interrogabant &c. Audet*(inquit),*& dicit*,idest, audenter, confidenter, fortiter, omni trepidatione propulsa se offert prædicationis muneri exequendo dicens: *Ecce ego,mitte me;* pro nihilo habens omnes Iudæorum persequutiones,vitam pro veritate contemnens, & ad omnia pericula pro gloria Domini se exponens. Hæc fuit (vt notauit Origenes) Prophetæ audacia,propter quam ait Apostolus: *Isaias autem audet,& dicit &c.*Sic & Paulus ipse sciens,quia vincula, & carceres Ierosolymis ipsum manebant,verbum nihilominus constanter prædicabat: *Nihil horum*(inquiens) *vereor,nec facio animam meam pretiosiorem quam me,dummodo consumem cursum meum,& ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu testificari Euangelium gratiæ Dei.* Et iterum ait: *Laboro pro Euangelio vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum.* Potuerunt quidem Tyranni ligare manus & pedes Pauli,sed non linguam.

Exod.4. Ierem.1. Isaiæ 6. Rom.16. Orige. sup. ep.ad Rom. cap.10. Act.20. 2.Tim.2.

13 Peccata Principum sunt magna cautela, & sagacitate aperienda,& corrigenda. Dicit enim Sanctus Gregorius: libro tertio Pastoralis curæ Admonitione tertia tomo tertio: Cum huius sæculi potentes arguuntur,prius per quasdã similitudines,velut de alieno negotio requirendi sunt,& cum rectam sententiam,quasi in alterum pertulerint,tunc modis congruentibus de proprio reatu feriendi sunt : vt mens temporali potentia tumida contra corripientem nequaquam se erigat,quæ suo sibi iudicio superbiæ cruces calcat, & in nulla sui defensione se exerceat,quem sententia proprij oris ligat. Hinc est.n. quod Nathan Propheta arguere regem venerat, & quasi de causa pauperis contra diuitem iudicium quærebat : vt prius rex sententiam diceret; & reatum suum postmodum audiret:quatenus nequaquam iustitiæ contradiceret,quam ipse protulisset.Vir itaque sanctus, & peccatorem considerans & regem, miro ordine audacem reum prius per confessionem ligare studuit,& postmodum per inuectionẽ secare Celauit paululum quod quęsiuit, sed percussit repente quem tenuit. Pigrius enim fortasse incideret, si ab ipso sermonis exordio apertè culpam ferire voluisset : sed præmissa similitudine

Gregorius 2.Re.12.

eam,quam occultabat, exacuit increpationem. Ad ægrum medicus venerat, secandum vulnus videbat: sed de pœnitentia ægri dubitabat. Abscondit igitur ferrum medicinale sub veste, quod eductum subito fixit in vulnere, vt secantem gladium sentiret æger, antequam cerneret: ne si ante cerneret, sentire recusaret.]

14 Sed aliquando neque ista cautela sufficit: sunt enim aliqui ira protervi, & obstinati, vt ad nullius hominis quantumuis sancti correptionem moueantur. Ideo Dominus alia ingreditur via, vt eos terreat. Cum enim Baltassar Rex conuiuium celebrasset, & sancta vasa templi aurea, & argentea profanasset, biberunt in eis Rex, & optimates eius, vxores, & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos, Deos ferreos, ligneosq; & lapideos. *In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ Regiæ, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur.* Aderat quidem ibi Daniel Propheta, quem Deus poterat mittere, vt Regem corriperet, sicut misit Nathan ad Dauid Regem: sed quoniam Baltassar ex illis erat, qui nec Deum timent nec homines reuerentur: ideo non per Prophetam: sed insolito miraculo quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ eum corripuit, & contremiscere fecit. Adeo est arduum, & difficile reges corripere.

Dan. 5.

15 Nec tamen propter hoc sunt à subditis peccata Prælatorum, Episcoporum præsertim, temerè corrigenda, aut publicè arguenda, sed cum humilitate & modestia sunt admonendi. Dicit enim Apostolus: *Seniorem ne increpaueris: sed obsecra, vt patrem.* Vnde Oza eo quod temere arcam Dei, quæ minabatur ruinam, tetigit, statim morte repentina mortuus est. Scriptum est enim: *Postquam autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad Arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta Arcam Dei.*) Vbi, vt notauit Gregorius, per Ozam, quod interpretatur robustus Domini, præsumptores intelligit, qui audaci mente robustos se in Domino credunt: per arcam autem testamenti, mentem iusti, vel Prælati, quæ gestata à bobus calcitrantibus inclinatur. Quia nonnunquam etiam qui benè præest, dum subiectorum populorum confusione concutitur, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permouetur. Sed in hoc, quod dispensatione agitur, inclinatio ipsa fortitudinis casus putatur imperitiæ. Vnde & nonnulli subditi contra hanc manum reprehensionis mittunt, sed à vita protinus ipsa sua temeritate deficiunt. Leuites ergo quasi adiuuans, manum extendit: sed delinquens, vitam perdidit: quia dum infirmi quique fortium facta corripiunt, ipsa viuentium sorte reprobantur &c. & sic perdit vitam, qui Arcam tumidè subleuat.)

2. Tim. 5.

2. Reg. 6.

Greg. 5. moral. 10.

16 Ad

16 Ad correptionem fraternam faciendam tempus, & opportunitatem obſeruare oportet. Nam, ſicut dicit Gregorius, quid prodeſt eo tempore iraſcentem corripere, quo alienata mente non ſolum aliena verba percipere, ſed ſemetipſum vix valet tolerare. Furentem quippè qui inuectione corripit, quaſi ei, qui non ſentiat, plagas ebrio imponit. Doctrina itaquè vt peruenire ad cor audientis valeat, quę ſibi congrua ſint temporum momenta perpendat. Vnde de catulis, ideſt, de prædicatoribus dicitur: *Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur.* Doctores enim ſancti, quando & arguenda conſpiciunt, & tamen per ſilentium in cogitationibus ea retinent, quaſi in ſpecubus latent, & velut in antris ſe contegunt, quia in ſuis cordibus occultentur: ſed cum opportunum tempus inuenerint, repente proſiliunt, nulla quę dicenda ſunt, reticent, & ceruicem ſuperbientium mor ſu aſperæ increpationis tenent. *Greg. 30. mor. 7.* *Iob. 38.*

17 Prælatus debet eſſe pius in corrigendo manſuetos, & auſterus in obſtinatos. Dicitur enim Canticorum primo: *Botrus Cypri, dilectus meus mihi in vineis Engaddi,* in eò quod ait *Botrus Cypri,* vinum deſignat auſteritatis, quò vulnera obdurati medẽtur. Addens, *In vineis Engaddi,* ùbi eſt balſamum odoriferum ſanans ſuauiter, ſignificat manſuetos & humiles eſſe leniter, & benignè corrigendos. Vnde Bernardus: vinum ſe exhibet arreptus ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris; & tanquam potens crapulatus à vino, repletus zelo Phinees, dicit. cum David: *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.* Et cum Domino: *Zelus domus tuæ comedit me.* Vinum eſt ergo feruidiſſimus zelus iſte, expreſſum de Botro Cypri, & calix inebrians Chriſti amor &c. Habens ergò ex fraterno oleum manſuetudinis, & ex diuino amore vinum æmulationis, ſecurus accede ad ſananda vulnera illius, qui incidit in latrones, pijſſimi Samaritani optimus imitator: ſecurè quoque dicito & tu cum ſponſa: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi:* Hoc eſt, zelus iuſtitiæ, amor dilecti mei mihi in affectibus pietatis. *Cant. 1.* *Psal. 77.* *Psal. 118.* *Cant. 1.*

18 Quidam tamen à correptione fratris faciendа ſe ipſos excuſant dicentes: Quid mea intereſt, ſi frater meus ſponte labitur in peccatum? ego de proprijs delictis rationem reddam, ille verò de ſuis: ego mei curam geram, ille vero ſui: Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Quam ſit autem vana hæc excuſatio his verbis oſtendit Chryſoſtomus: Neque dicas (inquit) quid hæc ſunt mihi curæ? Time eum, qui primus dixit hoc verbum. Nam illud, *Nunquid ſum cuſtos fratris mei?* eodem quò hoc recidit. Hinc mala omnia venerunt, quod corporis noſtri membra aliena à nobis eſſe putamus. Quid vis? nihil tu fratrem curas? Cui igitur curę erit? infideli? de malis huius gaudenti, opprobranti, inſultanti? ſed Diabolo impellenti, præcipitanti? & vnde conſtat, inquis, ſi dixero, ſi conſuluero rectè, profecturum eſſe me quicquam? Vnde vero conſtat, nihil effecturum te eſſe? &c. Quod ſi nihil profeceris, feciſti tamen id, quòd erat officij tui. *Chryſ. hom. 44. ſuper 1. ep. ad Cor. col. 4 to. 4.* *Geneſ. 4.*

19 Nec

19 Nec tamen propterea, quòd correctio fraterna nullum fructum facit, corrigens fraudabitur mercede sua. Dicit enim Apostolus: *Vnusquisque mercedem accipiet secundum proprium laborem*. Vbi (vt notauit Chrysostomus) non inquit, secundum rerum eventum vel, secundum fructum, quem fecerit: sed, secundum proprium laborem; quia licet culta terra nullum afferat fructum, & eius & noster Dñs vana nos spe dimissos nõ frustratur, sed remuneratur. Etenim incrementũ dare nõ ad eũ, qui corrigit, pertinet: sed ad Deũ, iuxta illud Apost. *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autẽ incrementũ dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementum dat Deus.*

1 Corint. 1 Chrys. ho. 3 in Ioan. in princ. to. 3

1. Corin. 7

20 Quam sit autem grauis pœna eorum, qui fraterna correctione deteriores fiunt, & cassam reddunt illam, & euadunt incorrigibiles, explicuit nobis Christus Dominus, cum ait: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus*, ac si diceret, relinque illum, quia incorrigibilis est. Nulla enim erit amplius spes salutis eius. Cui consonat illud Matthæi 15. *Sinite illos. Cæci enim sunt, & duces cæcorum.* Sicut enim medicus videns infirmum, congruis appositis medicinis, non subleuari: sed potius eius infirmitatem augeri, illum relinquit, quasi de salute illius desperans: ita & supremus medicus animarum nostrarum, audiens scribas & Pharisæos in verbis eius scandalizari, & deteriores fieri, *Sinite* (inquit) *illos*, derelinquamus eos. Quem autem Dominus tanquam incorrigibilem derelinquit, necesse est, vt etiã ab Angelis derelinquatur. Vnde & per Ieremiam inquiunt: *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* Hinc etiam Apostolus ait: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est.*

Matt. 18.

Matt. 15.

Ierem. 51.

Ad Tit. 3.

DE DETRACTIONE CAP. XXXIII.

DETRACTORES maledicuntur à Deo, sicut Cham, cui assimilantur. Nam dicitur Gen. 9. *Noe bibens vinum inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo, quod cũ vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiauit duobus fratribus suis foras.* Vbi Chrysost. Visa intus in domo patris turpitudine, quod debebat obtegere egressus vulgauit, & risui & subsannationi patrem (quantum in ipso erat) exposuit, fratresque prauæ suæ voluntatis socios fieri voluit: cum deberet, si os suum proditurus erat, illos intra domum vocare, & sic nuditatem eius tegere: sed ipse foras exijt, quasi etiam si alia adesset multitudo, & eam facturus esset paternæ turpitudinis conscium. Propter hoc inquit: *Quæ fecerat sibi*, contumeliosus patri fuit, oblitus est honoris, quem debent parentibus filij, prodidit peccata, fratres voluit allicere, & socios facere suæ contumeliæ: *Euigilans autẽ Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus*

Genes. 9

Chry. hom. 29. in Genes. col. 7. R.

bus suis. Vbi duõ aduertit Chryſ. Alterum eſt, quod Cham non erat filius maior, ſecundus enim erat, & maior, quàm Iapheth. Licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, & temeritate illũ exceſſit. Nam quia noluit intra ſuos limites manere, amiſit honorem ſibi à natura traditum: alterum eſt, quod cum peccaſſet Cham, verenda patris cæteris manifeſtans, non tamen illum Noè maledixit: ſed filiũ eius Chanaan. Volebat enim ſimul & ipſum corripere propter peccatum & contumeliam, qua ſe affecerat, & ſimul nolebat præiudicari benedictioni, quæ illi pridẽ à Deo facta fuerat. *Benedixit enim* (inquit) *Deus Noè*, quando exiuit ex Arca, *& filios illius*. Vt igitur ne videatur maledicere quem Deus ſemel benedixerat, præterito illo, qui ſe contumelia affecerat, filio maledictum intulit.] Poteſt etiam huius rei alia ratio moralis aſſignari, nam multories patres multò magis timent maledictionem filiorũ, quos diligunt, quã propriam. Et cum filij ſint aliquid patris: in ipſis etiam parentum peccata puniuntur. *Geneſ. 9*

2 E contra verò qui delicta fratrum ſuorum alijs non manifeſtant, ſed tegere ſtudent, benedicuntur à Deo ſicut Sem, & Iapheth, qui *pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: facieſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt*, ideò patris benedictionem meruerunt: *Benedictus Dñs Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. ſitque Chanaan ſeruus eius*. Vide illorum cum magna beneuolentia manſuetudinem. Neque increpant, neque verberant fratrem: ſed vt audierunt, mox curauerut emendari, & honeſtari factũ. Facieſquè illorum auerſæ erant, & nuditatem patris ſui non viderunt. Magna puerorum reuerentia, quã nobis Scriptura monſtrat, quod nõ ſolũ tegũt, ſed & videre nõ ſuſtinẽt. Erudiamur hinc, & ex vtriſq; lucrifaciamus aliquid, et hos quidẽ imitemur; illius aũt mores fugiamus. Nã ſi qui sẽſibilẽ nuditatẽ euulgauit, maledicto ſe fecit obnoxiũ: excidit ab honore, quẽ parẽ habuit cũ fratribus, cõdẽnatus vt illis ſeruiret: licet aũt nõ ipſe: ẽs aũt qui ex ipſo, ſerui facti sũt, quid patiẽtur qui peccata fratrũ euulgãt, & nõ ſolũ nõ cõtegũt, et excuſant: ſed magis ea faciũt manifeſta, multaq; ex hoc operãtur peccata? Hinc ſapiẽs ait: *Auditi verbũ aduerſus proximũ tuũ? cõmoriatur in te, fidẽs quoniã nõ te diſrũpet*. Vbi Chryſ. quid eſt, moriatur in te? extingue ipsũ, de ſolo, nec exire, neque penitus moueri permittas: ſed maxime ſtude nec alios quidẽ dicentes malè tolerare. Quod ſi quando & ſuſceperis, infodito, interimedictũ, obliuioni trade, vt his qui non audierint ſimilis fias, & cũ multa pace, & ſecuritate præſentẽ trãſigas vitã. Et rurſus ſcriptũ eſt: *A facie verbi parturit fatuus, tanquã genitus partus infãtis: Sagitta infixa femori canis, ſic verbũ in corde ſtulti*. Et Propheta Regius ait: *Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos: ſedẽs aduerſus fratrẽ tuũ loquebaris, & aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcãndalũ*. Quod autẽ dixit, *ſedens*, oſtendere voluit, ſicut Auguſtinus ait, quod non tranſitoriè detraxerit, vt malũ de proximo loqueretur: *ſedens*, ideſt ex ocio, quaſi adhoc vacans, vt derogaret proximo ſuo.] *Geneſ. 9. Gen. 9. Eccl. 19. Pſal. 49.*

Digitized by Google

3 Detractor exercet proprium officium Diaboli, & aduersarij: Est enim detractio peccatum diabolicum, à quo Apostolus orat, vt liberemur: Intētius adhuc (inquit) pro ipsis rogemus, vt eripiat eos ab omni malo, & absurdo negotio: ab omni peccato diabolico, & omni obsidione Aduersarij. Vbi Chrysostomus: Aduersarium porrò diabolum ipsum appellat: quoniam & Deum apud homines, & homines apud Deum, ac nos ipsos inter nos criminatur. Etenim ipse enim Iob apud Deum in crimen vocabat, cum diceret: *Num Iob frustra colit Deum?* ac rursus Deum apud Iob his verbis: *Ignis descendit de cęlo*: atque idem Deum apud Adam, cum diceret, fore vt eorum oculi aperirentur: ac nunc etiam apud plerosque mortalium dicens: Deus earum rerum, quæ oculis cernuntur, cura minimè tangitur: sed res vestras dæmonibus permisit. Quin apud complures quoquè Iudæos Christum traducebat impostorem, ac præstigiatorem eum appellans.] & hom. 3. de patientia Iob ait: Diabolus, quia detrahebat & Deo apud homines, & apud Deum hominibus, appellatur quasi Deú contra homines, hominesque contra Deum, Dominum aduersus seruum irritans, & seruum aduersus Dominum. Detraxit Deo apud Adam dicens: *Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij.* quod detrahendo dixit: hic & Iob coram Deo detraxit, cum dixit: *Num gratis colit Iob Deum?* videlicet, quia sub mercede id facit, non virtute mercedem tibi beneficij rependit, abstulit pecuniam, atque eius propositum mutatum est.

Chrys hom. 2. sup. 1. ep. ad Cor. col. 4. D. Iob. 1. Ibidem. Chrys hom. 3. de patiē-tia Iob col. 3. d. Gen. 3. Aug. li. de fal. docum. cap. 32. in fin. g. 10. 4. Psal 100. Prou. 6. Gal. 5. Isa. 9. Chrys. hom. 3. ad popu. col. 7. A 10. 5.

4 Hinc Sanctus Augustinus: Detractio fornicatio est animæ, & Psalmista, *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar*. Discordiam, vt Salomon cecinit, detestatur Dominus, dicens: *Septimum est, quod detestatur anima mea, ideſt, qui seminat inter fratres discordiam*. Hos nulli rei similes iudico, nisi diabolo, qui seminauit discordiam inter Deum, & hominem. Hi sunt cibi, & pocula mortis animæ nostræ, ab his venenis pietas Domini nostri Iesu Christi nos liberet.]

5 Detractores sunt velut canes rabidi se inuicem lacerantes, & mordentes, de quibus Apostolus ait: *Quod si inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne adinuicem consumamini*. Cui consonat illud Prophetæ. *Vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen*. Sunt autem quidá, quod & ridiculum est, qui cũ aliquid arcanum dixerint, rogant audientem & adiurant, ne cuiquam amplius alteri dicat, hinc declarantes, quod rem reprehensione dignã commiserunt. Quibus Chrysostomus ait: si illum, vt nemini dicat, rogas: multò magis te priorem huic dicere non oportebat: in tuto sermonem habebas: postquam ipsum prodidisti, tunc salutem ipsius curas? Si non vis efferri, nec alteri ipse dicas: postquam verò alteri prodidisti, sermonis custodiam superfluam facis, et inutilia admonens, & obtestans pro dictorum custodia.

6 Ab his canibus, & eorum lingua orat Christus Dominus vnicam suam, ideſt, Ecclesiam liberari, cum ait: *Erue à framea Deus ani-*

Psal. 21.

uam meam, & de manu canis vnicam meam. Vbi Aug. Frameam linguã dixit perſequentium, ſicut in alio Pſalmo dicitur: *Et lingua eorum gladius acutus* etc. Frameam dixit, qua maxime trucidati ſunt martyres, vnde vult eorum animas erui, ne timeant eos, *qui corpus occidũt, animam autem occidere non poſſunt*, & conſentiant ad illicita: aut etiam in ipſorum paſſionibus inimicorum linguam frameam dicit, vnde animam ſuam, hoc eſt, animam corporis ſui, animam ſanctorum ſuorum vult erui. Quod autem ſequitur: *& de manu canis vnicam meam*: nihil aptius, quam vnica Eccleſia mihi videtur intelligi. Canem verò appellauit mundum non ratione, ſed conſuetudine contra inſolitam veritatem latrantem. Hæc eſt enim canum natura, vt cum quibus habent conſuetudinem, ſiue illi boni, ſiue mali ſint, non ad eos latrent: inſolitorum autem perſonis viſis, etiam innocentibus, irritentur.] *Aug. epiſt. ad Honoratum cap. 16. f. tom. 2 Matth. 10.*

7 Hinc idem Sanctus Auguſtinus Detractores, qui de noſtris doloribus ſuauitatem ſuæ malæ linguæ captant, illis canibus comparat, qui lingebant vulnera pauperis illius, qui ante ianuam viri diuitis iacebat: quia nimirum linguam in vulneribus eius ponebant, ea lingentes: ſed non in partibus ſanis: ſic iſti cum viderint, vel audierint aliquem defectum hominis iuſti, ſtatim ipſum irrident, ac de eo obloquuntur, ſicut ait Pſalmiſta: *Aduerſum me loquebantur*; vel vt legunt Septuaginta: *Aduerſum me inſultabant qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum*. Ad quid enim aliud, vt verbis vtar Auguſtini, ſedent iſti, & quid aliud captant niſi, vt quiſquis Epiſcopus, vel Clericus, vel Monachus, vel Sanctimonialis ceciderit, omnes tales eſſe credant, ſed non omnes poſſe manifeſtari? Et tamen etiam ipſi, cum aliqua maritata inuenitur adultera, nec proijciunt vxores ſuas, nec accuſant matres ſuas: cum autem de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falſitatis ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.] *Aug. epiſt. 137. citata*

8 Detractores ſunt vulpes paruulæ, quæ demoliuntur vineas, cum florent, ideſt, incipientium virtutes, Canticorum 1. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit*. Vbi Bernardus: Et bona vinea iuſti, imò bona vinea Iuſtus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſsionis. Denique gloria noſtra hæc eſt, inquit, teſtimonium conſcientiæ noſtræ &c. Peſsima vulpes occultus detractor: ſed non minus nequam adulator blandus, cauebit ſapiens ab his. Dabit operam ſanè, quod in ipſo eſt, capere illos, qui talia agunt: ſed capere beneficijs, atque obſequijs, monitiſque ſalutaribus, & orationibus pro his ad Deum &c. Annon tibi captus ille videtur, qui ſuffuſus ora rubore, quippe proprium erubeſcens iudicium, ipſe ſuæ cõfuſionis & pœnitudinis teſtis eſt, ſiue quod oderit hominem amore dignissimum, ſiue quod dilexerit tũ uerbo & lingua eũ, à quo ſe diligi opere, et veritate vel ſero expertus eſt? captus planè, & captus Domino, ſecũdũ quod nominatim ipſe expreſsit, *Capite*, inquiens, *nobis*. Vtinã ego omnes aduerſantes mihi ſine cauſſa, ita capere poſſim, vt Chriſto eos vel reſtituã vel acquirã, *Cant. 1. Bern. ſer. 63. in Cant. col. 2. G.*

Non

9 Non debent iusti contristari, eò quòd de illis homines murmu-
Matt. 10. rent, & obloquantur, cum ipsa veritas dicat: *Si patrem familias Beelze-*
Ioan. 15. *bub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* Et iterum: *Si de hoc mun-*
do essetis, mundus quod suum erat, diligeret: sed quia de hoc mundo non
estis: sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Vbi Greg.
Greg. lib. 8 scribens ad Paladium, qui de verbis hominum contristabatur, inquit:
epistolarũ Hæc igitur cum perfectè te scire audiam, miror dilectionẽ tuam ver-
epist. 45. bis hominum contristatam. Inter verba enim laudantium, vel vitu-
perantium ad mentem semper recurrendum est, & frm ea non inue-
nitur bonum, quod de nobis dicitur, magna tristitia generari debet: &
rursum, si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquũ-
tur, in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid enim, si homines
laudant, & conscientia accusat? Aut quæ debet esse tristitia, si omnes
1. Cor. 1. accusent, & sola conscientia nos liberos demonstret? Habemus Pau-
Iob 16. lum dicentem: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.*
Iob quoque dicit: *Ecce in cælo testis meus.* Si ergo nobis est testis in
cælo, testis in corde, dimitte stultos foris loqui, quod volunt.
Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem sufflant, atque in
oculos suos terram excitant vt videlicet plus detractionis perflant, inde
magis nihil veritatis videant?

10 Exemplo sit nobis Sanctus Augustinus, qui cum multis de-
tractionibus, imo & iniuriosis verbis fuisset petulanter à Petiliano Do-
natista lacessitus, nunquam tamen fuit aduersus illum ira commotus,
sed omnibus sibi obiectis non minus acutè, quàm piè respondit. Et
quoniam illius verba sunt aurea, & memoria æterna digna, ideo visum
est ea in præsenti referre, vt in eis vnusquisque velut in speculo videat,
qualiter se cum detractoribus, & contumeliosis gerere debeat. Si &
Aug. lib. 3. ego (inquit & loquitur cum Petiliano) tibi vellem pro maledictis
cont. lit. Pe maledicta rependere, quid aliud quàm duo maledicti essemus, vt ij,
tiliani Do- qui nos legerent, alij detestatos abijcerent sana grauitate, alij suauiter
natistæ c. 1. haurirent malevola voluntate? Ego quandocumque, vel dicendo, vel
paulo post scribendo respondeo, etiam contumeliosis criminibus lacessitus, quã-
princ. G. tum mihi Dominus donat, frenatis, atque coercitis vanæ indignatio-
nis aculeis, auditori lectoriue consulens non ego, vt efficiar homini cõ-
uiciando superior: sed errorem conuincendo salubrior, &c. A te ergo
Petiliane sermonem parumper auertam, & ad eos conuertam, quos à
me maledictis tuis es conatus auertere: quasi hoc ego moliar, vt ho-
mines ad me conuertantur, & non potius mecum ad Deum. Et infra:
Eod. lib. c. *Mihi autem minimum est, ut a vobis diiudicer, aut ab humano die, sed*
2. I. *neque ego me ipsum iudico.* Tum quod sequitur, etsi mihi non audeo
coaptare vt dicam, *Nihil enim mihi conscius sum*: fideliter tamen in
conspectu Dei dico: Nihil eorum, quibus Petilianus tẽpus vitæ meæ,
postea quam in Christo baptizatus sum, criminatus est, mihi conscius
Eod. lib. c. sum, nec tamen in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Domi-
6. E. nus est, &c. Et infra: Et nos quidem charissimi cum falsa crimina au-
dimus ab eis, quos offendimus prædicando eloquia veritatis, & erro-
ris vani-

ris vaniloquia conuincendo, habemus (ſicut noſtis) abundantiſſimam conſolationem. Nam ſi in eis, quibus me criminantur, teſtimonium conſcientiæ meæ non ſtat contra me in conſpectu Dei, quò nullus oculus mortalis intenditur, non ſolum contriſtari non debeo, verum etiã gaudere, & exultare, quia merces mea multa eſt in cœlis. Neque enim intuendum eſt, quàm ſit amarum, quàm falſum quod audio, & quàm verax, pro cuius nomine hęc audio, & cui dicitur: *Vnguentum effuſum eſt nomen tuum*. Et cap. 10. Vnde illam vitam meam cum vituperari audio, quolibet animo id faciat qui hoc facit, non vſque adeo ſum ingratus, vt doleam: quantumcumquè ille accuſat vitium meum, tantum ego laudo medicum meum. Quid ergo iam de illis præteritis, atque oblitis malis meis defendẽdis laborem, de quibus Petilianus multa quidem falſa dixit, ſed plura vera non dixit?] Quaſi diceret, multa vera potuiſſet contra me dicere, Petilianus ſi ſciuiſſet; quæ quia neſciuit, ideo non dixit. Sic ergo pro veris, quæ non dixit, remitto illi falſa, quæ in me iactauit. Et cap. 11. Quid ergo mirum, ſi cum grana de area dominica excuſſa ſimul cum terra & palea introrſum traho, iniuriam reſilientis pulueris ſuffero, vel cum Domini mei oues perditas diligenter inquiro, ſpinoſarum linguarum vepribus laceror? Et infra: Nam ſi laudanti amico credendum non eſt, nec inimico detrahẽti, reſtant ea quæ occulta ſunt homini, vbi ſola conſciẽtia talis eſt, quæ teſtis eſſe apud homines non poteſt. Et cap. 12. Homo ſum enim de area Chriſti, palea ſi malus, granum ſi bonus. Non eſt huius areæ ventilabrum lingua Petiliani, ac per hoc quidquid in eius paleam male, & verè dixerit, nullo modo frumentis eius præiudicat. Quidquid autem in ipſa frumenta maledictorum, calumniarumquè iactaueric, fides eorum exercetur in terris, merces augetur in cęlis.]

Eod. lib. c. 10.

Eod lib. c. 11.

c. 12. *in princ.*

11 Sicut ergò detractione hominũ præſertim impiorũ, iuſtus nõ eſt cõtriſtandus, ita neque eorũ laudibus eſt extollẽdus: potius .n. grauãt, quã ſubleuant: & S. Aug. in anniuerſario ſuæ ordinationis his verbis admonet: Quid ergo mihi hodiè maxime faciendũ, niſi vt cõmendẽ vobis periculu meũ, vt ſitis gaudiũ meũ? Periculũ autẽ meũ eſt, ſi attẽdã quomodo laudatis, & diſſimulẽ quomodo viuatis: ille .n. nouit, ſub cuius oculis loquor, imo ſub cuius oculis cogito, non me tã delectari laudibus populariibus, quã ſtimulari & angi, qũo viuant qui me laudant. Laudari autem à malè viuentibus nolo, abhorreo, deteſtor, dolori mihi eſt, non voluptati. Laudari autem à bene viuentibus, ſi dicam nolo, mentior: ſi dicam volo, timeo; ne ſim inanitatis appetentior, quàm ſolidtatis. Ergo quid dicam? Nec plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana periclitera: non plene nolo, ne ingratus ſis, quibus prædico.]

Aug. li. 50 Hom. hom. 25. tom. 10

12 Non ſolũ bonã fama, quã laudantiũ, ſed etiã infamia, quã detrahentiũ linguæ diffamãt, arma ſunt ferrea, quibus aduerſus aereas potestates à dextris, & à ſiniſtris dimicamus. Dicit enim Apoſt. *Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonã famã.* Vbi Aug. Hanc ergò militiã militãtibus ſeruis Dei, quęcũque ab inimicis cõtra eos criminoſa dicunt, quę maleuolos, & temere credu-

2. *Cor.* 6. B *Aug. lib.* 3. *cõ epiſt. Petiliani. c.* 12. *to.* 7.

Digitized by Google

credulos famam malam faciant, arma siniſtra ſunt. Etiam diabolus his expugnatur. Cum enim per bonam famam probamur, vtrum nos in ſuperbiam non extollamus: & per malam famam probamur, vtrú inimicos eos ipſos, à quibus nobis cõfingitur, diligamus, per arma iuſtitiæ à dextera, & à ſiniſtra diabolum vincimus. Quæ cum Apoſtolus commemoraſſet dicens: *Per arma iuſtitiæ à dextera, & à ſiniſtra,*
2. *Cor.* 6. continuò tanquam exponens quid dixerit, *Per gloriam* (inquit) *& ignobilitatem, per infamiam & bonam famam*, & cætera talia: gloriam ſcilicet, & bonam famam numerans in armis dextris: in ſiniſtris autem ignobilitatem, & infamiam.

Cap. 13. 13 Si ergò ſum Dei ſeruus & miles non reprobus, quamlibet diſertus conuiciator in me Petilianus exiſtat, numquid moleſtè ferre debeo, quod mihi armorum ſiniſtrorum faber ſolertiſſimus paratus eſt? opus eſt, vt his in adiutorio Domini mei peritiſſimè dimicem, & eis illum feriam, contra quem inuiſibiliter pugno, qui peruerſiſſima,
Luc. 6. & antiquiſſima aſtutia callidè intendit, & agit, vt propter hęc Petiliani odorim, ac ſic præceptum Chriſti, quod ait: *Diligite inimicos veſtros*:
Galat. 2. implere non poſſim, quod à me auertat eius miſericordia, qui me dile-
Luc. 13. xit, & tradidit ſemetipſum pro me, vt pendens in cruce diceret: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*: mequé de Petiliano, & talibus inimicis meis dicere doceret: Domine ignoſce illis, quia neſciunt quid loquuntur.

Cant. 1. 14 Imperfecti murmurandi occaſionem aduerſus ſponſam ſumpſerunt, quod ſola ſit introducta ad cellarium Regis. Ait enim: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*: ſed adoleſcentulæ ipſam conſolantur dicentes: *Recti diligunt te*, quaſi dicerent: Sufficit tibi, quod recti & ſancti te diligant, non cures ſi alij contra te
Bern. ſer. 24. *in Cãt.* *col.* 1. *F.* obloquantur. Vbi Bernardus: Itaquè propter murmurantes, & blaſphemantes dicitur ab his, quæ bonæ, quæ ſimplices, quæ humiles, & mãſuetæ ſunt, ab his (inquam) dicitur Sponſa, conſolandi gratia: *Recti diligunt te*. Non ſit vbi, inquiunt, cura de iniqua reprehenſione blaſphemarũ harũ, cum conſtet, quia recti diligunt te. Bona profectò conſolatio, cum blaſphemamur à malis benefacientes, ſi recti diligant nos. Omninò ſufficit aduerſus os loquentium iniqua opinio bonorum cũ teſtimonio conſcientiæ. In Domino laudabitur anima mea audiant manſueti, & lætentur. Manſueti (inquit) lætentur: manſuetis placeam, & æquanimiter audio quidquid in me iactare voluerit liuor perditarum.]

Eccl. 12. 15 Quamuis Deus odio habeat omnes peccatores iuxta illud: *Quoniam, & Altiſſimus odio habet peccatores*: ſpecialiter tamen odio proſequitur omnes detractores, eo quod vnitatem charitatis perturbant, & diſcordias ſeminant inter fratres: dicitur enim Romano-
Rom. 1. rum primo: *Detractores Deo odibiles*, & Pſalm. 110. *Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequabar*, & per Salomonem ait: *Sex ſunt quæ*
Pſal. 110. *odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes, lin-*
Prou. 6. *guam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machi-*

nans

mas cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Vnde Bernardus. Omnis, qui detrahit, primum quidem ſe ipſum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, niſi vt is, cui detrahit, veniat in odium, vel contemptum ipſis, apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus, qui ſe audiũt, lingua malodica: & quantum in ſe eſt, necat funditus & extinguit &c. Propterea dicit de talibus Propheticus ſpiritus: *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* Vtique tam veloces, quam velociter currit ſermo, vnus eſt qui loquitur, & vnum tantũ verbũ profert, & tamen illud vnũ verbum vno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. Cor ſiquidem felle liuoris amarum per linguæ inſtrumentum ſpargere, niſi amara non poteſt, dicente Domino: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et infra plures ſpecies huius peſtis malicioſas elegãter deſcribit.

Ber. ſerm. 24. in Cãt. col. 2. B.

Pſal. 130.

Matt. 12.

16 Hinc Auguſtinus: Plaga doloſa eſt occulta detractio, plaga ſerpentis eſt, & aſpidis mortifera. Salomon: *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.* Quemcunque in his vitijs aſſiduum inueneris, cauendus tibi eſt ille &c. Detrahere amico venenũ amicitiæ putemus, quod Mariæ ſororis Moyſi corpus lepra fœdauit, & eiecta eſt extra caſtra ſex diebus.] ſi omnes detractores lepra ſicut Maria percuterentur à Deo, omnes fere eſſent leproſi, in tantum hoc vitium diabolicum frequens eſt apud homines. Detractio igitur eſt velut peſtis, quæ vicinos inficit, & vt venenum mortiferum cauenda. Dicit enim Auguſtinus: Non accõmodes aures tuas ad percipienda verba detrahentium, ne concipias mortem in anima tua. Detrahenti enim & audienti, vtriq; eſca mortis animæ eſt detractio & lingua: Et vt breuius cõcludam, Detractor & libẽs auditor diabolum portãt in lingua.]

Aug. li. de amicitia c. 13. B. to. 4. Eccl. 10. Num. 12.

Aug. li. de ſalutar. documẽ. c. 26. in prin. t. 4

17 Magnum Dei donum eſt bene ſemper loqui de proximo, nunquam illi detrahere, nec maledictum pro maledicto tribuere. Huius enim lingua eſt lingua Chriſti: lingua vero detrahentis & maledicentis, eſt lingua diaboli, quod & Chryſo. his verbis docet: Lingua noſtra lingua eſt Chriſti. Chriſti linguam imitamur, ſi diligẽtiam adhibemus, vt illa loquamur, quæ ille præcepit. Quæ vero ſunt illa? humilitatis certè, benignitatiſquè pleniſſima verba: ſic ille contumeliantibus reſpondebat, dicens; *Ego dæmonium non habeo.* Et rurſus: *Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo.* Si hoc pacto tu quoquè reſpondes, ſi ad emendationem proximi loqueris, linguæ illi lingua tua ſimillima eſt: hæc non ego, ſed ipſe Deus confirmat. *Qui educit honorabilem* (inquit) *ex indigno, is quaſi os meum erit,* cum igitur tua lingua ſit Chriſti, & os tuum Patris ſiat, & Sãcti ſpiritus templum ſis: quis honor, quod decus maius hoc excogitari poterit? &c. Quod ſi benedicere maledicẽti aſpernaris, ſaltem taceas &c. Non ergo audaciæ attribuas, ſi te Chriſti os habere quiſpiam dixerit. Audaciæ quippè eſt diaboli os imitari, linguã habere nequiſsimo dæmoni ſimillimam: quod quammaximum ſit

Chryſ. ho. 79. ſupra Matt. col. 4. B. to. 2. to. 8. to. 23.

Ierem. 15.

Chry.hom. málum,tecum ipſe cogita.] Et iterum ait:Homo es,ne venenum eũ
79 ad po- mas aſpidum.Homo es, fera ne fias, propterea tibi factum eſt os,non
pu.col.vlt. vt mordeas, ſed vt medearis. Detractores fures ſunt, & latrones, quia
c.10.5. nomen bonũ,& famã proximi furantur,quæ pluris æſtimatur, quam
Eccleſ.4. pecunia , iuxta illud: *Curam habe de bono nomine,hoc enim magis per-*
manebit tibi,quã mille theſauri precioſi,et magni. Et rectè quidẽ , nam
pecuniæ morte amittũtur, & ſæpe ad alienos perueniunt: nomen autẽ
bonum, & fama manet homini etiam poſt mortẽ. Scriptum eſt enim:
Pſal. 5. *In memoria æterna erit iuſtus.* Et iterũ:*Ne laudaueris hominem in vi-*
Eccl.11. *ta ſua, lauda poſt mortem.magnifica poſt cõſumationem.* Vnde Ezech.21
Ezech.22. Vbi nos legimus : *Viri detractores fuerũt in te ad effundendũ ſanguinẽ:*
Septuaginta Interpretes legunt:*Viri latrones fuerũ in te,*quia nimirũ,
detractores fures ſunt famæ proximi,& latrones boni nominis. Hi ni-
mirũ ad effundẽdũ ſanguinẽ conueniunt. Multoties enim propter de-
tractiones,& ſuſurrationes oriuntur cõtentiones in populis,& rixæ,ac
tandem ad effuſionem ſanguinis plurimorum peruenitur. Quos pro-
Ber. ſerm. pterea ſanctus Bernardus:Herodi comparat, & Pilato, qui cum antea
24.in Can. inimici eſſent adinuicem, à die illa qua de morte Chriſti tractabatur,
col.2.A. amici facti ſunt. Videas ambulare(inquit)ſeorſum,conuenire ſibi,& ſe
dere pariter,moxque laxare procaces linguas in deteſtãdum ſuſurriũ.
Vna vni coniungitur,nec ſpiraculum incedit in eis:tanta eſt libido de-
trahendi,audiendi uẽ detrahentem.Ineunt familiaritatem ad maledi-
cẽdũ,cõcordes ad diſcordiã.Cõciliãt inter ſe inimiciſſimas amicitias,
& pari cõſẽtaneę malignitatis affectu celebratur odioſa collatio.Haud
ſecus egere quõdã Herodes,& Pilatus,de quibus narrat Euãgeliũ,quia
Luc. 23. *Facti ſunt amici in illa die,*hoc eſt,in die Dñicæ Paſsionis. Cõuen entẽ
bus ſic in unũ,nõ eſt Dominicã cœnã mãducare:ſed magis propinare,
& bibere calicẽ dæmoniorũ,dũ importãtibus linguis aliorũ perditio-
1. Cor.11. nis uirus,aliorũ auras intrantẽ mortem libenter excipiunt. Sic quippẽ
Ier. 9. iuxta Prophetã,*Intrat mors per feneſtras noſtras,* cũ pruriẽtes auribus
et oribdethalep oculũ detractionis ſuicẽ nobis miniſtrare cõtẽdimus.]

19 Optimũ remediũ ad cõprimendũ detractores eſt, triſtẽ faciẽ ,
Prou. 25. & alio diuertantẽ oſtendere. Dicitur.n.Prouerb.25.*Vẽtus Aquilo diſſi*
pat pluuias,& facies triſtis linguã detrahentẽ. Qui .n. attentas aures,&
gratas de rahentibus præbẽt,illis annumerãdi ſunt,de quibus Ezech.
Ezech.13. 13.dicitur:*Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus , & faciunt*
Greg. 18. *cervicalia ſub capite,*vt explicat Gregorius.
mor.l.c.3. 20 Detractores ſunt nubes,ſed non Dei:quia effundunt aquas tur
bulentas,& amaras,vt fiat lutum fœtũ in terra. Et ad hoc deſignandã
dicit Iſ.5 *Mãdabo nubibus meis,ne pluant ſuper eã.* Meis,inquit,vt noua
Iſaiæ 5. uit Ber.Nã ſunt aliæ nubes,quæ nõ ſunt Dei Væ,inquit,nubibus pluẽ-
Ber.ſer.58 tibus iſtiuſmodi imbres ſuper eas,qui lutum faciunt,fructũ nõ afferũt.
in Cantic. Nã ſicut ſunt & bonæ & malæ arbores ferentes quæquæ fructus pro
col. 3. G. ſui diſsimilitudine differentes,bonæ videlicet bonos , & malæ malos:
ita & arbitror nubes & bonas,quæ bonos & malas quæ malos pluant
imbres.]

DE

DE DEO CAP. XXXIV.

OMNIA oblectamenta,quæ impij peccando in creaturis quærunt,omnia multò excellentius inuenirent in Deo,si eum diligerent. Dicit enim Augustinus: Superbia celsitudinem imitatur, cũ tu sis vnus super omnia excelsus Deus. Et ambitio quid nisi honores quærit & gloriã,cũ tu sis prę cũctis honorandus vnus & glorioſus in æternũ? Et fœuitia potestatẽ timeri vult. Quis aũt timẽdus,nisi vnus Deus? cuius potestati eripi,aut subtrahi quid potest,quando aut vbi aut quo vel à quo potest? Blanditiæ lasciuientium amari volunt: sed neque blandius est aliquid tua charitate,nec amatur quidquam salubrius, quam illa prę cunctis formosa,& luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videtur studium scientiæ,cum tu omnia summè noueris. Ignorantia quoquè ipsa,atque stultitia simplicitatis,& innocentię nomine tegitur: quia te simplicius quicquam non reperitur. Quid te autẽ innocentius, quandoquidem opera tua malis inimica sunt? Et ignauia quasi quietem appetit. Quæ verò quies certa præter Dominũ? Luxuria satietatẽ, atque abundantiam se cupit vocari,tu tamen es plenitudo, & indeficiens copia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtendit vmbram: sed bonorum omnium largitor affluentissimus tu es. Auaritia multa possidere vult,& tu possides omnia. Inuidia de excellẽtia litigat, quid te excellentius? Ira vindictam quærit,te iustius quis iudicat? *Aug. li. 2. conf. ca. 6. M. tom. 1.*

2 Vnus Deus solus venerandus est,& colendus, nam omnes Dij gentium dæmonia,opera manuum hominum ex ligno vel ferro fabre facti. Vnde ipse Dominus per Isaiam ait: *Numquid est Deus extra me, & formator,quem ego non nouerim?* quod explicat exemplo artificis ex medietate ligni facientis sculptile,& medietatem igne comburens. *Medium eius* (inquit) *combussit igni,& de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum,& saturatus est,& calefactus est. & dixit: Vah,calefactus sum, vidi focum. Reliquum autem eius Deum fecit, & sculptile sibi: curuatur ante illud,& adorat illud,et obsecrat dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. Nescierunt,neque intellexerunt: obliti sunt, ne videãt oculi eorũ, et ne intelligant corde suo. Nõ recogitãt in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant: Medietatem eius combussi igni,et coxi super carbones eius panes: coxi carnes,et comedi,et de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidã?* Hinc Psalmista (inquit) *Simulacra gentiũ argentũ,et aurũ,opera manuũ hominũ.* Vbi (vt ait Aug.) Spiritus S. noluit Idola alterius materiæ vilioris nominare,licet haberent ærea,& lignea & fictilia simulacra: sed preciosũ aurũ,& argẽtũ: quia cũin eo quisquã ꝙ illi carius est,erubuerit,multò facilius auertitur à veneratione viliũ, nã cistũ est alio in loco Scripturarũ de simulacrorũ cultoribus, dicẽte ligno: *Pater meus es tu:* & lapidi: *tu me genuisti &c.* Noli ergo addere *Isa. 41.* *Psal. 113.* *Ier. 2.*

Digitized by Google

manus hominum, vt ex eo metallo quod fecit verus Deus, velis facere falsum Deum, imo falsum hominem, quem pro vero venereris Deo, quē quisquis pro vero homine in amicitiam reciperet, insaniret. Vnde S. Aug hanc docet ob causſam Romanos, licet maiores & minores Deos colant, quos Deos putant, & asseruerint omnes Deos colendos esse sapienti, nihilominus verum Deum Israel inter Deos recipere noluisse, nec illum colere, qui prævaluit omnibus, quos colunt; quia nimirum solus coli voluit. Verba Augustini sunt: Cur ergo à numero cæterorū ille reiectus est? si plurimū valet, cur ab eis solus non colitur? si parum aut nihil valet, cur contritis eorum simulacris ab omnibus gentibus, solus penè iam colitur? &c. si enim magnæ virtutis est, cur tantū potuit improbatus? si bonus est, cur à cæteris bonis solus separatur? si malus est, cur à tot bonis vnus non separatur? si verax est, cur eius præcepta respuuntur? si verax est, cur eius prædicta complentur?

Aug. li. 1. de cōsens. Euangelist. c. 17. 18. & 19.

3 Deus spiritus est, & membra corporalia non habet. Dicitur n. Ioan. 4. *Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet.* Vnde (sicut notauit Augustinus) cum Genes. 2. dicatur: *Ad imaginem Dei factus est homo*, quod etiam habetur Genes. 1. ne putaremus, Deum habere membra, sicut & nos habemus: ideo etiā dicitur Deus habere alas, quibus nos caremus Psal. 16. *Sub vmbra alarū tuarum protege me*: vt hæc, & similia spiritualiter intelligantur. Verba Augustini sunt: Nam de membris Dei, quæ assiduè Scriptura cōmemorat, ne quisquam secundum carnis huius figuram & formā nos esse crederet similes Deo: propterea & eadem Scriptura & alas habere Deum dixit; quamuis nos vtiquè non habemus. Sicut ergò alas cū audimus, protectionem intelligimus: sic & cum audimus manus, operationem intelligere debemus: & cum audimus pedes præsentationem: & cum audimus oculos, visionem qua cognoscit: & cum audimus faciem, iustitiam qua innotescit, & si quid aliud eadem Scriptura tale commemorat, puto spiritualiter intelligendum.

Ioan. 4.
Aug. ep. 3. ad Fortun. col. 5. to. 6.
Gen. 2.
Psal. 16.

Aug. li. de essentia diuinitatis col. 2. E.

4 Hinc idem Aug. Si quis (inquit) humana in Deo membra, seu motus animæ more humano inesse credit, procul dubio in corde suo idola fabricat. Vnde per caput Dei figuraliter ipsam essentiam diuinitatis, quæ cuncta præcedit, & cui omnia subiecta sūt, intelligit. Per capillos verò capitis eius sanctos Angelos seu vniuersos electos typicè accipere oportet, de quibus Dan. 7. *& capilli capitis eius quasi lana munda.*

Daniel 7.

Oculi Dei. Oculos habere dicitur Deus, eo quod omnia videt, & nihil eum latet: *In cuius conspectu*, vt ait Apostolus, *nulla creatura inuisibilis est. Omnia n. nuda, & aperta sunt oculis eius.* Et infra: Palpebræ Dñi, occulta atq; incōprehensibilia iudicia eius, siue spiritualis in diuinis libris locutio intuitur, de quibus in Psal. scriptū est: *Palpebræ eius interrogant filios hominū*, i. probant. Aures habere dicitur Deus, propter quas omnia audit, & nihil illi sub silētio latet. Hinc in lib. Sapientiæ est scriptū: *Auris zeli audit oīa, & tumultus murmurationū nō abscondituꝛ.* Nares Dei, inspiratio eius est in corde fideliū, vt est illud in lib. Regū: *Ascēdit fumus de naribus eius*, i. lacrymosa cōpunctio pœnitentis per inspiratione illius.

Palpebræ Dei.
Psal. 10.
Aures Dei Sap. 1.
Nares Dei 2. Reg. 22.
Facies Dei

Facies

Facies Dei eſt cognitio diuinitatis eius ad homines, de qua cognitione ſcriptum eſt: *Oſtende nobis Domine faciem tuam, et ſalui erimus*, hoc eſt, da nobis cognitionem tuam. ¶ Quæ cognitio per filium hominibus innotuit ipſo dicente: *Nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare*. Os Dei filium Dei Patris, ideſt, Chriſtum deſignat: Threno rum 1. *Quia os eius ad iracundiam prouocabimus*. Lingua Dei myſtice ſignificat Spiritum ſanctum, per quem Deus pater ſecretum ſuum hominibus manifeſtauit Pſal. 44. *Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis*. Labia Dei vtriuſque teſtamenti conſonantiam ſignificāt, de quibus teſtamentis Prouerbiorum 6. ſcriptum eſt: *Diuinatio in labijs eius: in iudicio non errabit os eius*. ¶ Et in ſequentibus explicat mirabiliter, quid ſignificet dextera Dei, manus Dei, digitus Dei, digiti pluraliter, cor Dei, alæ Dei, ſcapulæ Dei, venter Dei, poſteriora filij Dei, pedes Dei, veſtimentum Dei, pallium Dei, caleamenta Dei, aſcendere Dei, ſedere Dei, deſcendere Dei, ſtare Dei, tranſire Dei, ambulare Dei, loqui Dei, videre Dei, cognoſcere Dei, neſcire Dei, zelare Dei, iraſci Dei, pœnitere Dei, non pœnitere Dei, obliuiſci Dei, recordari Dei, dormire Dei, vigilare Dei, &c. quorum plurima ſuis prop rijs in locis declarabuntur.

Pſal. 76. Matt. 11. Os Dei. Thren. 1. Pſal. 44. Prou. 6.

5 Dei natura eſt omnino incomprehenſibilis ab intellectu creato, in cuius ſignum duo Seraphim, quos vidit Iſaias apud Dominum in throno ſedentem, duabus alis velabant facies ſuas, & duabus pedes, & duabus medijs volabant, in quo, ſicut explicat Hieronymus, incomprehenſibilitatem Dei oſtendebant. *Velabant* (inquit) *faciem*, nō ſuam, ſed Dei. Quis enim eius poteſt ſcire principium, qui antequā iſtum conderet mundum & Angelos, iam in ſua erat æternitate? Et duabus velabant pedes non ſuos, ſed Dei. Extrema quippè eius ſcire quis poteſt? *Priora annunciate mihi, & nouiſſima, quæ futura ſunt, & dicam, quia Dij eſtis*, ait Iſaias ſignificans neminem poſſe, quid ante mundum futurum ſit, enarrare. Et duabus volabant: Media tantum cognoſcimus, quæ ex ſcripturæ nobis lectione panduntur, quando mundus plaſmatus ſit, quandò lex data, quando diluuium. ¶ Sed obſerua, quod paulo antea dixerat Propheta, *Seraphim ſtabant*: poſtmodum vero, *& volabant*, inquit. Quid eſt hoc? ſi volabant, quomodo ſtabant? & ſi ſtabant, quomodo volabant? Audi myſterium: Stando æternitatis immobilitatem ſignabant, vt Cyprianus docet, volando autem altitudinē Dei ſic in ſuperioribus eleuatā eſſe oſtendebāt, vt quantūuis ad cor altum accedat homo, exaltetur Deus, ita vt ab illo comprahendi non poſsit. Vnde & ſcriptum eſt: *Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram*, Et iterum: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam*, Et rurſus: *Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius ſemper*. Vbi Auguſtinus: Si *quæſitus* (ait) inueniri poteſt, cur dictum eſt: Quærite faciem eius ſemper? an vt inueniatur, quærendus eſt? vtique: tam magnum enim & incomprahenſibile bonum eſt, quod & quæritur, vt inueniatur dulcius, & inuenitur, vt quęratur auidius. ¶ Vnde Hilarius: Curre ſenſu, ſi quid ei putas vltimum

Iſai. 6. Hier. epiſt. 1. ad Damaſum Papā de viſione Iſai. 3. Cyprian. in prolog. ſup. ſerm. Nat. Dom. Iob 36. Pſal. 138. Pſal. 104. Augu. lib. 15. de Trinit. tom. 3. Hylar. lib. 2. de Trin.

mum esse, cum semper inuenies; quia cum semper tendas, semper est quò intendas. Sermo in eo deficiet, non natura cloudetur. Iterum reuolue tempora, esse semper inuenies, & cum calculi numerus in sermone defecerit, Deo tamen semper esse non deficit. ¶ Cui consonat illud Apostoli: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*: Et illud Psalmistæ: *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis.* In aquis (inquit) eo quod deprehendi non possunt, sicut nec semitæ nauium prætereuntium: vnde statim subdit, *& vestigia tua non cognoscentur*.

Rom. 11. Psal. 76.

6 Apostolus acriter reprehendit venerantes, & colentes eos, qui natura non sunt Dij. Ait enim: *sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt Dij, seruiebatis*, quos quidem Deos superius idem Apostolus procuratores & actores appellarat, sicut dicit Augustinus, propterea quia nulla creatura est, siue quę in veritate manet, dans gloriam Deo: siue quæ in veritate non stetit quærens gloriam tuam. Nulla ergo creatura est, quæ si non velit, diuinæ prouidentiæ seruiat: sed volens facit cum ea quod bonum est. De illa verò, quæ non vult, fit quod iustum est.

Galat. 4. Aug. sup. c. 4. ad Galat. col. 3. tom. 4.

DE ECCLESIA CAP. XXXV.

ECCLESIÆ fundamentum est Christus 1. Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Ipse etiam est Ecclesiæ caput.* Ephes 4 *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.* Sed oritur difficultas, quomodo fieri possit, quod idem sit caput, & fundamentum? Caput enim est in superiori parte, fundamentum vero in inferiori: sed respondet Augustinus: Quod in materialibus ædificijs fundamentum est in parte inferiori: quia centrum, in quod omnes partes ædificij suo pondere tendunt, est in imo: ibi ergo debet esse fundamentum: alias non sustentaret ædificium: sed corrueret. At in ædificio spirituali Ecclesiæ è contra res se habet, nam Ecclesia in imo posita in cœlum tendit, tanquam in centrum, in quo omnis motus animæ quiescit: ideo sursum est fundamentũ, nõ deorsũ. Rectè ergo dicitur Christus & caput & fundamentũ Ecclesiæ.

1. Cor. 3. Ephes 4. Aug. sup. Psal. 29. in præfat. & exposit. circa finẽ tom. 3.

2 Hinc est illud, quod Augustinus ait: Amor meus, pondus meũ, eo feror, quocunquè feror. Cum ergò per amorem, tanquam pondere quodam anima iusti feratur in cælum, necesse fuit vt in cęlo esset fundamentum spiritualis ædificij. Vnde Apostolus ait: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quę super terram*. Hoc in fundamento firma, & stabilis manet semper Ecclesia, iuxta illud Psalmi 103. *Qui fundauit terram super stabilitatem suam*, idest, Ecclesiam super Christũ, vt ibi explicat Aug. ex illo 1. Corint. 3. *Fundamentum aliud nemo po-*

Coloss. 3. Psal. 103. August. 1. Cor. 3.

est pônere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus: ideo subdit, *Non inclinabitur in seculum seculi*: quia videlicet, *Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam*, vt dicitur Matth. 16. *Matth. 16.*

3 Et ad designandam firmitatem, & soliditatem Ecclesiæ in Christo fundatæ, Regius Propheta illam confert insulæ, cum ait: *Lætentur insulæ multæ*, idest, Ecclesia, vt Augustinus explicat super eundem Psalmum tom. 8. Ideò enim dicuntur insulæ, quia circumlatrantur fluctibus omnium tentationum; sed quomodo insula vndique circumstrepentibus fluctibus tundi potest, frangi non potest, magisque ipsa frangit fluctus venientes, quam frangatur ab eis: sic & Ecclesiæ Dei pulsulantes, per totum orbem terrarum passæ sunt persecutiones vndique frementium infidelium, & ecce stant insulæ, & iam placatum est mare. *Psal. 96. Aug. sup. eund. Ps. tom. 8.*

4 Ecclesia militans est luna propter mutabilitatem, de qua Psal. 10. *Vt sagittent in obscura luna rectos corde.* Vbi Aug. Ecclesia verò adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatẽ lunæ nomine in Scripturis significatur. Vnde est illud: *Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde.* Prius enim quam fiat illud, quod dicit Apostolus: *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*, obscura videtur Ecclesia in tempore peregrinationis suæ inter multas iniquitates gemens &c. Et cum de regno Domini Psalmus cantaret: *Orietur* (inquit) *in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec interficiatur luna*, i. abundantia pacis tantũ crescet, donec omnẽ mutabilitatẽ mortalitatis absumat: tũc nouissima inimica destruetur mors: & quicquid nobis restitit ex infirmitate carnis, vnde nobis perfecta pax nondũ est, consumetur omninò, *cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem*: & illius ciuitatis muri, quæ Iericho appellatur, quia in hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circuitu testamenti Arcæ corruerint. Quid enim nunc aliud agit annunciatio regni coelorum, quam circuitio Arcæ significauit, nisi vt omnia munimenta mortalis vitæ, idest omnis spes huius sæculi, quæ restitit spei futuri sæculi, in dono septenario Spiritus sancti per liberum arbitrium destruatur? Ob hoc enim circumeunte Arca, non impulsu violento illi muri ceciderunt, sed sponte. *Psal. 10. Psal. 88. Psal. 71. 1. Cor. 15. Ios. 6.*

5 Ecclesia vna est, etiã si cæremonias habeat diuersas. De ipsa quippe scriptum est: *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus*, idest, diuersis celebrationibus, & cæremonijs, vt Aug. explicat. Sit ergo (ait quiens) vna fides vniuersæ, quæ vbique dilatatur, Ecclesiæ tanquam intus in membris: etiam si ipsa fidei vnitas quibusdam diuersis obseruationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide verum est, impeditur. Omnis enim pulcritudo filiæ regis intrinsecus, illæ autem obseruationes, quæ variè celebrantur, extrinsecus vestes intelliguntur. Vnde ibi dicitur: *In fimbrijs aureis circumamicta varietate*: sed ea quoquè vestis, ita diuersis celebrationibus variatur, vt non aduersis contentionibus dissipent. *Psal. 44. Aug. ep. 86. ad Casulanum col. 9. Mat. 10. 2.*

Digitized by Google

Augu. lib. de bono cõ iugal. con. Ioan. cap. 18. tom. 6.

6 Hinc est, quod (vt notauit Augustinus) in noua lege non licet nisi vnicam dumtaxat vxorem habere, nõ plures simul: ad significandum vnitatem Ecclesiæ. Ideo bigamus ordinari non potest, nec dispensatorem Ecclesiæ licet ordinari, nisi vnius vxoris virum ad hoc Sacramentum significandum. Antiquitus autem plures habebant vxores, vt designaretur vnã Ecclesiam ex pluribus populis, hoc est, ex Iudæis, & gentibus congregatam vni viro, idest, Christo subditam esse, vt in eodem loco obseruauit Augustinus. Cui consonat illud Apostoli: *Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.*

2. Cor. 11.

7 Nec solum ex Iudæis & gentibus: sed etiam ex Angelis & hominibus, ex triumphantu & militanti vna constat Ecclesia perfecta: de qua Sponsus Canticorum 6. inquit: *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est:* in cuius signum Sponsam Christi & de cælo descendisse, & cũ eo in terra esse, Scriptura sacra testatur. Scriptum est enim: *Vidi ciuitatem Sanctam Ierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam, tamquam sponsam ornatam viro suo.* Et addit: *Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.* Ad quid, ait Bernardus? Credo, vt sibi acquirat sponsam de hõibus. Mirares. Ad sponsam veniebat, & absq; sponsa non veniebat. Quærebat sponsam, & sponsa cum ipso erat. An duæ erant? Absit. *Vna est* enim, ait, *columba mea:* sed sicut de diuersis ouium gregibus vnum facere voluit, vt sit vnum ouile & vnus pastor: ita cum haberet sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem Angelorũ, placuit ei & de hominibus cõuocare Ecclesiã, atque vnire illi, quæ de cælo est, vt sit vna spõsa, & spõsus vnus. Ergo ex adiecta ista perfecta est illa, non duplicata, & agnoscit de se dictũ: *Vna est perfecta mea.*

Cant. 6. Apoc. 21. Bern. ser. 27. in Can. col. 2.

8 Ecclesia ædificata fuit ex latere Christi dormientis in Cruce: sicut Heua ex Adæ latere in Paradiso dormientis. Augustinus: Vt enim in exordio generis humani de latere viri dormientis, costa detracta fœmina fieret, Christum & Ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippè ille viri mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est, atque inde sanguis & aqua profluxit, quæ sacramenta esse nouimus, quibus ædificatur Ecclesia. Nam hoc etiam verbo Scriptura vsa est, vbi non legitur, formauit, aut finxit: *Sed ædificauit eam in mulierem.* Vnde & Apostolus ædificationem dicit corporis Christi, quod est Ecclesia. Creatura ergo est Dei fœmina, sicut vir: sed vt de viro fieret, vnitas commendata est: vt autem illo modo fieret, Christus (vt dictum est) & Ecclesia figurata est. Et lib. 2. de Gen. Dicit enim Apostolus sacramentum magnum esse, quod dictum est: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, et adhærebit vxori suæ, et erunt duo in carne vna:* quod ipse interpretatur subijciendo, *ego autem dico in Christo, et in Ecclesia.* Ergo quod per historiam impletum est in Adam, per Prophetiam significat Christum, qui reliquit Patrem. Dicit enim: *Ego à Patre exiui, et veni in hunc mundum:* sed non loco reliquit: quia Deus loco non continetur, neque auersione peccati, sicut apostatæ relinquunt Deum: sed appa-

Aug. lib. 22. de Ciu. Dei cap. 17. H. tom. 5. Ioan. 15. Genes. 2. Ephes. 4. Augu. lib. 2. de Gen. con. Man. cap. 24. Ioan. 13.

apparendo hominibus in homine, cum *Verbum caro factum est, et habitauit in nobis*. Quod ipsum non commutationem naturæ Dei significat: sed susceptionem naturæ inferioris personæ, ideſt, humanæ. Ad hoc valet etiam quod dicitur: *Semetipsum exinaniuit*: quia non ea dignitate apparuit hominibus, in qua est apud patrem, blandiens eorũ infirmitati, qui cor mundum nondum habebant, vnde videretur Verbum in principio, Deus apud Deum. Quid est ergo, quod diximus: reliquit Patrem, nisi, reliquit apparere hominibus sicut est apud Patrẽ? Item reliquit & matrem, ideſt Synagogæ veterem atque carnalem obseruantiam, quę illi mater erat ex semine Dauid secũdum carnem, & adhæsit vxori suæ, ideſt Ecclesiæ, vt sint duo in carne vna.) Idem alio in loco dicit, vbi in eodem sensu explicat illud Apost. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ*. *Ioan. 1.* *Philip. 2.* *Aug. li 65 quæstionũ, quæst. 45. tom. 4.*

9 Ecclesia in hoc mundo est in diluuio aquarum multarum, ideſt, tribulationum, sicut arca Noe continens coruum & columbam, hoc est, bonos & malos. Nam (vt notauit Augustinus) quod Noe cum suis per aquam, & lignum liberatur, significat quod familia Christi per baptismum crucis passione signatur. Quod de lignis quadratis eadem arca fabricatur, denotat quod Ecclesia de Sanctis constituitur, ad omne opus bonum semper paratis. Quadratum enim, quacumque verteris, firmiter stat, &c. Quod bitumine glutinãtur arcæ ligna intrinsecus, & extrinsecus, in compage vnitatis significatur tolerantia charitatis, ne scandalis Ecclesiam tentantibus, siue ab eis qui intus, siue ab eis qui foris sunt, cedat fraterna iuntura, & soluatur vinculum pacis. Est enim bitumen feruentissimum, & violentissimum gluten, significans dilectionis ardorem in magna fortitudine ad tenendum societatem spiritualem omnia tolerantem. Quod cuncta animalium genera in arca clauduntur, figurat quod omnes gentes, quas etiam Petro demonstratus discus ille significat, Ecclesia continet. Quod munda, & immunda ibi sint animalia, significat quod in Ecclesiæ sacramentis & boni & mali versantur. Quod septena sint munda, & bina immũda, non denotat quia pauciores sunt mali, quam boni: sed quia boni seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sanctum autem Spiritum diuina scriptura in septiformi operatione commendat. Peruersi enim per binarium, qui ab vnitate discedit, præsignantur, eò quod non seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis. *Aug. li 65 quæstionũ, quæst. 45. tom. 4.* *Aug. li. 12 con. Faustum c. 14. to. 6.* *Cap. 15.* *Gen. 7.* *Isaiæ 11.* *Matt. 12.* *Aug. eo. lib. c. 16. 17. & 18. & li. de fid. & oper. c. 26. to. 4. & lib. 65. q quæst. 52. & li. de vnit. Eccl. cõ. lit. Petil. c. 5. tom. 7. & lib. de Catbec. rud. c. 27. tom. 4.*

10 Quod arca collecta ad vnum cubitum desuper consummatur, demonstrat quod Ecclesia corpus Christi in vnitatem collecta sublimatur & perficitur. Vnde dicit in Euangelio: *Qui mecum non colligit, spargit*. Quod aditus ei fit à latere, ostendit quod nemo intrat in Ecclesiam, nisi per sacramentum remissionis peccatorum: hoc autem de Christi latere aperto manauit. Quod inferiora arcæ bicamerata, & tricamerata construuntur, denotat quod ex omnibus gentibus, vel bipartitam multitudinem congregat Ecclesia propter circuncisionem & præputium, vel tripartitam propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis. Augustinus, eodem libro, vbi

Digitized by Google

eandem figuram latè profequitur, & multis alijs in locis.

11 In hoc autem Arcam Noè Ecclefia Chriſti ſuperexce-
Chryſ. ho. dit, quod (ſicut dicit Chryſoſtomus) Arca quidem animalia
3. de penit. ſuſcepit, & animalia conſeruauit: Eccleſia vero animalia ſuſcipiens,
col. 1. to. 5. eadem transformauit: vt puta accipiter eò introiuit, accipiter exiit: introiuit huc accipiter, columba exit: introiuit lupus, & ouis egreditur: agnus introiuit, & exit agnus, non tranſmutata natura, ſed malitia excluſa.]

12 Eccleſia Chriſti duplicem habet ſtatum, alterum in hoc ſæculo, in quo boni ſunt malis permixti, alterum in futuro, in quo nullus eſt malus: ſed omnes iuſti, iuxta illud Iſaiæ vaticinium: *Habitatores tui*
Apoc. 22. *omnes iuſti*. Nam ſicut dicitur Apocal. 22. *Foris canes, & venefici,*
& impudici, & homicidæ, & Idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit
Apoc. 21. *mendacium.* Et iterum ſcriptum eſt: *Nihil coinquinatum introibit in*
eam. Et ad deſignandum iſtum duplicem Eccleſiæ ſtatum, iuſſu Do-
Luc. 5. mini bis rete fuit miſſum in mare, ſemel ante paſſionem, & ſemel poſt
Ioan. 21. reſurrectionem. Nam, ſicut dicit Auguſtinus, & ante paſſionem de re-
Aug. li. 83 ticulo dicitur miſſo in mare, quia tantum piſcium ceperunt, vt vix ad
q. quæſt. 81 litus trahendo perducerent, & retia rumperentur. Non enim miſſa
E. F. to. 4. ſunt in dexteram partem: habet enim multos malos Eccleſia huius
temporis: neque in ſiniſtram: habet enim etiam bonos; ſed paſſim, vt permixtionem bonorum malorumque ſignificarent. Quod autem
Ioan. 21. rupta ſint retia, charitate violata multas hæreſes extitiſſe, ſignificat. Poſt reſurrectionem vero, cum vellet Eccleſia in futuri temporis præmonſtrare, vbi omnes perfecti atque ſancti futuri ſunt, iuſſit mitti etiam retia in dexteram partem, & capti ſunt ingentes piſces, centum quinquaginta tres; mirantibus diſcipulis quod, cum tam magni eſſent, retia nõ ſunt dirupta.] Illuc enim, videlicet, in patria vnitas non rumpitur, cha-
Pſal. 2. ritas non violatur: ſed in via multi ſunt, qui dicunt: *Dirumpamus vin-*
Ier. 2. *cula eorum: proijciamus à nobis iugum ipſorum*: quibus per Prophetam dicitur: *A ſeculo confregiſti iugum: rupiſti vincula: dixiſti non ſeruiã*. Vnde & Eccleſia militans non immeritò comparatur ſagenæ miſſæ in mari, & ex omni genere piſcium congreganti: quia videlicet bonos cum malis, electos cum reprobis continet permixtos: ſed vſque in fi-
Aug. ſup. nem tolerandi ſunt. Dicit enim Auguſtinus: Iam in mari capti per
pſ. 64. poſt retia fidei, gaudeamus nobis ibi natare adhuc infra retia, quia adhuc
med. 1. 8. mare hoc fluit procellis: ſed retia, quæ nos ceperunt, perducentur ad litus. Litus eſt finis maris, ergò peruentio in finem ſæculi. Interim infra ipſa retia fratres bene viuamus, non retia rumpentes foras exeamus. Multi enim ruperunt retia, & ſchiſmata fecerunt, & foras exierunt: qui malos piſces inter retia captos nolle ſe tolerare dixerunt, ipſi mali facti ſunt potius, quam illi quos ſe non potuiſſe tolerare, dixerunt.
Matt. 13. Namquè illa retia ceperunt piſces & bonos & malos. Dominus dicit: *Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, quæ congregat ex omni genere, quam cum impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. ſic erit* (inquit) *in conſum-*

matio-

matione ſæculi, oſtendit litus, oſtendit finem maris: *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Ita ciues Ieruſalem, qui infra retia eſtis, & pisces boni eſtis, tolerate malos, retia nolite rumpere: cum illis eſtis in mari, non cum illis eritis in vaſis.]

13 Eccleſiæ pulcritudo non in columnis marmoreis, non in ſumptuoſis ædificijs: ſed in compoſitis moribus fidelium conſiſtit. Dicitur enim: *Replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.* Vbi (vt notauit Auguſtinus) non dixit templum ſanctum tuũ mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis: ſed mirabile in iuſtitia. Habes foris oculos vnde videas marmora & aurũ, intus eſt oculus vnde videat pulchritudo iuſtitiæ.] Pſal. 64. Aug. to. 8. ſuper eũd. Pſal.

14 Hanc interiorem Eccleſiæ pulchritudinem à longè contemplabatur, qui dixit: *Magna erit gloria domus iſtius, noniſſimæ pluſquam primæ.* Quod (ſicut explicat Auguſtinus) de nouo teſtamento dictum eſſe paulò ſuperius demonſtrauit, vbi ait apertè Chriſtum promittens: *Et mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus*, &c. Talibus enim electis gentium domus Dei ædificatur per teſtamentum nouum lapidibus viuis, lõge glorioſior quam templum illud fuit, quod à Rege Salomone conſtructum eſt, & poſt captiuitatem inſtauratum. Et infra: Hæc domus Dei maioris eſt gloriæ, quam fuerat illa prima lignis, & lapidibus, cæteriſque precioſis rebus metalliſque cõſtructa. Nõ itaquè Aggæi Prophetia in templi illius inſtauratione cõpleta eſt, ex quo enim inſtauratũ eſt, núquã oſtẽditur habuiſſe tã gloriã, quãtã habuit tẽpore Salomonis. Imo potius oſtẽditur primũ ceſſatione prophetiæ fuiſſe domus illius gloriã diminutã, deinde ipſius gẽtis cladibus tãtis vſq; ad vltimũ excidiũ, qꝫ factũ eſt à Romanis: ſicut ea, quæ ſupra sũt cõmemorata, teſtãtur. Hæc autẽ domus ad nouũ pertinẽs teſtamẽtum, tãtò vtiquè maioris eſt gloriæ, quantò meliores ſunt lapides viui, quibus credentibus renouatiſque conſtruitur.] Aug. li. 18 de Ciu. Dei cap. 45. 3. Reg. 6. 2. Eod. 3. Cap. 48. einſd. lib. Aggæi 2.

15 Eccleſia in paſsione imitatur Chriſtum, ſed à lõge; cuius typũ gerebat Petrus. Vnde Aug. Quod ad paſsionẽ eunté Dominũ à longè ſequebatur Petrus, ſignificat Eccleſiã ſequuturã quidẽ, hoc eſt, imitaturã paſsionẽ Dñi: ſed longè differenter. Eccleſia pro ſe patitur, at ille pro Eccleſia.] Cui cõſonat illud Apo. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*, quaſi diceret, ſicut ego in paſsione Chriſtũ ſequor, ſed tamen à longè, quoniã ad perfectionẽ eius non peruenio: ita & vos me Chriſti Apoſtolũ imitamini quantũuis à longè, quoniã nõ peruenietis ad eum cumulũ meritorũ & gloriã, quę per gratiã Chriſti prępparata eſt mihi. Aug lib. 2 quæſt. ſuper Euangel. quæſt. 46. tom. 4. Matt. 26. 1. Cor. 11

16 Eccleſia, quę eſt corpus Chriſti myſticũ, sẽper augetur & creſcit, quouſquè numerus electorũ cõpleatur, iuxta quod ait Apoſt. *Donec occurramus omnes in virũ perfectũ in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti.* Vnde S. Iob Eccleſiã Chriſti reſpiciẽs ait: *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſicut fui in diebus adoleſcẽtiæ meæ, quãdo ſecretò Deus erat in tabernaculo meo?* Vbi Greg. Sicut vnuſcuiuſque hominis, ſic Sanctæ Eccleſiæ ętas deſcribit. Paruula quippe tunc erat, cũ à natiuitate recẽs

Ephes. 4. Iob 19. Greg. 19. moral. c. 9.

Verbum

verbum vitæ prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: *Soror*
Cant. 8. *nostra parvula est, & ubera non habet*: quia nimirum sancta Ecclesia
prius quam proficeret per incrementa virtutis, infirmis quibusque
auditoribus præbere non potuit vbera prædicationis. Adulta vero Ec-
clesia dicitur, quando Dei verbo copulata, sancto repleta spiritu, per
prædicationis ministerium in filiorum conceptione fœcundatur, quod
Cant. 1. exhortando parturit, conuertendo parit. De hac eius ætate Domino
dicitur: *Adolescentulæ dilexerunt te*. Vniuersæ quippe Ecclesiæ, quæ
vnam Catholicam faciunt, adolescentulæ vocantur, non iam vetustæ
per culpam, sed nouellæ per gratiam: non senio steriles, sed ætate men
tis ad spiritalem congruæ fœcunditatem. Tunc ergo cum in diebus il-
lis Ecclesia quasi quodam senio debilitata per prædicationem filios
parere non valet, reminiscitur fœcunditatis antiquæ, dicens: *Sicut fui*
in diebus adolescentiæ meæ. ℣

Cant. 6. 17 Hinc Ecclesia non incongruè comparatur Auroræ Cantico-
rum 6: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens*? quia
Prou. 4. nimirum eius lux, & charitas augetur & crescit vsque ad perfectum
diem, sicut scriptum est: *Iustorum semita quasi lux splendens crescit*
Cant. 1. *vsque ad perfectum diem*, illum videlicet, quem desiderabat sponsa,
cum dixit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in*
meridie, hoc est, in cœlesti beatitudine: vel ex eo dicitur, *quasi aurora*
Grego. 18. *consurgens*, quia (sicut dicit Gregorius) per cognitionem fidei à pecca
mor. 17. torum suorum tenebris in clara luce iustitiæ commutatur. Cui con-
sonat illud Apostoli: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Do-*
Ephe. 5. 6. *mino*. Et illud: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus er-*
Rom. 13. D *go opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambu-*
lemus.

18 Carni per quandam similitudinem comparatur Ecclesia (vt
Aug. li. v- docet Augustinus) quia licet in bonis non concupiscat aduersus Chri
nico de cõ- stum, sicut caro concupiscit aduersus spiritum: benè tamen in malis,
fin. ca. 10. de quibus ait Apostolus: *Non potui loqui vobis, tanquam spiritualibus*:
tom. 4. *sed quasi carnalibus*. Ideo sponsa inquit: *Nigra sum, sed formosa*
1. Cor. 3. in bonis, vt Augustinus explicat, cuius verba sunt: Ad hoc pertinet in
Cant 1. Canticis Canticorum, *Nigra sum, sed decora, vt tabernacula Cedar:*
Aug. li. 3. *speciosa sum, vt pelles Salomonis*. Non enim ait, fusca fui, vt pelles Salo-
de doctri- monis: sed vtrumque se esse dixit, propter temporalem vitatem intra
na Christ. vna retia piscium bonorum & malorum. Tabernacula enim Cedar
tom. 3. ad Ismaelem pertinent, qui non erit hæres cum filio liberæ.]

19 Tota Ecclesia est vnum corpus mysticum, cuius caput est
Christus, iuxta illud Apostoli: *Ipsum dedit caput super omnem*
Ephes. 1. *Ecclesiam*, membra vero sunt eius fideles, iuxta quod Apostolus ait:
Nam & corpus non est vnum membrum: sed multa. Si dixerit pes: Quo-
1. Cor. 12. *niam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?*
Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num
ideo non est de corpore? si totum corpus oculus: vbi auditus? si totum
auditus: vbi odoratus? Et paulo post: *quod si essent omnia vnum*
mem-

membrũ, vbi corpus? Nunc autem multa quidem mẽbra, vnum verò corpus. Vbi Gregorius: Quid enim ſancta Eccleſia, niſi ſuperni ſui capitis corpus eſt? in qua alius alta videndo oculus, alius rectè operãdo manus, alius ad iniuncta diſcurrendo pes, alius præceptorum vocem intelligẽdo auris, alius malorum fętorem bonorumque fragrãtiam diſcernendo naris eſt. Qui corporalium more membrorum, dum viciſſim ſibi accepta officia impendũt, vnum de ſemetipſis omnibus corpus reddunt, & cũ diuerſa charitate peragunt, diuerſum eſſe prohibent vbi continentur. Si autem vnum quid cuncti agerent, corpus vtique, quod ex multis cõtinetur, non eſſent, quia videlicet multipliciter compactum non exiſteret, ſi hoc concors membrorum diuerſitas nõ teneret. Quia ergo ſanctis membris Eccleſiæ virtutum dona Dominus diuidit, terræ mẽſuras ponit. Vnde iterum Paulus dicit: *Vnicuique ſicut Deus diuiſit mẽſuram fidei*. Et rurſum: *Ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem iunctũram ſubminiſtrationis ſecundum operationem, in menſura vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate*.) *Grego. 28. mora. 6. circa med.* Rom. 12.

20 Eccleſiæ ſtatus, & compoſitio deſcribitur illis verbis Cant. 1. *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*, ſicut his verbis explicat Bernardus: Et in Eccleſia quidem lectum in quo quieſcitur, clauſtra exiſtimo eſſe, & monaſteria, in quibus quiete à curis viuitur ſæculi, & ſollicitudinibus vitæ. Atque is lectus floridus demonſtratur, cum exemplis & inſtitutis patrum tanquam quibuſdam beneolentibus reſperſa floribus fratrum conuerſatio, & vita refulget. Porro domus populares conuentus intellige Chriſtianorum: quod hi, qui in ſublimitate poſiti ſunt, Chriſtiani vtiq; vtriuſque ordinis Principes, quaſi tigna parietes iuſtis impoſitis legibus fortiter ſtringunt, ne ſua quiſque lege, vel voluntate viuentes, *tanquam parietes inclinati, & maceriæ depulſæ*, deſideant à ſemetipſis, & ſic omnis ſtructura ædificij corruens diſſipetur. Laquearia verò, quæ à tignis firmiter pendent, & domos inſigniter ornant, puto bene inſtituti cleri manſuetos & diſciplinatos mores, riteque adminiſtrata officia deſignare. Quomodo namque ſtabunt ordines clericorum, & adminiſtrationes eorum: ſi non principum tanquam lignorum beneficio, & munificentia ſuſtententur, & protegantur potentia? Quod autem tigna cedrina, & cypreſſina laquearia deſcribuntur, natura abſque dubio habet in his ſpeciebus lignorum, quod congruat præfatis ordinibus.) *Cant. 1. Bernar. in Cant. ſer. 46. Pſal. 61.*

21 Eccleſiæ dilatatio prædicta fuit Ezech. 14. cum dicitur *exibunt aquæ eius*, ſcilicet baptiſmatis, *de Ieruſalem: medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouiſſimum*, hoc eſt ad Ieruſalem vſque ad fines terræ, *æſtate, & hieme erunt*, ideſt, omni tempore, & *erit dominus Rex ſuper omnem terram*, ideſt, in vniuerſa terra adorabitur, & tanquam verus Rex, & Dominus venerabitur, iuxta illud Pſalmi 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, vt ait Auguſtinus. *Zach. 14. Pſal. 2. Aug. lib. con. Fulgẽ. donatiſt. c. 5. tom. 7.*

22 Hinc

22 Hinc est, illud quod de dominio Christi, & sponsa eius ecclesia canit Psalmista, iuxta explicationem Augustini, *Et domi nabitur*, scilicet Ecclesia *à mari, vsque ad mare*, ideſt, in toto vniuerso, *et à flumine*, ideſt, à baptismate, *vsque ad terminos orbis terrarum*. Quod autem subditur: *Donec auferatur luna*, idem est, ac si diceretur: donec auferatur mutabilitas, & mortalitas vitæ præsentis, vel vt alia litera habet, *donec exaltetur luna*, hoc est donec in cœlum Ecclesia conscendat. Vtraque est eiusdem Augustini explicatio.

Psal. 71. Aug. li. de vnitat Eccles. contr. epist. Petiliani cap. 8 tom. 7.

23 Ecclesia est Sol, de quo in Psalmo 18. *In sole posuit tabernaculum suum*, quia omnibus perspicua est, & manifesta. Non enim est in occulto, non in penetrabilibus, sicut hæreticorum conuenticula: sed in publico, in manifesto, in sole. Vnde Augustinus: Hinc fit, vt Ecclesia vera neminem lateat. Vnde est illud, quod in Euangelio ipse dicit: *Non potest ciuitas abscondi super montem constituta*: ideoque in eodem Psalmo connectitur, *in sole posuit tabernaculum suum*: ideſt, in manifestatione, sicut in Regum libris legimus dictum: *Quod tu in occulto fecisti, patieris in sole. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius*: Ecce habes aduentum Domini in carne, *Et occursus eius vsque ad summum eius*. Ecce habes resurrectionem, & ascensionem. *Nec est qui se abscondat à calore eius*. Ecce habes aduentum spiritus sancti, quem in linguis igneis misit, vt feruorem charitatis ostenderet, quam profecto non habet, qui cum Ecclesia, quæ in omnibus linguis est, non seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Psal. 18. 3. Reg. 12. Aug. lib. 2 cõ. litteras Petil. c. 32 Et. et sup. ps. 18. tom. 8. Matth. 5. Psal. 18.

24 Matrimonium Christi cum Ecclesia obumbratum fuit illis verbis, quæ dixit Adam Genes. 2. *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit vxori suæ, et erunt duo in carne vna*. Vnde Apostolus, *Sacramentum* (inquit) *hoc magnum est: ego autem dico in Christo, et in Ecclesia*: Patrem reliquit Christus, vt Augusti. explicat. Non loco ab eo discedendo: Ipse enim ait: *Qui me misit, mecum est*: sed propter formam serui, in qua dignoscitur apparuisse: *Nam exinaniuit se formam serui accipiens*. Reliquit & matrem, scilicet Synagogam veteri testamento carnaliter inhærentem, & adhæsit vxori suæ, ideſt, Ecclesiæ suæ sanctæ, vt pace noui testamenti essent duo in carne una.

Gen. 2. Ephes. 5. Aug. li. 65 quæst. q. 46 tom. 4. Ioan. 8.

25 Ecclesia est vinea Domini, de qua scriptum est: *Respice de cœlo & vide, & visita vineã istam, & perfice eam, quam plãtauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi*. Vbi Augustinus: Ipsa est (inquit) vinea, de qua dicitur: *Vineam ex Aegypto transtulisti*. Non enim Christus aliam plantauit, sed ipsam veniendo in melius commutauit. Sic & in Euangelio legitur: *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis*. Non enim ait, eradicabit, aliamque plantabit: sed, eandem ipsam *locabit alijs agricolis*. Eadem namque est sanctorum societate ciuitas Dei, & congregatio filiorum promissionis mortalium decessione ac successione complenda, atque in fine sæculi simul in omnibus immortalitatem debitam receptura, &c.

Psal. 79 Aug. orat. aduers. Iudæos cap. 6 in princ. to. 6. Matth. 21 Isai. 5

26 Hanc vineam contemplabatur qui dixit: *Vinea facta est dilecto*

meo

meo in cornu filio olei, & ſæpiuit eam & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular ſtruxit in ea. Plantata enim fuit Eccleſia Chriſti, & fundata in cornu filio olei, in cornibus videlicet crucis, de quibus Habacuc 3. *Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius; ante faciem eius ibit mors.* Hinc oleum miſericordiæ, oleum gratiæ, oleum ſalutis emanauit: vel in cornu, hoc eſt, in ſplendore: quo ſenſu facies Moyſi cornuta deſcribitur Exodi 34. non quod rè vera cornua in facie prominentia habuerit: ſed quia radij ſplenderis ad modum cornuum, & figurę pyramidalis à facie illius egrediebantur, vt ibi explicat Oleaſter. Crux enim Chriſti ſplendor fuit & gloria eius, vt ſupra verbo Crux oſtenſum eſt. Habacu. 3. Exod. 34. Oleaſter.

27 Plantauit hanc vineã Chriſtus multo labore, & ſudore, ſicut Propheta Ezechiel teſtatur: *Multo labore ſudatum eſt*, non qualicumque ſudore: ſed ſudore ſanguinis decurrentis *ſuper terram*, vt ait Euangeliſta. Cui conſonat illud Ioan. 4. *Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem*: fatigatus, inquã; vt vnam vitem, Samaritanam videlicet, ad vineam ſuam traheret, vt illam plantaret. Quod ſi in agricola cernere licet ſudore vultum ac puluere conſperſum, decoloratum à ſole, duris manibus & pedibus incedere, atque ſpinis & tribulis, quos terra germinat, perforatis: in Chriſto Domino, dum vineam excoluit ſuam, cõtemplare licebit faciem eius & ſpeciem ſputis deformatam, & non ſolum manus ac pedes clauis affixos, ac vulneratos: ſed etiam latus lancea confoſſum, & caput coronatum ſpinis admirari. Dum autem ſubdit: *Vineam electam*, ſeu vineam Soreth, ſelectas fuiſſe & optimas vites vineæ, inſinuat. Nam Soreth genus eſt vitis laudatiſſimæ & ſelectæ, vuas abſque acinis producentis. Tales erant vites primæ illius vineæ, Patriarchæ, & Prophetæ. Tales ſunt & Apoſtoli, Euangeliſtæ, & Martyres, & Sancti Doctores, qui (vt Baſilius ait) erecti ſtabant: quæ ſurſum ſunt quærebant, non ſuper terram iacentes: ſed ad ſuperna ſemper tota mente aſpirantes: ſicut videre licet in vinea, cuius vites fuſis quibuſdam à terra eleuantur, ne fructus humi iaceant, & à beſtijs conculcentur, deuorentur, aut putreſcant: ſic ſancti, ſic vites electæ ſpe beatitudinis ſurſum petũt, crucis baculo ad ſuperna ſubleuantur, terrenis affectibus nõ patiuntur inhærere, nec iacere humi: conculcari à beſtijs refugiunt, fructus bonorum operum conſeruare ſatagunt, ne pereant, neue putreſcant. Quod ſi forte aliquando corporis pondere & corruptione anima eorum fuerit aggrauata: ſi pauimento adhæſerit, clamat ad Dominum: *Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me*, id eſt, eleua me, ſuſtẽta me, fac me itare, tibi adhærere, vt canere poſſim cum propheta: *Adhæſit anima mea poſt te*, & dicere: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino ſpem meam.* Quid autem per turrim, & torcular deſignetur in commentarijs noſtris ſuper caput 5. Iſaiæ num. 9. explicatum eſt. Ioan. 4. Baſil. in exam hom. 5. Pſal. 18. Pſal. 62 Pſal. 72.

28 Eccleſiã Chriſti ſemper æmulata eſt Synagoga, eamquê vſque in hodiernum diem perſequi, & exprobrare non ceſſat. Huius æmulationis typũ in Phenẽna, quæ Annam perſequebatur, habemus. Scri-

ptum

1.Reg 1. ptum est enim: *Affligebat quoquè eam æmula eius,& vèhementer angebat in tantum,vt exprobraret ei.quia concluſerat Dominus vulvam eius.*

Greg.li.1. sup.cap.1. Reg. Vuluam quippè Sanctæ Eccleſiæ,vt ait Sanctus Gregorius: Dominus clauſit, quia ſummo eius iudicio repulſum Iudæorum populum in Redemptoris noſtri fide generare non potuit. Quam nimirum eius æmula afflixit, quia contra eam Synagoga minis atque exprobrationibus ſæuit. Sed ei,quam nec minæ,neque contumeliæ fregerant, etiã tormento pœnas inferebat. Bene itaquè eam non ſolum affligere: ſed vehementer angere perhibetur,qui repulſa Iudæa, contra electam Eccleſiam cum terrore minarum mouet, & plagis cædit. Vnde & de

Act.9. Gal.1. perſequente tunc Saulo in Apoſtolorum Actibus dicitur: *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum,& petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum, vt ſi quos inueniret huius viæ viros,vinctos perduceret in Ieruſalem.* Qui enim minas,& cædes ſpirabat,nimirum eam,quã non bene æmulabatur,Eccleſiã nõ ſolũ affligebat: ſed etiam angebat. Nam eius æmulum ſe fuiſſe fatetur dicens: *Audiſtis enim aliquando conuerſationem meam in Iudaiſmo,*

Galat.1. *quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.*]

Aug.li de S Virginitate c.2.t.6 29 Eccleſia ſponſa Chriſti matrem Virginem imitatur. Nam, ſicut dicit Auguſtinus,Eccleſia quoque & virgo & mater eſt. Maria corporaliter caput huius corporis peperit, Eccleſia ſpiritualiter membra illius capitis parit. In vtraque virginitas fœcunditatem non impedit,in vtraque virginitas fœcunditatem non adimit. Proinde cum Eccleſia vniuerſa ſit ſancta & corpore,nec tamen vniuerſa ſit corpore virgo,ſed ſpiritu:quantò ſanctior eſt in his membris, vbi virgo eſt & corpore & ſpiritu?]

Aug.li.22 con.Fauſt. c.38.to.6. Cant.1. 30 Abraham & Sara ſignum quoddam fuerũt matrimonij Chriſti cum Eccleſia,vt Auguſtinus explicat. Sicut enim Abraham propter vxoris excellentiſsimam pulchritudinem inter alienigenas honorabatur: ita & Chriſtus propter Eccleſiæ pulchritudinem, quæ Cant.1. *Pulcherrima inter mulieres* dicitur,à gentibus veneratur. Abraham maritum & ſponſum Saræ ſe eſſe occultauit, & confeſſus eſt ſe eius fratrem eſſe,ſic & Chriſtus ſponſus Eccleſiæ matrimonium ſpi-

Epheſ.5. rituale initum cum ea interius occultans, ſe fratrem eius eſſe profitetur exterius,Vnde Auguſtinus: In gloria rectè viuit Eccleſia, vt pulchritudo eius honori ſit viro eius, ſicut Abraham propter Saræ pulchritudinem inter alienigenas honorabatur;eique ipſi,cui dicitur in

Cant.1. Canticis canticorum: *O pulchra inter mulieres*, ipſius pulchritudini merito Reges offerunt munera: ſicut Saræ obtulit Rex Abimelech plus in ea admirans formæ decus,quod amare potuit,& violare non

Gen.12. potuit. Eſt enim & ſancta Eccleſia Domino Ieſu Chriſto in occulto

Epheſ.5. vxor.Occultè quippè atque intus in abſcondito ſecreto ſpiritali anima humana inhæret verbo Dei,vt ſint duo in carne: quod magnum con-

iugij

iugij Sacramentum in Christo & in Ecclesia commendat Apostolus. Proinde Regnum terrenum sæculi huius, cuius figuram gerebant Reges, qui Saram polluere permissi non sunt, non expertum est nec inuenit Ecclesiam coniugem Christi, ideſt, quam fideliter illi, tanquam principuo viro suo subdita cohæreret, nisi cum violare tentauit. Diuino enim testimonio per fidem martyrum cessit, correctumque in posterioribus Regibus honorauit munere, quam corruptioni suæ subdere in prioribus non eualuit.] Et infra: Quod ergò Ecclesia cuius vxor sit, occultatur in alienigenis, cuius autem soror non tacetur; hæc interim causſa facile occurrit, quia occultum, & difficile ad intelligendum est, quomodo anima humana Verbo Dei copuletur, siue misceatur: siue quid melius & aptius dici potest, cum sit illud Deus, ista creatura. Secundū hoc enim sponsus & sponsa, vel vir & vxor Christus & Ecclesia dicuntur. Qua verò cognatione sint fratres Christus & omnes Sancti gratia diuina, non consanguinitate terrena, hoc est, de patre, non de matre, & effabilius dicitur, & capacius auditur. Nam & inter se omnes sancti per eandem gratiam fratres sunt: sponsus autem cæterorum societate, nullus illorum est. Proinde Christum, quamquam excellentissimæ iustitiæ atque sapientiæ, tamen hominem multo facilius, & procliuius alienigenæ crediderunt, non quidem falsò, quod homo esset: sed quomodo etiam Deus esset, ignorauerunt. Hinc & Ierem. *Et homo* (inquit) *est, & quis cognoscit eum? Et homo est*, quia proditur, quod frater est: *Et quis cognoscit eum?* quia occultatur quod sponsus est.)

Cap. 40. c. iuſd. B.

Isaiæ. 61.

Ephes. 5.

Ierem.

31 Christus Dñs cōstituit Episcopos super Ecclesiam suā, vt eam regerent & gubernarent, quorum prædicatione & sollicitudine mūda fieret sanguine eius, & dealbata, quod Regius Propheta multo antea præuiderat, cū dixit: *Dum discernit cœlestis Reges super eam, nine dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis.* Præmiserat autem: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri*, vt intelligamus Propheticum eius sermonem Ecclesiam Christi respicere, quam spōsus in Canticis non semel columbam appellat. Ait.n. *Surge, propera columba mea, amica mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.* Et iterum: *Vna est columba mea, perfecta mea.* Ait ergo: *Dum discernit cœlestis*, vel super cœlestis, vt legit Augustinus, hoc est, ille qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia; dum discernit Reges super eam, ideſt, super eandem columbam deargentatam, Reges ideſt Apostolos, & Episcopos iuxta illud Ephes. 4. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam vero Euangelistas, quosdam Pastores, et Doctores.* Nam quid est aliud, Reges discernere super eam, nisi in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi; quando quidem ipsa est corpus Christi? Dicuntur autem illi Reges, vtiquè à regendo &c. Vide & isti Reges dum gratia spiritus Domini Christi discernuntur super columbam deargentatam, niue dealbabuntur in Selmon. Selmon quippè interpretatur vmbra. Non enim meritis, aut virtute propria

Psal. 67.

Cant. 2.

Cant. 6.

Ephes. 4.

Digitized by Google

1.Cor.4. discernitur. *Quis enim te*, inquit, *discernit? quid autem habes quod non accepisti?* in Selmon ergo, hoc est, in vmbra spiritus sancti, de qua Lucæ Luc.1. Primo: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, hoc est, vmbrã faciet tibi. In hac vmbra, id est, gratia spiritus sancti dealbantur Christi fideles, & à peccatis emundantur, iuxta illud Isaiæ: Isai.1. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis &c. Si fuerint peccata vestra tanquam coccinum, velut nix dealbabuntur, & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt.* Tota hæc explicatio est Sancti Augustini. Cui consonat illud Psal. 50. *Aug. sup. Psal. 67. med H.* *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.* Et illud: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Dominus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Christi, quam acquisiuit sanguine suo.* Quæ verba consonãt Psal.50. Act.1. cum inductis verbis Psalmistæ. Ille namque ait: *Dum discernit celestis reges super eam*, reges (inquam) à regendo: Apostolus vero ait, *posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei*. Hi enim sunt reges, quos constituit Dominus super eam, hoc est, super Ecclesiam.

DE ELEEMOSYNA

CAP. XXXVI.

Eccles. 11. Chr. ho. 20. in Gen. col. vlt. tom. 1.

DIVITIAS in hac vita perpetuò possidere, non possumus. Optimum ergò consilium est per manus pauperum, tanquam per securam, nauim in vitam æternam eas transmittere, iuxta illud sapientis consilium: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multum temporis inuenies illum.* Vnde Chrysostomus: Non adhortor vt omnia vestra abijciatis. Fruere omni prosperitate, & cum satisfeceris tuo vsui, quæ supervacua tibi & ociosa iacent, in necessarium vsum conuerte, alijsque distribue fame laborantibus, & gelu rigescentibus, & per illorum manus in tuam patriam trãsmitte, in quam propediem tibi pergendum, vt ibi accipias; illi enim plurimum tibi prodesse poterunt ad transuehendas illuc opes: vt quando abieris, omnia illic inuenias bene disposita, maiorique illic fruaris abundantia, videns ea à trãsuehentibus, imò à misericordia Dei ita multiplicata. Nullum laborem habet id negotij, nullam curam, nullam sollicitudinem. Ad hæc transuehenda nullo tibi opus est iumento, non custode, neque vllo alio. Nullus enim latro, vel fur hac via vadit, vt nocere queat ijs, quæ à te mittuntur illuc: sed ea, quæ reposueris in egenorum manus, illa in secretum promptuarium, nempè manum Dei reposita erunt, quæ inuiolata & custodita præbebit, cum redieris in patriam. Quin illis red-

Digitized by Google

reddituſ, etiam prædicabit laudes tuas, & coronabit, & te in latitudinem conſtituens, ſecurum & ſoelicē faciet. Effundamus ergo precor repoſita in pauperum ventres, & ſeminemus dum tempus eſt, vt opportuno tempore metamus, & ne tranſmiſſa temporis commoditate poſthac fruſtra poenitęat. Haccine de cauſſa miſericors Deus plura tibi largitus eſt, vt in tuum ſolius vſum impendas quæ dedit, & reliqua in arculis & promptuarijs recondas? Non ea de cauſſa, ſed vt iuxta Apoſtolicam admonitionem abundantia tua aliorum inopiam ſuppleat. Et tu quidem forſitan etiam plusquam opus eſt, his frueris in delicijs, veſtibus, alioque luxu, ſeruis quoque & brutis argentū diuidens: pauper autem nihil horum a te petit, ſed tantum vt famem mitiges, vt quotidianum illi cibum, ac neceſſarium vſum tribuas, vt viuat & non pereat; & neque vt hoc facias te accommodas, neque cogitas quod plerumquè ſubito abreptus, omnia quæ collecta ſunt, hic relinques, & interdum in hoſtes & inimicos transferuntur, ipſe autem peccatis omnibus, per quæ hæc collegiſti, tecum receptis hinc migras?]

2 Quemadmodum enim cum argentum puerulo quis donat, iubet diligenter vt vel aſſeruet, vel famulo aſſeruandum credat, vt ne poſſit quiſquis voluerit, illud eripere: ſic ſane (vt ait Chryſoſtomus homilia ſeptima ſuper epiſtola ad Romanos col. 9. to. 4.) & Deus facitat. Da. n. (inquit) indigenti, ne quis abs te auferat, aut calumniator, aut diabolus, aut fur, aut poſt hos omnes mors. Donec enim ipſe eas retines, tuto non retines. Quod ſi mihi per pauperes dederis, tibi ego omnia accuratè aſſeruo, atque eas tibi in tempore debito magno cum fœnore rependam. Non enim vt auferam, capio; ſed vt plures quam ſint, efficiam, vt accuratius cuſtodiam, vt tibi ad illud vſque tempus aſſeruem, cum nullus erit qui mutuò det, nullus qui miſericordia moueatur.] *Matt. 6. & Luc. 12. Chryſoſt.*

3 Ea quæ indigentibus eleemoſynaliter tribuuntur quamuis diſpergi videantur, tamen re vera non pereunt: ſed conſeruantur in æternum, iuxta illud: *Diſperſit, dedit pauperibus; iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Vbi Chryſoſtomus homilia decimanona ſuper ſecunda epiſtola ad Cori. colum. quarta: Hoc verbum, diſpergere, nihil aliud indicat, quam copioſe & munificè largiri. Et ſi enim ipſa non manent: ea tamen, quæ ex ipſis oriuntur, manent. Hoc namquè eſt quod merito quiſpiam miretur, quod quę aſſeruata pereunt, eadem cum diſperguntur, manent & quidem in perpetuum. Per iuſtitiæ quippe vocabulum hoc loco benignitatem atque humanitatem intelligit. Iuſtos quippè homines efficit, peccata ignis in modum abſumens & conficiens, cum largiſſimè profunditur.] Superflua vero, quæ à diuitibus inutiliter conſeruantur, hæc ſunt quæ pereunt, quia nec corpori proſunt nec animę; ſed eam potius perdunt in æternum. Scriptum eſt enim: *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenięt vobis, diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, et* *Pſal. 111. Chryſ. Iacob 5.*

vestimenta vestra à tinea comesta sunt. Aurum, et argentum vestrum æruginauit, et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.)

4 Qui pecunias tribuit pauperibus, vel alia bona, non ea distrahit, sed (vt dicit Chrysostomus) ea Christo Domino seruanda committit. Nemo ea diripiet, neque tinea demolietur, neque latro suffodiet, ac centuplum se daturum pollicetur: & ne sic quidem obtemperamus. Et certè dū apud aliquos quidpiam deponimus, nihil accipimus amplius, gratiasque agimus, si vel totum quod deposuimus, receperimus: & si fur aliquid furetur, nostro cum detrimento id faciet. At verò cœlestis ille depositi nostri seruator dicturus tibi non est: latro accepit, neque corrosit tinea: sed & hic cētuplum reddit, & illic æternā adijcit vitam, & nemo tamen apud illum deponere studet. At, inquies, sero ista mihi restituit. Et istud illius magnifici muneris signum profectò maximum est, quod hic ista non reddit, in hac scilicet vita fluxa, & mortali: imò vero & hic centuplum reddit.)

Chrys. ho. 11. sup. 1. epistol. ad Tim col. 3. A.

5 Eleemosyna est fœnus datum pauperi, & huius debitū fideiussor est Dominus, qui debitum pauperis facit proprium, ac tempore statuto illud reddet, cum magno, & inæstimabili lucro. Scriptum est enim: *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo.* Et iterum: *Fœneratur Domino qui miseretur, & vicissitudinem suam reddet.* Et rursus in laudem iusti frequenter pauperibus eleemosynas facientis, canit Psalmista: *Tota die miseretur, & commodat, & semen illius in benedictione erit,* vel secundum aliam literam, *Tota die miseretur, & fœneratur, et semen illius in benedictione erit.* Vbi Augustinus: Fœnera Deo: si fœneras homini, habes spem, & si fœneras Deo spem non habebis? Si fœneraueris homini, ideò mutuam pecuniam tuam dederis à quo aliquid plusquā dedisti expectes accipere: non pecuniam solam: sed aliquid plusquam dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plusquam dedisti expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus non laudandus. Quid ergo, inquis facio, vt sim vtilis fœnerator? attende quid facit fœnerator. Minus vult dare certè, & plus accipere, hoc fac & tu. Da modica, accipe magna. Vide quem late crescat fœnus tuum, da temporalia accipe æterna. Da terram, accipe cœlum. Et cui dabo? forte dicis, Dominus procedit, quem fœneres, qui tibi iubebat ne fœnerator sis. Audi scripturam, quomodo fœneres Dominum. *Fœnerat* (inquit) *Dominū, qui miseretur pauperis.* Non enim eget à te Dominus, sed habes alium, qui à te egeat, illi porrigis, ille accipit. Non enim habet pauper quod tibi retribuat, & tamen ipse vult retribuere, & non inuenit quid: sola in illo remanet beneuolentia orandi pro te. Cum autem pauper orat pro te, tanquam Deo dicit, Domine mutuum accepi, in fide suscipe me. Proinde, etsi non tenes pauperem redditorem, idoneum tenes fideiussorem. Ecce Deus tibi de scriptura dicit, Da, securus esto, reddam. Quomodo solent dicere fideiussores.

Ecclef. 29. Prou. 19. Psal. 36. Aug. sup. Psal. 36. col. 3. L. Mom. 8. 24. q. 3. si fœnerauerit, Et ser. 3. sent d. 37. E.

Prou. 19.

Quid

Digitized by Google

Quid dicunt? ego reddo, ego accipio, mihi das. Putamus ne & hoc dicit Deus: ego accipio, mihi das? plane si Deus Christus, quod non dubitatur, ipse dixit: *Esurivi, & dedistis mihi manducare*, & cum illi dicerent, quando te vidimus esurientem? vt ostenderet se pauperum fideiussorem, omnium membrorum suorum sponsorē, quia ille caput, illi membra: & cum accipiunt membra, caput accipit: *Q vni* (inquit) *ex his minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Eia auare fœnerator, vide, quod dedisti, vide quod accepturus es, si dedisses paucam pecuniam, & ille, cui dederas, pro parua pecunia tua daret tibi magnam villam incomparabiliter amplius valentem, quam tu pecuniam dederas, quātas gratias ageres? quanta lætitia tollereris? Audi quam possessionem det, quam feneraſti. *Venite benedicti Patris mei, percipite*. Quid? Quod dedistis? Absit. Terrena dedistis, quæ si non dedisſetis in terra putrescerent: Quid enim inde facturus esses, si non dedisses? Quod periturum erat in terra, seruatum est in coelo. Ergo quod seruatum est, hoc accepturi sumus; seruatum est meritum, factus est thesaurus tuus, meritum tuum, Nam vide quid sis accepturus. *Percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi*. Contra illi, qui fœnerare noluerunt, quid audient? *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius*. Et quia vocatur regnum, quod accipimus, attendite sequentia: *Isti ibunt in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam*. Ad hoc ambite, hoc emite, ad hoc fœnerate habetis Christum in coelo: sedentem, in terra petentem, inuenimus quomodo foeneret, iustus tota die miseretur, & foenerat, & semen eius in benedictione erit.] Matth. 25.

6 Hinc est quod, vt Chrysostomus explicat, ideo Apostolus eleemosynam rationem esse dixit dati, & accepti: *Nulla* (inquiens) *mihi Ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti*, quia nimirum eleemosynam pauperi tribuens, plus accipit ab eo, quam ei conferat, tribuit enim paruam eleemosynam, & pro ea regnum accipit coelorum. Chryſ. hom 15. ad Phi. col. 3. Phil. 4.

7 Hinc est etiam quod eleemosynæ largitio, dicitur communicatio, nam diues bona temporlia cōmunicat pauperi: sed pauper rependit illi spiritualia. Vnde Apostolus, *Necessitatibus* (inquit) *Sanctorum communicantes*. Vbi, vt notauit Chrysostom. Non dicit necessitatibus illorum subuenite: sed necessitatibus illorum communicantes, oltendēs quod plus accipiant, quam præstent; & quod res ista negotiatio communicatio siquidem est.] Rom. 12. Chryſ ho. 21 ſup. ep. ad Roma. col. 5.

8 Misericordia, & eleemosyna facta pauperi est semen, de quo Psalmo 110. *Potens in terra erit semen eius*. Vide quam potens, nam vas aquæ frigidæ datum pauperi vitam æternam promeretur. Scriptum est enim: *Amen dico vobis, quicumque dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam*. Vnde Augu. Semen futuræ messis opera esse misericordiæ, Apostolus testis est, qui dicit: Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim proprio metemus. Et iterum hoc autem, inquit, Qui parce seminat, parce & metet. Quid autem fra- Psal 110. Matth. 10. Aug. ſuper Pſal. 111. tom. 8. 1. Cor. 9. Luc. 19.

tres potentius, quam vt regnum cęlorum non ſolum Zacchęus ęmã
Matt.10. dimidio rerum ſuarum, ſed & vidua duobus minutis, & tantundem
ibi vterque poſſideant? Quid potentius, quam vt idem regnum & the-
ſauro diuiti, & calice aquæ frigidæ pauperi valeat.)

Chryſ. ho. 9 Hinc Chryſoſtomus: Magna promptitudine dare ſtudeamus,
34. ſuper & largam dum adhuc temptis eſt, ſementem faciamus, vt & vberem
Gen. col. 3. metamus. Nam qui ſeminat parcè, inquit, parcè & metet. Manu igit r
tom. 1. minime parca, ſemina illa bona ſpargamus, vt ſuo tempore multum
metamus. Nunc enim ſeminandi tempus eſt; quod ne prætereamus
obſecro: vt in die retributionis pro his, quæ hic ſeminauimus, fructu
percipiamus, & Domini miſericordiam aſſequamur.) Et Sãctus Ber-
Bernar. nardus: Parua (inquit) ſeminis detractio magna ſegetis eſt diminutio.]

10 Econtra vero diuites, auari qui nihil ponunt in manibus pau-
perum, nihil etiam cum dormierint inuenient in manibus ſuis. Scri-
Pſal.75. ptũ eſt n. *Dormierunt sõnũ ſuum, & nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarum*
Aug. ſup. *in manibus ſuis*. Vbi Auguſtinus: Dormierunt enim in cupiditati-
enn. Pſal. bus ſuis, delectat illos, tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta, & nihil inue
poſt med. nerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manu Chriſti. Vis ali-
D. tom. 8. quid inuenire in manibus tuis poſtea? Noli contemnere modo ma-
num pauperis, & reſpice manus inanes, ſi vis habere manus plenas. Di
xit enim Dominus: Eſuriui & dediſtis mihi mãducare: ſitiui & dediſtis
mihi potum: hoſpes fui, & adduxiſtis mihi mãducare, & cætera: & illi,
quando te vidimus eſurientem, ſitientem, aut hoſpitem? & ille dicet
illis: Quodvni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Eſurire in pauperi
bus voluit, quia diues in cęlo eſt; & dubitas homo dare homini, cum
ſcias te Chriſto dare quod das, à quo accepiſti quicquid das.]

Dan.4. 11 Eleemoſina eſt pretium redemptionis animę, iuxta illud: *Con-*
Pſal.48. *ſilium meum tibi placeat o Rex: peccata tua eleemoſinis redime, & iniqui*
Aug. ſup. *tates tuas miſerationibus pauperum*, & Pſal. 48. *Frater non redimit, redi*
enn. Pſal. *met homo, non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis*
poſt med. *ãnimæ ſuæ*: Vbi Auguſtinus: Qui ſunt autem, qui dant pretiũ re-
I. tom. 8. demptionis animæ ſuæ? Quibus ait Dominus, facite vobis amicos de
Luc. 18. mammona iniquitatis, vt & ipſi recipiant vos in tabernacula æterna.
Illi dant pretium redemptionis animæ ſuæ, qui non ceſſant eleemoſi-
1. Timot. 6. nas facere, quos per Timotheum monet Apoſtolus. *Diuitibus huius*
ſæculi precipe non ſuperbè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum: ſed
in Deo uiuo, qui preſtat nobis omnia abundãter ad fruẽdum etc. Theſauri
zent ſibi fundamentum bonum in futurum, vt appręhendant veram
vitam. Sic dabunt precium redemptionis animæ ſuæ: & Dominus no-
Luc. 19. ſter hoc monet: *Facite vobis ſacculos non veteraſcentes, theſaurum nõ*
deficientem in cælo, quo fur non accedet, neque tinea corrumpit. Noluit
Deus, vt perdas diuitias tuas: ſed vt locum illis mutes. Cõſilium tibi
dedit. Intelligat charitas veſtra. Modo ſi amicus tuus intraret in domũ
tuam & inueniret te in loco humido frumenta poſuiſſe, qui forte
ſciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu neſcires, daret tibi
huiuſmodi conſilium, dicens, frater perdis quod cum magno labore
collegiſti; in loco humido poſuiſti; paucis diebus iſta putreſcunt. Et

quid

quid facio frater? leua in ſuperiora. Audires amicum ſuggerentem, vt frumenta leuares de inferioribus ad ſupe riora, & non audis Chriſtũ monétem, vt theſaurum tuum leues de terra ad cælum: vbi non hoc tibi reddatur, quod ſerues: ſed ſerues terram, accipias cęlum: ſerues mortalia, accipias ſempiterna? Foenerare Chriſto, accipiat in terra par ua, vt reddat tibi in cęlo multa].

12 Eleemoſinæ in ſinu pauperum repoſitæ officium pro nobis facient aduocati in die Iudicij, & pro nobis reſpondebunt Iudici interrogãti. Tremendũ quidé iudiciũ illud, de quo S. Iob, *Quid faciã, cũ venerit ad iudicãdũ Dñs, & cũ quæſierit, quid reſpõdebo illi?* ſed ecce in prõptu reſponsũ inuenit, qui dixit, & qui recta didicerint, inueniét quid reſpõdeãt. Eleemoſinæ quippe, & recta facta reſpõdebũt pro iuſtis, proviris miſericordiæ, pro erogãtibus ſua pauperibus. De his. n. ait Pſalm. *Iucũdus homo, qui miſeretur, & cõmodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in æternũ nõ cõmouebitur.* Vbi Aug. Facta ipſa ſermones sũt, quibus in Iudicio defendetur, quod ei nõ erit ſine miſericordia, quia & ipſe fecit miſericordiã. *Quonia in æternũ nõ cõmouebitur. In memoria æterna erit iuſtus*; quia audiet ad dexterã ſegregatus: *Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, quod vobis paratũ eſt ab origine mũdi.* Neque. n. aliqua illic eorũ, niſi opera miſericordiæ cõmemorant. Audiét ergo: *Veni te benedicti patris mei, qa generatio rectorũ benedicetur*, ſic *in memoria æterna erit iuſtus, & ab auditu malo nõ timebit.* Quod dicit, audiẽt ij, qui à ſiniſtris erũt: *Ite in ignẽ æternũ, qui præparat' eſt diabolo, et Angelis ei'*, cauſſam autem huius retributionis ſubiungit, cum ait: *Deſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi.*

Aug. ſup. eun. Pſal. poſt med. F. tom. 8. Matt. 10

13 Eleemoſyna faciẽda nõ eſt ex ære alieno, vel ex iniuſtè acquiſitis: ſed ex propria ſubſtãtia. Ait. n. Iſaias: *Frange eſurienti panem tuum.* Vbi, vt notauit Hieron. propterea addit, *tuũ*, vt te admoneat, ne de rapina facias eleemoſinã, iuxta illud: *Redẽptio animæ viri propriæ diuitiæ.* Hinc S. Tobias filio ſuo tale documentũ reliquit: *Ex ſubſtantia tua fac eleemoſinã, & noli auertere faciẽ tuã ab illo paupere; ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Dñi*, Et Sapiens: *Honora* (inquit) *Dominũ de tua ſubſtãtia, & de primitijs omniũ frugũ tuarũ da ei.* De *tua ſubſtãtia* (inquit) nõ ex ſubſtantia aliena, nã talis eleemoſina abominatio eſt apud Deũ. Vnde Aug. Multi ſunt, qui de alienis lacrimis eleemoſinas facere ſe ſperãt: vnũ expoliãt, alterũ veſtiũt: vnũ inane faciũt, aliũ alienis reficiunt, Eleemoſina cum iniquitate acquiſita abominatio eſt apud Deũ, cui cõſonat illud: *Dona iniquorũ non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorũ, nec in multitudine ſacrificiorũ eorũ propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium ex ſubſtãtia pauperũ, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.*

Iſai. 58. Prou. 13. Iob 4. 6. Prou. 3. Aug. ſer. 62 ad Fratres in Heremo tom. 10. Eccl. 34.

14 Hinc Dominus per Malachiam poſtquam innumera ſacerdotum, & populi flagitia notaſſet, vnum ſtatim, quaſi cæteris deterius, loco vltimo cõſtituit dicẽs: *Et hoc rurſum feciſtis, operiebatis lacrimis altare Dñi, fletu & mugitu, ita vt nõ reſpiciã vltra ad ſacrificium, nec accipiã placabile quid de manu veſtra.* Quid eſt hoc? nũquid nõ relinquitur hoſtia pro peccato? Nũquid lacrimis operire altare Dñi nefas eſt? vtiq; ſi lacrimis pauperum operiatur, & rapina ornetur templũ Domini.

Malach. 2.

1. Pet. 1. deret gloriosã nõ habentẽ maculã aut rugã. *Non enim* (inquit Apostolus) *argento, vel auro redempti estis, sed pretioso sanguine vnigeniti Dei.* In huius enim sanguinis vino à Christo lauatur Ecclesia. Cui explicationi etiam additipulatur ex Iudæis Rabbi chahana, vt refert Petrus Galatinus libr. decimo de arcanis fidei capit. sex- to.

3 In lege veteri non licebat populo participem eorum esse, quorum sacerdos erat particeps. Diuidebatur enim sacrificium : *Chrysost.* & pars sacerdoti, pars populo contingebat: quo (vt notauit Chry- sostomus hom. decimaseptima super secundã epist. ad Corinth. circa finem tom. quarto) significabatur, quod sacrificia illa vnitatem
1. Cor. 10. non causabãt. Sed in noua lege vna mensa, vnus panis communis est sacerdoti, & populo, sicut dicit Apostolus : *Vnus panis, & vnum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane, & uno calice participamus :* quia nimirum sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum vnitatem causat in corpore Christi mystico, quod est Ecclesia. Hunc autem esse effectum proprium Eucharistiæ significauit satis apertè nobis

Chri-

Chriſtus dicens: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo:* Et iterum: *Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis; vt ſint vnum. ſicut & nos vnum ſumus.* Hanc autem clarjtatem, quam accepit a patre, fidelibus ſuis exhibet in ſacroſancto Euchariſtię Sacramento, vt ſint vnum in charitate, ſicut & Pater & Filius ſunt vnũ in eſſentia. Ioan. 6. Ioan. 17.

4 Et obſerua, quod non dixit abſolutè: *Caro mea eſt cibus*, ſed addidit: *verè*; vt ſciamus, quod non figuratiuè, vel tanquam in ſigno, vt ſomniauerunt haretici, ſed verè & realiter eſt corpus Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſub quibus veram carnem ſuam in cibum, & verum ſanguinem in potum fidelibus ſuis Chriſtus tribuit, & tanquam bonus paſtor ſeipſum paſcendum ouibus ſuis liberaliter tradit. Ait enim: *Ego ſum Paſtor bonus*. Vbi Bernard: Bonus Paſtor, qui animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Animam pro illis, carnem illis, illam in pretium, iſtam in cibum. Res mira. Ipſe Paſtor, ipſe paſcua eſt, ipſe redemptio.] Cui conſonat illud, quod in cęna diſcipulis ſuis dixit: *Accipite, & manducate. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*: Et iterum ait: *Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Ioan. 10. Ber. ſerm. 31. in Cãt. in fin. Matth. 26.

5 Hinc Sãctus Iob in perſona Chriſti loquens, & typum eius gerens: *Si non dixerunt* (inquit) *viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt ſaturemur?* Vbi (vt notauit Chryſoſtomus) ſerui Iob præ nimio amore, quo Dominum ſuum proſequebantur, hæc dicebant: *Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Le amaban tanto, que deſeaban meterle en ſus entrañas*: Sed Iob ſeruis ſuis carnes proprias in cibum non dedit, quas tamen præ nimio amore fidelibus ſuis tribuit Chriſtus in cibum: *Accipite*, inquiens, *& comedite. Hoc eſt corpus meum*. Propterea quidem & Chriſtus id fecit, ait Chryſoſtomus, in maiorem nos inducens charitatem, & ſuum erga nos oſtendens deſiderium, non tantum ſe præbens cupientibus videndum, ſed & palpandum, & comedendum, & carni dentes infigere, & coimplicari, & omne deſiderium implere. Tanquam Leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput noſtrum mente reuoluentes, & charitatem, quam nobis exibuit.] Eadem prorſus verba habet homil. 45. in Ioannem colum. 3. tom. 3. qui locus eſt omnino videndus. De Arthemiſia Gentis Cariæ Regina referunt hiſtoriæ, quod præ nimio amore, quo proprium maritum proſequebatur, poſt eius mortem illius corpus combuſſit, & in puluerem redegit, quem potu permixtum in ſuum corpus tranſiecit: ſic & Eccleſia ſponſa Chriſti eius corpus attritum, & igne amoris quaſi in puluerem redactum in Euchariſtiæ Sacramento manducat & bibit, implens illud Iob: *Quis det de carnibus eius vt ſaturemur?* Iob 31. Chryſ. hom. 61. ad populum 1. to. 5. Val. Max. li. 4. c. 6.

6 Matres non proprio lacte multoties filios quos genuerunt, nutriunt, ſed alienis nutricibus, & alieno lacte ſuſtentandos committunt. Chriſtus autem (vt notauit Chryſoſtomus) non ſic: qui non

Chryſ. ho. 45. in Io. col. 2. tom. 3. & hom. 83. ſuper Matt. col. 7

modo lacte proprio, verum propria carne & ſanguine filios, quos pa-
Baptiſmum genuit, cibat & nutrit. Excedit enim infinitum eius amor
amorem matris erga filios ſuos. Vnde per Iſaiam ait: *Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Et iterum: *Ego quaſi nutricius Ephraim portabam eos in brachijs meis: & neſcierunt, quòd curarem eos.*

Iſai. 49 D. Iſa. 49. Oſeas. 11.

7 Qua deuotione, & reuerentia debeamus ad uenerandum Eucharistiæ Sacramentum accedere & illud manducare, præfiguratũ fuit olim in eſu agni Paſchalis Exodi duodecimo. Moyſes quippe

Exod. 12.

ait: *Sument de ſanguine agni, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum, & edent carnes nocte illa aſſas igni & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni. Caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis, nec remanebit ex eo quicquam vſquè mane. Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis, vbi & editur: Sic autem comedetis illum. Renes veſtros accinguetis, & comedetis feſtinanter.* Quæ omnia mirabiliter exponit

Greg. hom. 22. in Euang.

Sanctus Gregorius: Sanguis (inquit ille) ſuper vtrumque poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus quando Sacramentũ paſſionis illius, cum ore ad redemptionẽ ſumitur, ad imitationem quoquè intenta mente conſtatur. Nam qui ſic Redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius necdum velit, in vno poſte ſanguinem poſuit, qui etiam in ſuperliminaribus domorum ponendus eſt &c. In nocte quippè agnum comedimus, quia in Sacramento modo dominicum corpus accipimus, quando adhuc adinuicem noſtras conſcientias non videmus: aut verò quia videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, non facie ad faciem. Quæ tamen carnes igni aſſandæ ſunt, vt deſignetur paſſio Agni, qui in Cruce torrendus erat. Vnde etiam per Pſalmiſtam dicit: *Aruit tanquam teſta virtus mea:*

Pſal. 21.

Et ſubdit: *Azymos panes*, ideſt, panes ſine fermento, quia recta opera ſine corruptione vanęgloriæ exercere oportet. Et (ſicut dicit Apoſtolus) *Non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.* Lactucæ vero agreſtes valdè amaræ ſunt. Carnes ergo agni cum lactucis agreſtibus ſunt edendæ; vt cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat à mentis ſtomacho peruerſæ humorem vitæ. Vbi & ſubditur: *Non comedetis ex eo crudum, nec coctum aqua. Non crudum*, vt ſciamus quod non ſunt edendæ carnes agni Paſchalis inconſiderata quadã ac ſine reuerentia comeſtione, ſed cum veneratione debita, ſcientes non purum hominem, ſed Deum verum nos ore contingere. Omne enim, quod ſubtiliter cogitamus, quaſi mẽte coquimus. Nec ſunt edendæ coctæ aqua, quia nimirum hoc myſterium non eſt juxta humanam Sapientiam diſcutiendum, vel inueſtigandum. Aqua enim humanam ſcientiam deſignat iuxta illud pro-

1. Cor. 5.

verb.

uerb.9. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt*. Ideo subdit : *Caput cum pedibus, et intestinis vorabitis*. Caput Christi Deus est, pedes eius est humanitas, caput ergo agni vorare est diuinitatem illius fide percipere, Pedes vero agni vorare est vestigia humanitatis eius amando, & imitando percipere. Intestina sunt occulta illius & mystica mandata, quæ tunc voramus cum verba vitæ cum auiditate sumimus. *Si quid autem remãserit, igne comburetis*: quod tunc facimus, quando hoc quod de mysterio Incarnationis eius intelligere & penetrare non possumus, potestati Sanctiſpiritus humiliter reseruamus. Renes autem qui agnum comedit accingere debet, hoc est, carnem à luxuria, quæ in renibus est, restringere. Calceamenta in pedibus habere est, mortuorum vitam conspicere, & nostra vestigia a peccati vulnere custodire; *Et comedetis festinantes*, hoc est, præcepta vitæ cum festinatione implere curate, & ad sollemnitatem patriæ cœlestis anhelate. Prou 9.

8 Quod autem ibi etiam præcipitur: In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras: significat agnum immaculatum, qui in Sacramento Euchariſtiæ continetur, non infidelibus, qui extra Ecclesiam sunt, iuxta illud Apostoli: *De his qui foris sunt, quid ad nos?* nec etiam peccatoribus esse dispensandum. Vnde Gregorius: In vna domo agnus comeditur, quia in vna catholica Ecclesia vera hostia Redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri foras prohibet, quia dari sanctum canibus vetat. Sola est in qua opus bonum fructuosè peragitur, vnde & mercedem denarij, non nisi qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit.] 1.Cor.5. Greg. 35. mor.c.7.

9 Hinc Sanctus Chryſostomus cum quanta reuerentia & deuotione, qua conſcientiæ puritate sit hoc Sacramentum suscipiendum, his verbis ostendit: Si Iudæi stantes, & baculos in manibus habentes cum festinatione comedebant, quantò magis nobis vigilandum est? Vigilandum igitur est. Non enim paruum supplicium indignè communicantes expectat. Qua igitur re mundiorem esse non oportet eum, qui hoc sacrificio participatus est? quos radios solares non deberet excedere manus illa, quæ hanc carnem pertractat? os quod igne impletur spiritali, lingua quæ cruentatur hoc admirabili sanguine? Veniat in mentem tibi, quo sis honore honoratus, qua mensa fruaris. Ea namquè re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, nec absquè pauore propter fulgorem, qui inde resilit, aspicere possunt; & nos in vnam cum illo massam reducimur, Christi corpus vnum & caro vna sumus. Multa etiam alia circa istam materiam dicit & latius prosequitur homil. tertia ad Ephes. col. vltima, & homil. decimaseptima super Epist. ad Hebræos colum. quarta, & quinta. Chyſ. hom. 83. in Mat tb. col.

10 Constituit Deus in Paradiso voluptatis lignum vitæ, cuius virtute arceretur mors à primis parentibus. Vnde cum electi essent

Gen. 3. propter inobedientiam è Paradiſo, dictum eſt Adę: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. Nunc ergò ne forte mittat manũ ſuam, & ſumat etiã de ligno vitę, & comedat & viuat in eternũ,* &c. Arbor ille vitæ (vt notauit Auguſtinus) ſignum quoddam fuit, & figura huius ſacramenti, ſub quo lignum vitæ ſpiritualis continetur, iuxta illud quod de Sapientia incarnata dicitur Prou. 3. *Lignum vitę eſt ijs, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati*: vt eius eſu à morte ſpirituali præſeruentur, & viuãt in æternum. Scriptum eſt enim: *Qui manducat hĩc panem, viuet in æternũ.* Verba Auguſtini ſunt: Sicut hæc arbor in corporali, ſic illa in ſpirituali Paradiſo: illa exterioris, illa interioris hominis ſenſibus præbens vigorem, ſine vlla in deterius temporis commutatione, vitalem. Videatur idem Auguſtinus q. 19. de veteſt. to. 4. Vbi inter alia inquit: Denique etiam poſt peccatum potuit Adam indiſſolubilis permanere, ſi à Domino permiſſum eſſet illi edere de arbore vitæ.

Aug. li. 2. de peccat. merit. & rem. c. 21. to. 7. Pro. 3. Ioan. 6.

11 Aſcenſurus poſt paſſionem, & reſurrectionem ſuam Chriſtus Dominus ad patrem adinuentionem quandam mirabilem excogitauit, qua & aſcenderet in cęlum, & dilectam ſuam Eccleſiam non derelinqueret, ſed cum ea realiter vſque ad finem ſæculi maneret, inſtituẽdo videlicet Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo ſub ſpeciebus ſacramentalibus nobiſcum maneret, & in propria ſpecie glorioſus ad Patrem volaret: quod & Iſaia 6. obumbratum eſt in illis duobus Seraphim, de quibus ait: *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, et ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabãt pedes eius, & duabus volabant*. Quid eſt hoc? Stabant (inquit) & volabant, vt ad inuentionem, quam prædiximus, obumbrarent, ſicut & in tota illa viſione Iſaiæ cernere licet, quæ Chriſto Domino in Cęnaculo recumbenti cum diſcipulis ſuis, & Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituenti mirabiliter congruit. Vidit Iſaias Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: viderunt eum & diſcipuli recumbentem, imo & lauantem pedes eorum, & linteo, quo erat præcinctus, extergentem. Ibi duo Seraphim ſtabant ſuper thronum: hic duo Seraphim Chriſtum circũdant: dilectio videlicet patris, quæ vt tranſeat ex hoc mundo ad illum, filium impellit, & dilectio ſponſæ predilectæ, Eccleſiæ videlicet, quæ vt nobiſcũ maneat expoſcit. Ibi ſeraphim duabus alis faciem velabant & duabus pedes: hic eiſdem alis dilectionis videlicet Dei & Eccleſiæ, caput cooperit & pedes. Caput .n. Chriſti Deus eſt, pędes humanitas. Operuit quidem Diuinitatem ſuam, quando *Verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis*, quando *Miſit Deus filium ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati*, quando ſemetipſũ *exinaniuit formã ſeruꝰ accipiens*, quando ſe naſcens dedit in ſocium: ſed tamen cum conuerſans ſe præbuit in edulium non ſolum caput, ſed & pedes velauit, diuinitatem videlicet & humanitatem ſub ſpeciebus panis & vini fidelibus tribuẽdo. Ibi Seraphim ſtabãt & volabãt: hic Chriſtus Dñs & erat, quia in Eccleſia permanet, ſponſam dilectam non deſerit, ſed ait: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi*.

Ioan. 13. Ioan. 21. Rom. 8. Philip. 2. Matth. 28.

Cui

Christū & adorant, sed non saturantur; quia non imitatur. Vnde & de illis subditur in eodem Psalmo: *Manducauerunt, et adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terra.* Vbi Augustinus: Et ipsi quippe adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius; sed adorant tantum, non etiam saturantur; quoniam non imitantur. Manducantes enim pauperem dedignantur esse pauperes; quia *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Manducantes agnum fiunt lupi. Manducantes humilem efficiuntur superbi &c. & ideo non saturantur, quia non imitantur, sed in conspectu eius cadunt descendentes in terram; quia statim quod Eucharistiã receperunt, reuertuntur sicut canes ad vomitum.

Aug. epist. citata cap. 27. I. 2. Pet. 2.

Prou. 23. 15 Hinc Sapiens admonet: *Quando sedes, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo.* Alia littera habet: *Si sederis cenare ad mensam Potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi, et mitte manum tuam sciens, quia talia te oportet præparare.* Vbi Augustinus: Mensa potentis quæ sit nostis, vbi est corpus & sanguis Christi. Quis accedit ad talẽ mensam præparare talia. Et quid est præparare talia? Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad ædificandam Ecclesiam animas pro fratribus ponere. Cultrum igitur in gutture ponere est, vitam propriam cum opus fuerit pro Christo exponere, sicut ille pro nobis animam suam posuit, iuxta illud Apostoli: *Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini.* Sponsa in Canticis inuitans Sponsum vt secum conquiescat, ait: *Lectulus noster floridus;* quia nimirũ cor, in quo recipi debet Christus, oportet vt sit floridus, hoc est, bonis operibus & varijs virtutibus ornatus: & tñ multi cũ cor plenũ vitijs & peccatorũ spinis habeant, Christũ in Eucharistia secum in lecto putido recipere audẽt. Vnde Bern ser. 46. in Cãt. co. 3. lectulus non est floridus, magis aũt & putidus est, & tu illuc Regẽ gloriæ trahis? ad pausandũ hoc facis, an ad cauſſandũ? Cæturio vetat illũ intrare sub tectũ suũ propter suã indignitatẽ, cuius tamen fides in vniuerso redolet Israele: & tu ad te compellis intrare tantorum sordẽs spurcitia vitiorũ? Clamat Apostolorũ princeps: *Exi a me Domine, quia homo peccator sũ:* & tu dicis: intra ad me Domine, quoniam sanctus sum?

Aug. trac. 47. in Ioan. cum. 9. *1. Pet 4.* *Cant. 1.*

16 Qui absque debita præparatione vel fictè Eucharistiam suscipiunt, similes sunt Herodi, qui verbis externis dicunt: *Ite, & interrogate diligenter de puero: & cũ inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniẽs adorẽ eũ*: corde verò mortem illi machinantur, & eius hostes fiunt, quod & Chrysostomus notauit hom. 7. super Matthæum. Fingunt enim se velle suscipere in Eucharistia, & adorare Christum, quem tamen indebitè accedendo iterum crucifigunt, iuxta illud Apostoli: *Rursus crucifigentes sibi filium Dei, & ostentui habentes.* Propter quod idem Chrysostomus huiusmodi sacrilegos homines non immeritò confert Iudæ proditori, in quem post buccellam introiuit Satanas, & osculo postmodum tradidit Saluatorem. Ad hodiernum conuiuium, inquit ille, qui sollemni frequentia conuenistis, & cum Chri-

Matt. 2. *Chrys. hom 7. in Mat. in fin. to. 2.* *Heb 6.* *Chrys hom 1. de prod. in princ. to mo 3.*

Digitized by Google

docet cibos dulces esse vel amaros, delectare vel offendere pro vniuscuiusque corporis congruentia, sicut panem, qui quotidiana esca nostra est, si accipiter sumat extinguitur, vt idem Augustinus ibi refert. Non dissimiliter panis iste cœlestis, qui quotidiana esca iustis est dulcis & suauis, peccatoribus qui ad modum accipitris aliena rapiunt, & sanguini pauperum insidiantur, amarus est & insuauis. In cuius signũ liber ille inuolutus in ore duorum testiũ Ezechielis videlicet & Ioannis, factus est tanquam mel dulce, sed in ventre amarus visus est. Ait enim Ioannes: *Et accepi librum de manu Angeli et deuorani illum. Et erat in ore meo tanquam mel dulce, et cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.* Similia habentur apud Ezechielem. Quid enim aptius per librum inuolutum potest intelligi, quam Verbum Dei incarnatum, quod quasi inuolutũ sub speciebus Sacramentalibus latet, sub quibus est reuera diuinitas, & humanitas Christi, & tot sub eisdem latent mysteria, vt in cor hominis ascendere non valeant, nec humana ratione cognosci? Quid autem per os, nisi iusti & sancti viri designantur, de quibus scriptum est: *si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris?* Quid verò per ventrem, nisi peccatores intelligere possumus, *quorum Deus* (sicut ait Apostolus) *venter est?* Igitur liber ille inuolutus ori dulcis, ventri amarus videtur; quia mirum (sicut explicat Augustin.) Verbum Dei est panis Angelorum, qui iustis est suauis & dulcis, peccatoribus amarus & inucundus videtur. Vnde Psalmista: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Non ait: Ventri meo, desi, peccatoribus; sed ori meo, hoc est, iustis.

Apoc. 10. *Ezech. 2.* *Iere. 15.* *Philip. 3.* *Aug. q. 72 de nouo testamento.* *Psal. 118.*

20 Hinc etiam aduersus eos, qui cibum istum suauissimum amarum reputant, loquens Psalmista inquit: *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.* Septuaginta trãstulerunt: *quoniam inamaricauerunt te Domine.* Quid est inamaricauerũt te Domine, nisi cibum vitæ suauem in amaritudinem, & mortem suam conuerterunt? Sic explicat Augustinus, cuius verba sunt: *Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cœlo descendi. Et operamini escam quæ non corrumpitur. Et gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Peccatoribus autem panis veritatis amarus est. Vnde os vera dicentis oderunt. Ipsi ergo amaricauerunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt, vt cibum veritatis, quo sanæ animæ gaudent, tanquam fellcum sustinere non possint.

Psal. 5. *Aug. sup. cund. Psal. col. vlt. G. 10.8.* *Io. 6. G.* *Psal. 33.*

21 Hinc etiam Matthei 22. acriter reprehenditur homo ille, qui ausus fuit ad nuptias Regis introire absque veste nuptiali: *Amice quomodo huc intrasti* (inquit) *non habens vestem nuptialem?* Et cum ille obmutuisset, dixit Rex: *ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.* Sed opponit Faustus, leuia peccata non debuit tam acri pœna punire: sed respondet Augustinus: multa esse peccata leuia in oculis hominum, quæ tamen apud Deum leuia non sunt, velut quod exempli gratia posuimus de veste nuptiali, quo demonstratur quantum esset nefas sacras nuptias adire quærentem ibi gloriam non sponsi, sed suam, vel si quid forte aliud illa vestis meliore intellectu

Aug. li. 22 cont. Faustum. cap. 19. to. 6. Matt. 22.

Ad Rom. 8. 29. Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Whom he foreknew, he also predestinated to be conformable to the image of his Son, that he might be the first-born among many brethren. Ad Rom. 9. 11. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet minori. For when they were not yet born, neither had done any good or evil, that the purpose of God according to election might stand, not of works, but of him that calleth, it was said unto her, that the elder shall serve the younger. Ad Rom. 11. 5. Reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Even so then at this present time also there is a remnant according to the election of grace. Ad Rom. 11. 7. Quod quærit Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. What Israel seeketh for, that he obtaineth not; but the election hath obtained it. Ad Rom. 11. 28. Secundum electionem charissimi propter patres. As concerning the election, they are beloved for the fathers sakes. Ad Rom. 16. 13. Salutate Rufum electum in Domino. Salute Rufus chosen in the Lord. Ad 1 Cor. 1. 27. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. God hath chosen the weak things of the world, to confound the things which are mighty. Ad 1 Cor. 1. 28. Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destruat. God hath chosen the base things of the world, and things which are despised, yea, and things which are not, to bring to nought things that are. Ad 2 Cor. 8. 23. Sive de fratribus nostris, electi Ecclesiarum. Whether any do inquire of our brethren, they are the messengers of the churches. Ad Ephes. 1. 4. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. According as he hath chosen us in him before the foundation of the world. Ad Ephes. 1. 5. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum. Having predestinated us unto the adoption of children by Jesus Christ to himself. Ad Ephes. 1. 11. In quo & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. In whom also we have obtained an inheritance, being predestinated according to the purpose of him who worketh all things after the counsel of his own will. Ad Coloss. 3. 12. Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti. Put on therefore, as the elect of God, holy and beloved. Ad 1 Thess. 1. 4. Scientes fratres dilecti a Deo electionem vestram. Knowing, brethren beloved of God, your election. Ad 2 Thess. 2. 13. Elegit vos Deus primitias in salutem. God hath from the beginning chosen you to salvation. Ad 1 Tim. 5. 21. Testificor coram Deo & Christo Jesu & electis Angelis. I charge thee before God, and the Lord Jesus Christ, and the elect angels. Ad Tit. 1. 1. Secundum fidem electorum Dei. According to the faith of God's elect. Ad 1 Pet. 1. 1. Electis advenis dispersionis Ponti. To the strangers scattered throughout Pontus, elect. Ad 1 Pet. 1. 2. Electis secundum præscientiam Dei Patris. Elect according to the foreknowledge of God the Father. Ad 1 Pet. 2. 4. Lapidem vivum, a Deo electum & honorificatum. To whom coming as unto a living stone, disallowed indeed of men, but chosen of God, and precious. Ad 1 Pet. 2. 6. Ecce pono in Sion lapidem angularem electum, pretiosum. Wherefore also it is contained in the scripture, Behold, I lay in Sion a chief corner stone, elect, precious. Ad 1 Pet. 2. 9. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. But ye are a chosen generation, a royal priesthood. Ad 2 Pet. 1. 10. Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Give diligence to make your calling and election sure. Ad 2 Joh. 1. Electæ dominæ & natis ejus. The elect lady and her children. Ad 2 Joh. 13. Salutant te filii sororis tuæ electæ. The children of thy elect sister greet thee. Ad Apoc. 17. 14. Vocati & electi & fideles. They that are with him are called, and chosen, and faithful.

Ex his locis manifestum est, quod Deus ab æterno elegerit quosdam ad vitam æternam, non propter ullam in illis præscitam fidem aut bonam vitam, sed propter solum suum beneplacitum in Christo Jesu. Ante jactum enim mundi fundamentum, ex mera gratia & amore erga nos, quos in Christo elegit, ex libera voluntate sua, ad gloriam æternam prædestinavit. Ita quod ex sola Dei misericordia, propter Christum per Spiritum ejus operantem, & non relinquentem in peccato, quicquid in nobis damnationem meretur, & ex justo judicio Dei, propter peccata nostra

ille recidiſſet, nos non reſurrexiſſemus. Aquilas autem appellat, vt oſtendat ad alta eum oportere conſcendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cũ terra debere ei eſſe cómune, neque ad inferiora trahi & repere: ſed ad ſuperiora sẽper volare, & in ſolẽ iuſtitiæ intueri, mẽtiſquè oculum acutiſſimum habere. Aquilarum enim, non gracculorum, hæc menſa eſt.

26 Sanguis Chriſti eſt ſicut ignis fornacis Babylonis, qui tres pueros ſeruauit indemnes, & Babylonos circunſtantes combuſſit: ita corpus & ſanguis Chriſti ſaluat iuſtos & recreat, infideles verò & peccatores diſperdit. Vnde Chryſoſtomus: Dicunt Iudæi: *Sanguis huius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*: illis ad condemnationem, nobis autem ad iuſtificationem. Sanguis Chriſti illis ad mortem, nobis verò ad vitam. Non eſt enim ſanguis Chriſti deterior Babylonico igne. Ille ſcit ſanctorum in camino honorare corpora & Chaldæos comburere, quantò magis ſanguis iſte pretioſiſſimus ſcit perdere incredulos & ſaluare fideles? *Chr. hom. 2 de Cruce et latrone in fine to. 3. Dan. 3.*

27 Cum Chriſtus Dominus filiam Archiſynagogi de morte ad vitam reuocauit, poſtquam ſurrexit, iuſſit dari ei manducare, cuius rei duplicem rationem aſſignat Chryſoſtomus. Primo ne reſurrectio phantaſma putaretur, & ipſe propterea poſt reſurrectionem comedit de piſce, & de fauo. Secunda vt innueret quod niſi ſteterimus & ambulemus, corpus Chriſti manducare non poſſumus. Obſecro Domine (ait ille) & nobis iacentibus tange manum, & nos reſuſcita de lectulo peccatorum noſtrorum, ambulareque nos facias. Cum ambulauerimus, iube nobis dari manducare. Iacentes manducare non poſſumus: niſi ſteterimus, corpus Chriſti accipere non valemus. *Chr. hom. 7 ex variis in Marcũ. Luc. vlt.*

28 Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, cum ad illud deuotè accedimus, magnam pro negotijs peragendis lucem affert, iuxta illud: *Accedite ad eum, & illuminamini*, ideſt, accedite ad Euchariſtiam, & illuminabimini. Vbi Auguſtinus: Acceda mus ad eum, & illuminemur, non quò ad eum acceſſerunt Iudæi, vt tenebrarentur. Acceſſerunt enim illi ad illum vt crucifigerent, nos ad eum accedamus, vt corpus & ſanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati ſunt, nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. *Accedite ad eum, & illuminamini*: Ecce ad gentes dicitur. Crucifixus Chriſtus inter Iudæos erat ſæuientes & videntes, gentes abſentes erant. Ecce illi acceſſerunt, qui in tenebris erant. Quomodo viderunt? illuminati ſunt. Vnde accedunt gentes? fidem ſectando, corde inhiando, charitate currendo. Pedes tui, charitas tua eſt. Duos pedes habeto, noli eſſe claudus. Qui ſunt duo pedes? Duo præcepta dilectionis, Dei & proximi. Iſtis pedibus curre ad Deum, accede ad illum: quia & vt curreres ipſe exhortatus eſt, & ipſe ſuum lumen aſperſit ſic, vt magnificè & vt diutè ſe ſequi poſſitis. Et vultus veſtri non erubeſcent. *Pſal. 33. Aug. conc. 2. ſup. euan. Pſal. circa med. c. 1. &.*

29 Hinc eſt, quod illi duo diſcipuli euntes in Emmaus in ipſa die reſurrectionis Dominicæ colloquebantur cum Chriſto. *Sed oculi eorum tenebantur, ne illum agnoſcerent*, quem tamen poſtmodum cognoue- *Luc. 24.*

gnouerũt in fractione panis, vt sciamus q̃ in sumptione Eucharistiæ ad cognoscendum Christum & cœlestia mysteria lumen accipimus. Vnde Augustinus: Oculis, inquit, eorum acciderat aliquid, quod ita manere permissum est vsque ad fractionem panis certi mysterij causa, vt eis in illo alia ostenderetur effigies, & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent, sicut Luca narrante monstratur &c. ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, id est, Ecclesiæ cuius vnitatem in Sacramento panis commendat Apostolus dicens: *Vnus panis, vnum corpus multi sumus*: & cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum. Aperirentur vtique ad eius cognitionem remoto scilicet impedimento, quo tenebantur, ne eum agnoscerent. Et inquirens Sanctus Doctor, vnde hoc impedimentum prouenerit? subdit: Non incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus: sed tamen à Christo est facta permissio vsque ad Sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.

Aug. lib 3 de consens. Euang. c. 25 col. 4. c. B. 10. 4. 1. Cor. 10. Luc 24.

30 Quæ in institutione huius admirabilis Sacramenti contigerũt ferè omnia iuxta explicationem Sancti Augustini in titulo Psalmi 33. obumbrata sunt. Titulus psalmi est iste: *Psalmus Dauid, cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt*. In libris Regũ scriptum est, quia *cum fugeret Dauid persecutorem Saul, contulit se ad Achis Regem Geth*, id est, ad Regem cuiusdam gentis vicinæ Regno Iudæorum, & ibi latitabat, vt persecutionem Saulis euitaret. Postmodum vero metuit Dauid, ne & ille Rex, ad quem confugerat, vellet opprimere eum quem posset de vicino hostem habere, si saluum seruaret: & sicut dicit Scriptura: *Et timuit valde à facie Achis Regis Geth, & immutauit vultum suum coram ipsis, & affectabat & tympanizabat ad ostia Ciuitatis, & ferebatur in manibus suis, & procedebat ad ostia porta, & saliuæ decurrebant super barbam eius. Vidit eum Rex ille, apud quem latebat, & ait suis, vt quid mihi arreptitium adduxistis? Nũquidnam intraturus est in domum meam?* Et sic illum dimisit proijciens illum, & recessit inde Dauid incolumis per istam figurationem furoris &c. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem propter nos, in quos fines sæculorum deuenerunt. Abimelech interpretatur *Patris mei Regnum*: Achis verò interpretatur: *Quomodo est?* quod est verbum admirantis, & non intelligentis: & figuram præfert Iudæorum dicentium: *Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum*: Et cum Christus dixisset: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, arreptitium putabant Dominum, & nescire quid loqueretur, & insanire. Ille autem qui nouerat quod dicebat, in illa mutatione vultus sui & quasi furore & insania Sacramenta prædicabat, & affectabat, & tympanizabat ad ostia Ciuitatis. Quærendum est quid sit: *Et ipse affectabat, & ad ostia tympanizabat?* Non sine causa dictum

1. Reg. 21. 13.

Pasch.

est

Anno 1511.

Anno 1512.

Anno 1513.

Anno 1514.

Anno 1515.

Anno 1516.

Anno 1517.

Anno 1518.

Anno 1519.

Anno 1520.

Anno 1521.

Anno 1522.

Anno 1523.

Anno 1524.

Anno 1525.

Anno 1526.

citur, quem posthabuit imperantem siue concedentem, dum contra eius imperata siue concessa, suam per flagitia diligit explere libidinem.]

4 Hoc fundamentum euerrere, & à cordibus nostris tollere conantur spiritus maligni, de quibus ait Psalmista: *Qui dicunt exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea*, quibus verbis significatur, quod deficientibus operibus bonis, quæ superædificare oportebat super hoc fundamentum, tandem fundamentum ipsum amittunt. Vnde Gregorius: Inimici ergo destruentes vsque ad fundamentum Ierusalem exinaniunt, quando peruersi spiritus à corde fidelium destructo prius ædificio boni operis, soliditatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur. Vsque ad fundamentum ergo exinanisse est, euerso bene viuendi opere, etiam robur fidei dissipasse.] Cui consonat illud Apostoli: *Seruare verò conscientiam bonam, quam quidam abnegantes circa fidem naufragauerunt.* *Psal. 136. Gregor. 25 mor. c. 10. fin.* *1. Tim. 1.*

5 Fides est flos, bona opera sunt fructus: & sicut flores sine fructu nihil sunt: ita & fides sine operibus nihil prodest. Vnde Sponsa postquam dixisset: *Fulcite me floribus*, statim subdit: *Stipate me malis, quia amore langueo*. Vbi Bernardus ait: Fidem florem, fructum actum intelige. Nec incongruè (vt opinor) id tibi videbitur, si aduertas, quomodo instar floris necessariò præcedentis fructum, bonum quoque opus fide oporteat præueniri. Alioquin *Sine fide impossibile est placere Deo*. Paulo attestante: magis autem æquè ipso docente: *Omne quod non est ex fide, etiam peccatum est*. Itaque nec sine flore fructus, nec sine fide opus bonum. Sed *& fides sine operibus mortua est*, sicut inutiliter quoquè flos apparet, vbi non sequitur fructus. *Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* Ergo ex bonis operibus in fide non ficta radicatis recipit consolationem mens assueta quieti, quoties sibi (vt assolet) lux contemplationis subtrahitur.] *Cant. 2.* *Ber. ser. 58 in Cant. 1. D.* *Heb. 11.* *Rom. 14.* *Iacobi 2.* *Cant. 2.*

6 Numerorum 13. Filij Israel exierunt ex Aegypto in manu Moysi, & Aaron, sicut etiam canit Psalmista: *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron.* In duplici manu, vt significaretur (sicut explicat Origenes) quod manus fidei sine manu operum non sufficit ad salutem. Cui consonat illud Psal. 46. *Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis*. Vbi Augustinus per manus bona opera intelligit, per vocem exultationis fidei confessionem, vt intelligamus fidem cum bonis operibus coniungendam esse, nec vnum ab altero separandum. Et voce & manibus inquit ille. Si tantum voce, non bene: quia pigræ sunt manus. Si tantum manibus, nec hoc bene: quia muta est lingua. Concordent manus, & lingua: illa confiteatur, illæ operentur.] Cui consonat illud Psal. 91. *In decachordo Psalterio cum cantico: in cithara*, idest, in verbo, & opere: nam fide, & operibus Deum esse laudandum, ibi explicat Augustinus. Decachordum Psalterium, inquit, significat Decem præcepta legis. *Num. 13.* *Psal. 76.* *Orig. hom. 27. sup. numeros.* *Psal. 46.* *Augu. sup. eũd. Psal. 10. 8.* *Psal. 91.* *Aug. sup. eund. Psal. col. 3. D. to. 8.*

Sed cantare in illo opus eſt, non portare pſalterium. Nam & Iudæi habent legem, portant, & non pſallunt. Qui ſunt, qui pſallunt? Qui operantur. Parum eſt: qui operantur cum triſtitia, nondum pſallunt. Qui ſunt, qui pſallunt? Qui cum hilaritate facinnt benè. In pſallendo
2.Cor.9. enim hilaritas eſt. Et quid dicit Apoſtolus? *Hilarem enim datorem diligit Deus*. Quicquid facis cum hilaritate fac bonum, tunc & benè facis. Si autem cum triſtitia facis, fit de te, non facis, & portas magis pſalterium, non cantas. *In pſalterio decachordo cum Cantico in Cithara*, hoc eſt, in verbo & opere. Cum Cantico in verbo, in Cithara in opere. Si verba ſola dicis, quaſi canticum ſolum habes, citharam non habes. Si operaris, & non loqueris, quaſi ſolam citharam habes. Propter hoc, & loquere bene & fac bene, ſi vis habere cãticũ cũ Cithara.

7 De quatuor illis myſteriosis animalibus, quæ Ezechiel vidit,
Ezech.1. legitur, quod ſub pennis habebant manus hominum: *Et manus hominis* (inquit) *ſub pennis eorum, & facies, & pennas per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum per quatuor partes*. Vt ſignificaretur, quod ſub pennis fidei & contemplationis, quibus ad diuina ſubleuamur, eſſe debent manus hominis, id eſt, bona opera, per quatuor partes, hoc eſt, in exercitio quatuor virtutum Cardinalium Prudentiæ videlicet, Fortitudinis, Iuſtitiæ, atque Temperantiæ (vt
Greg.ho.3. ſup. Ezec. Gregorius explicat) ex quibus reliquæ virtutes oriuntur. Quorũ pennæ (ait ille) iũctæ ſunt alterius ad alterum, quia omnis eorũ virtus, omniſque Sapientia, qua cęteros homines contemplationis ſuæ volatu trãſcendunt, viciſſim ſibi in pace, atque vnanimitate coniungũt. Vnde ſcriptũ eſt:
Mar.9. *Quæ deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica*. Vnde & eiſdem ſuis prædicatoribus veritas dicit: *Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos*. Penna ergò Animalium alterius ad alterum iungitur, quia Sanctorum Prædicatorum virtus, atque Sapientia viciſſim ſibi in charitatis, atque concordiæ pace ſociatur. Penna autem alterius ab altero diuiſa eſſet, ſi in hoc quod vnuſquiſquè in Sapientia euolat, habere pacem cum altero recuſaret.

1.Can.2. 8 Hinc Ioannes in ſua prima Canonica cap.2. *Qui dicit, quia cognoſco Deum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & in hoc veritas*
Aug.li.de fid.et oper. c.12.com. 4.G. *non eſt*. Vbi Auguſtinus aduertit, quod ne quiſquam exiſtimet mandata eius ad ſolam fidem pertinere, poſtea Ioannes ipſe aperuit quid
1.Can.3. diceret, cum ait: *Hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus inuicem*. Quod etiam confirmat, quia non ait mandatum, ſed vt mandata eius ſeruemus, vt non ſolum
Gal.5. mandatum fidei, ſed etiam omnia alia mandata comprehenderet,
Eod.li. ca. 24. quæ in vno charitatis præcepto includuntur. Idem confirmat ex illo ad Galat. quinto: *Vos in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionem carnis detis*. Vnde ipſe Petrus dicit, *Quaſi liberi nũ*
2.Pet.2. *ſicut velamentum malitiæ habentes libertatem*, & ex aliis pluribus locis Scripturæ.

Galat.6. 9 Sicut corporis vitã ex motu dignoſcimus, ita & vita fidei ex bonis operibus manifeſtatur, de qua dicit Apoſtolus: *Fides, quæ per dilectionem*

Ceylon, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40,

nimus in Iudæis, præter verba de lege. Legunt Moysen, legunt Isaiam, Ieremiam, & reliquos Prophetas. Legunt, hæc dicit Dominus, & non intelligunt, quid dicat Dominus. Non enim erat tempus ficorum. Grandis quæstio. Non enim erat tempus ficorum. Dicat aliquis: si tempus non erat ficorum, non peccauit ficus, quæ fructum non habebat. Si autem non peccauit, non est iustè siccata. Non enim erat tempus ficorum. Sed statim respondet: per hoc significari, quod crediturі sunt Iudæi: sed in fine mundi crediturі sunt. Non enim erat tempus, vt in Cruce crederent. Si enim illi credidissent, Dominus crucifixus non fuisset. Non enim erat tempus vt crederent. Illorum infidelitas nostra fides est. Illorum ruina, nostra sublevatio est. Illorum non fuit tempus, vt esset tempus nostrum. Diximus quia in fine mundi crediturі sunt: quod etiam confirmat ex illo Rom. 11. *Nolo vos ignorare fratres, quoniam cecitas ex parte contigit in Israel, donec subintraret plenitudo gentium*. Cum autem intrauerit plenitudo gentium, tũc omnis Israel saluus fiet.

11 Cum sponsa in Canticis nimio desiderio videndi in meridiana luce faciem sponsi flagraret, neque hoc pro præsenti statu consequi posset, sodales eius eam consolantur, & ornamenta auribus offerunt. Sponsa, inquit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vel cubes in meridie*: sed eius sodales respondent: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*. Vt sciamus quoniam per auditum peruenitur ad visum, hoc est, per fidem, quæ per dilectionem operatur, ascenditur ad beatificam visionem. *Fides* (inquit Apostolus) *ex auditu, auditus autem per verbum Dei*. Vnde Bernardus: Frustra intenditur oculus, qui non sit fide mundatus: cum solis, qui mundi corde sunt, videndi copia promittatur. Scriptum vero est: *Fide mundans corda eorum*. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa visus purgatio est, meritò illi ornandis auribus intendebant, cum auditus (sicut ratio docuit) visus sit præparatio. Tu, inquiunt, o sponsa intuendæ dilecti in hias claritati, sed hoc alterius temporis est. Damus autem in præsentiarum ornamenta auribus tuis, quod erit tibi interim consolatio, erit & præparatio ad hoc ipsum, quod postulas. Ac si illud Prophetæ ei dicant: *Audi filia & vide*. Videre desideras, sed audi prius. Gradus est auditus ad visum. Proinde audi, *Et inclina aurem tuam* ornamentis, quæ tibi facimus, vt per auditus obedientiam ad gloriam peruenias visionis. Nos auditui tuo damus gaudium, & lætitiam. Nam visui non est nostrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui desiderij adimpletio est) sed illius, quem diligit anima tua. Ipse vt gaudium tuum plenum sit, ostendet seipsum tibi. Ipse adimplebit te lætitia cum vultu suo. Tu interim accipe ad consolationem murenulas has de manu nostra, cęterum delectationes in dextera eius vsque ad finem.]

Cant. 1.

Rom. 10.

Ber. ser. 41 in Cãt. col. 1. M.

Act. 15. c.

Psal. 144.

Psal. 50.

Psal. 15.

12 Hinc Sanctus Iob, *Auditu* (inquit) *auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te*. Prius ait: *Auditu*, postea *vidi*. Nunc enim auditui nostro dat Deus gaudium, non visui Propheta dicente: *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam*. Visui namquè tunc gaudium dabit cum

Iob 42.

Psal. 50.

Aug lib.4 con Faust. 2. to. 4. & to.9. tract. 27. in Ioa. to. 10. ser. 51 de ver. Domin. ser. 27 de ver. Apost. Cyril.lib.7 si. Cyp lib. 1. ad. Iud. Euf. Cef. li. 7. de mons. Euang c. 2 Ioan. 5. Aug. trac. 7. sup. Ioa. Ioan.6. Ioan.20. Ioan.4. Prosper li. de vita cõ templ. 19. Aug. trac. 29. super Ioan. 1. Cor. 2. Luc. 24. Iacob. 1. 1. Timot. 6.

Sensus est altior & subtilior, ad cuius intelligentiam notat Eusebius Cæsar, quòd Propheta magnum illud pietatis mysterium, & admirabile Sacramentum Incarnationis Verbi elocuturus verbis illis: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*: præmisit hæc verba: *Nisi credideritis, nõ intelligetis*, vt dociles redderet auditores, admoneret eos, & designaret, hæc fidei nostræ mysteria, nisi credantur captiuando intellectum in obsequium Christi, intelligi non posse, nec humana capi ratione. Vnde & Petrus Apostolus: *Nos* (inquit) *credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*. Vbi (vt adnotauit Augustinus) prius dixit credimus, quam cognouimus; vt doceret occulta Dei mysteria credenda esse vt cognoscantur, & fidem cognitioni esse præmittendam. Iudæi autem incredulitatem videre prius cupiebant, quæ fide credenda erant. Dicebant enim: *Quod ergo tu facis signum vt videamus, & credamus*? Thomas etiam Apostolus: *Nisi videro* (inquit) *fissuram clauorum in manibus, & mittam digitum meũ in locũ clauorũ, & mittam manum meam in latus eius, non credam*. Sed eius incredulitatem eo quod prius videre volebat quàm credere, postea Dominus increpauit dicens: *Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt*: sic etiã reprehendit Iudæos: *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis*.

15 Fidelis ergo humiliter prius mysteria gratiæ credere debet, vt credẽdo intelligat & percipiat quæ humana rõne nõ potest capere. Vnde Prosper: Nõ fides ex intellectu, sed intellectus (inquit) nascitur ex fide. Sanctus etiam August. super Ioannem ait: Si non intelligis crede. Et S. Gregorius 2. mor. 5. tunc verè ad intelligendum sapimus, quãdo cunctis, quæ conditor dicit, credulitatis nostræ fidem præbemus.

16 Fauet huic doctrinæ Apostolus cũ ait: *Neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum*: quibus verbis ostendit mysteria fidei nostræ humana ratione inuestigari non posse, aut comprehendi. Ea enim quæ ratione humana cognoscimus, in cor ascendere de terra dicuntur, iuxta illud: *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra*? Quæ autem per lumen fidei cognoscimus non ascendunt in cor, sed descendunt: quia (sicut dicit Iacobus Apostolus) *omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum*. Vnde Apostolus non solum docet Deum esse inaccessibilem, sed etiam lucem inhabitare inaccessibilem, ait enim: *Et lucem habitat inaccessibilem*. Vbi sit notauit Chrysost. ho. 3 de incomprehensibili Dei natura col. 3. L. to. 5. Non dicit: qui lux inaccessibilis est, sed qui lucem inaccessibilem habitat; scilicet vt intelligas, quàm ipse habitans Deus inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat, inaccessibile est. Nõ tamẽ ita hæc refers, vt Dei locum & domum esse suspiceris, sed quò latius, quam ipse Deus incomprehensibilis sit, accipias. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat dicit, sed inaccessibilẽ, quod longe plusquã incõprehensibile est. Quod enim inquisitũ inuestigatumq; comprehẽdi nõ potest, id esse incõprehẽsibile dicimus. Quod autẽ ne inuestigãdi quidẽ vllo pacto operã patitur, et ad quod nemo propius accedere põt,

id

Aug lib.4 con Faust. 2. to. 4. & to. 9. tract. 27. in Ioa. to. 10. ser. 51 de ver. Domin. ser. 27 de ver. Apost. Cyril. lib. 7 si. Cyp lib. 1. adu. Iud. Euf. Cef. li. 7. de mont. Euang c. 2 Ioan. 5. Aug. trac. 7. sup. Ioa. Ioan. 6. Ioan. 20. Ioan. 4. Prosper li. de vita cõ templ. 19. Aug. trac. 29. super Ioan. 1. Cor. 2. Luc. 24. Iacob. 1. 1. Timot. 6.

Sensus est altior & subtilior, ad cuius intelligentiam notat Eusebius Cesar, quòd Propheta magnum illud pietatis mysterium, & admirabile Sacramentum Incarnationis Verbi eloquuturus verbis illis: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*: præmisit hæc verba: *Nisi credideritis*, nõ *intelligetis*, vt dociles redderet auditores, admoneret eos, & designaret, hæc fidei nostræ mysteria, nisi credantur captiuando intellectum in obsequium Christi, intelligi non posse, nec humana capi ratione. Vede & Petrus Apostolus: *Nos* (inquit) *credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*. Vbi (vt adnotauit Augustinus) prius dixit credimus, quam cognouimus; vt doceret occulta Dei mysteria credenda esse vt cognoscantur, & fidem cognitioni esse præmittendam. Iudæi autem incredulí videre prius cupiebant, quæ fide credenda erant. Dicebant enim: *Quod ergo tu facis signum vt videamus, & credamus?* Thomas etiam Apostolus: *Nisi videro* (inquit) *fissuram clauorum in manibus, & mittam digitum meũ in locũ clauorũ, & mittam manum meam in latus eius, non credam*. Sed eius incredulitatem eo quod prius videre volebat quàm credere, postea Dominus increpauit dicens: *Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt*: sic etiã reprehendit Iudæos: *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis*.

15 Fidelis ergo humiliter prius mysteria gratiæ credere debet, vt credẽdo intelligat & percipiat quæ humana rõne nõ potest capere. Vnde Prosper: Nõ fides ex intellectu, sed intellectus (inquit) nascitur ex fide. Sanctus etiam Augustinus super Ioannem ait: *Si non intelligis, crede*. Et S. Gregorius 2. mor. 5. tunc verè ad intelligendum sapimus, quãdo cunctis, quæ conditor dicit, credulitatis nostræ fidem præbemus.

16 Fauet huic doctrinæ Apostolus cũ ait: *Neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum*: quibus verbis ostendit mysteria fidei nostræ humana ratione inuestigari non posse, aut comprehendi. Ea enim quæ ratione humana cognoscimus, in cor ascendere de terra dicuntur, vnde illud: *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Quæ autem per lumen fidei cognoscimus non ascendunt in cor, sed descendunt: quia (sicut dicit Iacobus Apostolus) *omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum*. Vnde Apostolus non solum docet Deum esse inaccessibilem, sed etiam lucem inhabitare inaccessibilem, ait enim: *Et lucem habitat inaccessibilem*. Vbi sit notauit Chrysost. hom. 3 de incomprehensibili Dei natura col. 3. Lucem. Non dicit: qui lux inaccessibilis est, sed qui lucem inaccessibilem habitat; scilicet vt intelligas, quàm ipse habitans Deus inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat, inaccessibile est. Nõ tamẽ ita hæc refert, vt Dei locum & domum esse suspiceris, sed quò latius, quam ipse Deus incomprehensibilis sit, accipias. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat dicit, sed inaccessibilẽ, quod longe plusquã incõprehensibile est. Quod enim inquisitũ inuestigatumq; comprehendi nõ potest, id esse incõprehẽsibile dicimus. Quod autẽ ne inuestigãdi quidẽ vllo pacto operã patitur, et ad quod nemo propius accedere pũ-

Digitized by Google

id inacceſſibile eſt. Quod ſtatim exemplo maris explicat. nam & incomprehenſibile dicimus, eo quod fundū attingere homines nequeat, quod tamen non eſt inacceſſibile, cum illud etiam ſuper vndas exiguo ligno facile tranſeamus. Qui ergo abſcondita Dei myſteria intelligere non valet, cāptiuet intellectum ſuum in obſequium fidei, & tunc ea intelliget, quia *Niſi crediderit is, non intelligetis*. Vnde S. Auguſtinus ait: Nunquid ideò negandum eſt quod apertum eſt, quia comprehendi non poteſt quod occultum eſt? Nunquid inquam propterea dicturi ſumus, q̄ ita perſpicimus non ita eſſe, quoniam cur ita ſit, non poſſumus inuenire? Et in alio loco inquit: Ego autem & ſi argumenta illorum ſoluere non valeam, video tamen inhærendum eſſe iis, quæ in Scripturis ſunt apertiſſima: vt ex is reuelentur obſcura: aut ſi mens nondum eſt idonea, quæ poſſit ea vel demonſtrata cernere, vel abſtruſa inueſtigare, ſine vlla hæſitatione credantur. Et ſer. 20. de Verbis Apoſtoli: Melior eſt, inquit, fidelis ignorantia, quam temeraria ſcientia. Et Hieronymus: Melius eſt aliquid neſcire, quam cum periculo diſcere. Et Irenæus lib. 2. aduerſus hæres. cap. 45. Melius ergo & vtilius idiotas, & parum ſcientes exiſtere, & per charitatem proximum fieri Deo, quàm putare multum ſcire, & multum expertos in ſuum Deum blaſphemos inueniri. *Aug. li. de don. perſe. c. 14.* *Aug. lib. 3 de pe. mer. & remiſſ. cont. Pela. cap. 4.*

17 Hinc eſt, quod fides (vt docet Chryſoſtomus) odori pretioſiſſimi vnguēti in Scripturis ſacris confertur, vt Cant. primo: *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Et Apoſtolus electus vas electionis, vt nomen Chriſti & eius fidem portaret coram Regibus, & gentibus, & filijs Iſrael, ait: *Gratias autem Deo* (inquit) *qui ſemper triumphat nos*, ideſt, triumphare facit *in Chriſto, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco*. Vbi (ſicut dicit Chryſ.) adhibuit metaphoram ab odoris fragrantia ſumptam. Sicut enim qui portant vnguenta, ſic omnibus (inquit) ſumus manifeſti, Dei notitiam appellans vnguentum pretioſum. Nec dixit, notitiam: ſed, odorem notitiæ. Talis ſiquidem eſt præſens Dei notitia, non admodum euidens, nec exerta. Vnde & in priore dicebat Epiſtola: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate*, hic idem dicit odorem. Qui verò perſenſit odorem, ſcit quidem vnguentum alicubi poſitum eſſe: cæterum cuiuſmodi naturæ ſit, non item nouit, niſi prius ipſum videre contingat: ſic & nos Deum quidem eſſe ſcimus, at quid ſecundum ſubſtantiam, nondum ſcimus. Proinde ſumus tanquam regale ſuffumigatorium, ſiue thuribulum, quocumquè acceſſerimus cęleſti fragrantes vnguento, ac ſpirituali ſuaueolentia. *Cant. 1.* *2. Cor. 2.* *Chryſ. ho. 5 ſup. 2. epiſt. ad Corint. col. 2. A.* *1. Cor. 13.*

18 Hunc odorem fidei Chriſti venturi ſentiebat qui dixit: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: quem etiam odorem in Sponſa commendauit Sponſus: *Et odor* (inquiens) *veſtimentorum tuorū, ſicut odor thuris*: quem etiam Magdalena ſecum portabat, cum fracto alabaſtro *domus impleta eſt ex odore vnguenti*. *Gen. 27.* *Cant. 4.* *Ioa. 12.*

19 Sicut ergo eſſet amens qui profundum maris penetrare vellet, & perambulare, ita amentia non careret, qui myſteria fidei ſcrutari

&

Aug lib.4 con Faust. 2. to. 4. & to.9. tract. 27. in Ioa. to. 10. ser. 51 de ver. Domin. ser. 27 de ver. Apost. Cyril.lib.7 si. Cyp lib. 1. adu. Iud. Euf. Cef. li. 7. de mont. Evang c. 2 Ioan. 5. Aug. trac. 7. sup. Ioa. Ioan.6. Ioan.20. Ioan.4. Prosper li. de vita cõ templ. 19. Aug. trac. 29. super Ioan. 1. Cor. 2. Luc. 24. Iacob. 1. 1. Tim. 6.

Sensus est altior & subtilior, ad cuius intelligentiam notat Eusebius Cesar, quòd Propheta magnum illud pietatis mysterium, & admirabile Sacramentum Incarnationis Verbi eloquuturus verbis illis: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*: præmisit hæc verba: *Nisi credideritis, nõ intelligetis*, vt dociles redderet auditores, admoneret eos, & designaret, hæc fidei nostræ mysteria, nisi credantur captiuando intellectum in obsequium Christi, intelligi non posse, nec humana capi ratione. Vnde & Petrus Apostolus: *Nos* (inquit) *credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*. Vbi (vt adnotauit Augustinus) prius dixit credimus, quam cognouimus; vt doceret occulta Dei mysteria credenda esse vt cognoscantur, & fidem cognitioni esse præmittendam. Iudæi autem increduli videre prius cupiebant, quæ fide credenda erant. Dicebant enim: *Quod ergo tu facis signum vt videamus, & credamus?* Thomas etiam Apostolus: *Nisi videro* (inquit) *fissuram clauorum in manibus, & mittam digitum meũ in locũ clauorũ, & mittam manum meam in latus eius, non credam*. Sed eius incredulitatem eo quod prius videre volebat quàm credere, postea Dominus increpauit dicens: *Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt*: sic etiã reprehendit Iudæos: *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis*.

15 Fidelis ergo humiliter prius mysteria gratiæ credere debet, vt credẽdo intelligat & percipiat quæ humana rõne nõ potest capere. Vnde Prosper: Nõ fides ex intellectu, sed intellectus (inquit) nascitur ex fide. Sanctus etiam August. super Ioannem ait: Si non intelligis crede. Et S. Gregorius 2. mor. 5. tunc verè ad intelligendum sapimus, quãdo cunctis, quæ conditor dicit, credulitatis nostræ fidem præbemus.

16 Fauet huic doctrinæ Apostolus cũ ait: *Neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum*: quibus verbis ostendit mysteria fidei nostræ humana ratione inuestigari non posse, aut comprehendi. Ea enim quæ ratione humana cognoscimus, in cor ascendere de terra dicuntur, iuxta illud: *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Quæ autem per lumen fidei cognoscimus non ascendunt in cor, sed descendunt: quia (sicut dicit Iacobus Apostolus) *omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum*. Vnde Apostolus non solum docet Deum esse inaccessibilem, sed etiam lucem inhabitare inaccessibilem, ait enim: *Et lucem habitat inaccessibilem*. Vbi sit notauit Chrysost. ho. 3 de incomprehensibili Dei natura col. 3. L. to. 5. Non dicit: qui lux inaccessibilis est, sed qui lucem inaccessibilem habitat; scilicet vt intelligas, quàm ipse habitans Deus inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat, inaccessibile est. Nõ tamẽ ita hæc refert, vt Dei locum & domum esse suspiceris, sed quò latius, quam ipse Deus incomprehensibilis sit, accipias. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat dicit, sed inaccessibilẽ, quod longe plusquã incõprehensibile est. Quod enim inquisitũ inuestigatumq; comprehẽdi nõ potest, id esse incõprehẽsibile dicimus. Quod autẽ ne inuestigãdi quidẽ vllo pacto operã patitur, et ad quod nemo propius accedere põ-

id

Aug lib.4 con Faust. 2. to. 4. & to.9. tract. 27. in Ioa. to. 10. ser. 51 de ver. Domin. ser. 27 de ver. Apost. Cyril.lib.7 si. Cyp lib. 1. adu. Iud. Euf. Cef. li. 7. de mont. Euang c. 2 Ioan. 5. Aug. trac. 7. sup. Ioa. Ioan. 6. Ioan. 20. Ioan. 4. Prosper li. de vita cõ templ. 19. Aug. trac. 29. super Ioan. 1. Cor. 2. Luc. 24. Iacob. 1. 1. Timot. 6.

Sensus est altior & subtilior, ad cuius intelligentiam notat Eusebius Cæsar, quòd Propheta magnum illud pietatis mysterium, & admirabile Sacramentum Incarnationis Verbi elocuturus verbis illis: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*: præmisit hæc verba: *Nisi credideritis, nõ intelligetis*, vt dociles redderet auditores, admoneret eos, & designaret, hæc fidei nostræ mysteria, nisi credantur captiuando intellectum in obsequium Christi, intelligi non posse, nec humana capi ratione. Vnde & Petrus Apostolus: *Nos* (inquit) *credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*. Vbi (vt adnotauit Augustinus) prius dixit credimus, quam cognouimus; vt doceret occulta Dei mysteria credenda esse vt cognoscantur, & fidem cognitioni esse præmittendam. Iudæi autem incredduli videre prius cupiebant, quæ fide credenda erant. Dicebant enim: *Quod ergo tu facis signum vt videamus, & credamus?* Thomas etiam Apostolus: *Nisi videro* (inquit) *fissuram clauorum in manibus, & mittam digitum meũ in locũ clauorũ, & mittam manum meam in latus eius, non credam*. Sed eius incredulitatem eo quod prius videre volebat quàm credere, postea Dominus increpauit dicens: *Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt*: sic etiã reprehendit Iudæos: *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis*.

15 Fidelis ergo humiliter prius mysteria gratiæ credere debet, vt credẽdo intelligat & percipiat quæ humana rõne nõ potest capere. Vnde Prosper: Nõ fides ex intellectu, sed intellectus (inquit) nascitur ex fide. Sanctus etiam August. super Ioannem ait: Si non intelligis crede. Et S. Gregorius 2. mor. 5. tunc verè ad intelligendum sapimus, quãdo cunctis, quæ conditor dicit, credulitatis nostræ fidem præbemus.

16 Fauet huic doctrinæ Apostolus cũ ait: *Neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum*: quibus verbis ostendit mysteria fidei nostræ humana ratione inuestigari non posse, aut comprehendi. Ea enim quæ ratione humana cognoscimus, in cor ascendere de terra dicuntur, iuxta illud: *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Quæ autem per lumen fidei cognoscimus non ascendunt in cor, sed descendunt: quia (sicut dicit Iacobus Apostolus) *omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum*. Vnde Apostolus non solum docet Deum esse inaccessibilem, sed etiam lucem inhabitare inaccessibilem, ait enim: *Et lucem habitat inaccessibilem*. Vbi sit notauit Chrys. ho. 3 de incomprehensibili Dei natura col. 3. L. to. 5. Non dicit: qui lux inaccessibilis est, sed qui lucem inaccessibilem habitat; scilicet vt intelligas, quàm ipse habitans Deus inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat, inaccessibile est. Nõ tamẽ ita hæc refert, vt Dei locum & domum esse suspiceris, sed quò latius, quam ipse Deus incomprehensibilis sit, accipias. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat dicit, sed inaccessibilẽ, quod longe plusquã incõprehensibile est. Quod enim inquisitũ inuestigatumq; comprehendi nõ potest, id esse incõprehẽsibile dicimus. Quod autẽ ne inuestigãdi quidẽ vllo pacto operã patitur, et ad quod nemo propius accedere pot,

id

nimus in Iudæis, præter verba de lege. Legunt Moysen, legunt Isaiam, Ieremiam, & reliquos Prophetas. Legunt, hæc dicit Dominus, & non intelligunt, quid dicat Dominus. Non enim erat tempus ficorum. Grandis quæstio. Non enim erat tempus ficorum. Dicat aliquis: si tempus non erat ficorum, non peccauit ficus, quæ fructum non habebat. Si autem non peccauit, non est iustè siccata. Non enim erat tempus ficorum. Sed statim respondet: per hoc significari, quod crediturі sunt Iudæi: sed in fine mundi crediturі sunt. Non enim erat tempus, vt in Cruce crederent. Si enim illi credidissent, Dominus crucifixus non fuisset. Non enim erat tempus vt crederent. Illorum infidelitas nostra fides est. Illorum ruina, nostra subleuatiò est. Illorum non fuit tempus, vt esset tempus nostrum. Diximus quia in fine mundi crediturі sunt: quod etiam confirmat ex illo Rom. 11. *Nolo vos ignorare fratres, quoniam cæcitas ex parte contigit in Israel, donec subintraret plenitudo gentium*. Cum autem intrauerit plenitudo gentium, tũc omnis Israel saluus fiet.

11 Cum sponsa in Canticis nimio desiderio videndi in meridiana luce faciem spõsi flagraret, neque hoc pro præsenti statu consequi posset, sodales eius eam consolantur, & ornamenta auribus offerunt. Sponsa, inquit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vel cubes in meridie*: sed eius sodales respondent: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*. Vt sciamus quoniam per auditum peruenitur ad visum, hoc est, per fidem, quæ per dilectionem operatur, ascenditur ad beatificam visionem. *Fides* n. (sicut dicit Apostolus) *ex auditu, auditus autem per verbum Dei*. Vnde Bernardus: Frustra attenditur oculus, qui non sit fide mundatus: cum solis, qui mundi corde sunt, videndi copia promittatur. Scriptum vero est: *Fide mundans corda eorum*. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa visus purgatio est, meritò illi ornandis auribus intendebant, cum auditus (sicut ratio docuit) visus sit præparatio. Tu, inquiunt, o sponsa intuendæ dilecti in his claritati, sed hoc alterius temporis est. Damus autem in præsentiarum ornamenta auribus tuis, quod erit tibi interim consolatio, erit & præparatio ad hoc ipsum, quod postulas. Ac si illud Prophetæ ei dicant: *Audi filia & vide*. Videre desideras, sed audi prius. Gradus est auditus ad visum. Proinde audi, *Et inclina aurem tuam* ornamentis, quæ tibi facimus, vt per auditus obedientiam ad gloriam peruenias visionis. Nos auditui tuo damus gaudium, & lætitiam. Nam visui non est nostrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui desiderij adimpletio est) sed illius, quem diligit anima tua. Ipse vt gaudium tuum plenum sit, ostendet seipsum tibi. Ipse adimplebit te lætitia cum vultu suo. Tu interim accipe ad consolationem murenulas has de manu nostra, cæterum delectationes in dextera eius vsque ad finem.

Cant. 1. *Rom. 10.* *Ber. ser. 41 in Cãt. col. 1. M.* *Act. 15. c.* *Psal. 144.* *Psal. 50.* *Psal. 15.*

12 Hinc Sanctus Iob, *Auditu* (inquit) *auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te*. Prius ait *Audiui*, postea *vidi*. Nunc enim auditui nostro dat Deus gaudium, non visui Propheta dicente: *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam*. Visui namquè tunc gaudium dabit

Iob 42. *Psal. 50.*

cum

& penetrare vellet, aut comprehendere, contra illud ſapientis præceptum: *Altiora te ne quæſieris. & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſufficit enim in ligno ſuper aquas maris iter agere*, hoc eſt, myſteria fidei credere, cum etiam de rebus naturalibus nobis notiſſimis quamplurima ignoremus, neque eorum reddere valeamus rationem, vt latiſſimè, & elegantiſſimè in omnibus ferè creaturis probat Chryſoſtomus hom. 7. ſup. 1. Epiſt. ad Theſſalonicenſes per totam; de quo etiam videndus eſt ho. 8. ſup. 1. Epiſt. ad Timoth. col. 5.

Eccleſ. 3.

Chryſoſt.

Aug. lib. 1 quæſt. Euãgelicarũ. q. 12. to. 4.

20 Fides comparatur grano ſinapis ob feruorem, vt Auguſtinus ait, vel quod dicatur venena expellere: & maius ſit omnibus oleribus, ideſt, dogmatibus. Dogmata autem ſunt placita ſectarum, ideſt, quod placuit ſingulis ſectis.]

Aug. li. de ſubſtantia dilectionis c. 7 in principio. to. 4.

21 Vera fides, quæ nõ tranſitoria, ſed æterna, promittit, quaſi à quibuſdã fructibus, ſic ab huius mũdi cupiditate in ſuperna animũ attollit: & portari quidem ab aquis poteſt; ſed mergi omninò non poteſt: quia ad neceſſitatem hoc mundo vtitur, ſed eius deſideriis per affectũ non implicatur. Quiſquis ergo æterna non credens, ſola quæ tranſeunt appetit: hunc quaſi ſine naui laborantem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis ſecum trahit. Qui verò æterna credens tranſitoria diligit, hic iuxta nauem naufragium facit, qui autem æterna bona credit & diligit, hic in naui poſitus fluctuantis maris vndas ſecurus pertranſit: quia qui per deſiderium fidei nauem non trãsgreditur, iam quodammodo in fluctibus terræ ſtabilitatem imitatur.

22 Quod ſi aliquando nauis iſta in turbulento mari poſita, & fluctibus ac ventis contrariis agitata periclitatur, hoc ideo contingit, quia dormit fides, dormiente Ieſu. Excita Ieſum, & euigilabit fides, & ſic fiet tranquillitas, vnde Pſalmiſta: *Exurge* (inquit) *quare obdormis Domine? Exurge, & ne repellas in finem.* Vbi Auguſtinus: Quando ille dicitur dormire, nos dormimus; & quando ille dicitur exurgere, nos excitamur. Nam & Dominus dormiebat in naui, & ideo fluctuabat nauis, quia dormiebat Ieſus. Nam ſi illic vigilaret Ieſus, non fluctuaret nauis. Nauis tua, cor tuum. Ieſus in naui, fides in corde. Si meminiſti fidei tuæ, non fluctuat cor tuum. Si oblitus es fidem tuã, dormit Chriſtus, obſerua naufragium. Veruntamen quod reſtat facit, vt ſi dormierit, excitetur: dicas illi: *Domine exurge, perimus*: vt increpet ventos, & fiat tranquillitas in corde tuo. Recedent enim omnes tentationes, aut certè nihil valebunt, quando Chriſtus, hoc eſt, fides tua vigilauerit in corde tuo: Eadem ferè verba habet in præfatione in ſecundam enarrationem Pſalmi 25. col. 2. D. to. 8.

Pſal. 43.

Aug. ſuper Pſal. 43. conc. 1. col. 2. E.

Matth. 8.

23 Fides eſt ſcutum, de quo ait Pſalmiſta: *Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.* Vbi Auguſtinus: Ipſa, inquit, fides & lorica poteſt eſſe, & ſcutum. Scutum ergo eſt, quia tela inimicorum excipit, & repellit. Lorica eſt, quia interiora tua tranſfigi non ſinit. Cui conſonat illud Apoſtoli: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Et illud Pſalmiſtæ:

Pſal. 34.

Aug. ſup. eund. Pſa. col. 1. to. 8.

Epheſ. 6.

Scuto

Reproduced with permission of the copyright owner. Further reproduction prohibited without permission. www.pro
Reproduced with permission of the copyright owner. Further reproduction prohibited without permission. www.pro

dens alicuius Gigantis. Auguſtinus 15. de Ciuitate Dei cap. 9.

30 Romæ fuit quædam mulier ex parentibus ſtatura ordinaria nata, quæ tamen ad magnitudinem corporis gigantis peruenit, ad quã videndam ex varijs partibus accedebant. Auguſtinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 23.

31 Gentiles narrant multa & varia monſtra, ex quibus quędam vnicum dumtaxat in fronte oculum habebant. Alia plantas in poplite. Alia vtriuſque ſexus. Alia os non habentia ſed per halitum narium ſuſtentabantur. Alia vnicum duntaxat pedem habentia abſque coniunctura, erantque velociſſimi curſus. Alia capita canum habebant, & dicebantur Cenocephali; ſed Auguſtinus ait, non eſſe neceſſarium credere, talia monſtra eſſe; nec tamen id eſſe incredibile. Aug. 16. de Ciuitate Dei cap. 8.

32 In Ciuitate Hipponenſi natus eſt homo lunatas habens plantas, & manus, & cum duobus tantum digitis in ſingulis. Natus etiam fuit in Oriente homo quidam cum duobus capitibus, quatuor manibus, vno ventre, & duplici pectore. Auguſtinus 16. de Ciuitate Dei cap. 8. Alia multa mirabilia refert 21. de Ciuitate Dei cap. 4. Vbi affirmat Salamandram viuere in igne. Adamantem indomitum ſanguine hirci vinci. Magnete attrahi ferrum, ſed tactu adamantis illud ſolui. Aggrigentinum ſal Siciliæ in aqua crepitare, & in igne flueſcere. Eodem lib. cap. 5. & 6.

33 Zoroaſtres auctor magicarum artium natus eſt ridens; & omnes Philoſophi iudicium prauum de eo tulerunt euentus aduerſos ei augurantes 21. de Ciuitate Dei cap. 14.

34 Geneſis 30 poſuit Ioſeph virgas varij coloris, vt eas videndo cum conciperent varietatem oues transferrent in fœtum. Idem fecit Rex Cypri, qui (vt refert Liranus medicinæ auctor) cum eſſet deformis, ne deformes filios ſibi ſimiles generaret, vxori ſuæ in concubitu formoſam proponebat imaginem, cuius pulchritudinem concupiſcendo quodammodo raperet, & in prolem tranſmitteret. Auguſt. tom. 7. lib. contra Iulianum, Pelagium cap. 9 in medio.

35 Adeò admirabilis erat Simpliciani memoria, quod totum Virgilium mente retinebat, & vbicunque aperiebatur liber, omnia referebat, quæ immediate ſequebantur, & è conuerſo. Et idem faciebat in Epiſtolis Ciceronis. Auguſtinus lib. 4. de Anima, & eius origine cap. 7.

36 Vnde idem Auguſtinus lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 5. ſic ait: Veruntamen homines infideles, quibus cum diuina vel præterita, vel futura miracula prædicamus, quæ illis experienda non valemus oſtendere, rationem à nobis earum flagitant rerum, quam quoniam non poſſumus reddere (excedunt enim vires mentis humanæ) exiſtimant falſa eſſe, quæ dicimus: ipſi de tot mirabilibus rebus quas vel videre poſſumus, vel videmus, deberent reddere rationem. Quod ſi fieri ab homine non poſſe viderint, fatendum eſt eis, non ideo aliquid non fuiſſe, vel futurum non eſſe, quia ratio inde non poteſt reddi, quam

doqui-

Hoquidè sunt ista de quibus similiter nō pōt, Agrigētinū Sicilię sālē perhibēt cū fuerit ad motus igni, velut in aqua fluescere: cum verò aquæ, velut inigne crepitare. Apud Garamantas quendam fontem tā frigidū diebus, vt non bibatur: tam feruidum noctibus, vt non tangatur. In Epiro alium fontem in quo faces vt in cæteris extinguuntur accensæ, sed non vt in cæteris, accenduntur extinctæ. Asbeston Arcadiæ lapidem propterea sic vocari, quod accensus semel iam non possit extingui. Lignum cuiusdam ficus Aegyptiæ non vt ligna cætera in aquis natare, sed mergi, & quod est mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere prægrauari.] Et postquam alia insolita naturæ prodigia retulit, sermonem ad Paganos conuertens sic concludit: Reddant ergò rationem de his, quæ pauca posuimus, quæ proculdubio si esse nescirent, & futura esse diceremus, multo minus crederent, quam quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse venturū.] Et alia multa prosequitur in hunc modum, vt ex his suadeat Paganis igne inferni vrendos esse, & torquendos reprobos: non autem consumendos, nec debere illis incredibilia videri, quæ fides Catholica docet vera esse.

DE FILIORVM EDVCATIONE

CAP. XXXXI.

QValiter educandi sint filij, latissimè docet Chrysostomus lib. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ per totum, idquè exemplo Heli. Sacerdos quidam (inquit) apud Iudæos fuit, vir in primis moderatus, atque mansuetus Heli nomine. Huic duo cum essent liberi, videret què illos vitijs deditos, non corripuit, aut coercuit: siue (vt verius loquar) corripuit illos quidē, & cohibuit, verū nō omni cum studio, & vehementia id fecit. Horum hęc fuere crimina, ventris ingluuies, & fornicatio. Edebant enim (inquit) antequam sanctificarentur sacræ carnes, priusquam offerretur Deo sacrificium, quibus compertis pater non illos poena affecit, cęterum verbis tantum castigare, leniquè admonitione ab hac eos peruersitate reuocare conatus est, atque huiusmodi verba iugiter ad illos loquebatur: Nolite filij, nolite sic facere. Non enim bona fama est, quam ego audio de vobis, vt faciatis populum non seruire Dño, &c. Verum quia non omnia, quæ fuerant agenda vt ea refecarentur vitia, molitus est, & ipse cum illis vna perijt. Namque & minas ille addere debuerat, & à suo eos conspectu amouere, atque abdicare etiam, & verberibus afficere, multòque illis grauius, & durius instare. Quia igitur nihil horum egit, verborumquè tantum monitis contentus fuit, & illis & sibi ipsi

Chrys. lib. 3. aduers. vitup. vit. monastic. col. 1 to. 5.

bi ipſi Deum aduerſum infeſtumque conſtituit. Cumque improbè & intempeſtiuè filijs parceret, & ſuam ſimul & illorum ſalutem perdidit. Et infra docet, parentes, qui in tenera ætate filios ſuos non corrigunt nec virtutibus imbuunt, conferendos eſſe medicis ſtultis, qui infirmo applicant medicinas, quando prodeſſe illis non poſſunt. Ac denique circa finem exemplum Annæ adducit. Quæ vnicum filium cum partu edidiſſet, per id ſolum tempus apud ſe morari permiſit, quo lacte nutricis opus habuit, cum verò non iam eiuſmodi indigeret alimento, ſumptum ſtatim obtulit Deo, nec iam vt paternam domum reuiſeret, orauit. Nam ſemper in Dei templo morabatur, eumque ſi quando illa videre cupiuiſſet, quippè mater, non ad ſe conuocabat filium, ſed ad illum vna cum patre aſcendebat, illo tanquam reuerendario Deo iam conſecrato abſtinens.]

Auguſt. 2 Quanta verò mala ex negligentia parentum in educandis filijs ſubſequantur rerum probauit euentus. Sanctus Auguſtinus ſermone trigeſimo tertio ad Fratr. in Herem. tomo decimo enarrat populo ſuo in vnum congregato quid acciderit præclariſſimo Ciui ſuo Cyrillo. E Filium (inquit) vt ſcitis habebat, & quia vnicus erat, eum ſuperfluè diligebat. Ideo ſuperfluo amore inebriatus, filium corrigere negligebat. Et ille ebrietatem perpeſſus matrem pregnantem nequiter oppreſſit, ſororem violare voluit, patrem occidit, & duas ſorores vulnerauit ad mortem.

Gregor. 3 Sanctus Gregorius libro quarto dialo. cap. decimo octauo tomo primo. Quidam vir (inquit) cunctis in hac Vrbe notiſſimus ante triennium filium habuit annorum ſicut arbitror quinque, quem nimis carnaliter diligens remiſſe nutriebat, atque idem paruulus (quod dictu graue eſt) mox vt eius animo aliquid obſtitiſſet, Maieſtatem Dei blaſphemare conſueuerat, qui ante triennium mortaliter percuſſus venit ad mortem. Cumque eum ſuus pater in ſinu teneret, ſicut hi teſtati ſunt qui præſentes fuerunt, malignos ad ſe veniſſe ſpiritus trementibus oculis puer aſpiciens cepit clamare, Obſta pater, Obſta pater, qui clamans declinauit faciem, vt ſe ab eis in ſinu patris abſconderet. Quem cum ille trementem requireret, quid videret, puer adiũxit dicens: Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt: qui cum hoc dixiſſet, maieſtatis nomen protinus blaſphemauit, & animam reddidit.]

4 Tremenda ſunt verba illa, quæ propter iniquitatem filiorum Heli Dominus dixit ad Samuelẽ: *Ecce ego facio verbum in Iſrael, quod*
1 Reg. 3. *quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiam, & compiebo. Prædixi enim ei quod iudicaturus eſſem domum eius in æternum propter iniquitatem, eo quod nouerit indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus uſque in æternum.*

2 Et

Entered according to Act of Congress, in the year 1854, by Oliver Ditson, in the Clerk's Office of the District Court of the District of Massachusetts.

Entered according to Act of Congress, in the year 1854, by Oliver Ditson, in the Clerk's Office of the District Court of the District of Massachusetts.

Entered according to Act of Congress, in the year 1854, by Oliver Ditson, in the Clerk's Office of the District Court of the District of Massachusetts.

ciendos carnales homines, iuxta illud Iob 40. *Fortitudo eius in lumbis eius*, ideſt, in luxuria (vt explicat Gregorius). Quia ſeminaria coitus viris in lumbis eſſe, ineſſe autem ſeminis in vmbilico perhibentur. Et inquit, *eius* cum tamen ſpiritus malignus lumbos non habeat, quia nimirum (ſicut dicit Gregorius) eius propriè corpus fiunt, qui ſuggeſtionum turpium blandimentis decepti, ei per luxurię fluxa ſuccumbunt. Sequitur: *Stringit caudam quaſi cedrum*, quia in fine tentationis acrius perſequitur. Nam (ſicut dicit Gregorius) primum quidem ſerpentis ſuggeſtio mollis ac tenera eſt, & facilè virtutis pede conteren da: ſed ſi hæc inualeſcere negligenter permittitur, eiquè ad cor aditus licenter præbetur, tanta ſe virtute exaggerat, vt captam mentem deprimens, vſque ad intolerabile robur excreſcat. Caudam itaquè, quaſi cedrum ſtringere dicitur, quia ſemel eius in corde recepta tentatio incunctis, quę ſubſequenter intulerit, velut ex iure dominatur. Vnde Origenes hom. 1. ſuper Pſal. 37. ait: Virtus ergo diaboli percipuè circa lumbos hominis eſt, vnde fornicatio, adulteriaquè procedũt, vnde puerorum corruptio, vnde omnis ſpurcitia generatur. Hinc veritas ait: *Sunt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*. Vbi (vt notauit Auguſtinus) lumbos præcingere eſt, libidinem coercere: & lucernas ardentes in manibus habere eſt, bonis operibus lucere.

Iob 40.
Grego. 32. moral. 21.
Grego. 22. moral. 16.
Luc. 12.
Augu. lib. vnico de cõtinetia c. 6. 7. 10. 4.

2 Ad luxuriã vincendã, & fornicationem præcauendã, optimum remedium eſt, ſenſus, præſertim oculos ſub diſciplina cuſtodire, ne prauæ cogitationes inſurgant, ſed cordis puritas conſeruetur: Vnde Sanctus Iob: *Pepigi* (inquit) *fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine*. Sciebat enim, quod aſcendit mors per feneſtras nõſtras, ideſt, per corporis ſenſus (vt Gregorius explicat) ingreſſa eſt domos noſtras. Sciebat etiam, quod Chriſtus ab electis ſuis (ſicut dicit Gregorius) non ſolum luxuriam carnis, ſed etiam cordis abolcuit dicens: *Scriptum eſt: Non adulterabis: Ego autem dico vobis, quoniam omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo*. Per Moyſen quippè luxuria perpetrata, per auctorem verò munditiæ luxuria cogitata damnatur. Hinc eſt enim quod diſcipulis primus Eccleſiæ Paſtor dicit: *Propter q; ſuccincti lumbos mẽtis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam*. Lumbos .n. carnis ſuccingere eſt, luxuriam ab effectu retrẽgnare. Lumbos verò mentes ſuccingere eſt, hanc etiã a cogitatione reſtringere. Idcò autẽ Sanctus Iob pepigit fœdus cum oculis ſuis, vt non cogitaret quidem de virgine. Sciebat enim, quod in corde laſciuo nullam Deus partem habet, vnde & ſtatim ſubdit: *quam enim partem haberet Deus in me de ſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis?* Apertè fatetur dicens: Habere in me poſſeſſionem ſuam cęlorum conditor renuit, ſi mens mea ante conſpectum illius infimis deſiderijs tabeſcit, vt in eodem lib. cap. 3. dicit Greg.

Matt. 1.
1. Pet. 1.
Grego. 22. mor. 2.
Grego. vbi ſup.

4 Hinc eſt, quod Dominus in Euangelio non ſolum prohibet mę chationem corporis, ſed etiã mẽtis, ſeu cordis. Ait .n. *Audiſtis quia dictum*

Digitized by Google

12 Quàm ſit autem periculoſum cum ſeminis conuerſari, bis verbis oſtendit Bernardus: Cum ſemina ſemper eſſe, & nón cognoſcere ſeminam nonne plus eſt, quàm mortuum ſuſcitare? Quod minus eſt non potes, & quod maius eſt vis credam tibi? Quotidiè latus tuum ad latus iuuenculæ eſt in menſa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuæ ad manus ipſius in opere, & continens vis putari? Eſto vt ſis, ſed ego ſuſpicione non careo. Scandalo mihi es, tolle ſcandali cauſſam, quo te probes verum (vt iactitas) Euangelij æmulatorem. Ad Euangelium ibis. Si obedias Euangelio, non facies ſcandalum. Prohibet enim planè Euangelium ſcandalum fieri. Facis autem tu iſtam non àmouendo iuxta conſtitutum Eccleſiæ. Suſpectus eras, at nunc manifeſtè cenſebere & contemptor Euangelij & Eccleſiæ ad verſator.

Bernad. ſer 65. in Can. cel. 2. C.

13 Reuertamur ad conſortium, & contubernium ſeminarum. Hoc enim inter eos nemo qui careat. Interrogo vnumquempiam horum. Heus tu bone vir, quæ nam hæc mulier, & vnde hæc tibi? Vxor ne tua? Non (inquit) nam voto meo iſtud non conuenit. Filia ergo? Non. Quid? Num ſoror, num neptis, num aliquo ſaltem propinquitatis vel affinitatis gradu attinens tibi? Nullo prorſus. Et quomodo tuta tibi cum iſta continentia tua? Sanè nec licet tibi iſtud: Cohabitationem (ſi neſcis) virorum, & feminarum in ijs, qui voluere continentiam, Eccleſia vetat. Si non vis ſcandalizare Eccleſiam eijce fœminam. Alioquin ex hoc vno cætera, quæ non adeò manifeſta ſunt, proculdubio credibilia fiunt.

14 Noueritis (ait Auguſtinus) vos ad diligendum & habendum continentiæ bonum plus proficere orationibus veſtris, quam exhortationibus noſtris, quoniam ſi quid vos adiuuat quod vobis etiam noſtra miniſtrantur alloquia, totum illius gratiæ tribuendum eſt, in cuius manu ſunt, ſicut ſcriptum eſt, & nos & ſermones noſtri.

Aug. li. de bon. vid. ad Iul. cap. 28.

15 Quam deteſtandum ſit ſtuprum, exemplo diſcimus Lucretiæ nobiliſſimæ Romanæ. Lucretiam certè matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitiæ magnis efferunt laudibus. Huius Corpore cum violenter oppreſſo Tarquinij Regis filius libidinoſe potitus eſſet, illa ſcelus improbiſſimi iuuenis marito Collatino, & propinquo Bruto viris clariſſimis & fortiſſimis indicauit, eoſque ad vindictam conſtrinxit. Deinde ſedi in ſe comiſſi ſceleris ægra, atque impatiens ſe peremit. Et inquirens S. Doctor, an Lucretia adultera, an caſta iudicanda ſit? reſpondet, caſtam: quia non quid coniunctione membrorum, ſed quid animorum diuerſitate ageretur quidam attendés, duo, inquit, fuerunt & adulterium vnus admiſit.

Aug. lib. 1. de Ciu. Dei c. 19. 10. 5.

16 Filiæ Loth (vt docet Auguſtinus) exiſtimauerunt, quòd igne de cælo miſſo ſuper Sodomam & Gomorrhã totus orbis periret, ſicut olim aquis diluuij, nec ſe crederent inuenire poſſe alios viros, ex quibus ad conſeruationem generis prolem quærerent, inebriauerunt patrem, & ſe neſcienti miſcuerunt. Quapropter culpandus eſt quidem,

Gen. 19. Aug. li. 22 cõt. Fauſt. c. 43 et 44. tom. 6.

dem, non tamen quantum ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

17 Concubitus cum coniuge propter delectationem tantum veniale peccatum eſt. Dicit enim Auguſtinus: Etſi turpe eſt libidinosè vti velle marito, honeſtum eſt tamen nolle miſceri niſi marito, & non parere niſi de marito. Sunt item viri vſque ad eo incontinentes, vt coniugibus nec grauidis parcant &ceter. Coniugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge propter fidem tori venialem habet culpã. Adulterium verò, ſiue fornicatio lethalem habet culpam. *Aug. li. de bon. coniu. con. coniu. cap. 6. in prin. to. 6.*

18 Viri, vt notauit Auguſtinus, iraſcuntur vxoribus fornicarijs, cum tamen & ipſi fornicarij ſint. Sed nos inquiunt viri ſumus: an verò ſexus noſtri dignitas hanc ſuſtinebit iniuriam, vt cum alijs fœminis præter vxores noſtras ſi quid admittimus, in luendis pœnis mulieribus comparemur? Quaſi non propterea magis debeant illicitas concupiſcentias viriliter frenare, quia viri ſunt: quaſi non propterea magis debeant mulieribus ſuis virtutis huius exemplum ſe præbere, quia viri ſunt: quaſi non propterea minus debeant libidine ſuperari, quia viri ſunt? &c. Legant quid Imperator Antoninus non vtiquè chriſtianus de hac re conſtituerit, vbi maritus vxorem de adulterij crimine accuſare non ſinitur, cui moribus ſuis non præbuit caſtitatis exemplum. Periniquum enim, inquit ille, mihi videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibet. *Aug. li. 2. de adult. cõiug. c. 3. 4. 6*

19 Exemplo Pharaonis hominis barbari & infidelis diſcant Chriſtiani alienam mulierem nõ tangere. *Cum enim ingreſſus eſſet Abraham Aegyptum, viderunt Aegyptij mulierem quod eſſet pulcra nimis. Et nunciauerunt Principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & ſublata eſt mulier in Domum Pharaonis. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis & domum eius, propter Sarai vxorem Abraham. Vocauitque Pharao Abraham, & dixit ei: Quid nam eſt hoc, quod feciſti mihi? quare non indicaſti, quod vxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade.* Vbi Chryſoſtomus: Mulier præfulgida forma ſimul cũ viro Ægyptio, & Rege tyrãno, & ſic inſano, & incontinenter affecto concumbens intacta egreditur ſeruata caſtitate ſua, vt videas in homine barbaro quantum exhorruerit adulterium quamquè acriter illud Deus puniat. *Gen. 12. Chryſ. hom 32. in Gen to. 1.*

20 Idem contigit Abimelech regi Geraræ cum Sara, de qua dixerat: *Soror mea eſt. Miſit ergo Abimelech Rex Geraræ, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte & ait illi: Ecce morieris propter mulierem, quã tuliſti: habet enim virum. Abimelech verò nõ tetigerat eam, & ait: Domine num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? Nonne ipſe dixit mihi: Soror mea eſt: & ipſa ait: frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum Deus: Et ego ſcio quod ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam.* *Gen. 20.*

Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia Prophetа eſt: & orabit pro te, & viues: ſi autem nolueris reddere, ſcito quod morte morieris tu, & omnia quæ tua ſunt. Statimque de nocte conſurgens Abimelech vocauit omnes ſeruos ſuos, & locutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum. Timuerunteque omnes viri valde. Statim (inquit) *de nocte conſurgens*: non diſtulit reddere Abrahæ Saram vxorem ſuam timens Dei iudicium, ſi paruo etiam tempore ſciens, & videns eſſe alienam vxorem, detineret eam in domo ſua. Ex qua hiſtoria (vt dicit Chryſoſtomus) ſicut & in anteriori colligitur malum adulterij tam eſſe horribile, vt a Rege barbaro nimis formidaretur, quod ſi perpetraſſet, puniſſet Deus in ſe & in ſuo Regno. ¶

Chryſ. ho. 45. in Gen. tom. 1.

21 *Si* tantum diſplicet Deo fornicatio corporalis cum aliena vxore, ſeu adulterium corporale, quid dicendum erit de ſpirituali adulterio, quo anima per fidem Chriſto deſponſata coniungitur diabolo, & ab eo corrumpitur? Contrahitur enim ſpirituale matrimonium per Baptiſmum & fidem inter illam & Chriſtum Apoſtolo dicente: *Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Cui conſonat illud Ieremiæ 3. *Ergo ſaltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es:* & Oſeæ 2. *Deſponſaui te mihi in fide.* Cum ergo fidem, quam Deo promiſit, frangens recedit ab eo per peccatum mortale, & ſe tradit diabolo, fornicari dicitur, & adulterium ſpirituale committere, de quo Ieremiæ 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen, reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.* Iſti autem amatores (ſicut dicit Origenes) ſunt dæmones, qui deſiderium capiunt pulchritudinis eius, & quia non poſſunt ſponſi fieri, meretricari cupiunt cum ea. De hac fornicatione intelligit Auguſtinus illud Pſalmi 72. *Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.* Et quaſi offenderet quæ ſit fornicatio, adiecit: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Nihil aliud volo, ſed ipſum. Fornicationis peccatum fugiendo potius vincimus, quam cum eo pugnando. Sic illud deuicit Sanctus Ioſeph. Cum enim Domina ſua iniecciſſet oculos ſuos in eum, & dixiſſet: *Dormi mecum*: & per ſingulos dies, moleſta eſſet adoleſcenti, & ille recuſaſſet ſtuprum: cumque illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius diceret: *Dormi mecum, ille relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.* Vbi Auguſtinus: Contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriã: nec ſit tibi verecundum fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere.) Cui conſonat illud Apoſtoli: *Fugite fornicationem.* Vbi, vt nota uit Chryſoſtomus, non dicit, abſtinete vos à fornicatione, ſed fugite, hoc eſt, ſtudium ponite, vt à malo liberemini. Et Sanctus Ambroſius lib. 1. de Cain, & Abel: Ideo (inquit) ait Apoſtolus: Fugite fornicationem, vt veloci fuga tanquam furioſæ Dominæ declinare ſauitiam, & tetro ſeruitio exire poſſimus. Sic fugit fornicationem caſtus Ioſeph Patriarcha pallium in manu laſciuæ mulieris illum ad libidinem cogentis relinquens. Hoc ergo fit occaſiones fugiendo, & conſortia fœminarum, immò & aſpectum earum deuitando. Nam

Aug. li. de honeſt. mulier. to. 9. 1. Cor. 6. Chryſ. ho. 18. ſup. 1. Epiſt. ad Cor. to. 4.

&

Apoc. 1. Ioannes *Christum Dominum Zona aurea ad mammillas præcinctum*. Nam cordis, quod sub mammillis est, venerat infirmitates curare. *De corde enim* (sicut Saluator ipse testatur) *exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem.*

Matth. 15.

DE GLORIA VANA.

Cap. XXXXIII.

Iob 1. IN laudem Iob dicitur, quod *erat simplex & rectus*: Simplex in operatione, & rectus in intentione: quia non propter vanam gloriam, sed propter Deum rectè operabatur. E cõtra verò qui bona opera non ad Dei gloriam, sed ad suam referunt, recti non sunt. De his enim dicitur Eccles. 2. *Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs.* Vbi Gregorius: Duabus vijs peccator terram ingreditur, quando & Dei est quod operetur exhibet, & mundi quod per cogitationem quærit.

Eccles. 2.

Greg. li. 1. mor. c. 11.

2 Tunc autem vana gloria ex toto vincitur, cum iustus nec de bonis operibus, nec de fama, quæ ex illis oritur, gloriatur. Vtrumquè mvitare oportet exemplo Sancti Iob. Ait enim: *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè*: ac si apertè diceret: opus meum etiam cum alijs exemplorum lucem tribueret, ad præsumptionis gratiam non attendi: quia dum de eo extolli timui, ab intuendo eo oculos auerti. Vnde Gregorius: Quia eum magnitudo operis non inflauit, solem fulgentem non vidit. Quia autem illũ nec fama laudis extulit, clarè incedentem lunam minimè attendit &c. Et sunt nonnulli, quos nec operatio propria extollit, sed cum laudari ab hominibus pro hac eadẽ bona operatione cęperint, ipsis hominũ fauoribus deuicti, quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conspiciunt, atque a cordis custodia dissoluuntur. Hi profectò & si fulgentem solem videre noluerunt, lunam tamen clarè incedentem respiciunt: quia inter huius vitæ tenebras, dũ in opinionis suæ claritate animũ defigunt, humilitatis gratiam quasi ex nocturno lumine amittũt, & intuẽtes lunã se nõ vident, qui semetipsos nescire incipiunt, dum mentis oculos in transitorium fauorem figunt.

Iob 31.

Greg. 22. mor. 5.

Psal. 90. Ber. ser. 14 sup. Psal. Qui habitat col. 3. Matth. 6.

3 Hinc est quod (vt notauit Bernardus) vanagloria non immeritò confertur Basilisco, de quo Psal. 90. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* De basilisco quid dicemus? Monstruosius cęteris, solo visu hominem inficere, & interficere perhibetur. Ni fallor, vanagloria est. *Videte ne* (inquit) *iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Ac si diceret: Cauete oculos basilisci. Sed cui nocere dicitur basiliscus? Ei qui non videns Basiliscum. Alioquin si prior eum videas, iam non tibi nocet

(vt

gratanter ſuſcipio quod relinquis, & relinquo quod retines: Sic placet, ſic mea intereſſe non dubito. Abiuro gloriam prorſus, ne fortè ſi vſurpauero non conceſſum, perdam meritò & oblatum. Pacem volo, pacem deſidero, & nihil amplius. Cui non ſufficit pax, non ſufficis tù. Tu es enim pax noſtra; qui feciſti vtraquè vnum &c. Tibi Domine, tibi gloria tua maneat illibata, mecum bene agitur ſi pacem habuero.]

Iſaiæ. 14. *Gen. 3.* 7 Qui ergò gloriam Deo debitam ſibi vſurpat, fur eſt, & latro: nã gloriam bonorum operum ſoli Deo debitam ſibi vſurpat, ſicut fur ille pater mendacij, qui dixit: *Similis ero Altiſſimo*, & in hominem quoque ſuæ falſitatis ſeminarium effudit dicens: *Eritis ſicut Dij.* Huiuſmodi furem, qui rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, imitantur *Ber. ſer. 1. de aduent. Domini.* qui nõ in Deo de operibus bonis, ſed in ſe de ipſis gloriãtur, quibus (vt notauit Bernardus) illud congruit Pſal. 49. *Si videbas furem, currebas cum eo.* Et Iſaiæ 1. *Principes tui infideles*, vel (vt alia translatio habet) *inobedientes ſocij furum.* Reuera enim Principes noſtri Adam, & Heua principia noſtræ propaginis inobedientes, & ſocij furum: qui & *ſup. miſſus eſt ho. 1. col. 2. 6.* filij Dei eſt ſerpentis imo diaboli per ſerpentem conſilio ſurripere tentant.] *Iſa. 1.* Et ſermone 4. in Natali Domini ait: Elatus, quod in ſe eſt, *Ber. ſer. 4. in natali Domini. col. 2. G.* Deum inhonorat. *Gloriam meam*, Dominus ait, *alteri non dabo.* Et ſuperbus: Ego (inquit) mihi eam, licet non dederis, vſurpabo. Nec enim placet ei Angelica diſtributio dans gloriam Deo, pacem hominibus.]

8 Ioſeph. (vt notauit Bernardus) cum domum, & omnia bona Ægyptij Domini ſui ſibi credita ſciret. Dominam non ignorauit excepta: & ob hoc non acquieuit contingere. *Non eſt* inquit *ex omnibus* *Ber. ſer. 13 ſup. Cant. col. 2. 1.* *bonis Domini mei, quod non in mea poteſtate ſit, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es.* Mulierem nouerat gloriam eſſe viri, & iniquum ſibi iudicauit vice contraria inglorium facere eum, qui ſe fecerat glorioſum. Aduertit homo Dei ſapientia prudens, virum vxorem fortiter tanquam propriam zelare gloriam, ſibique ipſi retinuiſſe ſeruandam, non alij credidiſſe, & manum ad non conceſſum extendere non præſumpſit. Quid ergo? Homo zelat gloriam ſuam, & Deum audet velle fraudare de ſua quaſi non zelantem?]

Greg. 22. moral. c. 5. circa med. 9 Sicut arbor quò altius ad ſuperiora ſurrexit, eò ventorum vim vehementius ſentit, ita (vt ait Gregorius) quò plus quiſque in bonis operibus attollitur, eò ampliori abore laudantium flatu fatigatur.] Arbor excelſa erat Paulus, qui ad cælum vſquè raptus audiuit arcana *2. Cor. 12.* verba, quæ non licet homini loqui, & tamen vento vanæ gloriæ ſæpius *Aug. Epi. 105. ad Sixtum col. 6. A.* agitabatur. Ait enim: *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Vbi per Angelum Satanæ ſpiritum vanegloriæ, quo pungebatur Apoſtolus & agitabatur, intelligit Auguſtin. L. Beatus Apoſtolus (inquit ille) aduerſus elationem, quæ vſque adeo magis tentat irrepere, vt & ſibi propter ipſam dicat, datum Angelum Satanæ, à quo colaphizaretur, ne verecundæ præſumptionis erigeret, aduerſus hanc ergò

ela-

Prou. 25. rit propriam, opprimetur ab ea, ſecundum illud Prouerbiorum 25: *Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria:* à gloria (inquam) non Dei, ſed ſua, vt Bernardus explicat, hoc eſt a vana gloria quam appe-
Ber. ſer. 62. tebat.

ſup. Cant. col. 2. g. 14 Qui de donis à Deo acceptis nõ in Deo, ſed in ſe ipſis gloriã-tur, ipſum maledicere, quem laudare debuerant, conuincuntur. Ideo Sanctus Iob. Holocauſta pro ſuis filijs offerebat conſurgens diluculo, *Ne forte* (inquiens) *peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordi-*
Iob. 1. *bus ſuis*. Deo quippe (ſicut dicit Gregorius) benedicere, ideſt, maledi-
Greg lib. 1. mor. c. 8. cere eſt, de eius munere ſibi gloriam præbere. Vnde rectè Sanctis Apoſtolis poſt prædicationem Dominus pedes lauit; vt videlicet apertè mõſtraret, quia plerumquè, & in bono opere peccati puluis contrahatur, & inde inquinentur veſtigia loquentium, vnde audientium corda mundãtur. Et cap. 19. id ipſum magis explicat ſubdens: Deo maledicunt cum mentes noſtræ ſi de ſe exiſtimant habere quod ſunt; Deo maledicunt cum ſe & ab illo accepiſſe vires intelligunt: ſed tamen de eius muneribus propriam laudem quærunt.)

Chryſ. ho. 5 in perfect. in Matth. 15 Hinc eſt quod (vt notauit Chryſoſtomus) nunquam Chriſtus Dominus iratus reſpondit iniurijs ſibi illatis, niſi cum tentator gloriam ſoli Deo debitam ſibi vendicare voluit, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*. Cui Chriſtus Dominus: *Vade* (inquit) *Satana: Scriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*.
fin. to. 2. pa. Matt. 4. Peccata enim in Deum, & vana gloria qua gloria Dei vſurpatur, fuſtignenda non ſunt, ſed totis viribus repellenda.

Chryſ hom. 25. in perfect in Matth. in prin. to. 2. 16 Omnia vitia (vt notauit Chryſoſtomus) habent ſpeciales virtutes ſibi contrarias, à quibus vincuntur. Sola vana gloria omnibus virtutibus aduerſatur, & quod magis mirandum eſt, ex eiſdem virtutibus naſcitur, & in illis nutritur, ſicut tinea in delicatiore veſte. Omnia mala (inquit ille) quæ ſunt in mundo habent contraria bona, per quæ ſuperentur, vt puta, fornicatio caſtitatem, ſuperbia humilitatem, iracundia manſuetudinem. Et nullum eſt malum, quod non habeat contrarium bonum, per quod ſuperetur dempta vanagloria. Ideo quantauis bona feceris volens compeſcere vanam gloriam, tantò magis excitas eam. Et cauſſa eſt iſta, quia omne malum ex malo naſcitur, ſola autẽ vana gloria de bono procedit. Ideo non extinguitur per bonum, ſed magis nutritur. Deniquè inter omnes peccatores tentatio vanæ gloriæ non habet locum. Fornicarius enim, aut raptor quomodo tentetur in vana gloria, qui non habet vnde glorietur? illi autem tentationem vanæ gloriæ patiuntur, qui tale aliquid faciunt, vnde glorientur. Ergo nullum remedium poteſt eſſe contra vanam gloriam, niſi oratio ſola. Et hæc ipſa vanitatem generat, niſi cautè proſpereris, ſi fortè bene orueris. Et Sanctus Proſper Aquitanicus Sacram Virginem Demetriadem multis, & elegantiſſimis verbis hortatur, vt ab hoc peſſimo vitio caueat, & inter alia, quæ videnda ſunt, inquit: Non itaquè deſidioſis, & tepidis, neque inertibus, & incultis: ſed magis quibuſdam animis ſedulis, & bonorum actuum probitate luculentis, per gloriam irrepſit

huma-

Capitulum. Quod Rex non possit dare Clericis bona Ecclesiastica.

Item, quod Rex non possit dare Clericis bona Ecclesiastica, nec Clerici ea emere, nec Rex ea retinere, nisi ea vendat infra annum, ne Ecclesia depereat.

Capitulum. Quod Rex non possit dare Clericis bona Ecclesiastica.

Item, quod Rex non possit dare Clericis bona Ecclesiastica, nec Clerici ea emere, nec Rex ea retinere, nisi ea vendat infra annum, ne Ecclesia depereat.

Ioannes Baptista Rubeus Ravennas Ioanni Antonio Flaminio Forocorneliensi Poetæ Clarissimo Salutem.

Quæ tua fuit, mi Flaminie, humanitas, cum Bononiæ mecum ageres, ut tibi Epistolam aliquam ad te scribendam darem, quæ tuis Poematibus præponeretur, ea nunc mihi est, ut ego tibi Epistolam ad me scribendam dem, quæ meis Epistolis præponatur. Quod ego libenter facerem, si quidquam mihi ad id præstandum ingenii, aut doctrinæ suppeteret. Sed cum ea mihi desint, quæ ad tantum munus obeundum requiruntur, tu ipse, qui ea habes, quæ desiderantur, ad te scribe, quæ tibi videbuntur. Ego tamen, ut tuæ voluntati morem gerere videar, quæ de ortu, & titulo meo, quæque de studiis meis, & de rebus gestis mihi memoriæ occurrent, ea tibi breviter exponam. Ego igitur Ravennæ natus sum, ut ipse scribis, & ut ego ipse in Epistolis meis sæpe dixi. Ravenna autem, ut ipse quoque scribis, & ut ego ipse in Epistolis meis sæpe dixi, Ravenna, inquam, Italiæ urbs est, quæ Adriatico mari proxima, Padi fluminis ostia, quæ in mare influunt, ab altera parte habet, ab altera Pineta, quæ ad Classem usque pertinet, quæ Classis Ravennæ portus est, ab altera Ager Ravennas, qui ad Cæsenam usque pertinet, ab altera Ager Bononiensis, qui ad Ferrariam usque pertinet. Ravenna autem, ut ipse quoque scribis, & ut ego ipse in Epistolis meis sæpe dixi, Ravenna, inquam, Italiæ urbs est, quæ Adriatico mari proxima, Padi fluminis ostia, quæ in mare influunt, ab altera parte habet, ab altera Pineta, quæ ad Classem usque pertinet, quæ Classis Ravennæ portus est, ab altera Ager Ravennas, qui ad Cæsenam usque pertinet, ab altera Ager Bononiensis, qui ad Ferrariam usque pertinet.

Quæ tibi sit, quæ sit mihi, quæque fuerit.
Ergo ego, quæ fueram, quæ sum, quæque esse recusem,
Quæque futura mihi, quæque fuisse tibi?

25 Qui per bona opera quęrit hominum laudes & gloriam propriam, non autem Dei, ſimilis eſt illi, qui cum Regem prædiuitem debitorem habeat, transfert debitum ad hominem pauperem, qui non habet, vnde debitum ſoluat. Quod his verbis expendit Chryſoſtomus: Interdum pauperibus miſericordiam impendis, ſed cum inani gloria, vt nec in bonis operibus lucrum reperias. Quo quid miſerabilius, cum & in portu naufrageris? Habes Deum debitorem, quid illo dimiſſo me repetis hominem pauperem, & miſerum? Num Deus indigeatur ſi repetitur? num pauper eſt? num ſoluere recuſat? non ineſſabiles eius vides theſauros? non inueſtigabilem cernis libertatem? ipſum igitur repete, dum enim repetitur gaudet; quod ſi aliam pro his, quæ ipſe debet, repeti videat, tanquam affectus contumelia ſit, ita ſegerit, nec iam tibi reddet, ſed magis tibi iuſtè improperabit: Qualem in me ingratitudinem notaſti? Quam in me paupertatem deprehendiſti, quoniam me prętermiſſo, ad alios recurris? Idem proſequitur homilia. 15. in Matthęum in fine & homilia 19. to. 2. Cui conſonat illud Matthęi 6. *Cauete nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem.* *Chryſ. hom. 24. ad pop. Matt.*

26 Anima iuſti nauis eſt mercibus ſpiritualibus onuſta per mare huius ſęculi ad Regnum ſupernum nauigationis ſuæ curſum dirigens, de qua dicitur Prouerbiorum 31. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum*; ſed antiquus hoſtis aduerſus eam ventos validiſſimos excitat vanæ gloriæ, vt eam cum omnibus mercibus demergat in profundum. Vnde Baſilius: Illa ſcilicet vana gloria pietatis mercatorem cuiuſq; modi virtutum mercibus onerariam mentis nauem ſubſarcinaſſe, & compleſſe animaduertit, procella ſua ocyus excitata in eo omni conatu operam dat, vt illã euertat, atque aquis perfundet. Et infra. Fugiamus inanem gloriam dulcem ſpiritualium operum expoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, tineam virtutum blandiſſimam, bonorum noſtrorum deprædatricem, eandemque mellis illitu fraudis ſuæ veneni coloratricem, & mortiferi hominum mentibus poculi porrectricem.) *Prou. 31. Baſil. lib. conſtit. mon. naſt. c. 1. in 10. pr.*

27 Hinc Sanctus Chryſoſtomus vanam gloriam amantes nauigantibus confert, qui cum totum ferè curſum maris peregerint, in portu tandem patiuntur naufragium. Quid infœlicius credatur eſſe (ait ille) quam cum in portu ſedens naufragium pateris etiam? Hoc autem faciunt ij, qui propter vanam gloriam bona operantur. *Chryſ. hom. 15. in c. 5. Matth.*

28 Vana gloria vmbra quędam eſt, & imago veræ gloriæ, ideo enim dicitur vana, quia inanis eſt, & picta. Vnde ſcriptum eſt: *Verumtamen in imagine pertranſit homo.* Et iterum: *Pręterit enim figura huius mundi.* Sicut ergo dementia eſſet diligere vmbram vel imaginem mulieris caſtæ, & odio habere mulierem veram & caſtam: ita (vt Chryſ. ho. 29. ſup. 1. epiſt. ad Cor. col. 6. & 7. docet) amens eſt reputãdus qui vanam gloriam amare contendit, & gloriam veram odio proſequi. Dic obſecro, ſi quis ſuaderet tibi vt mulierem pictam ducere in vxorem, nonne amentem reputares, & reſponderes, nolo? quia *Pſal. 38. 1. Cor. 7. Chryſ.*

mulier depicta vana eſt,& falſa mulier ? Quare ergo diligis gloriam vanam,quæ depicta eſt,& inanis,& veram gloriam quæ in Deo conſiſtit,non diligis ? Ratio hæc eſt Chryſoſtomi homil. 2: ad Titum col. 3. & 6. & rurſus hom. 29. ſup. 2. epiſt. ad Corin. col. vltima B. Vmbra(inquit) gloriæ eſt illa gloria. Nullus enim panem videns pictum, etiam ſi multum à fame vexetur, picturam attingit. Igitur neque tu vmbras ſectare. Vmbra enim gloriæ eſt, non gloria. ¶ Cui

Eccleſ. 34. Sap. 5. conſonat illud Eccleſ 34. *Quaſi qui apprehendit vmbram, & ſequitur ventum, ſic qui attendit ad verba mendacij.* Et illud ſapientiæ 2. *Omnia illa tranſierunt velut vmbra.*

29 Iuſti comparantur latroni, quia ſpiritualia bona ſibi rapiunt, ſecundum illud: *Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* *Matt. 11.* Sicut ergo latro abſcondit ea, quæ rapuit, ita iuſti abſcondere debent opera bona. Vnde Chryſoſtomus: Violenti (inquit) rapiunt cęlum. *Chryſ. ho. 20. ſup. 2. epiſt ad Timotheum. col. 5.* Violentia,& rapina opus,neque enim in promptu atque ad manus eſt cęlorum Regnum. Raptor huiuſmodi ſemper ſobrius vigilque perdurat,& in cura cogitationibuſque verſatur,vt rapere oportune poſſit, &c. Non videsraptores quomodo fugiant, quomodo currant, quomodo omnia impedimenta dirumpant? Curſu opus eſt: nam protinus aduerſum te diabolus currit, & his, qui præceſſerint tenere iubet ſed ſi fortis, ſi expeditus fueris, omnia abieciſti, omnes auis inſtar euaſiſti.]

30 Lux bonorum operum, dum fumus in via, debet occultari in manibus, ne inſurgens ventus vanitatis eam extinguat. Dicitur enim *Iob 36. Pſal. 118.* Iob 36. *In manibus ſuis abſcondit lucem.* Et Pſalmiſta inquit: *Anima mea in manibus meis ſemper.* Vnde Bernardus: Iam verò ſic ardens *Bern. ſer 3 in vigilia natal. Dni col. 2. l.* & lucens nondum in domo ſe eſſe confidat,vbi ſine timore ventorum accenſum lumen ſoleat deportari, ſed meminerit ſe eſſe ſub dio, & vtraque manu ſtudeat operire quod portat,nec credat aeri,etiam ſi videat eſſe tranquillum. Repente enim & hora qua non putauerit, mutabitur, & ſi vel ad modicum manus remiſerit, lumen extinguetur, &c. Ideo vtriſque manibus & cordis & corporis anima eſt tegenda, ne forte quæ iam illuminata fuerat,extinguatur:nec cedendum,vel recedendum,etiam ſi grauis tentationum feruor vtriuſque hominis ſtatum vehementer affl.xerit: ſed diu endum cum Sancto: *Anima mea in manibus meis ſemper.* Eligamus potius ardere,quã cedere. Et ſicut quod in manibus noſtris tenemus, non facilè obliuiſcimur: ſic nunquam obliuiſcamur negotium animarum noſtrarum, & illa cura *Matt. 13.* principaliter vigeat in cordibus noſtris.]

31 Hinc eſt, quod regnũ cęlorum comparatur *Theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit*: vt ſciamus theſaurum *Pſal. 118. Greg. hom. 11. ſuper Euangel.* bonorum operum, quem (ſicut ait Apoſtolus) portamus in vaſis fictilibus, non eſſe ad captandam vanam gloriam manifeſtandum, ſed abſcondendum in corde cum Propheta dicẽte: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Vnde Gregorius: Notandum eſt (inquit) quod inuentus theſaurus abſcondatur,vt ſeruetur. Quia ſtu-

dium

ſtina cęleſtis deſiderij à malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit, qui hoc & ab humanis laudibus non abſcondit. In præſenti etenim vita, quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem ſpiritus iter noſtrum quaſi quidam latrunculi obſident. Deprædari ergo deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via.]

32 Et vt cum maiori cautela theſaurus hic pretioſus cuſtodiatur, ne a latronibus diripiatur, non ſolum eum homo, qui inuenit abſcondit, ſed etiam Deus, Propheta atteſtante: *Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum, protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.* Vbi Bernardus: In die malorum (inquit) ideſt, dum adhuc dies mali ſunt, & in terra aliena ſumus, quæ data eſt in manus impij, in qua non eſt regnum pacis, nec Deus pacis regnat in ea. Nam ſi regnat, quid eſt quod oratores dicimus: *Adueniat regnum tuum?* Neceſſe igitur eſt abſcondere interim ſi quid habemus boni, quoniam theſaurum Regni cęlorum, qui inuenit homo abſcondit. Propter quod etiã corporaliter in clauſtris, & in ſiluis abſcondimur. Ne videlicet reputemur Sancti. Parum ne hoc lucrum ducitis, quod non reputamini ſancti antequam ſitis? An non timetis, ne forte hic vili mercede hac pecepta, in futuro mercedem non habeatis?] Cui conſonat illud Iſaiæ 4. *Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluuia.*

Pſal. 26. Bern. ſer. 4. ſup. Pſal. qui habitat col. 2. d. 4.

Iſaiæ 4.

33 In laudem Virginum prudentum dicitur, quod *ſumpſerunt oleum ſecum in vaſis ſuis cum lampadibus: Fatuæ verò Virgines non ſumpſerunt oleum ſecum*: & ideo veniente ſponſo, dum irent vt emerét oleum a vendentibus, *venit ſponſus, & quæ paratæ erant intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.* Quo (ſicut ait Auguſtinus) admonetur iuſtus, ne humanis laudibus extollatur, nec ſit in virginibus ſtultis aliena laude lætantibus, & propter ipſam inanem laudem, non propter conſcientiam ſuam, vbi illis teſtis eſt Deus bona operantibus: ſed ſit in virginibus ſapientibus, vbi dicat quod ait Apoſtolus. *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Hoc enim eſt oleum ferre ſecum, non à vendentibus emere, hoc eſt, ab adulantibus. Adulatores namquè laudem ſuam tanquam oleum venditant ſtultis. De hoc oleo dicitur in Pſalmo: *Emendabit me iuſtus in miſericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.* Elegit à iuſto miſericorditer reprehendi, & quodammodo colaphizari, quam vt et caput in ſuperbiã creſcat, peccatoris adulatione laudari.] Igitur ſumere ſecum oleum eſt, illud ſecum ferre, non emere a venditoribus, ideſt, adulatoribus: de quibus in Pſalmo prælegato dicitur: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Oleum in vaſe eſt bonum opus in corde abſcondito, vt loco prælegato cap. 33. docet Aug. Hoc oleum ſtultæ virgines non habent ſecum, quoniam ſibi tribuendo, ſi quid boni operis faciunt, neceſſe eſt inflentur ſuperbia, & propter hoc vitium ſic laude delectentur humana, vt eius gaudio ſi quid bonũ agunt, feruere & lucere videantur. Vel portare oleum ſe-

Matt. 25.

Aug. epiſt. 120. ad Honoratum c. 31. H.

1. Cor. 1.

Pſal. 140.

cum eſt, habere teſtimonium bonæ conſcientiæ, nec ab humana laude pendere, iuxta illud Pſalmi 21. *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* Et Pſalmo 33. *In Domino laudabitur anima mea.* Hæc cantare non poſſunt virgines ſtultæ, quæ laudibus delectantur humanis. Hinc etiam Sponſus in laudem Eccleſiæ ſuæ, & cuiuslibet animæ iuſtæ ait Canticorum 4. *Hortus conclusus ſoror mea ſponſa, hortus conclusus, fons ſignatus.* Vbi Gregorius: Vnaquæque (inquit) anima ſancta etiam hortus conclusus eſſe intelligitur: quia dum virtutes nutrit flores gignit, & dum virtutum ex hilaratione ſe reficit, fructus quos genuerat, eadem cuſtodit. Concluſus enim hortus eſſe dicitur: quia bona ſua intentione vitæ æternæ abſcondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipſa bona intentione ſe circumſepit, ne ad interiora rapienda hoſtis antiquus corrumpere poſſit.

Pſal. 21. Pſal. 33. Cant. 4.

34 Non vult Deus vt noſtrorum bonorũ operum oſtẽtationem faciamus ad vanam gloriam captandam. Ideo Apoſtolus: Tu (inquit) fidem habes? penes temetipſum habe. Ac ſi diceret ſerua eam in corde fidem (inquam) quæ per dilectionem operatur: non facies bona opera coram hominibus vt videaris ab eis. Hoc enim eſt fidem penes temetipſum habere, oleum in vaſis ſuis ſecum portare, theſaurum abſconditum abſcondere. Vnde Chryſoſtomus homilia vigeſima ſexta ſup. Epiſtol. ad Roman. column. tertia E. Videtur mihi hoc loco, & vanæ gloriæ tacitè arguere perfectorem. Quod verò dicit tale eſt: Vis mihi oſtendere, quam ſis perfectus, & conſummatus? Non mihi oſtentes, ſed tua ipſius conſcientia contentus eſto. Per fidem autem non intelligit eam, de qua ſcriptum eſt: *Ore autem confeſſio fit ad ſalutem*: Et *qui negauerit me coram hominibus, negabo ipſum, & ego*: ſed bona opera, quæ ex fide fiunt.

Rom. 14. Chryſ.

35 Qui enim publicam facit eleemoſynam propter vanam gloriam, duo magna infert mala, vt notauit Chryſoſtomus homilia tertiadecima ſup. ſecundam Epiſt. ad Cor. col. quarta M. Alterum ſibi, nam meritum & præmium eleemoſynæ perdit. Alterum pauperi, nam alij nolunt ei ſubuenire, videntes a te eſſe præuentum; imò & magnam ei contumeliam inferunt. Dare eleemoſynam ad pompam inhumanitas eſt (inquit ille) & crudelitas, imò etiam illa grauior. Nam qui crudelis eſt non dat petenti, tu autem plus facis quam ille. Volentes dare prohibes. Quando enim dando tanta pompa vteris, & gloriam eius qui accipit, arripis, etiam daturum cohibes, ſi ſegnis fuerit: non enim poſtea dabit, quaſi ei, qui iam acceperit, & nunc non ſic egeat: ſed ſæpius reprobabit, ſi accedens petierit poſtquam acceperit, & impudentem cenſebit.

Chryſoſt.

36 Hinc Dominus Matthæi quinto, ait: *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid facit dextera tua.* Vbi per dexteram intentio bonorũ operũ, per ſiniſtrã appetitus laudis, & vanæ gloriæ deſignatur. Dicit enim Aug. Nihil cõſequẽtius ſiniſtra videtur ſignificare, quã ipſã delectationẽ laudis. Dexterã autẽ ſignificat intẽtionẽ implẽdi præcepta diuina. Cũ itaq; cõſcientiæ facienus eleemoſynã miſcet ſe appe-

Matt. 5. Aug. l. 2. de ſer. Domi. in monte c. 5. M.

titio

Advertisements are inserted at the Publishers' discretion only.

batio rationi contraria, quæ omnibus virtutis operibus facilè implicatur. Linea in aqua impressa confunditur, itidem labor in animo inanis gloriæ cupido. Manus in sinu latens fit candida, & opus abscondi-tum luce nitet splendidius. Hedera sic arbore complectitur, vt cum se altius se se sustulerit, radicem eius a refaciat: nanis gloria sic iuxta virtutes nascitur, vt non recedat prius, quam vim illarum excide-rit. Racemus humi iacens facilè putrescit: & virtus inani gloriæ in-hærens corrumpitur. Monachus inanis gloriæ studiosus est operarius sine mercede: laborem subit, & mercedem non accipit.) Similia dicit Sanctus Antiochus hom. 43. de inani gloria, vbi inter alia inquit: Planè
Tò.2.B.V. malitia omnis artifex vana est gloria simul & voluptas. Affectio pro-
P.col.237 inde ambitiosior gloriæ istius inanis quàm est multiformis? quam est malum subtile? Adeò enim nequit planè internosci; vt ne ab eo vel qui tentatur, deprehendi facilè possint impressiones illius sic insidiosæ.) Et multa alia prosequitur notatu digna.

53 Remedium hoc aduersus vanam gloriam applicat Ioannes Climachus li. de ineffabilibus cogitationibus gradu vigesimo primo.
Tò.5.B V. Vbi sic ait: Quoties nos laudatores imo vero seductores laudare
P. col. 324 cœperint; citius iniquitatum nostrarum multitudo memoriæ occurrat: & inueniemus nos ipsos indignos his, quæ in nostram laudem di-cuntur, vel geruntur.)

DE GAVDIO BONORVM, ET MALORVM.

CAP. XXXXIV.

GAVDIVM bonerum est verum gaudium: nam est gaudium in Domino, quod nunquam perit, ad quod inuitat nos Psalmista cum ait: *Lætamini in*
Psal. 96. *Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti*
Isa. 57. *corde*. Et per Isaiam ait: *Non est gaudere impijs*,
Aug. sup. *dicit Dominus*. Vbi Augustinus: Gaudere quod vo-
Psal. 96. cant impij, non est gaudere, nam illi sibi videntur
col. vl Ps I. gaudere: *Non est autem gaudere impijs dicit* non homo, sed *Dominus*.
Ier. 17. Vnde ille ipsum gaudium videns ait: *Et diem hominum non concupiui, tu*
Philip 4. *scis*.) Cui consonat illud Apostoli: *Gaudete in Domino semper, iterum*
Orig. serm. *dico gaudete*. Vbi Origenes: securi & fiduciam habentis est istud, vt
14. sup ep. potè qui in Deo est, semper gaudet. Siue affligatur, siue aliquid patia-
ad Philip. tur, semper gaudet, qui talis est. Audi quid Lucas dicat: *Reuersi sunt*
to. 4. *à conspectu concilij gaudentes. Apostoli, quod digni habiti essent, vt pro*
nomine eius verberarentur. Si verbera & vincula, quæ omnium viden-
Act 5. tur tristissima, gaudium pariunt, quid nos aliorum malorum mœstos efficere potest?) Hinc est illud quod de gaudio discipulorum dixit Christus Dominus: *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*. Non sic gaudium mundi, nè sic. Sunt enim multa, quæ gaudium illud etiam à nobis nolentibus tollu-

Aug. ſup. pſal. 48. conc. 2. autem gaudentes. Vbi Auguſtinus: Triſtitia noſtra (inquit) habet quaſi, gaudium noſtrum non habet quaſi, quia in ſpe certa eſt. Quare triſtitia noſtra quaſi habet? Quia ſicut ſomnus tranſit, & dominabuntur recti mane. Nouit enim Charitas veſtra, quia qui ſomnum indicat, addit quaſi: Quaſi dicebam, quaſi loquebar, quaſi prandebam, quaſi equitabam, quaſi diſputabam. Totum quaſi, quia cùm euigilauerit, non inuenit quod videbat, &c. Itaquè modo qui ad lętitias ſeculares oculos aperiunt & cor claudunt, tranſit quaſi eorum & venit verum ipſorum. Quaſi ipſorum ſelicitas eſt ſæculi, verum ipſorum pœna eſt. Noſtrum autem quaſi triſtitia eſt, gaudium non eſt quaſi. Non enim ait Apoſtolus, quaſi gaudentes: ſed ait: *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. Quaſi egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Ipſum nihil habere, quaſi Apoſtoli erat. Et omnia poſſidentes, ibi non dixit quaſi. Quaſi egebat, non autem quaſi, ſed verè multos ditabat. Quaſi nihil habebat, non autem quaſi, ſed omnia poſſidebat.]

DE GENTIBVS, ET IVDÆIS
Cap. XXXV.

Genes. 25. DVO populi, Iudaicus videlicet & Gentilicus præfiguráti ſunt in duobus paruulis colluctantibus in vtero Rebeccæ, quæ Domino donante concepit. Sed, *colliidebantur paruuli in vtero eius*, quorum moleſtiam non ſuſtinens dixit: *ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Et ait illi Dominus: *Duo gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, populusque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.*

Aug. ſer. 78. de tempore qui eſt ſerm. 2. feſt. 4. pro 2 dom. quadr. Quod quidem (vt Auguſt. ait) ſecundum literam in Eſau, vel in Iacob non videmus impletum. Non enim corporaliter beatus Iacob Eſau ſeruiſſe commemorat Scriptura. Impletur autem hoc in Chriſtianis, vel in Iudæis. Maior enim, & ſenior populus Iudæorum iuniori, ideſt, populo Chriſtiano ſeruire probatur: dum per totum mundum libros diuinæ legis ad inſtructionem omnium gentium portare cognoſcitur. Ideo enim per omnem terram Iudæi diſperſi ſunt, vt cum aliquem Pagauum ad fidem Chriſti voluntas inuitare, & ab omnibus Prophetis ipſum Chriſtum fuiſſe annunciatum teſtamur; & ille reſiſtens dixerit, à nobis potius quàm à Spiritu ſancto libros Diuinæ legis eſſe conſcriptos, nos habemus vnde eum redarguere certa ratione poſſumus, dicentes ei: Si de meis libris tibi dubitatio naſcitur, ecce Iudæorum libros, vtique inimicorum noſtrorum, quos certum eſt ſi ego conſcribere vellem mutare non poſſe, ipſos relege, & cum in ipſis hoc quod in meis libris inuenerit non eſſe incredulus, ſed fidelis. Hoc ordine maior populus minori ſeruire cognoſcitur, dum etiam per illorum libros ad credendum in Chriſtum gentium populus inuitatur.] Eandem explicationem profert Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Dei cap.

trigesimo quinto & trigesimo septimo & latius Chrysostomus homilia sexagesima octaua, siue vndecima de Iacob & Esau tomo primo, & Gregorius homilia sexta super Ezechielem colum. prima.

2 Vnde Regius Propheta instanter pro Iudæis orauit petens, ne occiderentur, sed per vniuersum mundum dispergerentur, vt veteri testamento, quod super humeros portant, ferrent testimonium legis gratiæ. Ait enim: *Deus ostendit mihi super inimices meos: Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.* Quem locum de Iudæis per mundum vniuersum dispersis, interpretatur Augustinus. Epistol. 59. ad Paulinum col. 4 B. to. 2. & sup Psal. 58. conc. 1. in fin. to. 8. Nã ipsa Prophetia (inquit ille) quid aliud, nisi à nostris putaretur esse conficta, si non de inimicorum cordibus probaretur? Ideo ne occideris eos, ne ipsius gentis nomen exinxeris, nequando obliuiscantur legis tuæ. Quod vtique fieret, si ritus & sacra Gentilium colere compulsi penitus quolecumque nomen religionis suæ minimè retinerent. Quod in eorum figura etiam de Cain scriptum est, quod *constituit in eo Dominus signum, ne quis occideret eum.* Denique cum dixisset: *Non occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ*, velut quereretur, quid de illis esset faciendum, vt in aliquot vsus testimonij veritatis non occidatur, ideòne, ne consumantur, neque obliuiscantur legis Dei, continuò subiunxit: *Disperge illos in virtute tua.* Si enim in vno loco essent terrarum, non adiuuarent testimonio prædicationem Euangelij quæ fructificat toto orbe terrarum. Ideo disperge illos in virtute tua, vt eius ipsius, cuius fuerunt negatores, persequutores, interfectores, vbique sint testes per ipsam legem quam non obliuiscuntur, in qua est ille Propheta quem non sequuntur.] *Psal. 58. Augustin. Genes. 4.*

3 Aliud præsagium non minus clarum huius diuisionis & pugnæ inter populũ Iudaicum, & Gentilicum, quo designatur vnus præ cæteris super alium, habes Gen. 38. cum Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar. In mysterio (sicut dicit Chrysostomus.) Iudaici populi, & Gentilis. Zara enim primus ex vtero egressus apparuit, obstetrix autem ligauit illi coccum ad manum, signans populum Iudaicum rubricatum sanguine circumcisionis. Retracto autem Zara processit Phares: interclusa est enim caro, in qua Zara erat inclusus: hæc autem in qua Phares erat inclusus, adaperta est, ideo & processit primum. Sic Iudaicus populus primus apparuit in luce fidei quasi de vulua tenebrosa mundi procedens, & ideo signatus est eos eo circumcisionis, putantibus omnibus, quia ipse populus Dei erat futurus primus. Sed quid? posita est ante faciem eius lex quasi sepes, vt impediret iustitiam eius. Nam lex impedit fidem, non adiuuat, sicut scriptum est: *Priusquam veniret mandatum, peccatum quidem mortuum erat, ego autem viuebam: postquam venit mandatum, peccatum reuixit, Ego autem mortuus sum.* Sic ergo impeditus est populus Iudaicus per legem, vt non ad iustitiæ lucem veniret: sed subitò temporibus Christi rupta est sepes legis, quæ erat *Chrysost. 1. imperfecti in Matth. col. 3.*

Ephes. 2. inter Iudæos & Gentiles ficut ait Apoſt. *Medium parietem macerię ſæpis*
nens. Sic factum eſt, vt Ethnicus populus, qui primum Iudaico po-
pulo apparente, quaſi in vulua tenebroſi mundi tenebatur incluſus
poſtquam rupta eſt lex per Chriſti mandata, excluſo Iudaico populo,
iſte primus proceſſit ad fidem: & poſtea ſequitur Iudaicus populus,
1. Cor. 15. ſicut ait Apoſtolus: *Ecce myſterium vobis dico. Ex parte cęcitas in Iſrael*
Rom. 11. *contigit, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus*
fieret.

4 Etne putaremus per humanam induſtriam, & non ex diſpoſi-
tione, & reuelatione Diuina, populum Gentilicum, qui erat minor
natu, eſſe præferendum populo Iudaico, qui erat maior: ideo Sanctus
Iſaac, cum reuelatione diuina in quadam extaſi cognouiſſet Dei di-
[illegible] benedixit Iacob putans illum eſſe Eſau, non retra-
ctauit benedictionem, nec iratus fuit contra Iacob, ſed potius eam
Gen. 27. confirmauit, quod & ipſa Scriptura non tacuit. Ait enim Iſaac: *Bene-*
Aug. lib. *dixi ei, & erit benedictus*. Vnde Auguſtinus: Ecce benedictionem
16. de Ci- promiſſam repetente maiore, ex paueſcit Iſaac, & alium pro alio ſe
uitate Dei benedixiſſe cognoſcit. Miratur & quis nam ille, percunctatur: nec ta-
cap. 37. M. men ſe deceptum eſſe conqueritur, immò confeſtim reuelato ſibi in-
tus in corde magno ſacramento deuitat indignationem, confirmat be
nedictionem. *Quis ergo* (inquit) *venatus eſt mihi venationem, & intulit*
nubi, & manducaui ex omnibus antequam tu venires! & benedixi ei,
& erit benedictus. Quis non hic maledictionem potius expectaret ira-
ti, ſi hæc non ſuperna inſpiratione, ſed terreno more gererétur? ¶
O res geſtas, ſed Prophetis geſtas: in terra, ſed cęlitus: per homines,
ſed diuinitus.)

5 Sicut autem duo Iſaac filij Eſau & Iacob figuram præbuerunt
duorum populorum in Iudæis, & Chriſtianis. &c. Ita factum eſt etiã
(ſicut dixit Auguſtinus) in duobus filijs Ioſeph. Nam maior geſſit ty-
Aug. lib. 16 pum Iudæorum, Chriſtianorum autem minor. Quos cum ben di-
de Ciuitate ceret Iacob manum dexteram ponens ſuper minorem, quem habe-
Dei c. 42. bat ad ſiniſtram, ſiniſtram verò ſuper maiorem, quem habebat ad
dexteram, graue viſum eſt patri eorum, & admonuit patrem velut
corrigés eius errorem, & quiſnam eorum eſſet maior, oſtendens. At
ille mutare manus noluit, ſed dixit: *Scio fili, ſcio: & hic erit in populũ, &*
hic exaltabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit, & ſemen eius erit in
multitudinem gentium.] Et quæſt. 166. ſup. Geneſim ait: Quod is
benedicit nepotes ſuos Iſrael, vt dexteram manum minori imponat
maiori autem ſiniſtram: & hoc filio ſuo Ioſeph volenti corrigere qua-
ſi errantem, atque neſcientem, ita reſpondit: *Scio fili mi, ſcio: & hic erit*
in populum, & hic exaltabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit, & ſe-
Mth. 20. *men eius erit in multitudinem gentiũ*.] Cui conſonat illud Matth. 20.
Erunt primi nouiſſimi & nouiſſimi primi. Quod S. Aug. lib. de Vnita-
te Eccleſiæ contra epiſt. Petiliani cap. 13. explicat de Iudæis, qui no-
uiſſimi facti ſunt, cum eſſent primi; & de Chriſtianis ex Gentibus,
qui primi facti ſunt, cum eſſent nouiſſimi.

6 Cum

6 Conſonat etiam illud Iſaiæ 19. *In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio, & Aſſyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum dicens: Benedictus Populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Aſſyrio: hæreditas autem mea Iſrael.* Quæ verba in eodem ſenſu, vt notauit Cyrillus, accipienda ſunt, ita nimirum vt ſit manifeſta Prophetia eius, quod legimus in Euangelio: *Erunt noui ſimi primi, & primi nouiſſimi.* Primus fuerat in fide & cultu vnus Dei populus Iſrael, propter quod primogeniti nomine honorabatur à Deo. Ait enim: *Filius meus primogenitus Iſrael*: ſed quoniam creatori ſuo ingratus extitit, & filium eius vnigenitum recipere noluit, factus eſt nouiſſimus: & qui primum locum tenere debuerat, ſortitur tertium & vltimum inter Aegyptios, & Aſſyrios. Primò namque benedicuntur a Domino Ægyptij, ſecundò Aſſyrij, tertiò hæreditas Dei Iſrael, iuxta quod & Paulus ait: *Nolo vos ignorare fratres myſterium hoc: vt non ſitis vobis ipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.* Ecce primò intrat plenitudo Gentium, & poſtmodum fit ſaluus populus Iſrael: & qui antea non populus Dei ab omnibus dicebatur, nunc pro Dei populo habetur, & dicitur opus manuum eius, atque Iſraeli præfertur. Iſai. 19. Rom. 11.

7 Chriſtus Dominus venit primum ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, ſed quoniam non receperunt illum, tranſijt ad Gentes, quas per Apoſtolos ſuos ad ſe conuertit. Id quod ſuper Pſalmum 71. luce probat Auguſt. Fuit olim hoc præfiguratum in uellere Gedeonis. Petijt quippè ille ſignum à Domino vt in area poſitum ſolum vellus complueretur, & ſicca eſſet area: & rurſum ſolum vellus ſiccum eſſet & compluereturarea, & ita factu eſt. Quod ſignificauit tanquam in area in toto orbe terrarum ſiccum vellus fuiſſe priorem populum Iſrael. Idem ipſe ergo Chriſtus deſcendit ſicut pluuia in vellus, cum adhuc area ſicca eſſet. Vnde etiam dixit: *Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Ibi matrem, de qua formam ſerui acciperet, in qua hominibus appareret, elegit. Ibi diſcipulos, quibus hoc idem præcepit dicens: *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, ite primum ad oues, quæ perierũt domus Iſrael:* Cum dicit: *ite primum ad illas*: oſtendit & poſteà, cum iam eſſet area compluenda, ituros eos etiam ad alias oues, quæ non eſſent ex veteri populo Iſrael, de quibus dicit: *Habeo alias oues, quæ non ſunt ex hoc ouili, oportet me et ipſas adducere, vt ſit vnus grex, et vnus paſtor.* Hinc & Apoſtolus: *Dico enim* (inquit) *Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum.* Sic pluuia deſcendit ſuper vellus, ſiccam adhuc aream. Sed quoniam requitur: *Gentes autem ſuper miſericordia glorificare Deum*: vt accedente tempore compleretur, quod per Prophetam dicit: *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi*: videmus iam gratia Chriſti ſiccam remanſiſſe gentem Iudæorum, totumque orbe terrarum in omnibus Gentibus Chriſtianę gratę plenis nubibus compluu. Auo quippè verbo eandem pluuiam ſignificauit dicens: Gutta Matt. 10. Ioan. 10. Rom. 15. Ibidem. Luc. 20. Aug. ſup. Pſalm 71. col 4. A. tom. 8. Matt. 15. Matt. 10.

ſtillantes non iam ſuper vellus, ſed ſuper terram. Quid eſt enim aliud pluuia, quàm gutte ſtillantes? Ideò autem illam Gentem velleris nomine ſignificari puto, vel quia expolianda fuerat auctoritate doctrinæ, ſicut ouis expoliatur vellere: vel quia in abdito eandem pluuiam detinebat, quam nolebat præputio prædicari, ideſt incircumciſis Gentibus reuelari.] Eandem explicationem proſequitur idem Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum cap. 23. Et Gloſſa ordinaria in expoſitione moraſi Iudicum 6.

2 Reg. 1. 3 Hoc etiam myſterium reſpiciebat qui dixit: *Montes Gelboe nec ros, nec pluuia deſcendat ſuper vos, vbi ceciderunt fortes Iſrael.* Quæ imprecatio principaliter propter Chriſtum Dominum à Iudæis oc-
Greg. lib. 4 mor. cap. 4. ciſum facta eſt: quia (ſicut dixit Gregorius) Gelboe interpretatur decurſus, per Saul autem vnctum & mortuum mors noſtri mediatoris exprimitur. Ideo non immeritò per Gelboe montes ſuperba Iu-
in prim. dæorum corda ſignantur, quæ dum in huius mũdi deſiderijs defluunt, in Chriſti, ideſt, vncti ſe morte miſcuerunt. Et quia in eis vnctus Rex corporaliter moritur, ipſi ab omni gratiæ rore ſiccantur. De quibus & benè dicitur: vt agri primitiarum eſſe non poſſint. Superbæ quippè Hebræorum mentes primitiuos fructus nõ ferunt: quia in Redemptoris aduentu ex parte maxima in perfidia ramanentes, primordia fidei ſequi noluerunt. Sancta namquè Eccleſia in primitijs ſuis multitudine Gentium fœcundata, vix in mundi fine Iudæos quos inuenerit, ſuſcipit: & extrema colligens, eos quaſi reliquias frugum ponit. De
Iſa. 10 quibus nimirum reliquijs Iſaias dicit: Si fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.]

9 Conſonat cum hac explicatione illud Pſalmiſtæ vaticinium: Poſ-
Pſal. 106. *uit flumina in deſertum*, ideſt, Prophetas, & Scripturas, quæ currebant per Iudæam poſuit in Gentilitate, quæ per deſertum deſignatur, *& exitus aquarum in ſitim*, ideſt Iudæam, vbi erant Prophetæ, &
Aug. ſup. Pſal 105. poſt. med. Scripturæ poſuit in ſitim. Vnde Auguſtinus: Currebant ibi aquæ, currebant Prophetæ. Quære modo apud Iudæos propheram, non inuenies. Poſuit enim flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim. Poſuit flumina in deſertum. Dicant: *Iam non eſt Propheta: & nos non*
Pſal. 73. *cognoſcet amplius*. Adhuc poſuit flumina in deſertum & exitus aquarum in ſitim. Terram fructiferam in ſalinas. Quæris ibi fidem Chriſti, non inuenis: quæris Prophetam, non inuenis: quæris Sacerdotem, non inuenis: quæris ſacrificium, non inuenis: quæris templum, non inuenis. Quare hoc? Quia poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim, terram fructiferam in ſalinas. Vnde? Quo merito? à malitia habitantium in ea.)

10 Et hinc eſt quod Gentes conuerſæ ſunt ad Chriſtum poſt eius
Pſal. 101. reſurrectionem, & non antea, iuxta illud Pſal. 101. *Reſpondit ei*, ideſt, Chriſto Eccleſia Gẽtium, *in via virtutis ſuæ*, ideſt, in poſt eius reſurrectionem, *non in via* humilitatis, quia nimirum (ſicut explicat Auguſtinus conc. 2. ſup. eund. pſal.) poſt reſurrectionem Gentes conſurgerunt ad Chriſtum, & in eum crediderunt. Chriſtus ipſe via eſt.

Hgo

Ego sum (inquit) *via, veritas, & vita*, sed ante resurrectionem (ait Augustinus) non agnoscebatur populo suo. Et maximè crucifixus ex infirmitate latuit quis esset, donec fortis resurgendo appareret. Non ei ergo respondit Ecclesia in via infirmitatis, sed in via fortitudinis sum; quia post resurrectionem vocauit Ecclesiam de toto orbe terrarum, iam non infirmus in cruce, sed fortis in illo. Quamuis populus Gentilicus fuerit posterior in fide, iam tamen, quam semel susceperunt, firmiter tenent, & in ea perseuerabunt vsque in finem, quod tamen Iudæi non fecerunt; nam post agnitam veritatem retrorsum abierunt. Propter quod Veritas ipsa lapidibus comparauit Gentiles, cum dixit: *Potens est Deus de lapidibus istis filios Abrahæ suscitare*. Vbi (vt notauit Chrysostomus) propterea lapidibus similes esse dixit Gentiles, vt innueret eorum stabilitatem in fide. Quia (sicut dixit Chrysostomus) lapis durus est ad opus: sed cum factum fuerit opus ex eo, deficere nescit. Sic & Gentes cum difficultate quidem crediderunt, tamen credentes permanent in æternum in fide.) Cui consonat illud Iob 5. *Cum lapidibus regionum pactum tuum*, quem locum de Christo Domino & Gentibus, explicat Augustinus tom. 4 sup. Iob cap. 5. & sanct translatio Septuaginta interpretum, qua vtitur Augustinus: *Quia cum lapidibus agri habebis fœdus*. Ioc. 14. Matt. 3. Chrysf. ho. 3 imperf. in Matth. in med. D. 1. 2 Iob. 5.

11 Hinc est quod (vt notauit Bernardus) Synagoga Iudæorum quæ interfecit Christum, & Ecclesia Gentium, quæ viuum immò & à mortuis suscitatum suscepit illum, præfiguratæ fuerunt in duabus illi; mulieribus, quæ coram Salomone litigabant super filio suo, vtraquè enim contendebant esse proprium suum. Dicente enim Salomone: *Diuidite infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri: dixit mulier cuius filius erat viuus ad Regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat, nec mihi nec tibi, sed diuidatur.* Bern. ser. 6 in vig. Natalis Domini in fin. L. 3. Reg. 3.

12 Synagoga ergò fuit illa mulier impia, quæ diuidere Christum volebat, immò & eradere de terra viuentium. Dicebant enim Iudæi apud Ieremiam 11. *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius*. Sed Ecclesia Gentiu illum suscepit viuum, & verum Deum, ac Redemptorem mundi esse professa est. Vnde Bernardus: Et tu quidem impia Synagoga hunc nobis filium peperisti, officio quidem matris, sed non matris affectu. Excussisti eum de sinu tuo extra ciuitatem ejciens, & eleuans super terram, tanquam dicens Ecclesiæ Gentium pariter & Ecclesiæ primitiuorum, quæ est in cœlis: Nec mihi, nec vobis sit, sed diuidatur. Diuidatur (inquiam) non inter vtrasque, sed ab vtrisque. Expulsum enim, & exaltatum, & eleuatum, & quidem modicè satis, tamen vt nec in tuis esset manibus nec in terra, ferro vndique coarctasti: ne forte vel hac, vel illac excederet, vt videlicet à te separatus, ad neutrum peruenire et illarum. Sæua nimirum mater, ita abortiuum facere voluisti, dum non esset qui excipere posset excussum. Age ergò quid Ier. 11. Bern. vbi supra.

profeceris, imò quàm mihi profeceris, intuere. Vndiquè enim egre-
Cant. 3. diuntur filię Sion, vt videant Regem Salomonem in diademate, quo coronasti eum.]

13 Nec tamen omnes Iudæi hoc fuerunt crimine maculati. Multi enim ex illis crediderunt in Christum: alijs in sua perfidia remanentibus, quod & in luctu Iacob cum Angelo fuit præsignatum. Ge-
Gen. 32. nesis 32. Nam & Iacob recepit ab Angelo benedictionem, sed mansit claudus: *Et tetigit* (inquit) *nervum femoris eius, & claudicabat*. Quia
Aug. lib. 16. de Ciui te Dei c. 39 nimirum (sicut explicat Augustinus) quod Angelo prævaluit Iacob vtiquè volenti, significat passionem Christi, vbi visi sunt ei prævalere Iudęi, & tamen benedictionem ab eodem Angelo, quem superauerat, impetrauit, &c. Tetigit porrò illi idem Angelus veluti prævalenti latitudinem femoris, eumquè isto modo claudum reddidit. Erat itaquè vnus, atque idem Iacob & benedictus, & claudus: benedictus in eis, qui in Christum ex eodē populo crediderūt, atque in infidelibus claudus. Nam femoris latitudo generis est multitudo. Plures quippe sunt in
Psal. 17. ea stirpe, de quibus Propheticè dictum est: *Et claudicauerunt à semitis suis.*] Eandem explicationem, & eisdem ferè verbis tradit quæst. 104. in Gen. quam confirmat ex illo Ps. 17. *Et claudicauerunt à semitis suis*, quod de Iudæis reprobis intelligit: nam de benedictis explicat
Rom. 11 illud Rom. 11. *Reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt*. Et idem repetit lib. 12. contra Faustum cap. 26. Eandem explicationem prosequitur eleganter Chrysostomus super Psal. 93. Vbi inter alia inquit: Magnum sacramentum, qui Angeli tactu insanus sanus debuit reddi, versa vice factum est, vt sanus claudicans efficeretur, sed præfigurabat in duobus pedibus Iacob duos populos, scilicet credentes, & incredulos. Ecce in vno pede Iacob demonstrabatur populus in Christo claudicans Iudæorum: in alio pede integro & stabili popu-
Psal. 25. lus Christianorum, dicente Propheta: *Pes meus stetit in rectitudine, in Ecclesijs benedicam te Domine*.] Non ergo ait, pedes mei: sed pes meus in singulari stetit in via recta, ille videlicet, qui benedictus fuit in Iacob.

Iob. 29. 14 Hinc est quod Sanctus Iob in persona Christi loquens: *Oculus fui cęco*, ideſt, populo Gentilico, qui verum lumen Dei non habuit: *Et pes claudo*, ideſt, populo Iudaico, qui vnicum tantū pedem, hoc est, in reliquijs ab Angelo (sicut dictum est) benedictis, & in Christo credentibus recto calle ambulabat. Aut certè ex eo dicitur claudus, quia vnum dumtaxat testamentum, hoc est vetus, nouo abiecto, recepit.
Greg. 19. Dicit enim Gregorius: quia duos in se populos collegit, Iudaicum
mor. c. 14. scilicet atque Gentilem, rectè etiam potest, cęco gentilis, claudo autem
alias 21. Iudaicus populus designari. Gentilis quippe quasi oculos non habuit; quia non recepta lege, non vidit quo ire debuisset. At contra Iudaicus habens oculos claudus fuit; quia legem quidem sciendo tenuit, sed in ex gressum recti operis non tetendit: Si enim gentilis popu-
Isaiæ 9. lus cęcus minimè fuisset, Propheta non diceret. *Populus, qui sedebat in tenebris*

Δελτίον της Χριστιανικής Αρχαιολογικής Εταιρείας, Περίοδος Δ΄, τόμος ΚΔ΄ (2003), σελ. 29-38

Η ανασκαφική έρευνα στο νεκροταφείο της Αμφίπολης κατά τα έτη 1997-2001 αποκάλυψε ένα μεγάλο αριθμό τάφων, οι οποίοι ανήκουν στις περιόδους της Ύστερης Αρχαιότητας και του Μεσαίωνα. Η μελέτη των ταφικών κτερισμάτων, που περιλαμβάνουν κεραμική, γυάλινα αγγεία, μεταλλικά αντικείμενα και νομίσματα, επιτρέπει τη χρονολόγηση των τάφων και τη διερεύνηση των ταφικών εθίμων της εποχής. Ιδιαίτερο ενδιαφέρον παρουσιάζουν οι τάφοι με πλούσια κτερίσματα, που μαρτυρούν την ύπαρξη μιας ευημερούσας κοινωνικής ομάδας στην πόλη κατά τον 4ο και 5ο αιώνα μ.Χ.

Λέξεις κλειδιά: Αμφίπολη, νεκροταφείο, Ύστερη Αρχαιότητα, ταφικά κτερίσματα, γυάλινα αγγεία

Η Αμφίπολη, η σημαντική πόλη της Μακεδονίας που βρίσκεται στις εκβολές του Στρυμόνα, είναι γνωστή κυρίως για τα μνημεία της κλασικής και ελληνιστικής περιόδου. Λιγότερο γνωστή είναι η ύστερη φάση της ιστορίας της, η οποία όμως αποκαλύπτεται σταδιακά μέσα από τις ανασκαφές στο νεκροταφείο της. Οι έρευνες που διεξήχθησαν από το 1997 έως το 2001 από την Εφορεία Αρχαιοτήτων Σερρών έφεραν στο φως εκατοντάδες τάφους, οι περισσότεροι από τους οποίους ανήκουν στην Ύστερη Αρχαιότητα.

Η μελέτη αυτών των τάφων και των κτερισμάτων τους μας επιτρέπει να σχηματίσουμε μια εικόνα για τη ζωή και τον θάνατο στην πόλη κατά τους αιώνες της μετάβασης από την αρχαιότητα στο Βυζάντιο. Ιδιαίτερη προσοχή δίνεται στα γυάλινα αγγεία, τα οποία αποτελούν ένα από τα πιο χαρακτηριστικά ευρήματα της περιόδου και παρέχουν σημαντικά στοιχεία για τις εμπορικές σχέσεις της πόλης.

Η ανασκαφή του νεκροταφείου

Το νεκροταφείο της Αμφίπολης εκτείνεται βόρεια και ανατολικά της αρχαίας πόλης, κατά μήκος των δρόμων που οδηγούν προς τη Θράκη και τη Μακεδονία. Η πρώτη συστηματική ανασκαφή πραγματοποιήθηκε το 1997, όταν κατασκευαστικές εργασίες για τον αγωγό φυσικού αερίου αποκάλυψαν τυχαία μια ομάδα τάφων. Η Εφορεία Αρχαιοτήτων Σερρών ανέλαβε αμέσως τη διάσωση των ευρημάτων, και οι εργασίες συνεχίστηκαν μέχρι το 2001.

Συνολικά ανασκάφηκαν 412 τάφοι, οι οποίοι παρουσιάζουν μεγάλη ποικιλία ως προς τον τύπο και τον πλούτο των κτερισμάτων. Οι περισσότεροι είναι απλοί λακκοειδείς τάφοι, αλλά υπάρχουν και τάφοι με κεραμίδες, τάφοι με πλάκες και μερικοί μεγαλύτεροι τάφοι με θολωτή στέγη. Η διάταξη των τάφων δείχνει μια σχετικά οργανωμένη χρήση του χώρου, με ομάδες τάφων που πιθανόν ανήκουν σε οικογένειες ή συγγενικές ομάδες.

Τα γυάλινα αγγεία

Τα γυάλινα αγγεία αποτελούν το πιο εντυπωσιακό εύρημα από τους τάφους της Ύστερης Αρχαιότητας. Βρέθηκαν συνολικά 187 γυάλινα αγγεία σε 94 τάφους, δηλαδή σε περίπου το 23% των ανασκαμμένων τάφων. Η πλειονότητα ανήκει στον 4ο και στις αρχές του 5ου αιώνα μ.Χ., μια περίοδος κατά την οποία η κατανάλωση γυάλινων αγγείων είχε φτάσει σε μεγάλη ακμή σε όλη τη Μεσόγειο.

Οι τύποι που απαντούν στην Αμφίπολη είναι οι συνηθισμένοι για την εποχή: φιάλες, κύλικες, μικρά αρυβαλλοειδή μυροδοχεία και λυχνίες. Αρκετά αγγεία φέρουν χαρακτηριστική διακόσμηση με πλαστές σταγόνες ή νήματα, ενώ μερικά είναι χρωματισμένα με κοβαλτούχο ή χαλκούχο γυαλί. Η ποιότητα της κατασκευής ποικίλλει, από απλά καθημερινά σκεύη μέχρι πολυτελή δείγματα με λεπτά τοιχώματα και πολύπλοκη διακόσμηση.

Η ανάλυση της χημικής σύστασης του γυαλιού σε δείγματα από 23 αγγεία έδειξε ότι η πλειονότητα κατασκευάστηκε από πρώτες ύλες που προέρχονταν από τη Συρία και την Παλαιστίνη, γεγονός που επιβεβαιώνει τις εμπορικές σχέσεις της πόλης με τα ανατολικά εργαστήρια. Μόνο λίγα αγγεία φαίνεται να είναι τοπικής ή δυτικής προέλευσης.

Νομίσματα και χρονολόγηση

Τα νομίσματα που βρέθηκαν σε 67 τάφους επιτρέπουν τη χρονολόγηση ορισμένων ομάδων τάφων με μεγάλη ακρίβεια. Ο νεότερος νόμισμα που βρέθηκε είναι ένα χάλκινο του Αναστασίου (491-518 μ.Χ.), γεγονός που δείχνει ότι το νεκροταφείο χρησιμοποιήθηκε τουλάχιστον μέχρι τις αρχές του 6ου αιώνα. Η συνδυασμένη μελέτη νομισμάτων και κεραμικής επιτρέπει τη διάκριση τριών κύριων φάσεων χρήσης του νεκροταφείου.

Η πρώτη φάση, από τα τέλη του 3ου έως τα μέσα του 4ου αιώνα, χαρακτηρίζεται από απλούς τάφους με λίγα κτερίσματα. Η δεύτερη φάση, από τα μέσα του 4ου έως τις αρχές του 5ου αιώνα, είναι η περίοδος ακμής, με πλούσια κτερίσματα και μεγάλη ποικιλία γυάλινων αγγείων. Η τρίτη φάση, από τον 5ο έως τον 6ο αιώνα, παρουσιάζει μείωση του πλούτου των κτερισμάτων και σταδιακή εγκατάλειψη του χώρου.

Συμπεράσματα

Η μελέτη του νεκροταφείου της Αμφίπολης αποκαλύπτει μια πόλη που διατήρησε τη σημασία της και μετά την κλασική εποχή, αν και με διαφορετικό χαρακτήρα. Η παρουσία πολυτελών γυάλινων αγγείων και η ποικιλία των κτερισμάτων δείχνουν ότι υπήρχε μια ευημερούσα κοινωνική ομάδα που συμμετείχε στο εμπόριο της εποχής. Η σταδιακή μείωση του πλούτου των τάφων από τον 5ο αιώνα και μετά μπορεί να σχετίζεται με τις γενικότερες αλλαγές που συντελέστηκαν στη Μακεδονία κατά την περίοδο αυτή.

Περαιτέρω έρευνα στο νεκροταφείο και στην ευρύτερη περιοχή της Αμφίπολης αναμένεται να φωτίσει περισσότερο τη μετάβαση από την αρχαιότητα στο Βυζάντιο και να προσθέσει νέα στοιχεία για την ιστορία μιας πόλης που παίζει σημαντικό ρόλο στην ιστορία της Μακεδονίας από την εποχή του Φιλίππου μέχρι τους πρώτους χριστιανικούς αιώνες.

qui in sæculo factus homo despicitur, Synagogæ suæ oculis Deus ante sæcula declaratur.]

18 De Iudæis dictum est Iob 5. *Et conterentur in porta*, ideſt, in Christo, de quo Ioannis 10. *Ego sum ostium, per me si quis introierit, ſalvabitur*. Quia in hac porta (ſicut Gregorius explicat) contriti ſunt Iudæi, quia prauæ Iudæorum ſoboles ante mediatoris aduentum in legis obſeruatione floruerunt: ſed in ipſa Redemptoris noſtri præſentia à diuinitatis obſequio perfidiæ ſuæ meritis repulſi ceciderunt. Quos nimirum *non eſt qui eripiat*: quia ſcilicet, dum ipſum Redemptorem extinguere perſequendo conati ſunt, oblatæ ſibi remedium ereptionis abſciderunt.] Quia verò gentes Chriſtum & eius Euangelium, quod repulerunt Iudæi, humiliter ſuſceperunt, ideò ſubditur: *cuius meſſem famelicus comedet* Quia nimirum Gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quæ Plebs Iudaica ſine intellectu laborauit. De his famelicis Anna prophetante dicitur: *Repleti prius pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt*. Gregorius 6. mor. 13. de eiſdem Iudæis intelligit illud Iob 5. *Per diē incurrent tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie*: quia nimirum in ipſa Veritatis præſentia perfidiæ errore cęcati ſunt. Quod etiam confirmat ex illo Ioannis 12. *Ambulate dum lucem habetis, ne uos tenebræ comprehendant*. Et Ierem. 15. *Occidit ei* (hoc eſt Iudææ) *ſol, cum adhuc eſſet dies*. Et Iſaiæ 59. *Impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui*. Hinc iterum dicit: *Cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte? Dixit Cuſtos: venit mane, & nox*. De nocte etenim cultos venit, quia humani generis protector & manifeſtus in carne apparuit, & tamen hunc preſſa perfidiæ ſuæ tenebris Iudæa minimè cognouit. Vbi benè ex voce cuſtodis additur: *Venit mane, & nox*: quia per eius præſentiá, & noua lux mundo inclaruit, & tamen in corde infidelium vetuſta cęcitas remáſit.)

19 Gentes noluerunt comedere literam inſipidam legis, quia deficiebat eis ſal ſpiritus, & erat eis inſipida: de quo iuxta explicationem Gregorij dicitur Iob 6 *Numquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum?* Inſulum quippe cibum comedere noluit, quæ priuſquá ſpiritus condimentum perciperet, ſeruare vim literæ expauit.) *Aut poterit guſtari quod guſtatum affert mortem?* Lex namquè carnaliter degustata mortem detulit, quia & per præceptum culpam innotuit, & hác per gratiam non deleuit, Paulo atteſtante qui ait: *Nihil ad perfectum adduxit lex*. Et ad Rom. 7. *Peccatum, vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem*. Ita Gregorius. Cui conſonat illud; *Litera occidit, ſpiritus autem viuificat*.)

20 Sed ex voce mox Eccleſiæ (vt ſtatim explicat idem Gregorius) ſubditur: *Quæ prius tangere nolebat anima mea*. i. gentes, iuxta illud: *In viā Gentium ne abieritis*: Et Exod. vigeſimo tertio. *Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, ſi ſeruierit dijs eorum: Quod tibi certè erit in ſcandalum: nunc præ angustia cibi mei ſunt*; quia nimirum Iudæis Euangelium Christi repellentibus, mox ad collectionem Gen-

Iob 5. Ioa. 12. Gregor. 7. mor. 5. 1. Reg. 2. Greg. Iob 5. Ioa. 12. ier. 15. Iſa. 59. Iob 6. Gregor. 6. mor. 5. Hebr. 7. 2. Cor. 3. Matth. 10. Exo. 23.

reuixit, Synagoga erat moritura, vt explicat Chryſoſtomus homil. 5. ex varijs in Marcum col. 1. tom. 2.

23 Iudæi antiquitus erant filij, Gentiles vero erant canes, vt Ca-
Matth. 15. nanæa, dicente Domino: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus*: ſed poſtquam Iudęi reliquerunt Chriſtum, quem tamen Gentes humiliter ſuſceperunt, commutatum eſt nomen, nam Gentes euaſerunt filij, Iudęi verò canes. De quibus inquit Apoſtolus
Philip. 3. *Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionẽ*, ſic explicat Chryſoſtomus hom. 10. ſup. Epiſt. ad Philippenſes col. 1. E cuius verba ſunt: Non ſunt amplius Iudęi filij. Aliquando Gentes canes vocabantur, nunc verò illi. Quamobrem? Quoniam quemadmodum Gentes & à Deo & à Chriſto alieni erant, ita & illi nunc alieni facti ſunt. Et impudentiam illorum, & improbitatem exprimit. Quod enim Ethnici aliquandò canes vocati ſunt, audi Chananęam quid dicat: *Etiam*
Matt. 15. *Domine. Nam & catelli comedunt de micis de menſa dominorum ſuorum*
Mar. 7. *cadentibus.* Appellat autem Iudęos concisionem, non autem circumcisionem, eo quòd circumcisione, quam a Deo acceperunt, abuſi ſunt, ſcindentes Chriſtum, imò & cruci illum affigentes.

24 Hinc eſt illud quod de Iudæis, & Gẽtibus ait Salomon: *Spes eſt*
Eccleſ. 9. *in tenebris, melior eſt canis viuus leone mortuo.* Quod de Iudeis, &
Aug. in 3 lib. quæſt. veter. teſt. q. 39. Iſai. 9. Gentibus intelligendum eſſe, docet Auguſtinus. Excelſus eſt, ſpes eſt in tenebris, ideſt, in Gentibus, quæ tenebræ appellantur propter ignorantiam. Iſaiæ 9. *Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.* Melior eſt canis viuus ideſt Gentilis ſpiritu Dei viuificatus, leone mortuo, ideſt, Iudæo Apoſtata à recta fide, quam à Deo acceperat. Quod autem populus
Gen. 49. Iudæorũ per leonẽ deſignetur, conſtat ex illo Geneſis 49. *Catulus leonis Iuda*, &c.

Gen. 12. 25 Exijt Abraham de terra ſua, & cognatione ſua vt in aliena & extranea diues efficeretur, in ſignum quòd Chriſtus Dominus relictis Iudæis ditandus erat in gentibus, vt Auguſtinus explicat lib. 12. con-
Auguſt. tra Fauſtum. cap. 25. to. 6. cuius verba ſunt: Quis alius in Abraham exijt de terra ſua, & de cognatione ſua, vt apud exteros ditetur, & locupletetur, niſi qui relicta terra & cognatione Iudæorum, vnde ſecundum carnem natus eſt, apud gentes ita præpollet, & præualet, vt videdemus? Reliquit Deus Iudæos incredulos, & trãſijt ad gentes per prædicatores ſuos, quod iuxta explicationem Gregorii prædixerat Iob. 9.
Iob 9. *Qui tranſtulit montes, & neſcierunt ĩj, quos ſubuertit in furore ſuo.* Vbi
Gregor. 9 mor. to. 2. Gregorius: Montium (inquit) nomine prædicantium altitudo deſignatur, de quibus per Pſal. dicitur: *Suſcipiãt ſcidiant mõtes pacem populo tuo.*
Pſal. 71. Electi quippe prædicatores æternæ patriæ non immeritò montes vocantur, quia per vitæ ſuæ celſitudinem, ima terrarum deſerunt, & cælo propinqui fiunt. Sed montes veritas tranſtulit, cùm prædicatores Sanctos à Iudæę obduratione ſubtraxit. Vnde rectè etiam per Pſal-
Pſal. 45. miſtam dicitur: *Transferuntur montes in cor maris.* In cor enim maris montes translati ſunt, cũ prædicantes Apoſtoli à Iudæę perfidia repulſi

Digitized by Google

ad intellectum Gentilium venerunt. Vnde ipsi quoque in suis actibus dicunt: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis aeterna vita, ecce conuertimur ad Gentes.* Act. 13. Sed hanc eandem translationem montium hi ipsi nescierunt, qui in Domini furore subuersi sunt: quia cum de suis finibus Hebraei Apostolos pellerent, lucrum se fecisse arbitrati sunt, quod praedicationis lumen amiserunt. Exigentibus quippè meritis iusta animaduersione percussi, tanto intelligentiae errore cęcati sunt, vt quod lucem perderent, hoc esse gaudium putarent.]

16 De eisdem Iudaeis Sanctus Gregorius explicat verba subsequentia: *Qui praecipit soli, & non oritur: & stellas claudit, quasi sub signaculo.* Vbi per solem praedicatores intelligit Euangelij, iuxta illud Apocalypsis 6. *Factus est sol, vt saccus cilicinus.* Et per stellas similiter, quod etiam probari potest ex illo Danielis 12. *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellae in perpetuas aeternitates.* Praecipit ergo soli, & non oritur scilicet Iudaeis. Oriri quippe ei solem noluit, scilicet Iudaeae, a qua praedicantium animum diuertit. Et quasi subsigillo stellas clausit, qui dum praedicatores suos per silentium intra semetipsos retinuit, cęcis iniquorum mentibus celeste lumen abscondit. Pensandum verò est, quia idcirco aliquid sub signaculo claudimus, vt hoc cum tempus congruit, ad medium proferamus. Et Sacro eloquio attestante didicimus, quod Iudaea quae nunc deseritur, ad sinũ fidei in fine colligetur. Hinc nanquè per Isaiam dicitur: *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae saluae fient.* Isa. 10. Hinc Paulus ait: *Donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Rom. 11. Qui igitur praedicatores suos, nunc Iudaeę oculis subtrahit, sed postmodum ostendit, quasi sub signaculo stellas clausit, vt abscondis prius, & post corruscantibus actorum spiritualium radijs nocte perfidiae suae, & nunc repulsa non videat, & tunc illuminata deprehendat.] Cui consonat illud Iob 27. *Immanibus*, Greg. lib. 9 mor. cap. 3. Apoc. 6. Dan. 12. Iob. 27.

ideſt, Iudaeis *abscondit lucem*, ideſt, Christum. Quia, sicut dicit Gregorius 27. moral. cap. 7. alias 11. lumen veritatis, dum persequuntur amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt, rectè subiungitur: *Et praecipit ei, vt rursus adueniat.* Vnde etiam per Isaiam dicitur: *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae saluae fient.* Isaiae 10. Tunc quippè ad eos lux reuertitur, cum ipsi ad confitendum redemptoris nostri potentiam reuertuntur.]

17 Hinc etiam Iob 12. dicitur de Iudaeis: *Labium veracium mutatum est*, quod, sicut dicit Gregorius, de Iudaeis valet intelligi, qui ante incarnationem Domini veraces fuerunt, quia hunc venturum esse credidorunt, atquè nuntiauerunt: sed postquam in carne apparuit, hunc esse negauerunt. Labium itaquè veracium mutatum est; quia quem venturum dixerant, negauerunt praesentem. *Et doctrina senum ablata est*: quia nequaquam ea credendo sequuti sunt, quae patres suos praedixisse meminerunt. Vnde etiam Elia veniente promittitur, quod reducat corda filiorum ad patres eorum, vt doctrina senum, quae nunc à Iudeo-

Iob. 12. Greg. 11 mor. 9. cir. med. Malac. 4.

rum corde ablata est,tunc miserante Domino redeat,quando hõe intelligere de Domino cęperint filii, q̃ prædicauerunt patres.] Et quoniam relictis Iudæis eorum loco conuersus est ad gentes, ideo subditur: *Effudit despectionem super Principes,& eos qui oppressi fuerant relenat*. De casu enim Israelitarum intelligit Gregorius illud Threnorum 2. *Factus est Dominus velut inimicus,præcipitauit munitiones eius*, Thren. 2. idest, omnes virtutes à Iudæis abstulit, fidem, spem, charitatem,prophetiam,atquè doctrinam, & miraculorum signa,quæ cuncta Dominus a perfidis ablata gentilitati tribuit,atque ex his,quæ ab infidelibus abstulit, mentes fidelium ornauit:vnde scriptum est:*Et speciei domus diuidere spolia*. Psal. 67. Cũ enim virtutũ spolia à Iudęis abstulit, domui cordis gentilium, quam per fidem inhabitare dignatus est, speciem donorum dedit.]

28 Reliquerũtergo Iudæos Apostoli, & quasi eorum obliti imbrem prædicationis Euangelij ab eis abstulerunt Iob. 28. *Eos quos* Iob. 28. *oblius est pes egentis hominis,& inuios*. Vbi Gregorius. Quis hoc loco Greg. mor. c. 19. alius accipitur egens homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur: circ. med. *Qui propter nos egenus factus est cum diues esset*? Cuius videlicet egen- 2. Cor. 8. 6. tis hominis pedes facti prædicatores fuerunt, per quorum præsentiam gentilitatem cirumiens mundum perambulauit vniuersum. De quibus per Prophetam dicitur: Et inambulabo in eis. An pes eius non Ephe. 6. erat,qui tentus in compedibs dicebat: *Pro quo legatione fungor incatenatus*? Sed eorum,qui vmbra mortis,& lapis caliginis extiterunt,pes hominis egentis oblitus est:quia in ipso initio nascentis Ecclesiæ, dum Sancti Apostoli cælorum Regnum Iudęæ predicare voluissent, videntes quod eis nihil omnino proficerent, ad prædicandum gentibus defluxerunt,sicut ipsi in suis actibus dicunt: *Vobis oportebat primũ loqui* Act. 13. *verbum Dei,sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis ęternæ vitæ,ecce conuertimur ad gẽtes*. De quibus & per Psalmistã dicitur: Psal. 45. *Transferentur mõtes in cor maris*:quia repulsi sunt à Iudęa Apostoli,& in hoc gentilitatis salum translati sunt.

29 In mundum vniuersum misit Deus Prædicatores,vt Christum Iob. 37. enuntiarẽt Iudæis, & gentibus,de quibus Iob. 37. *Frumentũ desiderat nubes,& nubes spargunt lumen suum. Quæ lustrant cuncta per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit ad omne,quod præceperit illis super faciem orbis terrarum,siue in vna tribu sine in terra sua,siue in quocunque loco misericordiæ sue eas iusserit inueneri*. Siue in vna tribu inquit,idest in Iudæa,quæ fuit terra Dei,vbi natus est Christus,siue in quocunque loco misericordiæ suæ, idest,in gentilitate. Nam(vt dicit Gregorius) locus misericordiæ Dei est ipsa gentilitas, cuius culpã Greg. 27. moral. cap. 20. districtus iudex si iustè animaduerteret, ad reconciliationem gratiæ nunquam veniret. Quæ,cum nulla apud Deum merita habuit, reconciliationis tamen gratiam ex sola misericordia accepit. Vnde per Paulum dicitur: *Gentes autem super misericordia honorare Deum*. Rom. 15. Vnde rursus scriptum est: *Qui quondam non consequuti misericordiam,nunc autem misericordiam consequuti*. 1. Pet. 2. Nubes ergo suas Deus ducit, siue in

vna

via tribu,siue in terra sua,seu in quocũque loco misericordiæ suæ eas iusserit inuenire: quia prædicatores veteris nouique testamenti aliquando soli tribui Iudę contulit,& Israel pene totum ex prava Regum gubernatione reprobauit. Aliquando & in terra sua has pluere nubes facit: quia eumdem Israeliticum populum ad antiquam gratiam post correptionem captiuitatemque reuocauit. Aliquando de loco suæ misericordiæ eas clarescere voluit,quia per prædicatores Sanctos, etiá gentibus virtutum miracula ostendit,vt sola misericordia à iugo erroris adsolueret,quos ingenitæ perfidiæ ira deprimebat.]

30 Sed Iudæi noluerunt audire. Vnde benè de eis dicitur Num. 24. *Qui cadens apertos habes oculos*: multa namque de aduentu Redẽptoris dixerat,& tamen ei viuendo assurgere noluit, quem præuidendo prædicauit. Vnde rectè ei dicitur: *Ausculta hæc Iob stà, & considera mirabilia Dei*. Num. 24. Iob 37.

31 Animæ fidelium significatæ per aurum venerunt ab Aquilone,ideſt,gentilitate. Ex Iob 37 prædixerat,*ab Aquilone aurum veniet*. Vbi Gregorius,ab Aquilone(inquit)aurum venit vt cũ ab ipsis idolorum cultoribus vera in Domino fides clarescit. Sed conuersis ad fidẽ gentibus Iudæa contradicit,& ad præmiorum retributionem cœlestiũ dedignatur suscipere eos,qui dudum fuerant cultores idolorum. Vnde post conuersionem gentium Petro dicitur: *Quare introisti ad viros præputium habentes,& comedisti cum eis*? Quo contra recte per Isaiã Dominus dicit: *Dicam Aquilóni, da: Et austro,noli prohibere*. Sicut.n. per Aquilonem gentilitas: sic per austrum Iudæa signatur. Quæ quasi meridiano sole incaluit: quia Redemptoris Incarnatione apparente,feruorem fidei prima suscepit. Aquilóni ergò,*dà*,dicitur, cum auferre à Deo suæ fidei munera gentilitas imperatur. Austro autem iubetur ne prohibeat: quia Hebræis in fide cosistentibus præcipitur, ne vitam gentium repellendo condemnent.] Iob 37. Gregor. 27. moral. 26. Act. 11. Isa. 43.

32 Iudæi designantur per gelu: quia nimirum adueniente Christo feruorem fidei amiserunt,& ideo sunt à secreto gratiæ sinu proiecti. Iuxta illud Iob 38. *De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de Cælo quis genuit*? Vbi Gregorius 29.moral.15.alias 25.paulo post princip. E. Cælum(inquit) fuit Abraham,cælum Isaac,cælum Iacob. Sed quia persequutores Domini Pontifices Iudæorum perfidiæ torpore frigidi de illorum patrum progenie processerunt, quasi de cælo gelu exijt: quia de sublimi prole Sanctorum processit frigida plebs infidelium. Cum enim de Abraham natus est Caiphas,quid aliud nisi gelu de cælo processit? Quod tamen gelu idcirco Dñs genuisse se dicit,quia Iudæos, quos naturaliter ipse bonos cõdidit,iusto iudicio per eorũ malitiam frigidos à se exire permisit.] Iob 38. Gregor.

33 Christus Dominus dicitur Onager Iob 39. *Quis dimisit Onagrum liberum,& vincula eius quis solvit*? quia nimirum (sicut Gregorius trigesimo moralia quintodecimo explicat) relicturus erat populum Iudæorum, & transiturus ad agrum, seu desertum Gentium. Vnde Gregorius: Potest Onager incarnatum Dominum designa- Iob 39. Greg.

Digitized by Google

ſignare. Agreſte quippe animal eſt Onager. Et quia incarnatus Dominus gentilitati magis quàm Iudeæ profuit, animale corpus aſſumés quaſi non in domum, ſed potius in agrum venit. De quo agro gentilitatis per Pſal. dicitur: *Species agri mecum eſt &c.* De hac ſolitudine per Iſaiam dicitur: *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit, quaſi lilium.* Et rurſum de Eccleſia dicitur: *Ponet deſertum eius quaſi deliciας, & ſolitudinem eius, quaſi hortum Domini.*

Pſal.49. *Iſai.51.* *Iſa.51.*

Iere.1. 34 Vidit Ieremias ollam ſuccenſam. *Ollam* (inquit) *ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie aquilonis, & ſplendor in circuitu eius:* quod de Iudæis, & gentibus interpretatur Gregorius: Iudæorum quippe mens in perſequutione ſæuiens olla ſuccenſa fuit. Arſit quidem ignis perſecutionis in Iudæa, ſed ſplendor prædicationis non illuſtrauit illam, ſed gentes in circuitu iuxta illud Iſaiæ. 9. *Sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta eſt eis.*] Cui conſonat illud eiuſdem Iſaiæ: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* In circuitu (inquit) quod idem eſt ac ſi diceret: *Et ſplendor in circuitu eius.*

Greg. hom. 2. in Ezec. poſt. me. D. Iſai. 9. *Iſa. 49.* *Ezech. 1.*

35 Omnia elementa (ſicut dicit Gregorius) auctorem ſuum veniſſe teſtata ſunt. Vt enim de eis quoddam vſu humano loquar, Deum hunc cœli eſſe cognouerunt, quia protinus ſtellam miſerunt. Mare cognouit, quia ſub plantis eius ſe calcabile præbuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis ſuæ radios abſcondit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus cognouit, quia hos, quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc, quem Dominum omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt, adhuc infidelium Iudæorum corda Deum eſſe minimè cognoſcunt, & duriora ſaxis ſcindi ad pœnitendum nolunt: eumque confiteri abnegant, quem elementa, vt diximus, aut ſignis, aut ſciſſionibus Deum clamant.]

Greg. hom. 10. ſuper Euang. in primo.

36 Eccleſia amiſit vineam ex Iudæis, iuxta illud Canticorum primo: *Vineam meam non cuſtodiui*, ſed multas vineas in gentibus acquiſiuit, & ideo ait: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis:* vt vnam pluribus commutarem, vt Bernard. explicat. Vinea Domini Sabaoth, ait Iſaias, & ipſa eſt, quam modo fatetur ſe minimè cuſtodiſſe, ſed non ad inſipientiam ſibi. Nec enim ita deinde Eccleſia in perfectione fuit, vt non alibi plantaretur, atque alijs locaretur agricolis, qui reddant fructus eius temporibus ſuis. Non prorſus, non perijt, ſed migrauit, etiam creuit & dilatata eſt, tanquam cui benedixit Dominus. Denique leua oculos tuos & vide, ſi non operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei: Si non extendit palmites ſuos vſque ad mare & vſque ad flumen propagines eius. Nec mirum. Dei enim edificatio eſt, Dei agricoltura eſt. Ipſe fœcundat, ipſe propagat, ipſe putat & purgat eam, vt fructus plus afferat.]

Gant. 1. *Ber. ſe. 30. in Cantic. col. 1.* *Pſal. 79.* *1. Cor. 3.* *Gant. 2.* *Ber ſe. 60. in Cantic. col. 1.*

37 Sponſus in Canticis inuitans gentes, vt ad Eccleſiam veniant, ait: *Ficus protulit groſſos ſuos.* Iudæi quippè (ſicut Bernardus explicat)

fuc-

fierunt grossi amari & insuaues, & verè: nam quid non grossum in-
gente illa? Nec actus profectò, nec affectus, nec intellectus, sed nec ri-
sus, quem in colendo Deum habuit. Nam actus in bellis, affectus in lu
cris totus erat, intellectus in crassitudine literæ, cultus in sanguine pe-
cudum, & armentorum.] Ficus ergo loco floris dat grossos, quos ce-
dere necesse est, vt suauem fructum, & perfectum proferat: ita cecide-
runt Iudæi, vt populus Christianus ex Gentibus nasceretur. Nec enim
inquit, profert, sed protulit grossos suos, quod tunc accidit cum Chri-
stum occidit, tunc completa est malitia eius, iuxta quod ipse eis prædi-
xerat: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Vnde in patibulo tradi-
tus iam spiritum, *Consummatum est*, inquit. O qualem consumationem *Matth. 23.*
dedit grossis suis ficus hæc maledicta, & subinde æterna ariditate *Ioan. 19.*
damnata? &c. Quamdiu inquit non cessauit ficus producere grossos
fructos, non te vocaui o Sponsa, sciens non posse vna prodire optimas fi-
cus. Nunc autem productis qui prius producendi erant, non iam in
tempestiuè te inuito, cum boni, ac salutares fructus in proximo esse no
scantur, inutiles expuncturi. ℣

38 a Illud Psal. 58. *Intende ad visitandas omnes gentes*, intelligitur, *Psal. 58.*
de vocatione Gentium de qua Isa. 54. *Dilata locum tentorij tui, & pel- Isa. 54.*
les tabernaculorum tuorum extende*:* Non est quod parcas, extende lon-
gius funiculos tuos, & palos validos cõstitue etiam atque etiam in dex-
teram atque in sinistram. In dextera tene bonos, in sinistra tene ma-
los, donec veniat ventilabrum; possidè tamen omnes Gentes, inuiten-
tur ad nuptias, boni & mali, impleantur nuptiæ recumbentium. Aug.
sup. Psal. 58. conc. 1. post medium D.

39 Ioannis primo dixit Christus Dominus de Nathanael: *Ecce ve- Ioa. 1.*
rè Israelita, in quo dolus non est*:* Ex quibus verbis arguit Augu. super *Aug.*
Psal. 73. col. 1. F. G. Ergo dolosi, & mendaces veri Israelitæ non sunt. *Rom. 9.*
Quod probat ex illo Romanorũ 9. *Non enim omnes, qui sunt ex Israel,*
hi sunt Israelitæ, sed in Isaac vocabitur tibi semen &c. Gẽtibus quippè lo- *Galat. 3.*
quebatur Apostolus cum diceret: *Ergo Abrahæ semen estis, secundum*
promissionem hæredes, secundum hoc ergo omnes Israelitæ, qui sequimur
vestigia fidei patris nostri Abrahæ. ℣ Cui consonat illud Ioannis 8. *Ioan. 8.*
Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Opus Abrahæ (sicut explicat *Gen. 15.*
Augustinus) est illud, *Credidit Abraham Deo, & deputatum est illi ad* *Aug. sup.*
iustitiam. Quasi diceret, Abrahæ fidem imitamini, & eritis Abrahæ *Psal. 84.*
filij. *col. 1. to. 8.*

40 Salomon cum esset filius Regis, accepit Raab meretricem
in vxorem, in signum quòd Ecclesia gentium, quæ prius quasi mere-
trix idolis seruiebat, iungenda per fidem erat Christo, & cum eodem
sponsanda, vt explicat Chrysostomus hom. 1. imperfecti in Matthæũ *Chrysost.*
circa medium. Vbi etiam addidit idem quoquè obumbratum fuisse,
cum Dauid accepit vxorem Vriæ, quam, dum lauaretur, concupiuit,
quia nimirum Christus Dominus Ecclesiã Gẽtium per lauacrum re-
generationis mundatam, sibi in vxorem coniunxit, eamque se lauantẽ
concupiuit. Cui consonat illud Psal. 44. *Audi filia & vide, & inclina* *Psal. 44.*
aurem

aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.]

41 Cum Moyses ad Iudæos loquebatur, ponebat velamen super faciem suam, quando verò loquebatur in monte cum Deo auferebat velamen, vt innueret quod Iudæi, quamdiu in lege veteri persisterent, velamen super cor eorum erant habituri, quod tamen velamen cum ad Christum fuerint conuersi, auferendum erit à cordibus eorum, vt notauit Chrysostomus hom. 7. super secundam Epistolam ad Corin. col. 5. B. quod probat ex illis verbis Apostoli: *Vsque ad hodiernum diem idem velamen in lectione veteris testamenti manet, non reuelatum, quod in Christo euacuatur.* Verba Chrysostomi sunt: Cum enim Iudæos alloquebatur Moyses velabat faciem suam, cum autem se conuerteret ad Deum amotum erat velamen. Hęc porrò erat figura futuri, videlicet quod postea quam conuersi fuerimus ad Dominum, tunc visuri sumus gloriam legis, nudamquè legislatoris faciem. Eodé modo loquitur Augustinus. Cuius verba sunt: Ascendit Moyses in montem cum tabulis, in quibus accepta lege cũ descenderet, glorioſa facta est facies eius, vt non posset aspicere filii Israel vultum eius, neque Aaron, quia & ipse peccauerat: sed interposito velamine loquebatur ad illos, vt tamdiu indigni essent gloria Dei, quamdiu in peccatis versarentur, vnde dicit Apostolus 2. Cor. 3. *Cum conuersus fuerit ad Deum, auferetur velamen*, vt dono Dei à bluti, digni fierent intendere gloriam Dei.]

2. Cor. 3.

Aug. q. 8. de veteri testa. to. 4

2. Cor. 3.

42 Benedictio Simeon Genes. 49. explicatur de Scribis, & Pharisæis, ait enim: *Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis velantia*, &c. Vbi August. Per Simeon (inquit) & Leui Scribæ, & Pharisæi, & Sacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeone enim Scribæ erant Iudæorum, & de Tribu Leui, pricipes sacerdotum, qui *concilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.* De quo concilio dicit, *In consilium eorum non veniat anima mea.* Horrebat enim tanta scelera, quæ nouissimis temporibus facturi erãt Idæi. *Quia in furore suo occiderunt virum*, idest, Christum de quo dicitur: *Ecce vir, Oriens nomen eius.* Et alibi: *Femina circundabit virum. Suffoderunt murum*, idest, illum spiritalem formissimum murum, qui custodit Israel, lancea confoderunt: *Maledictus furor eorum, quia pertinax*: vtiquè quando furore accensi, & ira obtulerunt Christum Pontio Pilato dicentes: *Crucifige, Crucifige. Et indignatio eorum, quia* dura: dum Barrabam latronem peterent, & Principem vitæ crucifigendum postularent. *Diuidam eos in Iacob, & dispergam illos in Israel*: quia nonnulli ex ipsis crediderunt, quidã in infidelitate permanserunt. Dicuntur enim diuisi ij, qui ab eis separantur, & veniunt ad fidem. Dispersi autem, quorum patria temploque subuerso per orbem terræ incredulorum genus spargitur.]

Gen. 49. Aug. lib. de bened. Iacob col. 3 Lyran. 3. Matth. 26. Gen 49. Zach. 6. Ier. 31. Ioan. 19.

43 Reprobationis Iudæorum, & vocationis gentiũ signum quoddam mirabile fuit columna ignis per noctem lucens, per diem non lucens; quia nimirum Christus Dominus per illam columnam designatus

Exod. 4.

Digitized by Google

gnatis relictis Iudæis illuminaturus erat Gentes, iuxta illud Isaiæ vaticinium: *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis*. Cui consonat illud: *Illuminare iis, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent*. Vnde Augustinus: Cur ergo nō & nubes Christus, & columna, quia rectus & firmus, & fulciens infirmitatem nostram, per noctem lucens, per diem non lucens: vt qui nō vident, videant; & qui vident cęci fiant. *Isa.9. Luc.1. Aug.li.12 conf.Faust c.29.*

44 Remansit Iudæis, sicut dicit Augustinus, quoddam quod celebrent, ne omnino sine signo remanerent. Cain enim maior frater, qui occidit minorem fratrem, accepit signum, ne quis eum occideret, sicut scriptū est in Genesi: *Posuit Deus Cain signum, vt nemo eum occideret*. Proinde & ipsa gens Iudæa manet per omnes gentes subdita iuri Romano. Non est occisus Cain, non occisus habet signum suum. Maledictus est a terra, quæ aperuit os suum excipere sanguinem fratris eius de manu eius. Ille enim fudit sanguinem, non excepit. Ille fudit, alia terra excepit, & ab ea terra, quæ os aperuit & excepit, ille maledictus est. Et ipsa terra quæ ore excepit sanguinem, Ecclesia est. Ab hac ergo ille maledictus est, & ille sanguis clamat de terra ad me. De hac enim terra dixit Dominus: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Clamat (inquit) ad me de terra. Clamat ad me, sed surdus est qui sanguinem fudit, quia non bibit. Illi ergo ita sum, tanquam Cain cum signo.] Idem prosequitur latius libr. 12. contra Faustum cap. 9. & 10. *Aug super Psal. 39. post me. D. Gen. 4. Ibidem. Ibidem.*

45 Ad comprimēdam superbiam Gentilium eos comparat Apostolus oleastro in bonam oliuam inserto. Ait enim: *Tu autem cum Oleaster esses, insertus es in bonam oliuam, & socius pinguedinis radicis factus es noli gloriari aduersus ramos*. Vbi Sanctus Augustinus notat, quod oliua solet esse in oleastro: oleastrum in oliua nunquam vidimus. Quod enim inseritur hoc crescit, & eius rei fructus inuenitur, non autem radicis. Sed Deus omnipotentia sua secitè contra, vt oleaster, ideſt, Gentiles inserti in bonam oliuam, ideſt, Christum non fructus siluestres, quales erant rami, sed radici fructus congruentes afferrent, vt sciamus quod nō ex nobis, sed ex virtute radicis, ideſt, Christi eiusmodi fructus producuntur. *Rom.11. Aug. super Psalm. 72. col. 2. G.*

46 Iudæi sunt *muscæ moriturę*, quæ *perdunt suauitatem unguenti*. Ecclesiast. 10. vt explicat Olimpiodorus Monachus super eundem locum: Musca verò (inquit ille) impurum animal, quod putredines, & vlcera insidendo exugit, appetitque lacere cutis scissuras. Mortificat autem, & corrumpit oleum vnguentarium: musca, cum se in illud temerè proijcit; nam & ipsa immoritur, & olei vim extinguit. Iudæi ergo propriam vitam contemnentes, animæque salutem, verè sunt muscæ mortificantes, cum suaueredolens Verbum Saluatoris Iesu Christi semper vitiare, ac fœdare studuerint, semperque affectarint caussas calumniarum arripere, quibus illum vrgere possent.] *Eccl.10. Tom.1.Bib V. P. col. 513.*

47 Canis nomen, quo Iudæi Gentes compellabant, in ipsos tādem quadrare cœpit, cum aduersus Christum Dominum latrare cœperunt,

Pſal. 21. iuxta illud, quod in eius perſona inquit Pſalmiſta: *Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.* Et infra: *Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.*

To. 2. Bib. V. P. col. 846. Vnde Victor Antiochenus ad caput 7. Marci explicans illud: *ſine prius ſaturari filios*, ait: Donec Iudæi manus tandem in Chriſtum Dominũ iniecerunt, priſtinam in Iudæos beneuolentiam conſtanter retinuit, neque gratiam ſuam ad vllos ferè exteros tranſtulit. Cuius quidem rei Iudæi non ignari Paganos omnes canũ nomine deſignabant. Quod ſanè canis nomen in ipſos etiam Iſraelitas, tũ demum quadrare cæpit, quando cęleſtis eſcæ alimonia orbatus fuit. Notum eſt enim illud Pſal. 57. Pſalmiſtæ: *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.*

Gaudẽtius to. 2. B. V. P. col. 85. 48 Carnes ſuillæ Iudæis fuerunt interdictæ duabus de cauſſis, quas aſſignat Gaudentius Brixienſis Epiſcopus tractatu de Machabæis. Prima, vt luxurioſus populus flammam carnalium vitiorum calidis carnibus non nutriret; perhibentur enim calorem nimium præſtare corporibus. Secunda, vt porcorum more non viuerent. Nam ſues ſemper immundi ſunt, & de fonte vel de fluuio exeuntes, iterum voluuntur in cęnum; nec vnquam intuentur cęlum, ſed prono ſemper ad terram capite ventri deſeruiunt. Et idcircò Dominus legionem dæmonum in gregem permiſit ire porcorum, ideſt, in eorum gregem, qui tantum ventris ſunt animalia, qui nunquam cęleſtia intuentur, ſed immunditijs ſemper dediti, & cæno ſunt obliti vitiorum.

To. 4. Bib. V. P. col. 3016. 48 Vt refert Ruſticus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis diſputat. cont. Acephalos, Iudæos qui crucifixerunt Chriſtum non homicidas, ſed Deicidas quidam dixere. Propter quod Cain, qui fratrem ſuum Abel occidit, typum Iudæorum geſſit, ſicut & in Abel præfigurantur Chriſtiani, vt notauit Adon. In Cain, & Abel duorum populorũ figurã videmus Iudæorum & Chriſtianorũ: vbi ſacrificiũ maioris reſpuitur, & minoris placitum abſumitur, electorum multitudinem ad veram & æternam dedicationem transferendam; & homicidæ filios viæ ſuæ ordinem corrumpentes, & iuſto, & manifeſto iudicio omnipotentis Dei intercipiendos.

Adon in Chron. ætat. 1. tom. 7 col. 317.

Gen. 11. 49 In vindictam mortis Chriſti mirabilis, & inaudita ſtrages Iudæorum à Tito, & Veſpaſiano facta eſt, quam & Ieremias in perſona Chriſti loquens multò antea prophetauerat dicens: *Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis.* Et iterum: *Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.* Qualis autem, & quam tremenda fuerit hæc cõtritio, Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, & in primis ne Angelorum præſidio munirentur Iudæi, eos penitus reliquerunt. Nam, vt ait Tritemius libro quinto de excidio vrbis Ieroſolymitanæ cap. quadrageſimo tertio, Ante ſolis occaſum ſubitò viſi in nubibus currus, & acies armatæ, quibus totius Iudææ regioniſque eius vrbes incurſarentur. In ipſa autem Pentecoſtes ſolemnitate ingredientes Sacerdotes in templi interiora nocturno tempore, vt ſacrificia aſſueta celebrarent, pri-

Tritem. to. 2. colu. 551. Bib. V. P.

mo

mō mōtum quendam ſenſiſſe ſe prodiderunt, & ſonum editum: poſtea etiam audiſſe repentina voce clamatum: Tranſeamus hinc. Ieſus quoque Ananiæ filius ruricola vir ante annos quatuor quàm bellum Iudæorum populus adoriretur in ſumma pace vrbis, & abundantia, cum ſcenopegia ſacrificijs ſolemnibus celebrarentur, templum aſcendens, cæpit clamare: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox ſuper Ieroſolymam, & ſuper templum, vox ſuper ſponſos, & ſponſas, vox ſuper omnem populum, hoc noctibus, & diebus vociferabatur.)

69 Et quoniam portam Paradiſi, qui eſt Chriſtus, occiderunt, qui & de ſe ipſo ait: *Ego ſum oſtium, per me ſiquis introierit ſaluabitur* Ioan. 10. &c. ideo iuſto Dei iudicio factum eſt, vt Cæſar ianuas templi argento incruſtatas iuberet incendi, ſicut refert idem Tritemnius libro quinto allegato cap. quadrageſimo ſecundo, quibus igne admoto argentum defluere cæpit: deinde paulatim etiam lignum arderet.)

51 Decimo die menſis Auguſti, qui erat Iudæis fatalis, templum ſuccenſum eſt, vt refert idem Tritemius eodem capite, ſubiungens. Turbati omnes, qui ſe templi munimine defenſabant, trepidare illico, & quædam iam inclinatio mentium erat, illum diem eſſe templo excidialem, quia in ipſo die quondam Babyloniis ingruentibus fuerat incenſum, quia erat decimus dies Ioma menſis, quem iam dudum inter funeſtos annumerabant.)

52 Et quia Iudæi triginta denarijs emerunt Chriſtum iuſto Dei iudicio factum eſt, vt in excidio vrbis triginta Iudæi vno venderentur denario, vt Egeſippus de excidio Ieroſolymitanæ vrbis his verbis enarrat. Merito ſiquidem deijciendi, & viles habendi fuerant, qui vniuerſis pretijs clariorem Ieſum triginta denariorum pretio à diſcipulo comparauerant: non vt eum haberent tanquam Dominum, ſed vt de terra viuentium tollerent velut iniquum. Quare iure de hæreditate ſua viliores paleis, in omnem terram ventilati ſunt à gentibus, quas formidauerant, ne ſibi locum, & gentem tollerent. Et qui triginta denarijs Ieſum comparaueram ad perdendum, iuſtè poſteà triginta capita ſuorum viderunt vendi vno denario ad illudendum. Quia igitur penè omnes Iudæi in necem Domini noſtri Ieſu Chriſti vnanimiter conſenſerunt, imminente vindicta penè omnes à totis regionibus ad Azymorum diem feſtum congregati, bello ſubitò circumfuſi ſunt: vt primo quidem illis peſtifera lues ex loci angultia naſceretur, deinde citius fames.]

Tom. 7. Bibl. Ver. P. 5. 574.

DE

DE GRATIA CAP. XLVI.

August. *Chrysl.*

GRATIA est vita animæ, sicut anima est vita corporis. Dicit enim Augustinus super Psal. 70. conc. 2.col.3.E. Duæ sunt vitæ, vna corporis, altera animę. Sicut vita corporis anima, sic vita animę Deus. Quomodo si anima deserat, moritur corpus: sic anima moritur, si deserat Deus. ¶ Et Sãctus Chrysostomus hom.6.sup.secundam Epist. ad Cor. circa fin. C. D. Nonne illam animam, dicemus mortuam, cui insidet diabolus, verberans, stimulans, mordens, calcitrans, nec illa quicquam horum sentit? Sed iacet exanimata, nec dolet suis facultatibus spoliata? Ille quidem insultat, hæc verò manet immobilis, nec sentiens quidem, non aliter quàm corpus, à quo discessit anima. Quoties enim non adest vehemens timor Dei, talis sit anima necesse est, ac mortuis infœlicior. Neque enim in tabem, cinerem, ac puluerem resoluitur anima, quemadmodum corpus: sed in his fœtidiora, in ebrietatem, in iracundiam, in auaritiam, in absurdos amores, in importunas cupiditates. ¶

Rom.7. Cui consonat illud Apostoli: *Ego autem mortuus sum adueniente mandato.* Quasi diceret, cum lege, & sine gratia implere non possum diuina præcepta deficiente vita spirituali: sicut homo mortuus se ipsum mouere non potest, neque aliquod vitale opus efficere. Cui explicationi fauet Augustinus super Epistolam ad Romanos num. 38. & quadragesimo.

2. Hæc autem gratia haberi non potest ex viribus naturæ, sed ex

Gen.16. dono Dei gratuito, in cuius signũ Sara sterilis cũ esset, & in ætate prouecta, in qua secundum naturæ ordinem concipere non poterat, peperit Isaac, per quem filij repromissionis designantur, vt ostendatur quod filij gratiæ non a natura, sed per gratiam diuinam sunt geniti, vt explicat Augustinus. lib 15. de Ciuit. Dei c. 3. Quod & Apostolus ad Rom.9. apertius significasse videtur, cum ait: *Non enim omnes, qui*

Rom.9. *sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij sed in Isaac vocabitur tibi semen, hoc est, non filij carnis, hi filij Dei, sed qui sunt filij promissionis reputantur in semine.* Vbi Chrysostomus: Vt

Chrys.hom. 16.sup. ep. ad Rom.col 6.G. intelligas quod qui hoc modo generantur, videlicet secundum quem ipse Isaac, hi maximè sunt semen Abrahæ? Quo igitur Isaac generatus est modo? non secundum legem naturæ, neque secundum carnis, sed secundũ potestatẽ promissionis. Quid sibi vult secundum potestatem promissionis? *In tempore hoc veniam ad te, & erit Saræ filius?* Hæc igitur promissio, & Dei verbum hoc ipsum Isaac effinxit, & genuit. Quid enim si & vulua subesset & matrix mulieris? Sed ipsum promissionis robur filium peperit, sic & nos generamur per verba Dei. Nam in ipso aquarum lauacro verba Dei sunt, quæ nos generãt atque effingunt. In Patris enim nomen, & Filij, & Spiritus Sancti baptizati generamur. Hæc porrò non naturæ generatio, sed promissionis

Dei.

Mr. Hamilton's Reply to Mr. Jefferson's Letter.

Cum igitur mens humana diuino munere infusa contra hoc quòd
1. Tim. 1. consueuerat, agere cœperit, terra subuersa est. Sicut Paulus, qui
Act 9. prius fuit blasphemus & persequutor, humilis post factus est piuſ-
Phil. 1. què prædicator. Qui lucrum maximum putauit se in discipulis Christum occidere, iam vitam suam Christum existimat, & mori lucrum. Emissa ergo aqua, terra subuersa est: quia Pauli mens mox vt Sancti spiritus gratiam accepit, statum suæ immobilitatis, atque crudelitatis immutauit. Quocontra per Prophetã Dominus contra Ephraim
Ose 7. queritur dicens: *Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuertitur*. Panis namquè subcinericius super se cinerem portans, partem mundiorem deorsum premit, partemque superiorem tanto sordidiorem habet, quanto in ea cinerem tolerat. Mens itaquè, quæ terrena cogitat, quid super se aliud, quàm cineris molem portat? Sed si reuersari voluerit, mundam faciem, quam deorsum presserat, superius reducit, cum cinerem quem portabat, excusserit.]

6 Cum Deus quempiam ad aliquam dignitatem, vel officium eligit, simul ei gratiam, & sufficientiam ad officium illud digné exi-
2. Cor. 3. quendum tribuit, iuxta illud Apostoli: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est; qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti*. Prius dixit idoneos,
Chryſ. hom. 6 sup. 2. Epiſ. ad Cor. & postea ministros noui testamenti. Nam (vt notauit Chrysostomus, & cum eo Sanctus Thomas) nunquam Deus ad aliquod ministerium quempiam eligit, nisi prius idoneum ad illud exequendum efficiat. Cui consonat illud ad Colossen. 1. *Gratias agamus ei, qui idoneos nos*
col. 3. K. Coloſ. 1. *fecit ad partem sortis Sanctorum in lumine*. Vbi Chrysostomus: Talia
Chryſ. hom. 2. sup. c. 1. ad Col. col. 3. B. sunt (inquit) quæ data sunt, vt non solum dederit, sed & potentes fecerit ad accipiendum. Quod ergo dicit, qui idoneos fecit, multum esse dono huic ponderis ostendit: vt pote si quisquam fuerit Rex factus, poterit Præfecturam dare cuicumquè voluerit, & tantum poterit duntaxat, nempè dignitatem donare; idoneum verò ad Principatum gerendum facere non poterit: quin plerunquè talem collatus honor ridiculum facit. Si quando cum ipsa dignitate idoneum etiam ad honores faceret, & accommodum ad gubernandum, tum res ista honoris esset. Hoc igitur & hic dicit, nempè quod non solum honorem nobis, sed & vires ad amplectendum eum dederit. Duplicatur enim honor per id, quod & idoneos ad collatum donum facit.]

7 Gratia Spiritus sancti est lucerna, quæ ardere debet in manibus, & nutriri oleo misericordiæ, si enim in lampade cordis tui terram inieceris, & non oleum, extinguetur lucerna, quæ tamen si ardeat, & luceat, fures non audent ad eam accedere, vel eam deprædari, quia fugiunt lucem, & anima ipsa iter, quo in cœlum pergere debeat, videt, Ideò Apostolus ait: *Spiritum nolite extinguere*. Vbi Chrysostomus:
1. Thes. 5. Chry. ho. 11. sup. 1. epiſ. ad Theſ. Extincto spiritu, quid reliquum sit, quotquot in tenebricosa nocte ambulatis? Si verò de terra in terram noctu ambulare difficile est & molestum, quomodo tutum erit eam viam, qua ex terra in cœlum tenditur, sine hac luce? Ignoratis quod dæmones sint in illius intercapedi-

dims

dinis ſpatio? quot beſtiæ? quot verſutiæ ſpirituales? Si ergo lucem illam ſpiritus habuerimus, nihil nobis incommodare poterunt: ſi vero extinxerimus eam, confeſtim nos conſument, & conficient, confeſtim omnia noſtra auferent. Nam & latrones lampadem primum extinguunt, & tum demum latrocinantur. Etenim illi quidem in tenebris iſtis vident, quoniam quæ tenebrarum ſunt, faciunt. Nos autem tenebris iſtis aſſueti non ſumus. Ne extinguamus ergo lucem.)

8 Deus gratiæ dona conferendo, auget illa, quod probat Auguſtinus ex illo Matthæi 13. *Qui habet, dabitur ei*. Dabit ergo habentibus, ideſt cum benignitate vtentibus eo, quod acceperũt, adimplebit atque cumulabit quod dedit. Illi quinque, & illi ſeptem erant panes, antequã inciperent dari eſurientibus. Quod vbi fieri cępit cophinos, & ſportas ſatiatis tot hominum millibus impleuerunt. Sicut ergo ille panis dum frangeretur, accreuit: ſic ea quæ ad hoc opus aggrediendum iam Dominus præbuit, cum diſpenſari cęperint, eo ipſo ſuggerente multiplicabũtur, vt in ipſo hoc noſtro miniſterio non ſolum nullam patiamur inopiam, ſed de mirabili etiam abundantia gaudeamus.) *Matth. 13. Aug. li. de doct. Chriſt. c. 1. tom. 8.*

9 Aqua conſeruatur in vaſe, & cum frangitur vas, aqua effunditur: ſed gratia Spiritus ſancti conſeruat cor vbi eſt, ne frangatur & pereat, iuxta quod Apoſtolus ait: *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis*. Ac ſi diceret, virtuti diutinæ tribuendum eſt, quod gratia in vaſis fictilibus conſeruetur, ne frangantur. Vnde Auguſtinus: Non enim vaſa, quæ te plena ſunt, ſtabilem te faciunt, quia & ſi frangantur, non effunderis. Et cum effunderis ſuper nos, non tu iaces, ſed erigis nos: nec tu diſpergeris, ſed colligis nos.) *2. Cor. 4. Aug. li. 8. conf. c. 3.*

10 Anima iuſti bonis operibus plena, nauis eſt nauigãs per turbulentũ mare huius ſæculi, vt ad portũ æternæ ſęlicitatis perueniat, iuxta illud Prou. 31. *Facta eſt quaſi nauis inſitoris de longe portans panem ſuum*. Quæ verba *Origenes de Eccleſia catholica interpretatur*, quæ nauigantibus Apoſtolis, gubernante Domino, flante Spiritu ſancto, prædicationis verbo vbique diſcurrit portans ſecum magnũ & inæſtimabile pretium, quo omne genus hominum, ac potius totum mundũ ſanguine Chriſti mercata eſt. De quo alio quoque loco idem Salomon retulit dicendo inter cætera: Veſtigium nauis pelagizantis inueniri non poſſe, oſtendens conuerſationem Eccleſiæ, non terrenam eſſe, vel ſæculi, ſed cæleſtem, dicente Apoſtolo: *Conuerſatio noſtra in cælis eſt*. Mare ſæculũ intelligitur, quod à diuerſis peccatis, & varijs tentationibus, velut quibuſdam fluctibus æſtuat. De quo ſcriptum legimus *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, illic reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis*. Venti autem nequitiæ ſpirituales intelliguntur, qui ad naufragium Eccleſiæ per diuerſas ſæculi tentationes, velut per fluctus maris deſæuiũt.] Eadem ferè eſt explicatio Hiero. Vbi etiã aduertit inſitorem negotiatorem dici, qui pro eo ſic vocatur ab antiquis, quod acquirendis, multiplicandiſquè mercibus ſedulus inſiſtat.] *Prou. 31. Orig. ho. 23 ex imperf. in cap. 8. Matth. Sap. 5. Phil. 3. Pſal. 103. Hier. lib. 3 ſup. ca. 31. prou. tom. 8*

Vt ergò nauis ista ad portum felicitatis æternæ secura perueniat, gratia Spiritus Sancti indiget, quæ illuc flatu prospero eam ducat, & ab insurgentibus tempestatibus defendat. Scriptū est enim *Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā*. Vnde Chrys. Sicut enim nauis, quæ prospero flatu fertur in pelago, nō pt impediri, neque demergi, vsquequò prospero vento, ac perseuerante fruitur: sed etiā post nauigationē gloria eis magna contingit, siue naui siue ijs, qui nauem ascenderant, &c. Sic etiā anima à diuino adiuta Spiritu omnibus rebus superior exiitit, & omnibus fluctuationibus vitæ huius eminet, & viam in cælum ducentem vehementius quam illa nauis, incedit: vtpotè quæ non vento impellitur, sed ab ipso Paracleto fertur, munda vela possidens, & plena prosperis flatibus, omnem remissionem, & dissolutionem à sua mente discutiens. ¶ Hinc est etiam quod liberum arbitrium iumento, gratia vero sessori, vt Augustinus docet, comparatur. Vnde & dictū est: *Vt Iumentum factus sum apud te*. Vbi Augustinus lib. 3. Hypognosticon post med. E. F. Sicut enim iumentum illud, dum in via dirigitur, sessoris manu regitur, vt iter rectum siue leniter, seu cursim secundum sedentis in se voluntatem possit incedere, quo ad vsque ad locum perueniat destinatum: ita & liberum arbitrium dum in via, idest, in Christo, quia ipse ait: *Ego sum via, veritas, & vita*. Ioan. 14. cæperit esse, gratiæ regimine regitur, vt in semitis Domini recto corde siue patientia charitatis, siue feruente spiritu, idest, secundum diuisiones gratiarū spiritus, qui per gratiam diuidit singulis prout vult, possit ambulare quo ad vsque ad promissum regnum cælorum perueniat. Ideo & in Psalmo 143. ait: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*, &c. Sicut ergo homo sedens in iumento, cum peregerit iter quod incepit, dicit: Feci hodie vt puta triginta milliaria: cum illo sedente, iumentū cucurrerit triginta milliaria, sed non ea cucurrisset, nisi à sessore tàm directum in via quàm gubernatum fuisset. Rectè ergo sessor, quem gratia figurat, dicit: Feci triginta milliaria. Ipse enim fecit, qui iumentum facere fecit: & tamen vtrisque labor itineris imputatur: ita & gratia & liberum arbitrium peragit sine dubio iter fidei liberum, dum Dei Christianus facit præcepta, sed non vt supra dixi, sine gratia dirigente, vel gubernante: propter quod dicitur in Psalmo 36. *Dirige in cōspectu tuo viam meam*: Et, *A Domino gressus hominis diriguntur*.]

Psal. 142. Chrys. hom 34. super epist. ad Hebr. circ. fin. B.

Psal. 72. Iud. 14. Psal. 143. Psal. 36.

11 Gratia datur nullis nostris præcedentibus meritis bonis, sed multis præcedentibus meritis malis, iuxta illud Psalmistæ: *Pro nihilo salvos facies eos*. Vbi Augustinus: Pro nihilo saluos facies eos: nullis eorum meritis præcedentibus saluos facies eos. Qui prius fui blasphemus, inquit, & persequutor, & iniuriosus, accipiebam literas à Sacerdotibus, vt vbicunque inuenirem Christianos, alligarem & adducerem: vtique vt alligaret, & adduceret primo incolebat & abscondebat. Nulla ergo huius bona merita præcesserant, de quibus saluaretur, immò talia præcesserant, de quibus damnaretur: nihil boni attulit, & saluus factus est. *Pro nihilo salvos facies eos*.] Eamdem explicationem adhibet libro de Patientia cap. 20. tomo quarto.

Psal. 55. Aug. sup. eund. psal. post med. B tom. 8. 1. Tim. 1. Act. 9.

Vel

Vel pro nihilo, ideſt, facilè abſque tuo labore, quia ſolo verbo curas, non laborabis in curando, vt ibidem explicat Auguſtinus. Adde pro nihilo, quia ea quæ paſſus eſt pro nobis, licet terribilia fuerint & laboriosa iuxta illud: *Multo labore ſudatum eſt.* Et Iſaiæ. 43. *Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi dolorem iniquitatibus tuis*, tamen, omnia hæc, quaſi nihil viſa ſunt ei, præ amoris magnitudine, non ſecus atquè Iacob, qui cum ſeruiſſet pro Rachel ſeptem annis, videbantur pauci præ amoris magnitudine, de quo plura dicta ſunt cap. 19 numero 23. Vel pro nihilo, quia nihil Deo accreſcit ex eorum ſalute. Cui conſonat illud Iob 22. *Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris: aut quid ei conferes, ſi immaculata fuerit via tua?* Et Chriſtus Dominus diſcipulis ait: *Et Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus*, ſcilicet Deo, quia nimirum ex noſtra iuſtitia nullum commodum illi in ſeipſo accreſcit.

Ezech. 24. Iſa. 43.

Iob 22.

12 Hinc eſt quod Pſalmiſta ad innuendum quod gratia, & innocentia vitæ non eſt ex nobis, ſed ex dono Dei, poſtquam dixit: *Iudica me Domine ſecundũ iuſtitiã meã, & ſecundum innocentiam meã*: addit, *ſuper me*. Non enim ait, ex me, vel de me (vt notauit Auguſtinus) ſed, *ſuper me*, vt ille ſit ſenſus, *Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam*, quæ iuſtitia, & innocentia ſuper me eſt. Quo addimento demonſtrat, idipſum, quod anima iuſta eſt, & innocens, non per ſe habere, ſed per illuſtrantem, & illuminantem Deum. De hac enim dicit in alio Pſalmo: *Tu illuminabis lucernam meam Domine*. Et de Ioanne dicitur: Quia non erat ille lumen, ſed teſtimonium perhibebat de lumine. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Lumen ergo illud, vnde animæ tanquam lucernæ accenduntur, non alieno, ſed proprio ſplendore fulget, quod eſt ipſa veritas. Ita ergo dicitur, ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me: tanquam ſi lucerna ardens, & lucens diceret: Iudica me ſecundum flammam quæ ſuper me eſt, ideſt, nõ qua ſum ego, ſed qua fulgeo accenſa de te.

Pſal. 7. Aug. ſuper Pſalm. 7. circ. med. E tom. 8. Pſal. 14. Ioa. 1. et 5.

13 Hinc eſt, quod gratia ipſa in ſacris literis nomine ſortis deſignatur. Pſalmo 30. *In manibus tuis ſortes meæ.* Quia nimirum, ſicut explicat Auguſtinus, non contingit alicui ex meritis, ſed ex voluntate & miſericordia Diuina, ideo ait: *In manibus tuis ſortes meæ*, non in manibus hominum. Et ſortis nomine appellat gratiam, qua ſaluati ſumus. Quia in ſorte non eſt electio, ſed voluntas Dei. Nam vbi dicitur, ille facit, ille non facit, merita conſiderantur. Et vbi merita conſiderantur electio eſt, non ſors. Quando autem Deus nulla merita noſtra inuenit, ſorte voluntatis ſuæ nos ſaluos fecit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hęc eſt ſors. Merito tunica illa Domini de ſuper texta, quæ ſignificat charitatis ęternitatem, cum diuidi à perſecutoribus non poſſet, ſors ſuper eam miſſa eſt: ad quos peruenit, eos ſignificauit, qui videntur ad ſortem peruenire ſanctorum. *Gratia ſalui facti eſtis per fidem*, ait Apoſtolus. Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis. Vide ſortem; & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex

Pſal. 30. Aug. ſuper Pſalm. 30. conc. 2. in. 8. Matth. 27. Mar. 15. Ioan. 19. Ephe. 2.

Digitized by Google

operibus,quasi vos benè feceritis,vt ad hoc accedere digni effetis, nõ ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum
Rom. 9. creati in Christo Iesu in operibus bonis. Hæc quodammodo sors oc-
Galat. 2. culta est voluntas Dei, in humano genere sors est: sors veniens de Dei occulta voluntate, apud quem non est iniquitas. Non enim ille personas accipit, sed occulta illius iustitia tibi sors est.]

Psal. 67. 13 Gratia est pluuia illa voluntaria,de qua Psal. 67. *Pluuiã voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti*
Aug. sup. *eam*. Vbi Augustinus: Multò congruentius (inquit) intelligitur ipsa
psalm. 67. gratia pluuia voluntaria, quia nullis præcedentibus operum meritis
col. 7. E. F. gratis datur. Si enim gratia,iam non ex operibus, alioquin gratia non
1. Cor. 15. est gratia. *Non enim dignus sum* (inquit) *vocari Apostolus, quia persequutus sum Ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum id, quod sum.* Hæc
Isa. 1. est pluuia voluntaria. *Voluntariè quippè genuit nos verbo veritatis.*
Psal. 5. Hæc est pluuia voluntaria. Inde alibi dicitur: *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos*. Vt autem sciamus non ex viribus naturæ,sed ex gratia Dei salutem nostram procedere,ideò Apostolus ad Rom. 11. & 3.
Rom. 11. Reg. 19. *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt ge-*
3. Reg. 19. *nua ante Baal*. Vbi Augustinus aduertit, quod non ait,relicta sunt mi-
Aug. lib. de don. per seu. cap. 18 hi,aut reliquerunt se mihi,sed: *reliqui mihi*. Et,*sic ergo* (inquit) *& in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia*.]

cir. med. 16 Hinc est illud Ieremiæ 17. *Maledictus homo, qui confidit in ho-*
Ier. 17. *mine*. Vbi aduertit Augustinus, quod ne quis putaret, quod non in alio homine, sed in seipso posset ponere spem, mox addidit: *Et posuit*
Aug. lib. de gratia & lib. arbit. c. 4. *carnem brachium suum*: nam brachium pro potentia posuit operandi, nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas: ac per hoc firmat carnem brachij sui, qui potentiam fragilem atque inualidam, ideſt, humanam sibi sufficere ad benè operandum putat, nec adiutoriũ sperat à Dño. Propter hoc enim subiecit: *Et à Dño discedit cor eius.*

17 Hinc Christus Dominus nos admonet. Matt. 9. vt medicum quęramus: *Non opus est* (inquiens) *valentibus medicus, sed male habentibus*. Vtqui dixerit (ait Augustinus epist. 70. col. 2. L.) conse-
Aug. quenter exponens: *Non veni vocare iustos, sed peccatores*. Iustos ergo sanos, peccatores autem dixit ægrotos. Non itaquè de suis viribus præsumat ægrotus, quia in multitudine virtutis suæ non erit saluus. Nam si inde præsumit, videat ne vires iste non sint, quales solent esse sanorum, sed quales solent esse phreneticorum, qui cum sint insani, adeo se sanos putant, vt nec medicum quærant, & tanquam importunum insuper credant.] Sicut ergò phreneticus magnas vires habet ad mala opera & iniqua, non autem ad rectè operandum, ita & liberum arbitrium Dei gratia destitutum vires ad malum habet efficacissimas, non autem ad pietatis opera perficienda.

Aug. lib. de grat. & lib. arb. c. 6 18 Quando ergò cæperit homo (sicut ait Augustinus) habere merita bona, non debet sibi tribuere illa, sed Deo, cui dicitur in
Psalm. 26. Psalmo: *Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Dicendo, ne derelinquas me,*

Digitized by Google

me, ostendit, *quia si derelictus fuerit*, nihil boni valet ipse per se. Vnde & ille ait: *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum*. Putauerat enim suum fuisse bonum, quod ei sic abundabat, vt non moueretur. Sed vt ostenderetur illi, cuius esset illud bonum, de quo tanquam suo cœperat gloriari, paululum gratia Dei deserente admonitus dicit: *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Auerti-sti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*. Ideò necessarium est homini, vt gratia Dei non solum iustificetur impius, idest, ex impio fiat iustus, cum redduntur ei bona pro malis: sed etiam cum fuerit iustificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat super ipsam, ne cadat. Propter hoc scriptum est in Cantico Cãticorum de ipsa Ecclesia: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata, incumbens super fratrueleem suum?* Dealbata est enim, quæ per seipsam alba esse non posset. Et à quo dealbata est, nisi ab illo, qui per Prophetam dicit: *Si fuerint peccata vestra, vt phœniciũ, sicut niuem dealbabo?* Quãdo ergò dealbata est, nihil boni merebatur: iã verò alba facta bene ambulat, sed si super eũ à quo dealbata est, perseuerãter incũbat. Propter q̃ & ipse Iesus super quem incumbit dealbata, dixit discipulis suis: *Sine me nihil potestis facere*.

Psalm. 29.
Psal. 29.
Cant. 8.
Isaiæ. 1.
Ioan. 15.

19 Quæstionem mouet Augustinus: Si vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissimè dicit Scriptura: *Quoniam Deus reddet vnicuique secundum opera eius*, quomodo gratia est vita æterna, cũ gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apost. dicente: *Et qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum meritũ*. Et iterum: *Reliquiæ* (inquit) *per electionem gratiæ saluæ factæ sunt*. Et mox addidit: *Si autẽ gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia*: Quomodo est ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus sumitur? ¶ Et respondet, quod ideò vita æterna dicitur gratia, eo quod gratia, cui vita æterna respõdet, datur gratis. Vnde Apost. ad Ephes. 2. ait: *Salui facti estis per fidem: Et hoc non ex vobis, sed Dei donũ est, nõ ex operibus, vt ne quis glorietur*. Et cur hoc dixerit rationẽ reddens subdit: *Ipsius sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*, idest non ex meritis, quæ sint in nobis ex nobis.

Aug. lib. de grat. & lib. arb. c. 8.
Matth. 16.
Rom. 2.
Apoc. 22.
Rom. 4.
Rom. 11.
Ephes. 2.

20 Hinc est (vt notauit idem Aug.) quod cum Apostolus dixisset, *stipendium peccati mors*; noluit subiungere, stipendium gratiæ vita æterna, quamuis potuisset etiam dicere, & rectè dicere, stipendium autem iustitiæ vita æterna: sed maluit dicere, *Gratia autem Dei vita æterna*. Vt hinc intelligeremus, non pro meritis nostris Deũ nos ad æternã vitã, sed pro sua miseratione perducere. De quo in Ps. dicit homo animæ suæ: *Qui coronat te in miseratione, & misericordia*.

Aug. li. de grat. et lib. arb. c. 9. & 7.
Psal. 102.
Cant. 1.

21 Gratia, & virtutibus decoratur anima, sicut cœlum stellis, vnde Sponsa: *Formosa sum* (inquit) *sicut pelles Salomonis*, idest, Christi. Vbi Bernardus per pelles Salomonis, cœlos intelligit, de quibus Psalm. centesimo tertio: *Extendens cœlum sicut pellem*. Hi sunt iusti habentes cor extensum charitate. In hoc cœlo sol est feruor charitatis, luna continentia, quę à charitate habet lumen, virtutes stellę,

Psal. 103.
Ber. ser. 27 sup. Cant. col. 1. L. & 3.

quia lucent in nocte tribulationis. Et in die prosperitatis abscondunt lumen suum. Sunt vt pellis, quæ extenditur, cum vngitur, sic extenduntur iusti charitate, ita vt Deus dicat: Et ambulabo in eis. De quibus Danielis duodecimo: *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: Et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

Dan. 12.

Greg. hom. 9. sup. Ezechiel. col. 1.

22 Bona opera, vt docet Gregorius, & sunt Dei & nostra, & quia sunt Dei, debentur illi gratiæ pro eisdem operibus bonis, & quia etiam sunt nostra, debetur nobis pro illis premium. Vnde & Apostolus ait:

1. Cor. 15.

Plus illis omnibus laborauit. Qui ne suæ videretur virtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Quia enim cœlesti dono præuentus est, quasi alienum se a bono suo opere agnouit.

Ibid.

Non autem ego. Sed quia præueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quod libero arbitrio eamdem gratiam est subsequutus in opera, adiunxit: *Sed gratia Dei mecum.* Ac si diceret: In bono opere laboraui, non ego: sed & ego. In hoc enim quod solo Domini dono præuentus sum: Non ego. In eo autem quod donum voluntate subsequutus, & ego.] Vnde Augustinus: Nec miremini, inquit, quia bona opera dicimus, & vestra esse, & ex vobis non esse; nam & panem quotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus, da nobis, ne putetur esse ex nobis.] Cui cõsonat illud Ps 76. *Et dixi nũc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi.* Vbi vt obseruauit Aug. lib. 2. cont. 2. Epist. Pelag. c. 4. & 10 cũ dixisset. Nunc cœpi: non ait, hæc mutatio arbitrij mei: sed dexteræ excelsi. Sic itaque Dei gratia cogitetur, vt ab initio bonæ mutationis suæ vsque in finem consumationis, qui gloriatur in Domino glorietur.]

Aug. Epist. 142. ad Iulianũ vid. col. 3. el. 1. 2

Psal. 76.

Ezech. 11. & 36.

23 Hinc est quod Ezechielis 36. præcipitur: *Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum:* Cum tamen alio in loco dicat se daturum cor nouum. Ait enim: *Et dabo vobis cor vnum: Et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum.* Vt sciamus Dei opus esse & nostrum, facere cor nouum, vt Aug. explicat, quia nimirum nos cor & nouũ per bona opera facimus, & Deus facit vt illa faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati. Nec putandum est per hanc Dei gratiam nostrum liberum arbitrium destrui, cum potius per eam mirum in modum perficiatur, & roboretur, quod S. Augustinus ex oratione Christi probat, quam orauit pro Petro: *Ego* (inquiens) *rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Ex quibus verbis sic arguit Sanctus Doctor. Quando rogauit ergo ne fides eius deficeret, quid aliud rogauit, nisi vt haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perseuerantissimam voluntatem? Ecce quemadmodum secundum gratiam Dei, non contra eam libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippè humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem. Et vt perseueret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem.

Aug. li. de grat. & lib. arb. c. 15. & 16. l. 7.

Luc. 22.

Aug. li de correct. & grat. cap 8. tom. 7.

Psal. 114.

24 Quamdiu sumus in mortali corpore Deo perfectè placere nõ pos-

possumus,ideo Psalmista(vt notauit Aug.)non ait,placeo. Sed. *placebo in conspectu Domini in regione viuorum*. Satis ostendens ab ea parte, nondum se placere in conspectu Domini,quando est in regione mortuorum,id est,in carne mortali. Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt.] *Aug. supra eũd. Psal. tom. 8.*

25 Gratia præueniens,& subsequens insinuatur à Sponsa Canticorum 2. iuxta explicationem Bernardi. Nam vt ostendat,quod gratia Dei nos præuenit prius,ait: *Dilectus meus mihi*, scilicet intendit, vt sit sensus,dilectus meus intendit mihi. *Et ego illi*. Vt autem innuat quod Dei Gratia,& misericordia nos subsequitur,inferius ait è conuerso. *Ego dilecto meo*,scilicet intendo. *Et dilectus meus mihi*, quod confirmat ex illo Psalmi trigesimo nono. *Expectans, expectaui Dominum*. Nam qui expectat intendit,& expectare, intendere est. Et statim subsidit: *Et intendit mihi*. Ac si diceret: *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*. *Cant. 2. Bern. ser. 67. in Cãt. Psal. 39.*

26 Est quoniam non solum opus externum, sed etiam ipsum velle internum est donum Dei,ideo Psalmista inquit: *Apud Dominum gressus hominis dirigentur,& viam eius volet*. Vbi, vt notauit Augustinus,non dixit,& viam eius discet,aut tenebit,aut ambulabit,aut aliquid huiusmodi,quod posset dicere à Domino quidem dari,sed homini iã volenti.sed ait:*Et viam eius volet*, vt intelligeremus ipsam voluntatem bonam, qua incipimus velle credere (quoniam Dei via, quid est nisi fides nostra?) illius esse donum,qui gressus nostros propterea dirigit primitus.vt velimus. Non enim ait scriptura: A Domino gressus hominis diriguntur,quia viam eius voluit, sed diriguntur inquit,& volet. Non igitur,quia voluit diriguntur, sed quia diriguntur volet.] *Psal. 36. Aug epist. 107. colu. 2. L.*

DE GVLA CAP. XLVII.

GVLA est importunus exactor petens debitũ cibi,huius vocem non exaudit Onager, idest, iustus,liber à iugo seruitutis peccati, de quo Iob 39 *Quis dimisit Onagrum liberum in solitudinem? & vincula eius quis soluit? Contemnit multitudinem Ciuitatis, & clamorem exactoris non audit*. Vbi Gregorius aduertit, quod dixit: Vocem exactoris non audit, idest, non cumpetit necessaria naturæ,quæ deneganda non sunt,sed clamorem,idest,cum petit superflua.Sermo namquè huius exactoris,inquit ille,est necessaria postulatio naturæ. Clamor verò eius est mensuram necessitatis transiens appetitus gulæ.Hic itaquè onager exactoris huius sermonem audit,clamorem non audit: quia discretus vir,ac continens,& vsque ad temperandam necessitatem, ventrem reficit,& à voluptate restringit.] *Iob. 39. Grego. lib. 30. mor. c. 14. in prã.*

1 Hinc Augustinus, ait,Hoc me docuisti, vt quemadmodum ac cõ- *Aug. li. 10 conf. c. 31.*

medicamenta,ſic alimenta ſumpturus accedam &c. Et cùm ſalus ſit cauſſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas. Et plerumquè præire conatur, vt eius cauſſa fiat quod ſalutis cauſſa me facere vel dico, vel volo. Nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod saluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertum ſit; vtrum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat.]

Aug. li. 3. de doctr. Chriſt. ca. 12. to. 3. Luc. 14. Gen. 25.

3 Gula non in qualitate cibi,ſed in nimia eius auiditate & cupiditate conſiſtit. Fieri enim poteſt,ſicut Auguſtinus dicit, vt ſine aliquo vitio cupidinis,vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur,inſipiens autem ſçdiſſima gulæ flamma in viliſſimum ardeſcat. Et ſanius quiſquè maluerit more Domini piſce veſci,quàm lenticula more Eſau nepotis Abraham,aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſmodi rebus, non ex earum rerũ natura quibus vtimur,ſed ex cauſſa vtendi,& modo appetendi vel probandum eſt,vel improbandum quod facimus.)

Chryſ. hom 58. ſuper Matth. col. vlt. M. t. 2.

4 Gula,& ebrietas deteriorem faciunt hominem ipſis beſtijs, dicit enim Chryſoſtomus: Nolite pati peiores beſtijs homines fieri, nihil enim vltra quàm opus eſt,illæ deſiderant: iſti autem mediocritatis terminos excedentes irrationabiliores illis conſtituuntur. Quantò enim melior aſinus ebrioſo eſt? quantò canis præſtantior? Omnes certè animantes, quæ rationis expertes ſunt, cum bibunt aut comedunt, vltra quàm ſatis eſt,etiam ſi mille homines cogerent,nunquã elabuntur. Peiores igitur irrationabilibus vos eſtis.)

Amos 6.

5 Hinc eſt quod Dominus per Amos Prophetam eos vehementer arguit,qui delicatis cibis & vino defęcato delectabantur: (*Comedentes* (ait) *arietes ex gregibus,& vitulos lactentes,bibentes vinum defecatum,& qui vnguntur primis vnguentis,& dormiunt in lectis eburneis, & laſciuientes in ſtratis ſuis.*) Vbi Chryſoſtomus: Si tanta accuſatione digna ſunt hæc,quando omnia erant carnalia & ęcli ſermo nullus, quando doctrina erat Iudaica:quid dicemus ad præſentem molliciem, quæ nunc? Nam ſi arietes & vitulos lactentes comedere, vt fluxã & luxurioſam accuſat vitam: quid dicemus de his, qui profunda maris perſcrutantur, & extrema terræ,& varios auium, & piſcium venatores vndequaquè ſibi colligunt? Et ſi bibentes vinum defęcatum reprehenduntur:quid diceres de his,qui mittunt tranſmarinas pro vino profectiones,& omnia mouent,ne aliquod genus vini eis furripiatur,quaſi rationes ſint dandæ,vel ipſi inter extremos ſint computandi, niſi omne genus vini intulerint? Si eburneo lecto vti, dignum reprehenſione: qui multo lectos argento circundant, immo ex puro argento fabricant non lectos,ſed matulas,& ollas,& lebetes,& furcas, qualem aſſequentur veniam?)

Chryſ. ſer. cont. lux. et crap. poſt med. D.

6 Qui in comeſationibus, & ebrietatibus, atque carnis luxuria vitam conſumunt,magis reputandi ſunt mortui,quàm viui,quod Cryſoſto-

soſtom. probat ex illo 1. ad Timoth. 5. *Quæ autem in deliciis eſt, viuens mortua eſt*. Si igitur, inquit ille, vbi & ætas & sexus infirmior est, deliciæ ita prohibentur, quippè quæ mortis auctores sunt, & mortis æternæ: quid dicturi sunt viri, qui se delicijs soluunt? Cogruè profectò ait: *Quæ autem in deliciis eſt, viuens mortua eſt*.] *Chryſ. ſup. ad Timoth. 1. 3. col. 4. G.*

7 Vacantium gulæ, est illa vox: *Comedamus & bibamus, cras moriemur?* Vbi Chrysostomus: In Prophetas hæc multi apud Iudæos dicebant: sed haud mirum si Iudæi ita dicant, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum: sed quòd post gratiam, post contemptum rerum præsentium, & tantam perfectionem & diligentiam sunt adhuc aliqui, licet non omnes, dicentes, & vt per ipsum apparatum patet, clamantes: quanta reprehensione fuerit dignum? Etenim sunt profectò, qui ob hoc in hanc vitam adductos se putant, vt delicijs vacent, & ventrē disrūpant, & corpus impinguent: atquè sic hinc migrent, vermibus largiorem e sua carne mensam instructuri.] *Chryſ. Iſer. com. lux. ecclesiast. col. 1. tom. 5. Iſa. 22. Phil. 3.*

8 Loquacitas, & murmuratio prodeunt ex voracitate gulæ, ideò vt notauit Augustinus, postquam dixit Psalmista: *Sepulchrum patens est guttur eorum*, quibus verbis voracitas significatur inhiantis gulæ, statim subdit: *Linguis suis dolosè agebant*: nam comes est voracibus adulatio &c. *Pſal. 13. Aug. ſup. eād. Pſal. tom. 8.*

9 Sanctus Nilus libro de Interemptione patrum Sina, inquit. Qui ciborum se dedidit voluptati, facilè prosternitur ab eo, quod est sub ventre vitio, eo quod a minore vincatur, maiorem casum pollicens.] Et libro de octo vitiosis cogitationibus cap. de Gula: Vt ignis materia lignum est, sic libidinis materia ingluuies. Atque vt illud flammam excitat, eodem modo hæc turpem cupiditatem. Venter egens perturbationes animi consopit: plenus autem easdem excitat. Aridum degendæ vitæ genus sobrios animos parit: humidum autem & molle eos obruit. Vt nubes, solis radios obscurat, sic crassus vapor è cibis emergens, menti obscuritatem adfert. Vt terra vasta, atquè inculta spinas producit, sic venter cibis onustus obscœnas cogitationes. Cõtinentia castitatem parit, gula contrà libidinis mater est.] *S. Nilus.*

Vide reliqua Verbo Abstinentia, & Verbo Ieiunium.

Digitized by Google

sacræ legis testimonia apportant secum, nobis afferunt vnde vincantur. Vnde Dauid Goliam superās suo gladio occidit. Quod nos quoq; agimus, cum superbientes hæreticos, & Sacræ Scripturæ sententias deferentes eisdem verbis, atque sententijs, quas proferunt, vincimus, & quasi elatum Goliam suo gladio detruncamus. *Et argentum innocens diuidet.* Argentum innocentem diuidere est, eloquia Domini minutè, discretèque exponere, & vnicuique quid dignè congruat adaptare. ¶ Vnde S. Aug. respondens Petiliano, qui similibus locis Scripturæ Sacrę aduersus fidē Catholicā vtebatur, inquit: An ideo arma ista nostra nó erūt, quia vos ea p̄occupare conamini? Prorsus hęc iacula viua sūt, vnde. ūq; iactentur, agnoscantur quos perimant; si a vobis missa fuerunt, in vobis hærebunt: si a nobis mittuntur, in vos retorquētur. ¶ *Aug lib. 2 cons. liter. Petil. c. 77 to. 7.*

4 Hæretici vulpes sunt, de quibus Canticorum 2. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra florvit.* Vbi aduertit Bern. quod non ait occidite, & fugate, sed capite. Nā hæretici conuertendi sunt potius, quā exterminandi. Sic. n. ait: Iuxta allegoriam Ecclesias vineas, vulpes hæreses, vel potius hæreticos ipsos intelligamus. Simplex est sensus, vt hæretici capiantur potius, quā effugentur. Capiantur dico, non armis, sed argumētis, quibus refellantur errores eorum: ipsi verò si fieri potest, reconcilientur catholicæ, reuocentur ad verā fidem. Hæc est n. voluntas eius, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Hoc denique velle se perhibet, qui non simpliciter, capite vulpes: sed, capite nobis, inquit, vulpes parvulas. Sibi ergo, & sponsæ suæ. i. Catholicæ iubet acquiri has vulpes, cū ait: Capite eas nobis. Itaque homo de Ecclesia exercitatus & doctus, si cum hæretico homine disputare aggreditur, illo intentionem suam dirigere debet, quatenus ita errantem conuincat, cogitans illud Apostoli Iacobi: quia *qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Quod si reuerti noluerit, nec conuinctus post primam iam, & secundam admonitionem (vt potè qui omnino subuersus est) erit secundum Apostolum deuitandus.) Et S. Augustinus: Capite nobis, inquit, conuincite nobis, capis enim eum, quem de falsitate conuincis. Contradicentibus denique vulpeculis Domino, & dicentibus: *In qua potestate ista facis? respondete mihi & vos* (inquit) *vnum sermonem, Baptismus Ioannis vnde est; de cælo, an ex hominibus?* Matt. 21. Vulpes autem solent habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, & ex alia parte exeāt, ad vtrumque foramen captor vulpium retia posuit, *dicite mihi, de cælo est, an ex hominibus?* sentiūt illi eum ex vtraque parte tetendisse, vnde caperet, & aiūt apud se: *Si dixerimus* (inquiūt) *de cælo, dicturus est nobis, quare ergo non credidistis?* Ille enim testimonium Christo perhibuit. *Si dixerimus de terra, lapidabit nos populus, quia vt Prophetam eū habent.* Sentientes ergo hac atque hac esse vnde caperētur, respōderunt, *nescimus.* Et Dominus: *Nec ego vobis dico, in qua potestate ista facio.*) *Cant. 2. Ber. ser. 64 in Cantic. col. 3. 1. Tim. 2. Iac. 5. Aug. super Psalm. 80. circa med. H. to. 8. Matt. 21.*

5 Finis autē hæreticorū, qui in sua pertinacia persistunt, interitus est & incendium, in cuius typum, vt notauit Bernardus, Samson sue-

Iudic 15. cendit vulpium caudas, vt finem hæreticorum qui nõ corriguntur,
Ber.ſer.65 deſignaret. Nam quantum ad iſtos, ait ille, nec rationibus conuincun-
ſup. Cant. tur, quia non intelligunt: nec auctoritatibus corriguntur, quia non
col.5. recipiunt: nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubuerſi ſunt. Probatum eſt, mori magis eligunt, quam conuerti. Horum finis interitus. Horum nouiſſima incendium manet. Horum ſiquidem in facto Samſon ex ſuccenſis vulpium caudis figura præceſſit.] Et S. Ambroſius
Ambr.ſer. 11.ſup pſal 118. to. 5. eundem ſenſum proſequens ait: Samſon binas vulpes ſibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces & dimiſit eas per meſſes Allophylo-
Iud. 15. rum, per hanc figuram ſignificans, quod improbi ac fraudulenti homines, & maximè hæretici liberam linguam habent ad latrandum, ſed exitus impeditos: aut religioſa principia, finem verò fraudis ſuæ incendio deputatum. Ideoquè & trecentas vulpes dimiſit, eo quod perfidi crucis quidem ſe prædicatione commendare deſiderant, ſed myſterium eius tenere non poſſunt, qui hac prædicatione compoſita, & falſa, atque ſimulata vrere magis fructus conantur alienos. Cum
Cant. 2. itaquè vera Crux Domini non exurat aliena merita, ſed fœcundet, meritoquè ſcriptum eſt in Cantico canticorum: *Prendite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas, vt vineæ noſtræ floreant* Quo oſtenditur, quod vel Dominus Ieſus, vel Eccleſia fraudulentorum dolos à vineis ſuis exterminandos eſſe præcipiant, ne paruulis vineis noceant, qui adultis iam vitibus nocere non poſſunt. Hæreticus enim im-
D. Iuſtus Orgelitani Epiſcop. et habet. in B. V. P. to: 1. fol. 618. in impreſ. Pariſ. 1609. perfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum.] Eamdem explicationẽ proſequitur eleganter Diuus Iuſtus Orgelitani Epiſcopus ſup. Cant. num. 51. Cuius verba ſunt: Sic & ille Samſon, qui interpretatur ſol, captis trecentis vulpibus, eorum caudis ignem appoſuit, & fructus inimicorum accendit. Semper enim hæretici in primordijs, velut ficta religione conſpicui, in extremis ſuis ignem trahunt gehennæ incendio deputati. Et ideo capite nobis vulpes: conuincite hæreticos, eorumquè verſutias Sanctarum Scripturarum concludite teſtimoniis. Quos vulpes paruulas dicit, quia nihil magni ſecundum rectã fidem intelligendo continent Omne enim quod ſapiunt, exhibent qui puſilli ſunt, demoliuntur vineas, ſubuertunt plebes prauis eas traditionibus corrumpentes.]

6 Hæretici ſunt tauri, de quibus Pſal. *67. Congregatio taurorum, in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati ſunt argento.* Tauros
Pſal. 67. vocat (vt Auguſtinus explicat) propter ſuperbiam duræ indomitæquè
Aug. ſup. Pſal. 67. ceruicis. Significat enim hæreticos. Vaccas autem populorum ſeductibiles animas intelligendas puto, quia facile hos tauros ſequuntur. Non
circ fin. L. tom. 8. enim populos vniuerſos ſeducunt, in quibus ſunt graues & ſtabiles,
Pſal. 54. vnde ſcriptum eſt: *In populo graui laudabo te:* ſed in eis populis, quos
2. Tim. 3. inueniunt vaccas *Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis erroris, ſemper diſcentes, & ad veritatis ſcientiam nunquam peruenientes.*
1. Cor. 11. Quod autem ait idem Apoſtolus: *Oportet & hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant in vobis:* hoc etiam hic ſequitur, vt excludantur ij, qui pro-

probati sunt argento, ideſt, qui probati sunt eloquijs Domini. *Eloquia quippè Domini, eloquia casta, argentum igne probatum terræ.* *Psal. 11.*

7 Sunt autem hæretici Scripturis Sacris vtriusquè testamenti velut gladio bis acuto conuincendi, in cuius signum præcepit Moyses interficiendum esse Propheram, siue Principem, qui eos à Deo suo vellet auertere, aliquod vè infringere mandatorum. Vbi Augustinus ostendit hoc ad custodiēdā fidem, quæ in Ecclesia Christi est, pertinere. Videbat quippè ille spiritu prophetico, & Deo sibi loquente multos exurrecturos hæreticos diuersorum errorum magistros aduersum doctrinam Christi, qui non eum Christum prædicarent, qui verus est Christus. Ille enim verus est, qui per Prophetas per eundem Moysen cæterosque sanctos eius gentis editas prænuntiatus est. Quisquis itaque alium docere vellet ipsum interficiendum Moyses præcipiebat. Quid autem nunc aliud agit lingua catholica, nisi vt spiritali gladio vtriusq; testamenti acie bis acuto interficiantur omnes, qui nos a Deo nostro volunt auertere, aliquodue infringere mandatorum?) *Aug. li. 16 cont. Faust. c. 25. 10. 6.*

8 Nec timenda sunt hæreticorum arma, quibus aduersus Catholicos vtuntur. Sunt enim vitrea, nec aduersus eos, qui in Deo confidunt, poterunt præualere. Vnde Augustinus ad certamen cum quibusdam hæreticis se accingens ait: Promissus dies illuxit, nos quoquè impigrè ad certamen Domino adiuuante processimus. Adiutorium nostrum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Donabit certanti victoriam, qui certandi dedit audaciam. Non nos hostium turba, non nos bellantium reuocet forma, non quasi vitrea fulgentia terreant arma. Goliam magnum, robustum, armis terribilem, ingentiquè turba munitum Dauid solus puer, paruus atque inermis vno lapidis ictu prostrauit, tataque Allophylorum castra turbauit, atque fugauit. Quid autem aliud petra contra Goliam manu Dauid missa, nisi Christum contra diabolum ex semine Dauid venturum significat, ut?) Hæc Aug. *Augustin in orat. de quib. quæ hæresibus cap. 1. tom. 6. Psal. 123. 1. Reg. 1.*

9 Sicut autem Ecclesia de conuersione hæreticorum lætatur, ita è contrario ingenti dolore afficitur, cum elabuntur & fugiunt, sicut per Psalmistam ait: *Qui videbant me, foras fugerunt à me.* Vbi Augustinus: Ignoscendum esset, si foras fugissent a me, qui non videbant me: etiam qui videbant me, foras fugerunt a me: Sed si qui me non videbant, foras fugerunt a me: nec dicendum est, foras fugerunt, quia intus non fuerunt. Si intus fuissent, vidissent me, ideſt cognouissent corpus Christi, cognouissent membra Christi, cognouissent vnitatem Christi. Illud est magis gemendum, illud omnino intolerabile, quia multi qui videbant me, foras fugerunt à me, ideſt, quia cognouerunt quid esset Ecclesia, exierunt foras, & hæreses, & schismata contra Ecclesiam fecerunt.) Qui videbant me, ideſt, qui nouerant quid sit Ecclesia, qui eam in Scripturis intuebantur, foras fugerunt a me. *Psal. 30. Aug super Psalm. 30. cōc. 2. post med. D. 1. 8*

10 Hinc Isaias spiritu Prophetico hanc hæreticorum, & Judæorum ruinā denuntians ait: *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem* *Isa. 48.*

gitized by Google

tem: *surdum, & aures ei sunt*. Quæ verba licet de populo Iudæorum intelligãtur, de quo dixerat supra: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat*. Et iterum: *Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi?* Valde tamen congruunt hæreticis. Sunt enim cæci, qui nullos habent oculos, ideſt, Prophetas, qui videntes in Scriptura dicuntur, nec Scripturas sacras admittunt. Hi sunt Gentiles, & nationes barbaræ, quibus non est annũciatus Christus, quorum cæcitas aliquam videtur excusationẽ habere. *Quomodo enim credent ei, quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prædicante?* Sunt autem alij cæci, qui habent oculos, & videre nolunt: sunt qui legem Dei agnoscentes, & Prophetas audientes quotidie, obedire renuunt & credere, quibus Christus dixit: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Tales sunt hæretici, qui habentes oculos videre nolunt, & cum illis fuerit annũciatus Christus, ab eo se elongant, in quibus subinde impletur quod dictum est: *Qui videbant me, foras fugerunt a me*. Et illud: *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt*.

Isa. 6.
Isa. 42.
Rom. 10.
Matt. 13.
Psal. 30.
Isa. 43.

11 Non omnia, quæ ab hæreticis vsurpantur, reijcere debent Catholici, quod & Rusticus S.R.E. Diaconus Cardinalis disp. cõtra Acephalos, his verbis obseruauit. Non igitur en quod malè vtatur substantiarum dualitate Nestorius, idcircò tacendum est duas esse substantias: alioquin quoniam malè vtitur perfecto Deo, & perfecto homine, Orthodoxi non hoc debent dicere. Et vt simpliciter dicamus, si tacere debemus, vel omninò auferre omnia quæ ab hæreticis malè vsurpantur, nihil nobis est confitendum, & præ omnibus auferrentur Scripturæ.]

To. 4. Bib. V. P. col. 999.

12 De hæreticis intelligitur illud Prouerb. 10. *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis; sic piger iis qui miserunt illum*; sic explicat Salonius Viennensis Episcopus super Salomonis Parabolis: Piger, inquiẽs, est malè viuens catholicus, qui non laborat, nec operatur, vt ad æternã beatitudinem peruenire mereatur. Per acetũ, & fumũ, hæreticorũ designatur perfidia. Per oculos & dentes Prædicatores & Ecclesiæ, qui benè oculi dicuntur, quia recta itinera præuident. Pulchrè etiam dentes, quoniam spiritualia alimenta fidelibus ministrare solent. Ergo *sicut acetum dentibus, & fumus oculis*, ideſt, sicut perfidia hæreticorum est contraria bonis Doctoribus, quia contristat eos, & molestiam illis gignit, & lachrimas: sic piger, ideſt, catholicus malus, grauis est eisdẽ bonis Doctoribus, qui miserunt eum; hoc est, qui iusserunt, vt fidem suã operibus impleret. Ideò etiã grauis est, quia fidem suam prauis operibus destruit.]

Tom. 1. Bi. V. P. pag. 48.

13 Hæretici sunt feræ humanam formam ferentes, vt dicit S. Ignatius Epistola decima ad Smyrnenses, cuius verba sunt: De his autem admoneo vos charissimi sciens, vos non aliter, atquè me de his sentire. Sed præmunio vos contra feras humanam formam præferentes, quas non modo auersari oportet, sed etiam fugere; solumque pro eis orare, siquando pœnitentia ducantur.] Cui consonat illud Psalm. 67.

To. 3. B. V. P. col. 26.

In

Linueps feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento: quod de hæreticis expli- *Psal. 67.*
cant plures Sancti Doctores.

DE HYPOCRITIS CAP. XLIX.

HYPOCRITÆ conferuntur Tigribus Iob 4. *Tigris periit, eo quod non habeat prædam.* Vbi Gregorius docet hypocritam designari: quia sicut Tigris exterius apparet formosus, varijsquè coloribus decoratus: sed interius plenus est feritate, & ira mortifera, ita & hypocrita. Tigris rapit prædam, quia humani sibi fauoris vsurpat gloriam. Qui enim rapta laude extollitur, quasi præda satiatur. Bene autem hypocritarum laus præda dicitur. Præda, quippè est, cum aliena violéter auferuntur. Omnis autem hypocrita, quia vitam iustitiæ simulans iustorum sibi laudé arripit, alienum profecto est, quod tollit.) *Iob 4. Gregor. 5. moral. c. 16.*

2 Est etiam similis Struthioni. Vnde de eo dicitur Isaiæ 43: *Erit cubile Draconum, & pascua Struthionum.* Struthio quippè (sicut dicit Gregor.) volandi speciem habet, sed vsum volandi non habet, quia, & hypocritis cunctis intuentibus, imaginē de se sanctitatis insinuat; sed tenere vitam sanctitatis ignorat. In peruersa igitur méte draco cubat, & Struthio pascitur: quia & latés malitia callide tegitur, & intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur.) *Gre. 7. mo. 12. post me dium.*

3 Hinc Apost. Paulus quemdá hypocritá parietē vocauit dealbatum, non per contumeliá, sed per quádam Prophetiá. Nam, vt notauit Aug. & pontificis iussu palma eū percussit, & quod contumeliosè visus est dicere, cū ait: *Percutiat te Dñus paries dealbate*, minus intelligentibus conuitiū sonat: intelligétibus verò Prophetia est. Paries quippè dealbatus hypocrisis, idest, simulatio sacerdotalem præferens dignitatē; & sub hoc nomine tanquam candido tegmine, interiorem quasi lutam turpitudinem occultans.) *Act. 23. Aug. li. 1. de ser. Do. in mont. c. 35. B.*

4 Sed multo melius Christus Dñus eos contulit sepulchris dealbatis, cum ait: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa; intus vero plena sunt ossibus mortuorū, & omni spurcitia. Sic & vos à foris quidē paretis hominibus iusti: intus autē pleni estis hypocrisi, & iniquitate.* Vbi Chryst Sicut sepulchrum quādiu quidem clausum est, pulchrum videtur à foris, si vero fuerit apertum horribile est: sic & simulatores bonorum, quamdiu quidem non cognoscuntur, laudabiles sunt: cum autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles.) *Matth. 23. Chr. ho. 45. imperf. in Matth.*

5 Hi nimirum viriditatem iustorum præseferunt, sed flores & fructus bonorum operum non proferunt. Propter quod sub scirpi nomine de illis dicitur: *Numquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic viæ hominum, qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit.* *Iob 8.*

Gregor. 8. moral. 24. in princ. Vbi Gregorius: Scirpi ergò vel carecti nomine hypocritæ vitam significat, quæ speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, quæ sterilitate operis arida permanens, solo sanctitatis colore virideſcit. Sed neque sine humore scirpus, neque sine aqua carectum proficit: quia hypocritarum vita à bono opere infusionem quidem superni muneris percipit, sed in cunctis quæ agit, exteriores laudes appetens, à fructu perceptæ infusionis iraneſcit &c. De quibus etiam benè per Psalmistam dicitur: *Fiant sicut fœnum ædificiorum, quod priusquam euellatur exaruit.* Fœnum quippe ædificij in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur: quia & hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum & non euulsum citius arescit: quia videlicet hypocrita & in præsenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera quasi viriditatis speciem amittit. Quia enim sine intentione rectæ cogitationis bona studuit agere, hæc amittens, indicat se sine radice floruisse.] *Scirpus humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur*: quia nimirum (vt dicit Gregorius eodé libro c. 28.) sicut scirpus in nocte humidus est, sole autem veniente siccatur, ita hypocrita in tenebris vitæ præsentis sanctus ab hominibus creditur: sed cum districtus iudex venerit, qualis nisi iniquus apparebit? Dicit ergo: *Humectus videtur antequam veniat sol*: quia virentè se nunc humanis oculis exhibet, sed in calore tunc diuini iudicij arescit. Sequitur: *Et in ortu suo germen eius egreditur.* Herba quælibet nascendo prius à terra producitur, aura & æstibus tangitur, sole ac pluuijs nutritur: & tunc demum ad proferendum sui seminis germen aperitur. Scirpus verò cum flore suo nascitur, moxque dum a terra surgit, sui secum seminis germen produeit.]

Pſal. 128.

Vſe. 8. Gregor. 8. mor. 25. 6 Vnde benè per Prophetam de his hypocritis dicitur: *Culmus stans, non est in eo germen, & non faciet farinam; quod & si fecerit alieni comedent eam.* Culmus quippè (sicut dicit Gregorius) germen non habet, cum vita meritis virtutum caret. Farinam culmus non facit, cum is qui præsenti sæculo proficit, nil subtilitatis intelligit, nullum boni operis fructum reddit. Sed sæpè cum fecerit farinam, hanc alieni comedunt: quia cum bona opera hypocritæ oſtendunt, de his malignorum spirituum vota satiantur. Qui enim per hæc placere Deo non appetunt, nequaquam agnos Domini, sed alienos pascunt.]

Iob 8. Gregor. 8. mor. 26. 7 Hinc etiam non immeritò conferuntur araneis telam fragilem texentibus Iob 8. *Et sicut tela aranearum fiducia eius.* Vbi Gregorius: Benè hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, quia omne, quod ad obtinendam gloriam exudant, ventus vitæ mortalis dissipat. Nam quoniam æterna non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Pensandum quoquè est, quod fila aranea per ordinem ducunt, quia hypocritæ quasi sub discretione opera disponunt. Aranearum tela studiosè texitur, sed subitò venti flatu dissipatur: quia quidquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit: &

Digitized by Google

& dū in appetitu laudis opus deficit,quasi in ventū labor euanescit.]

8 Hi portant crucem Domini per angariam, sicut Simon Cyrenæus, qui nequaquam in ea moritur,quia nimirum omnis hypocrita, sicut dicit Gregorius, corpus quidem per abstinentiam affligit, sed tamen per amorē gloriæ mundi viuit.Quo cōtra per Paulū benè de electis dicitur *Qui autem sunt Christi,carnem suam crucifixerunt cū vitijs, & concupiscentijs.* Cum vitijs quippè,& concupiscentijs carnem crucifigimus,si sic gulam restringimus, vt iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam qui corpus macerat,sed honoribus anhelat,crucem carni intulit,sed mundo per concupiscentiam peius viuit:quia & sæpè per sanctitatis imaginem locum regininis indignus assequitur : quem nisi aliquid in se virtutis ostenderet,nullo percipere labore mereretur.] *Gregor. R. moral. 26. Gal. 5.*

9 Bona opera abscōdēda sunt, & nō alijs præsūptuosè manifestāda,ne(sicut docet Greg.)cōtingat nobis iudiciū,qđ euenit Exec. qui susceptis Babylonici Regis nuncijs,bona oīa quæ possidebat,ostēdit: sed Prophetæ voce protinus audiuit:*Ecce dies veniēt,& auferentur omnia, quæ in domo tua sunt in Babylonē:nō relinquetur quidquā,dicit Dñus.* Sic nimirum hypocritæ,postquā magnis virtutibus excrescūt,quia cauere malignorū spirituū insidias negligūt,& celari in eisdē virtutibus nolūt, bona sua ostēdēdo,hostiū faciūt:& prodentes subitò amittūt , quidquid diutius studētes operātur. Hinc per Psal.dicitur: *Tradidit in captiuitatē virtutes eorū , et pulchritudinē eorū in manus inimici.* Virtus quippè, & pulchritudo arrogātiū,inimica manibus traditur:quia omne bonū qđ p concupiscētiā laudis ostenditur,occulti aduersarij iuri mācipatur. Hostes namque ad rapinam prouocat, qui suas eorū notitiæ diuitias denudat.]Hinc est qđ de electorū Ecclesia per Psal.dicitur:*Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Hinc Paul.ait: *Gloria nostra hæc est,testimoniū cōscientiæ nostræ.* Filia quippe regis Ecclesia, quæ in bono est opere spiritaliū principū prædicatione generata,gloriā intus habet : quia hoc quod agit,in ostentationis iactantia nō habet. Gloriā suā Paulus testimoniū conscientiæ memorat,quia fauores oris alieni non appetens , vitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Occultanda' sunt ergò quæ agimus,ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes, latrocinantium spirituum incursione perdamus.] *Gregor. R. moral. 30. 4. Reg. 20. Psal. 77. Psal. 44. 2. Cor. 1.*

10 Hinc est illud Deut.22.*Nō indues vestē ex lana,linoq: cōtextā ,* quibus verbis prohibemur,ne exterius simplicitatē ouis ostēdamus,cū in interius malitia hypocrisis lateat.Per lanā quippe(ait Gre.) simplicitas,per linū vero subtilitas designatur.Et nimirū vestis quæ ex lana linoq; cōficitur,linū interius celat,lanā in superficie demōstrat. Vestem ergo ex lana, linoque cōtextā induit,qui in locutione,vel actione,qua vtitur,intus subtilitatē malitiæ operit, & simplicitatē foris innocentiæ ostendit.Quia.n.sub puritatis imagine deprehendi callidtas nō valet , quasi sub lanæ grossitudine linum latet.) *Deut 22. Gregor. R. mor. 31.*

11 Sicut gelu ,& immoderatum frigus lædit vineam,& eius fructus cum sunt in primo flore,comburitita laudes humanę,quas hypocritæ diligunt, eorum opera destruunt,ne ad fructum æternæ retributionis

Iob 15. Grego. 12. mor. 24.

tionis, pertingant. Id quod iuxta interpetationē Gregorij Iob 15. innuitur, cum ait: *Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis.* Congregant verò & hypocritæ bona opera, sed eorum sterilis est ipsa congregatio: quia per hoc, quod agunt, fructum recipere in æterna retributione non appetunt. Fęcundi, ac virides in suis operibus humanis oculis videntur: sed in conspectu occulti iudicis, infęcundi, & aridi apparent.]

12 Ad detestandum autem hoc vitium nos debet valde mouere breuitas humanæ gloriæ, quam hypocritæ diligũt. Ait enim S Iob: *Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum* Iob 30. Grego. 15. moral. 2. in fin. *breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.* In puncto enim, vt notauit Greg. stylus mox vt ponitur, leuatur, nec mora vlla agitur, vt per exprimendam lineam trahatur. Gaudium ergo hypocritæ ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum, sed disparet in perpetuum: Et sicut stylus in puncto dum ponitur leuatur, sic hypocrita præsentis vitæ gaudia, dum tangit, amittit.]

13 Vnde inferius S Iob gaudium hypocritarum, & eorum gloriã similitudinem somniantium habere demonstrat, in quibus est ostensio ficta phantasmatis, non certitudo veritatis, ait enim. *Velut somnium auolauit nō inuenietur, trāsiet sicut visio nocturna.* Sæpe namque (vt dicit Greg.) in nocturna visione, nonnulli pauperes, factos se diuites admirantur, deferri sibi honores aspiciunt, diuitiarum moles obsequentium multitudinem, pulchritudinem vestium, abundãtiam ciborum sibimet adesse considerant: gaudent se euasisse penuriam, quam cum gemitu toierebant: sed repente cum euigilant, inueniunt quam falsum fuerit, quod gaudebant, eosq; euigilasse pęnitet: quia vigilantes inopia vera tenet. Sic hypocritarum mentes, dum aliud est quod agunt, atq; aliud quod hominibus ostendunt, laudes de ipsa sanctitatis ostensione recipiunt: in æstimatione hominum multis melioribus præferuntur, & cum intus apud se tacita cogitatione superbiant, foris se humiles demonstrant &c. sed transiet, velut visio nocturna, quia hoc quod se ad momentum diuitem humanis æstimationibus videt, de ostensione est phantasmatis, non de soliditate virtutis. Nam cum mens eius in morte carnis euigilat, cognoscit procul dubio, quia fauores circa se hominum dormiens videbat.]

Aug epist. 7. ad Mar. col. 1. H.

14 Hinc Sanctus Augustinus valde cruciabatur, cum eius amici magna de illo prædicabant, timens, ne forte quem diligebant Augustinum velut somniando confingerent, potius quam solidam eius virtutem amarent. Non mihi placet, inquit ille, cum à charissimis meis talis esse exiltimor, qualis non sum. Profectò enim non me, sed pro me aliũ sub meo nomine diligunt, si non quod sum, sed quod non sum, diligunt. Nã inquantũm me nouerunt, vel de me verũ credunt, ego ab eis diligor: inquantum autem mihi tribuunt, quod in me non cognoscũt, alium talem, qualem me putant, pro me diligunt.] Ac, si diceret: Rogate Deum, vt, qualem me esse putatis, in veritate inueniar, vt sim ego

ipse

Digitized by Google

ſpes aliquem diligitis, ne forte confodiam Auguſtinum, quaſi in ſomnis amem.

15 Hypocrita quærens ſuauitatem laudis hominum, non guſtabit dulcedinem diuinæ gratiæ, & donorum Spiritus ſancti: Iuxta illud Iob 20. *Non videas riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.* Vbi Gregorius: In Euangelio Dominus dicit: *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Vbi Euangeliſta ſubiũgit, dicens: *Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Riuuli ergo fluminis ſunt dona Spiritus ſancti. Riuulus eſt fluminis charitas, riuulus eſt fluminis fides, riuulus eſt fluminis ſpes. Sed quoniam omnis hypocrita nec Deum, nec proximum diligit, cũ trãſitoriã mũdi gloriã quærit, riuulos fluminis non videt: quia irrigatione non infunditur charitatis.] Et notandũ, quòd nõ riuos, ſed riuulos dicit, per quos ea dona Spiritus ſancti deſignat, quibus in hac vita ſpirituales animæ delectãtur. Sunt.n. riuuli, quoniã in hoc exilio imperfectè participantur, iuxta illud Apoſtoli: *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Per torrentem autem intelligit gaudia cęleſtis beatitudinis, quibus pertruentur electi, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Sed hypocritæ nec de riuulis iſtis guſtabunt, nec videbunt aquas torrentis; quia ſomnia dilexerunt gloriæ humanæ.

Iob. 20. Greg. 15. mor. 10. Ioan. 7. 1. Cor. 13. Pſal. 35.

16 Opera hypocritę dicuntur ſimilia pennis herodij, & accipitris. Iob 39. *Penna Struthionis ſimilis eſt pennis herody & accipitris:* quia nimirũ pennis ſuis herodij, & accipitres reliquas aues volatus ſui velocitate tranſcendunt. His ſimiles dicuntur pennæ Struthionis .i. hypocritæ; quia (ſicut dicit Greg.) Struthio pennæ eorum ſimilitudinem habet, ſed volatus eorum celeritatẽ non habet. A terra quippè eleuari nõ valet, & alas quaſi ad volatũ ſpecie tenus erigit, ſed tamen numquam ſe à terra volando ſuſpendit. Ita ſunt nimirum omnes hypocritæ, qui dũ bonorum vitã ſimulant, imitationẽ ſanctæ conuerſationis habẽt, ſed veritatem ſanctæ actionis non habent. Habent quippè volandi pennas per ſpeciẽ, ſed in terra repunt per actionẽ: quia alas per figurã ſanctitatis extendunt, ſed curarũ ſæcularium põdere prægrauati, nullatenus à terra ſubleuantur.] Quia verò multoties hypocritæ intentionem mutant, & Deum deinceps, & non hominibus placere ſtudẽt, ideo de illis ſubcodẽ nomine Struthionis dicitur Iſa. 43 *Glorificabũt me beſtiæ agri, Dracones, & Struthiones.* Vbi (ſicut dicit Greg.) glorificari ſe Dominus a Dracone, vel Struthione aſſerit; quia & apertè malos, & tectè bonos plerũquè ad ſua obſequia ex intima cogitatione conuertit.

Iob 39. Iſa. 43. Greg. 35. moral. 26. poſt med.

17 Vt autem dignoſcatur, an bona opera facta ſint, vel ſolida apud Deũ, & digna vita æterna, id ex tribus deprehendi põt, quæ in moneta numularij conſiderant. Qui (ſicut dicit Gregorius) cum numiſma percipiunt, prius qualitatem illius, poſt figuram, ad extremum verò pondus examinant, ne aut ſub auri ſpecie æs lateat; aut hoc quod veraciter aurum eſt, monetæ reprobæ figura dehoneſtet: aut quod & auram, & rectæ figuræ eſt, hoc non integrum pondus leuiget.

Cum igitur mira ignotorum hominum facta conſpicimus, reflexè ad mentis noſtræ trutinã quaſi ſolertes nummularij debemus, vt prius diſcretio aurum examinet, ne ſub virtute ſe vitium occultet, & quod prava intentione agitur, recti viſione pallietur. Cuius ſi intentionis qualitas approbatur, in præſſa mox formulæ figura quærenda eſt, ſic probatis monetarijs, ideſt ab antiquis patribus ducitur, & ab eorum vitæ ſimilitudine nullo errore vitiatur. Cum verò & per intẽtionem qualitas, & recta per exemplum figura cognoſcitur, reſtat, vt integrũ eius pondus exquiratur.] Igitur hypocritarum opera, quæ recta hominibus videntur, a bonis operibus deficiunt: primo, quia ſub ſpecie auri, hoc eſt virtutis, cuprum vitiorem abſcondunt; ſecundò quia non habẽt figuram, & ſuperſcripcionem Chriſti, eo quod non propter Chriſtum ſunt, ideo in eius regno nihil pro eis dãtur; tertiò quia non habent iuſtum pondus, eo quod humilitatis perfectionem minimè contingunt, ſed propter vanam gloriam ſunt factæ. Cui conſonat illud Dan. 3. *Appẽſus eſt in ſtatera, & inventus es minus habens.* Dan. 3.

18 Hinc Apocalypſis 13. Ioannes Apoſt. ait: *Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, habentem duo cornua ſimilia agni, & loquebatur vt draco.* Quibus verbis quorundam hypocritarum malitia detegitur, qui non cornua agni, ſed eis ſimilia habere dicuntur, quia non veram agni virtutem, ſed ei ſimilem gerunt. Vnde Gregorius: De terra (inquit) aſcendere eſt, de terrena gloria ſuperbire. Quæ habet duo cornua agni ſimilia: quia per hypocriſim ſanctitatis eam quam in ſe veraciter Dominus habuit, ſingularem ſibi ineſſe & ſapientiam mẽtitur, & vitam. Sed quia ſub agni ſpecie auditoribus reprobis ſerpentinũ virus infundit, rectè hic ſubditur: *Et loquebatur vt draco.* Iſta ergo beſtia ideſt prædicantium multitudo, ſi aperte vt draco loqueretur, agni ſimilis non appareret, ſed aſſumit agni ſpeciem, vt draconis exerceat operationem.] Apoc. 3. Grego lib. 33. mor. 26.

19 Hinc S. Aug. hypocritas cum eis confert, qui in tragœdijs perſonam agunt alicuius Regis, vel Principis, cũ tamẽ illi re vera homines ſint viles. Sunt enim, inquit, hypocritæ ſimulatores, tanquam pronunciatores perſonarum alienarum, ſicut in theatricis fabulis. Non .n. qui agit partes Agamnonis in tragoedia, verbi gratia, ſiue alicuius alterius, ad hiſtoriam vel fabulam, quæ agitur pertinentis, verè ipſe eſt, ita in omni vita humana, quiſquis ſe vult videre, quod non eſt, hypocrita eſt. Simulat enim iuſtum, & non exhibet, qua totum fructũ in laude hominum ponit, quam poſſunt etiam ſimulantes percipere, dum falluut eos, quibus videntur boni, ab eiſque laudamur. Sed tales ab inſpectore cordis Deo mercedem non capiunt, niſi fallaciæ ſuppliciũ. Ab hominibus autem, inquit, perceperunt mercedem ſuam.] Aug lib. 2 ſer. Domini in mon. c. 3. H.

20 Hinc Sponſus in Cãticis hypocritas confert cũ groſſis, inquiẽs, *Ficus protulit groſſos ſuos*, quia nimirum groſſi bonarum ficuum ſpeciem habent, ſed ob immaturitatẽ, & acerbitatem eſui habiles nõ ſunt, vt Bern. explicat. Non comedamus ex eis, inquit ille, nec enim eſui habiles ſunt ob immaturitatem ſui. Bonarum ficuum habent ſpeciẽ, ſed ſimi- Cant. 2. Ber ſer. 59 in Cant. in fin.

lisudinem,non saporem,fortè hypocritas designantes. Nō abijciamus tamen; Alias fortitan his opus habebimus. Alioquin satis per se ipsos leuiter,& ante tempus cadent,*sicut fœnum tectorum,quod priusquā euellatur,exaruit*: quod ego de hypocrisis dictum reor. Non sine caussa tamen in carmine nuptiali eorum mentio facta est. *Erunt* sine dubio & si non esui vsui, qualicunque.)

2 Pulcritudo hipocritæ vana est, & gratia,quam apud homines quærit,fallax:iuxta illud Prouerbiorum 31. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Vbi Salonius Viennensis. Galliarum Episcopus super Salomonis Parabolis: Fallax,inquit,gratia humanæ laudis, quam hipocritæ ab omnibus exquirunt. Pulchritudo vana est pulchritudo castitatis,vel bonæ operationis,quam hipocrite hominibus ostendere cupiunt,vt ab eis laudentur. Hæc autem gratia,& pulchritudo fallax dicitur,quia fallit,hoc est decipit simulatores: quoniam dum in hac vita, quærunt mercedem,in futuro nullam recipient remunerationem, & si castitatem seruant,vel aliqua bona operantur,vana dicitur, quia vana sunt omnia,quæ faciunt.) Reliqua videantur Verbo Adulatio,& Verbo Gloria vana. Homo Mulier vide Verbo Matrimonium.

Prou. 31. To. 1. Bib. V. P. col. 458.

DE HVMILITATE CAP. XLIX.

HVMILITAS est vnica via, qua securè ad Deum tendimus,quod Sanctus Augustinus eleganter ostendit,docens Dioscorum,quæ nam sit via ad obtinendam,& capessendam veritatem. Ea est,inquit, Prima humilitas,secunda,humilitas, tertia, humilitas: & quoties interrogares,hoc dicerem.) Quia licet alia sint præcepta & alia bona, omnia tamen extorquet de manu superbia.) Quod etiam confirmat exemplo Demosthenis,qui interrogatus,quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere? pronunciationem dicitur respondisse: cum quærerent,quid secundo?eandem pronunciationem:quid tertio? nihil aliud quā pronunciationem dixisse. Si interrogares,& quoties interrogares de præceptis Christianæ religionis,nihil aliud respōdere nisi humilitatem liberet,& si forte alia dicere necessitas cogeret.)Vnde D Palladius in Lausiaca historia.sect.41 ait,Præcipuè ergo ō filij exerceamus humilitaté,quæ est fundamentum primū omniū virtutū.)

Aug. Ep. 8. ad Dioscorū paulopost med. M. to. 2.

To. 7. Bib. V. P. col. 638.

2 Superbia viā in cęlū molitur,vt ascendat;sed est sicut turris Babylonis. Eam enim erigebant contra Dominū,Gen.10.& 11.Sicut dictū est: *Gigas iste venator contra Dominum.* Vt autē ostenderet Dominus hanc non esse viam tutam,sed per humilitatem potius ad cęlum ascendendum esse,confudit eorū linguas,non sine magno mysterio, q̄ his verbis exponit Aug. Tutam veramq; in cęlum viā molitur humilitas,sursum leuans cor ad Dominum,non contra Dominum. Sicut dictus est *Gigas iste venator contra Dominum* &c. Erigebat ergo cum suis populis turrim contra Dominum,qua est impia significata superbia.

Aug. li. 16 de Ciu. Dei c. 46. B.

bie. Merito autem malus punitur affectu vetiam cui non succedit effectus. Genus verò ipsum pœnæ quale sit? Quoniam enim dominatio imperantis in lingua est, ibi dominata est superbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui nolun intelligere vt obediret Deo iubenti.

Gen. 11.

3 Vnde Apostolus: *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Vbi (vt notauit Bernardus) non ait, corpus nostrum, sed corpus humilitatis nostræ, vt huius lilij miro & sempiterno candore solos significet humiles illustrandos.) Cui consonat illud Matthæi 18. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*, significans solis paruulis, idest humilibus paratas esse in cœlo sedes, quas Angeli per superbiam amiserunt.

Philip. 2. *Ber. ser. 47 in Cãt. circ. finem.* *Matth. 18.*

4 Per humilitatem accedimus ad Dominum, sicut per superbiam abeo elongamur. Dicit enim Aug. Fidem Centurionis illius ideò præcipuè laudauit, nec se inuenisse in Israel dixit tantam fidem; quia ille tã humiliter credidit, vt diceret: *Non sum dignus, vt sub tectum meum intres.* Vnde nec Matthæus ob aliud eum dixit accessisse ad Dominum, cum apertissimè Lucas insinuet, quòd nõ ad eum ipse venerit, sed amicos suos miserit; nisi quia fidelissima humilitate magis ipse accessit, quã illi, quos misit. Vnde & illud Propheticum est: *Excelsus Dominus, & humilia respicit, excelsa autem à longe cognoscit*: vtiquè tanquam non accedentia.)

Aug. li. de S. V. c. 32. in prin. t. 6 *Matt. 8.* *Luc. 7.* *Psal. 137.*

5 Hinc est quod oratio sociam habens humilitatem est efficacissima, & à Deo impetrat quod Dominus dare distulerat. Scriptum est enim: *Oratio humiliantis se penetrat cælos.* Vnde Chananææ distulit Dominus conferre beneficium sanitatis filiæ propter eius superbiã: quia nimirum se filiam, Iudæos verò canes esse reputabat. Sed cum primũ humiliter agnouit se esse canem, & dixit: *Vtiquè Domine*: ego sum canis, & Iudæi filij: *Nam & canes edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum*: statim sanitatem obtinuit filiæ. Vnde Augustinus: Vbi Chananæa ceruice flexa Saluatoris verbis fidem non negauit, sed confessa est Iudæos credentes esse filios, Gentes autem canes, vel seruos, per quod iunxit se fidei Dominicæ, quia serui Dominum indicãt, & Dominus non est sine seruis, vnitas facta est subiecti, & subijcientis. Hinc est vnde meruit consequi quæ precata est.) Et in alio loco inquit: Hinc & illi mulieri Chananææ dicit. *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis*: quam superius canem appellauerat, nec ei panem filiorũ proijciendum esse responderat. Quod illa humiliter accipiens, dixerat: *Ita Domine, nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa Dominorum suorum*. Ac sic quod assiduo clamore non impetrabat humili confessione promeruit.)

Eccles. 35. *Matt. 15.* *Augusti. 2. part. q. ex mono test. q. 16. to. 4.* *Aug. li. de S. Virg. ca. 32.* *Luc. 18.* *Chrys. hom 53. in Mat. cir. med. & hom. 17. ex variis in Matth. col. 7. 1012. 2.*

6 Hinc etiam colligit Chrysostomus humilitatem ex canibus filios Dei efficere, superbiam verò è contra filios Dei in canes conuertere. Iudæi namque dicebant: *Semen Abrahæ sumus, & nemini*

serui-

Digitized by Google

seruiuimus vnquam, & ex Deorum ſumus? ſed propter eorum ſuperbiam, & incredulitatem canes euaſerunt, dicente Apoſtolo: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionē*. Non ſic certè mulier, ſed quemadmodum ſe canem, ita illos Dominos appellauit, & hac humilitate ex abiecta conditione canum vendicata, filia facta eſt.] Cui conſonat illud Oſeæ 1. *Vocabo non plebem meā, plebē meā: & non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. Et erit in loco, vbi dictum eſt eis: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui*. Ioan. 8. Oſe. 2.

7 Hinc veritas ipſa ſuperbiam deprimens, & humilitatem commendans ait: *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur*. Audi quid de ſuperbis, & ſeipſos extollentibus dicat Pſalmiſta: *Deiecisti eos, dum eleuarentur*. Vbi (vt notauit Auguſtinus) non ait, cum elati fuiſſent vt prius extollerentur, & poſtea deijcerentur; ſed cū extollerentur, tunc deiecti ſunt. Ipſum quippè extolli, iam deijci eſt.] Et Sanctus Gregorius eandem expoſitionem confirmat: Non ait (inquiens) deiecisti eos, poſtquam eleuati ſunt, ſed dum eleuarētur: quia hoc ipſum ſit ſuperbis interius deijci, quod eis falſa contingit gloria exterius eleuari. Ordinante enim diuino iudicio, non eis hic aliud culpa eſt, atque aliud pœna: ſed ſua illis in pœnam vertitur culpa, vt elatus caſſu ſuperbiæ, hoc ipſum ſit verè intus cadere, quod foris oſtenditur profeciſſe.) Matt 23. Pſal. 72. Aug li. 14 de Ciu. Dei c. 13, poſt med. M. I. § Greg. 32. mor. 7.

8 Hinc idem Pſalmiſta conuerſus ad Dominum, & petens, vt deijciat ſuperbos, & exaltet humiles, ait: *Deus, meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti*: Vt rotam, inquit, ne videlicet ſint ſtabiles: ſed cum ad culmen honoris peruenerint, ſtatim ad ima deſcendant, & ſicut in rota cum pars ſuprema deijcitur, inferior eleuatur: ita erigantur humiles, dum ſuperbi deprimuntur, & cadunt. Pſal. 82.

9 Ruinam ergò ſuperborum pertimeſcens orabat Pſalmiſta: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me*. Vbi per pedem ſuperbiæ intelligit Auguſtinus affectum ſuperbiæ. Adeò enim exoſa debet eſſe hominibus pijs, vt nec eius affectum præſentire patiantur. Vel ſi magis placet, ex eo dixit pedem ſuperbiæ, vt innueret, quòd cum ſuperbi totis viribus eſſe caput contendant, & ſuperiores omnibus alijs, per eandem ſuperbiam ita deijciuntur, vt ex capite pedes fiant, & ex ſuperioribus infimi: ſicut è contra humilitas ita eleuat cunctos, vt ex pedibus & infimis caput fiant. Scriptum eſt enim: *Nōne cum eſſes parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es?* Verba ſunt Samuelis ad Saul, eius ſuperbiam, ac inobedientiam exprobrantis. Ac ſi apertè diceret, (vt Gregorius explicat) Magnus mihi fuiſti: quia deſpectus tibi, ſed nunc quia magnus tibi es, factus es deſpectus mihi. Vnde & per Prophetam dicitur: *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmet ipſis prudentes*: Tanto ergo fit quiſq; vilior Deo, quāto pretioſior ſibi, Tāto pretioſior Deo, quanto Pſal. 35. Aug. ſuper Pſalm 38. tom. 8. 1. Reg. 15. Greg. 18. mor c. 20, Iſa 5.

quanto propter enim vilior sibi; quia humilia respicit, & alta à longè cognoscit.)

Aug. lib. de Ciuitate Dei. c. 13. in fin. 10 Hinc Augustinus: Audeo dicere, superbis esse vtile, cadere in aliquod apertũ manifestũque peccatum, vnde sibi displiceãt, qui iã sibi placendo ceciderãt. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quãdo fleuit, quam sibi placuit, quando præsumpsit. Hoc dicit & facer Psalmus: *Imple facies eorum ignominiæ, & quærent nomen tuum Domine*, ideſt, vt tu eis placeas quærentibus nomen tuum, qui sibi placuerant, quærendo suum. *Psal. 82.*]

Aug. lib. 3. de Doctri. Christiana. c. 23. tom. 3 11 Ideo autem in sacris literis peccata magnorum virorum narrantur, vt adulterium Dauid, peccatum Principis Apostolorum Petri, & similium, vt, sicut dicit Augustinus, se nequaquam rectis suis factis homo iactare audeat, & præ sua iustitia cæteros, tanquam peccatores contemnat, cum videat tantorum virorum & cauendas tempestates, & flenda naufragia. Ad hoc enim etiam peccata illorum hominum scripta sunt, vt Apostolica illa sententia vbiquè tremenda sit, quæ ait: *1. Cor. 10. Qua propter qui videtur stare, videat ne cadat.* Nulla enim ferè pagina *Eccle. 5.* est sanctorum librorum, in qua non sonet, *Quod Deus superbis resistit,* *1. Pet. 5.* *humilibus autem dat gratiam.*]

12 Et propter eandem rationem deserit aliquando Deus Sanctos suos, & peccare permittit, vt vulnus superbiæ ab eis amputet, ne (sicut dicit Augustinus) dona Dei suę potestati tribuendo, seseque extollendo grauius pereant, quam si nihil operarentur boni quibus dicitur: *Cum timore, & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est, qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate.* Quare ergò cum timore, & tremore, & non potius cum securitate, si Deus operatur, nisi quia propter voluntatem nostram, sine qua bene non possumus operari, cito potest subrepere animo humano, vt quod bonũ operatur, suum tantummodo existimet, & dicat in abundantia sua: *Non mouebor in æternum?* Ideo qui in voluntate sua præstiterat decori eius virtutem, auertit paululum faciem suam, vt qui hoc dixerat, fieret conturbatus; quoniam ipse est ille tumor sanandus doloribus. Non itaquè dicitur homini: Necesse est peccare ne pecces, sed dicitur homini: deserit aliquantum Deus, vnde superbis, vt scias non tuum, sed eius esse, & discas superbus non esse.]

Aug. lib. de nat. & gratia cõtra Pelag. c. 33. tom. 7. 13 Hinc est quod Propheta nos admonet dicens: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Vbi (vt notauit Augustinus) non ait: Ne quando irascatur Dominus, & non vobis ostendat viam iustam, aut, non vos introducat in viam iustam: sed iam illic ambulantes sic terrene potuit, vt diceret: *Ne pereatis de via iusta*, quia superbia etiam in ipsis rectè factis cauenda est, ideſt, in ipsa via iusta, ne homo dum quod Dei est deputat suum, amittat quod Dei est, & redeat ad suum. Ideò Christus Dominus humilitatem dixit esse omnem iustitiam vt Bernardus docet serm. 47. super Cant. Etenim cum se manibus Baptistæ seruj Dominus inclinaret, & ille expauesceret maiesta-

Digitized by Google

ſanctificetur: Sic (inquit) *ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam:* conſummationē profectò iuſtitiæ in humilitatis perfectione conſiſtentem. Iuſtus ergo humilis, iuſtus conuallis eſt. Et ſi humiles inuenti fuerimus, germinabimus & nos ſicut lilium, & florebimus in æternum ante Dominum.)

14 Humilitas magis neceſſaria eſt iuſtis, quàm impijs. Dicit enim Chryſoſtomus: Attende quod dicitur caſtiſſime magis iuſtus metuere debet arrogantiam, quam peccator eo quod peccator habet conſcientiam, velit nolit humilem, ac ſubmiſſam, iuſtus autem ob benefacta extollitur. Quemadmodum igitur ſit in nauigijs, qui vacuam habēt nauem non metuunt piratarum inſultum. Non enim veniunt vt conterant nauem nihil vehentem: cęterum ij, qui nauem habent onuſtam, metuunt piratas. Nam pirata illuc properat, vbi aurum, vbi argentum, vbi lapides pretioſi. Sic & diabulus non facile perſequitur peccatorem, ſed iuſtum potius, vbi multæ ſunt opes.) Cui conſonat illud Michææ 6. *Humiliatio tua in medio tui.* Et illud, *Qui ſtat, videat ne cadat.*

Chryſ. hom. 4. de verb. Iſaiæ poſt med. t. 1.

Matt. 6.

1. Cor. 10.

15 Non cadet autem, ſi fuerit humilis. Nam (vt dicit Chryſoſtomus) humilitas non habet, vnde cadat: ideo iuſtus in omni ſtatu debet ſeipſum humiliare, ſicut Dauid cum eſſet paſtor ſuam vilitatem agnouit dicens: *Quis ſum ego Domine mi, quod talem gratiam inuenirem ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegiſti me ex omnibus, & aſſumpſiſti me*, &c. Sed quando factus eſt nobilis, agnouit ſe ex nihilo fuiſſe ſubleuatum: Et quia non eſt oblitus, quis natus erat, perſeuerauit in culmine regali. Inuenit gratiam, vt & regnum perciperet, Et inimico perſequenti ſe Sauli, malū pro malo non redderet. Et cum eſſet Rex ſe ipſum vilem oſtendit coram Domino ſaltando. Cum enim Micol eum humiliatum deſpiceret dicens: *Quam gloriоſus fuit hodie Rex Iſrael diſco operiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudetur vnus de ſcurris*, protinus audiuit: *Vixit Dominus, quia iudam ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuū.* Ac paulo poſt ait: *Et ludā, & vilior fiam pluſquā factus ſum, eroque humilis in oculis meis.* Vnde Gregorius: Ego Dauid plus ſaltantem ſtupeo, quam pugnantem. Pugnando quippe hoſtes ſubdidit, ſaltando autem coram Domino ſemetipſum vicit.

Chriſ. hom. de ver. Dauid. 2. Reg. 7. Quis ſū ego ſ prin. tom. 1. 2. Reg. 7.

2. Reg. 6.

Grego. 17. mor. 24.

16 Non ergo eſt periculum, ſicut dicit Bernardus, quantumcumque te humilies, quātumcumque reputes minorem quam ſis, hoc eſt, quàm te veritas habeat. Eſt autem grande malum, horrendumque periculum, ſi vel modicè plus vero te extollas, ſi vel vni videlicet in tua cogitatione te præferas, quem fortè parem tibi veritas iudicat, aut etiam ſuperiorem &c. Et propterea non mediocrem, non vel penultimum, non ipſum ſaltem inter nouiſſimos eligere locum voluit: *ſed recumbe* (inquit) *in nouiſſimo loco*: vt ſolus videlicet omnium nouiſſimus ſedeas, teque nemini non dico præponas, ſed nec comparare præſumas.) Vnde Sanctus Maximus Oeconomicorum centuria quinta cap. 92. tom. 5. B. V. P. col. 843. Humilitatem dicit eſſe conſeruatricem bono-

Ber. ſer. 37 in Cantic. col. 983.

Digitized by Google

bonorum, & contrariorum expugnatrice.] Et Dionysius Abbas Raychu in Sancti Ioannis Climaci scholijs cap. 19. Magnum possessorem humilem dicit, quia qui humilis est ex humilitate omnis monasticæ, & angelicæ conuersationis perfectionem possidet, in cuius anima sunt proprietates prædictæ omnes, quæ spiritualium diuitiarum significatiuæ sunt.]

17 Humilitas est proprius locus, in quo requiescit Dominus, quia est ei valde proportionatus: nam humilis Christus locum humilem appetit. Vnde Augustinus: Ipsa (inquit) humilitas est sessio & delectabile cubile Domini nostri Iesu Christi, qui ait: *Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* Et iterum: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*] Vbi Philon Carpathiorum Episcopus super Cantica to. 1. Bibliot. Vet. Pat. col. 593. Hæc duo (inquit) certissima signa sunt Spiritus sancti: iusta mansuetudo animi in proximum, & vera cordis humilitas in Deum.)

Aug. lib. de salutar. docum. c. 32. F. l. 4 Isa. 66. Iacob. 4. Matth. 11.

18 Humilitas & mansuetudo magnũ apud Deum Abraham effecit, magnum & Moysen, vt notauit Chrysostomus: Nihil (inquiens) tam admirabilem Christianum, quàm humilitas effecit. Audi Abraham: *Ego autem sum puluis, & cinis.* Audi Deum quid de Moyse loquatur; quòd mansuetissimus erat omnium hominum, nemo illo humilior, qui tanti populi dux, & rege & innumero, Aegyptiorum exercitu muscarum more demersis, tãta in Aegypto, tanta in rubro mari, & in deserto operatus, tanto de se testimonio, talem se gerebat, ac si vnus esset è multitudine, & socero humilior, cuius accepta sententia, nunquam id ægrè tulit.)

Chrys. ho. 1 super. 1. ep. ad Cor. post. med. M. Gen. 18. Num. 12.

19 Sed & Ioannem Euangelistam ea potissimum ratione Christus præ cæteris dilexit, ita vt communi vocabulo diceretur: *Hic est discipulus, quem diligebat Iesus;* quia nimirum præ cæteris humilis fuit, & mansuetus, & ideo singulariter Christi discipulus meruit nominari, quoniam humilitatem, & mansuetudinem ab eo didicit, qui dixit: *Matt. 11.* *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Hanc rationem assignat Chrysostomus: Quid igitur (inquiens) hanc præcipuam dilectionem conciliauit? Incredibilis (arbitror) Ioannis mansuetudo, & lenitas, quæ remissior sæpènumero videbatur: quæ quanta sit virtus, ex Moyse manifestum est, quippè quæ tantum & talem præstiterit.

Ioa. 21. Chrys. hom. 33. sup. Ioc. col. vlt. E. Num. 12.

Nihil enim humilitati comparandum. Hinc Christus beatitudinis principium fecit; tanquam enim quoddam immensi ædificij fundamentum, humilitatem primum iecit, sine qua nemo salutem consequitur: sed siue quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suis pauperibus erogauerit facultates: sine humilitate hæc, & huiusmodi omnia nihili æstimata sunt, contra ipsius condimento gratiora omnia, iucundioraque redduntur.)

Matt. 11.

20 Ut vt sciamus, quòd Deus humilibus secreta sua reuelat, non autem elatis, & superbis, ideo, vt Glossa ordinaria notauit, *Apparuit Deus Abrahæ in conuallie Mambre*, id est, humili. Nam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Cui consonat illud Matthæi 11.

Gloss. ord. Genes. 18. Matt. 11.

Digitized by Google

Matth. 11. Confiteor tibi pater, Domine cæli, & terræ: quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis; ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Vnde Ieremiæ præcipitur: *Descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* Vbi per domum figuli cor humilis designatur, eius videlicet, qui se lutum, & puluerem cum Abraham esse agnoscit. Ibi audiuntur verba Dei. Ibi reuelantur eius mysteria. Ier. 18.

21 Hinc ait Psalmista: *Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ.* Vbi per conualles intelligit humiles, per montes superbos designat, per aquas verò dona Spiritus sancti, de quibus Ioan. 4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quia ergo Deus humilibus dat gratiam, superbis autem resistit, ideo ait: *Qui emittit fontes in conuallibus, & inter medium montium pertransibunt aquæ.* Aridos enim relinquit Deus superbos, quos sua gratia destituit, quærens humiles, vt in eis requiescat. Cui consonat illud: *Montes Gelboe nec ros nec pluuia veniat super vos, vbi ceciderunt fortes Israel*, Angelus videlicet, & primus parens. Et illud: *Ecce dilectus meus venit saliens in montibus, transiliens colles*, idest, eos qui à celsitudine virtutis defluxerunt, & non se humiliauerunt, hos transit, vt perueniat ad humilium conualles, vt Bernardus explicat serm. 54. super Cantica: Hinc Sponsus non montium, non collium, sed conuallium se esse lilium fatetur. *Ego* (inquiens) *flos campi, & lilium conuallium*, idest, humilium, vt explicat Bernardus serm. 47. in Cant. col. vltima. Psal. 103. Ioan. 4. 2. Reg. 1. Cant. 2.

22 Hæc autem humilitas, non tàm consistit in externis operibus quàm in corde, ideo Dominus ait: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Corde, inquit, nam exterior humilitas nihil prodest, sed potius nocet, si ea, quæ in corde est, desit. Propter quod Dominus eos vituperat, qui amant primos recubitus in cõuiuijs, & ait: *Tu autem cum vocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco.* Vbi Chrysostomus ait: Non tantum curat Deus, vbi corpus hominis iaceat, sed in qua parte conscientiæ sit collocatũ. Ergo quod iubet nobis in vltimo loco Dominus recumbere: non solum sic iubet, vt corpore in nouissimo iaceamus, sed etiam animo, vt nouissimos nos esse omnium iudicemus. Nam sine caussa loco se humiliat, qui corde se præfert. Vnde non vituperat eos, qui in primo loco recumbunt: sed eos, qui amant primos discubitus: ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum. Matth. 11. Luc 14. Chrys. hom. 43. imperf. in Matth. col. vlt. to. 2.

23 Hinc Augustinus docet cauendam esse totis viribus fictam humilitatem, in qua est inclusa eorum superbia, qui se dicunt peccatores, & humilia valde loquuntur de se ipsis, & tamen si leui sermone offensi fuerint, continuò eos videas leuare ceruicem, & in verba superbiam redolentia prorumpere, quibus illud Psalmistæ competit: *Tange montes, et fumigabunt.* Non sic Christus Dominus, non sic. Ipse enim est, qui ait: *Discite à me quia mitis sum, et humilis corde.* Ipse est de quo ait Petrus Apostolus: *Qui cum paterentur, non comminabatur* ipse Aug. epist. 142. ad Dectores, & meir. c. 10. Psal. 153. Matth. 11. 1. Pet. 2.

ipse est, qui accepta illa iniuria: *Demonium habes*, humiliter respondit; *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me.* Ipse est, qui ad sacrilegum percutientem se alapa humiliter respondit: *Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, cur me cædis?*

Ioan. 8.

Ioan. 18.

24 Vnde Apostolus hanc fictam humilitatem à fidelibus excludere volens, ait: *Propter quod habentes ministrationem hanc, sicut misericordiam consecuti non infirmemur; sed abiiciamus occulta confusionis non ambulantes in astutia, neque dolo adulterantes verbum Dei.* Hanc astutiam & dolum, sicut dicit Augustinus, hypocrisim vult intelligi, quia volunt iusti videri superbi. Vnde & in Psalmo, quem ad huius ipsius gratiæ testificationem commemorat idem Apostolus. *Beatus (inquit) cui non imputavit Dominus peccatum, neque est in ore eius dolus.* Hæc est humilium sanctorum confessio, non se iactantium esse quod non sunt. Et paulo post: *Non enim nos met ipsos (inquit) prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Iesum.*

2. Cor. 4.

Aug li. de spirit. et litera c. 18. tom. 3.

Rom. 4.

Psal. 31.

1. Cor. 4.

25 Non erat ficta, sed vera & solida humilitas Sponsæ dicentis: *Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Vbi per nardum, quæ est parua herba & calida, significat humilitatem, quæ ex ardore charitatis procedit. Est enim duplex humilitas, vt ibi explicat Bern. altera solum in intellectu, quã gignit veritas, altera etiam in affectu, quam inflammat charitas, vt homo sit paruus non solũ in oculis suis, sed etiam id libenter patiatur esse in oculis aliorum. Bonus humilitatis odor (inquit ille) qui de hac valle plorationis ascendens, perfusis circumquaque vicinis regionibus, ipsum quoque regium accubitum grata suauitate respergat. Est nardus humilis herba, quam & calidæ ferunt esse naturæ hi, qui herbarum vires curiosius explorarunt. Et ideò per hanc videor mihi non inconuenienter hoc loco virtutem humilitatis accipere, sed quæ sancti amoris vaporibus flagret. Quod propterea sanè dico, quoniam est humilitas, quam nobis veritas parit, & non habet calorem: & est humilitas, quam charitas formar, & inflammat. Atque hæc quidem in affectu, illa in cognitione consistit.] Et alia multa prosequitur in hunc modum. Et ad maiorem explicationem huius doctrinæ adducit exemplum Christi, qui nõ necessitate, sed charitatis affectu humilis fuit. *Semet ipsum (inquit) exinaniuit formã servi accipiens*, & formam humilitatis tradens Ipse se exinaniuit, ipse se humiliauit, non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se, & contemptibilem demonstrare, sed planè non reputare; quoniam sciebat se ipsum. Voluntate proinde humilis fuit, & non iudicio; qui talem se obtulit, qualem esse nesciuit: magis autem placuit minimum, qui se summum non ignorabat. Denique ait: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Corde dixit, cordis affectu, id est, voluntate. Itaque necessitatem excludit, qui voluntatem confessus est.]

Cant. 1.

Bern. ser. 42 in Cãt. col 2. & 3. & serm. 4 de Aduentu Dñi col. 1.

Philip. 2.

Marc. 11.

26 Ad imitationem ergò humilitatis Christi, debet homo humi-

hari

liari ex corde, vt in eo adimpleatur dictum illud Psalmistæ Psalmo 28. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros libani, & comminuet eas tanquam vitulum libani.* Vox Domini fuit illa: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Hæc vox confringet cedros libani, ideſt, ſuperbos; & eos comminuet, ita vt humilitatem imitentur vituli libani, ideſt, Chriſti, vt Auguſtinus explicat ſuper eundem pſalmum. Ac ſi diceret: Amputata ſuperba celſitudine illorum, deponit eos ad imitationem humilitatis ſuæ, qui tanquam vitulus per ipſam huius ſæculi mobilitatem ad victimam ductus eſt.] Cui conſonat illud Hab. 3. *Contriti ſunt montes ſæculi, & incurvati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* Psal. 28. Habac. 3.

27 Ideò Matthæi 23. *Omnis* (inquit) *qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Vbi (vt notauit Bernardus) non ait: qui humiliatur, exaltabitur: ſed, *Qui ſe humiliat.* Vt oſtendat, quòd humilitas, quæ exaltationem meretur, debet eſſe voluntaria, & ex corde procedere. Verba Bernardi ſunt: Generalem verò hinc audi regulam. *Omnis quì ſe humiliat* (ait) *exaltabitur.* Significat profectò non omnem exaltandam eſſe humilitatem, ſed eam tantum, quæ de voluntate venit, non ex triſtitia, nec ex neceſſitate. Nec enim per contrarium, omnis qui exaltatur, humiliandus erit: ſed tantum qui ſe exaltat, humiliabitur, nimirum ob voluntariam vanitatem. Ita ergò non qui humiliatur, ſed qui ſponte ſe humiliat, exaltabitur, vtique ob meritum voluntatis.] Matt. 23. Ber ſer. 34 in Cãt. circa finem. Luc. 14.

28 *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum* (ait Iſaias) *& ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alæ vni, & ſex alæ alteri; duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, &c. & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius.* Vbi cum Propheta ſolium Domini admirabile vidiſſet, & Seraphim volantia, non tamen inquit, ſolium Domini replebat templum, vel Seraphim replebant têplũ: *ſed ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum*, vel vt legit Pagninus: *Et fimbriæ eius replebant templum*, ideſt, fimbriæ veſtimentorum eius. Vt ſciamus templum Dei, & regnum cæleſte, ac ſedes Angelorum, qui per ſuperbiam ceciderunt, non eſſe implendas, niſi ab illis, qui humilitatem diligunt. Vt enim docet Gregorius, per veſtes Dei Chriſti fideles deſignantur. Illis enim velut ornamento veſtitus eſt Chriſtus, Propheta dicente: *Quia omnibus his velut ornamento veſtieris.* Huius ornamenti fimbriæ ſunt humiles, obedientes, ſubiecti omni humanæ creaturæ propter Deum. Sub pedibus enim Dei ſunt, & per cordis humilitatem hærent pauimento templi: *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*, humiliantur ſub potenti manu Dei; imò & ſub pedibus illius ſubijciuntur; ſcientes quoniam *quæ ſub ipſo erant replebant templum*. Euacuatum eſt cælum per ſuperbiam, repletur per humilitatem. Dixit Lucifer in corde ſuo: *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: aſcendam ſuper* Iſai. 6. Gregor. 27 moral. 14. Iſai. 49. Rom. 12. Iſai. 14.

Digitized by Google

ſuper altitudinem nubium, ſimiliꝰ ero Altiſſimo. Sed ſtatim ad inferos detracta eſt ſuperbia eius: noluit voluntariè humiliari ſub pedibus Dei: ſed ſuper aſtra ipſius ſolium habere: & ecce inuitus ſicut fulgur de cęlo cecidit pedibus omnium ſubiectus. Recumbentibus autem in nouiſſimo loco dicetur aliquando: *Amice aſcende ſuperius*: Ille deſcendit per ſuperbiam; tu per humilitatem aſcende. In templo Dei ſedes ſuperbientis Angeli vacua remanſit: impleatur gloria obedientis hominis, & humilis. *Et ea quæ ſub ipſo erant replebant templum.* Vnde Bernardus: Vide vt ſub ipſo inueniaris; alioquin eſſe non poteris cum ipſo. Quid enim? Putas indifferenter admittet homines in illud tantæ beatitudinis templum, qui nec ipſos quidem Angelos indifferenter reliquit in eo? aut non diſcernet inter glebas, qui diſcreuit inter ſtellas?] Hinc & Petrus: *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt non exaltet in tempore viſitationis*. Si Deus illos ſic exaltat, qui ſub potenti eius manu humiliantur, illos qui ſub pedibus eius ſunt, qualiter clarificabit? *Viderunt* (inquit) *Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphyrini, & quaſi cælum cum ſerenum eſt*. Tales Deus facit humiles ſub pedibus ipſius ſubiectos, firmos & ſtabiles, claros & glorioſos, quaſi opus lapidis, ſeu lateris igne charitatis decocti, & lapidis ſapphyrini, qui (vt referunt multi) coloris eſt cælici, & maxima claritate refulget, & quibus dam punctis aureis, ſicut cælum ſtellis, decoratur. Quid non decorum in humilibus? quid non clarum? quid non prætulgidum? Opus lateris videntur, lutũ immundum ab impijs reputantur, quia pauperes ſunt, quia perſequutionem patiuntur, quia contemptibiles & abiecti. *Tanquam purgamenta huius mundi* (ait Paulus) *facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc*. Sed attende ſub cuius pedibus opus iſtud luti, & lateris ſit ſubiectum; aperi oculos, & conſidera. Videbis eius claritatem, eius ſplendorem, eius gloriam *quaſi cælum cum ſerenum eſt*. Tanta erit, & talis eorum claritas, vt velint nolint, etiã reprobi illam agnoſcant & admirentur. *Nos* (inquient) *inſenſati vitã illorum æſtimabamus inſaniã, & finem illorũ ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorũ eſt*. O beata paupertas, humilitas veneranda, quæ in cęlorum tranſit ſplendorem, & de ſtercore erigit pauperem.)

Lucæ 14.

Ber. ſer. 2. de ver. Iſ.

Iſa. 2.

Exod. 24.

Genin. l. 2. de ſem. c. 6. & 13.

1. Cor. 4.

Sap. 5.

29 Efficaciſſimum remedium ad ſolidam humilitate acquirendam his verbis tradit Bernardus: Porro ad humiliandum nihil anima inuenire efficacius ſeu accommodatius poteſt, quàm ſi ſe in veritate inuenerit; tantum non diſſimulet, non ſit in ſpiritu eius dolus, ſtatuat ſe ante faciem ſuam, nec ſe auertere abducatur. Nonne ſe ita intuens, clara luce veritatis inueniet ſe in regione diſſimilitudinis? Et ſuſpirãs miſera, quoniam latere non poterit quod vera miſera ſit, nonne cum Propheta clamabit ad Dominum: *In veritate tua humiliaſti me!* Nam quomodo non verè humiliabitur in hac vera cognitione ſui, cum ſe perceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatam, terrenis intricatam curis carnalium deſideriorum fœce infectam, cęnam, curuam, infirmam, implicitam multis erroribus, expoſitam

Ber ſer. 36 ſup. Cant. poſt med.

Pſal. 118.

mille

mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiã, mille ſuſpicionibus obnoxiam, mille neceſſitatibus ærumnoſam, procliuem ad vitia, inualidam ad virtutes?] Vnde in alio loco ait Bernardus: Memento homo quid fuiſti, quid es, & quid eris. Quid fuiſti, quia ſperma fœtidum. Quid es, quia vas ſtercorum. Quid eris, quia eſca vermium.]

30 Aliud remedium ad humilitatem fouendam & reprimendam ſuperbiam tradit Gregorius, nimirum inſpicere diligenter virtutes eximias perfectiorum hominum, & peccata propria præoculis habere, & recta facta minimè conſiderare. Qui enim Sanctorum Patrum exempla reſpicit, eorum comparatione ſe inferiorem cognoſcit, iuxta illud Iob 33. *Reſpiciet homines; et dicet. Peccaui*. Quod (vt exponit Gregorius) idem eſt, ac ſi dicatur: Sanctorum virorum exempla conſpiciens, atq; eorum comparatione ſe penſans, iniquum ſe eſſe deprehendit. Qui enim pleniſſimè intelligere appetit, qualis eſt, tales nimirum debet conſpicere, qualis non eſt; vt ex bonorum forma metiatur, quãto ipſe deſerto bono deformis eſt. Ex his quippè, quibus pleniſſimè bona adſunt, perpendit rectè, quæ ſibi minus ſunt: atque in illorum pulchritudine conſpicit foeditatem ſuam, quam in ſemetipſo, & poteſt perpeti, & ſentire non poteſt &c. Vnde per Ezechielem dicitur: *Fili hominis oſtende domui Iſrael templum, vt confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus, quæ fecerunt.* Templum quippè Dei filijs Iſrael ad confuſionem oſtenditur, quando vnius cuiuque iuſti anima, quam inſpirando Deus inhabitat, quanta ſanctitate fulgeat, ad confuſionem ſuam peccatoribus demonſtratur: vt in illa bonum, quod negligunt, videãt, & in ſeipſis malum, quod operantur, erubeſcant. Metiri verò fabricam eſt, penſare ſubtiliter iuſtorum vitam, ſed dum metimur fabricam, neceſſe eſt vt ex cunctis, quæ facimus, erubeſcamus; quia bonorum vitam quantò ſubtilius penſando diſcutimus, tanto ſeuerius in nobis omnia iniquè geſta reprobamus, &c.]

Greg. li. 4. mor. c. 6.

Iob 33.

Greg. li. 4. mor. cap. 6. pen. & 7. prin.

Exech. 16.

31 Vnde Ezechiel Propheta, cum volantia animalia deſcripſiſſet, adiunxit: *Et audiui poſt me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria Domini de loco ſancto ſuo. Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram*. Vbi Sanctus Gregorius per alas animalium virtutes intelligit ſanctorum, qui dum terrena deſpiciunt, ad cęleſtia volando ſubleuantur. Vnde rectè etiam per Iſaiam dicitur: *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ*. Volantia itaquè animalia alis ſuis ſe vicißim, alternis virtutibus excitantur. Ala enim ſua me percutit, qui exemplo ſanctitatis propriæ me ad melius accendit. Et ala mea vicinum animal ferio, ſi aliquando alteri opus bonum, quod imitetur, oſtendo. Sic Paulus crudelitatis ſuæ antiquæ non immemor Apoſtolorum omnium innocentiã contẽplatus ait: *Ego enim ſum minimus Apoſtolorũ, qui nõ ſum dignus vocari Apoſtolus; quia perſecutus sũ Eccleſiã Dei*. Et tamen eorundẽ omniũ Apoſtolorũ primus, quaſi accepti principatus oblitus,

Greg. 34. mor. 6. circ. medium.

Iſaiæ 40.

1. Cor. 15.

ac si minùs ipse aliquid saperet, in Paulo sapientiam miratur, dicens: 2.Pet. 3. *Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiã scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu.* Ecce Paulus in Apostolis miratur innocentiam, ecce Apostolorũ Princeps miratur in Paulo Sapientiam.] Eandem explicationem & doctrinam prosequitur latius homil. 10. super Ezechielem non longè à fine.

DE IEIVNIO CAP. LI.

To. 2. Bib. V. P. col. 169.

IEIVNIVM Quadragesimale est decimatio dierum totius anni, quam Deo pro peccatis nostris offerimus, vt Sanctus Eligius Nouiomẽsis Episcopus hom. 13. ad pœnitentes his verbis ostendit: Qui ergò in hac Quadragesimali dierum obseruatione dedimus decimas possessionum nostrarum, debuimus dare & decimas corporum nostrorum. Nam (sicut multos vestrum scire non ambigimus, & sicut à patribus traditum est) hi dies decimæ sunt totius anni. Annus quippè in trecentos sexaginta sex dies voluitur, de quadragenario ergo numero tolle sex Dominicos dies, remanent triginta sex in abstinentia. In illis diebus præueniamus faciem Dei in confessione, & in Psalmis iubilemus ei. I

2 Ieiunij tempus Quadragesimalis est veris tempus, eĩquè meritò confertur; quia sicut tempore veris nascuntur flores, & arbores noua quadam viriditate frondibus induuntur; ita etiam tempore Quadragesimalis ieiunij pullulant virtutes, quibus anima iusti decoratur. Cant. 2. Vnde & Sponsus Sponsam alloquitur: *Surge propera amica mea, columba mea & veni. Iam enim hyems transijt, imber abijt & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum.* Quibus verbis (vt ait Bernardus) animatur Ber. ser. 58 in Cãt. col. 1 etiam ad opus iniunctum, & de temporis opportunitate redditur alacrior. Tempus faciendi (inquit) ò Sponsa, quia hyems transijt, quando operari nemo poterat. Imber quoque qui inundatione facta operiebat terram, culturas impediebat, & vel sata necabat, vel seri vetabat, is, inquã imber excurrit, abijt, & recessit. *Flores apparuerunt in terra nostra*, vernalem profectò temperiem adesse signantes, operandi commoditatem, frugum vicinitatem, ac fructuum.]

Chryf. ser. de ieiun. et geneſios in princ. to. 1 3 Audi quid dicat Sanctus Chrysostomus: Iucundum quidem nautis est ver, iucundum quoquè & agricolis: sed neque nautis, neque agricolis ita iucundum est veris tempus, vt his qui philosophari volunt iucundi sunt iejuniorum dies, spiritale animarum ver, & fidissima tranquillitas animorum. Nam agricolis ver idcircò iucundum est, quia delectat aspicere tunc depictam floribus terram, & varijs frondibus virgulta comantia. Nautis vero acceptum est ver, quòd dorsum maris deductis nauibus ex toto licebit ascendere, nec vndarũ pericula

Digitized by Google

hostia formidare. Nobis autē iucundum est ieiuniorum ver, quod tūo non vndarum, sed cogitationum, & concupiscentiarum carnis fluctus, ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, sed spiritualium gratiarum parantur. Sic enim scriptum est: *Coronam* (inquit) *gratiarū accipies tuo capiti.* Non ita ergo apparens suis hirundo vernaculis fuga tam hyemem nunciat, vt ieiuniorum dies fugari ex visceribus nostris vitia carnis, & cupiditatis ostendunt. Cessat pugna carnis aduersus animā, & animæ aduersus carnem: nec vltra insurgit ancilla in dominam, nec serua superbit in liberam: sed vniuersa hæc prælia ieiuniorum præsentia conquiescunt. Quia igitur nobis quietum, & tranquillitatis tempus aduenit, etiam nos deducamus in mare doctrinæ nauigium, & dicendi vela soluamus, si tamen tranquillus & tutus est aurium vestrarū portus, in quo verbi Dei nauis absquè metu naufragij colloceur.] *Eccles. 6. Galat. 5.*

4 Ieiunium Quadragesimale (vt Augustinus docet) testimoniū habet excellentiæ à lege, à Prophetis, & à Christo Domino in Euangelio. Nam Moyses vt legem Domini mereretur accipere, quadraginta diebus ieiunauit. Elias quoque quadraginta dierum seruauit ieiunium. Christus etiam Dominus antequàm Euangelium prædicaret, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, ad cuius imitationem Ecclesia Catholica ieiunium quadragesimale præcepit. Vnde Sanctus Eligius Nouiomensis Episcopus hom. 3. de ieiunij laudibus, quæ habetur in Bib. Vet. Pat. tom. 2. col. 140. ait: Nunc ergo (fratres) quia sacros dies ieiuniorum celebramus; scire debetis quoniam sicut corpori vulnerato medicamenta, sic (& multo amplius) animæ peccatorum vulneribus saucatæ medicina necessaria sunt ieiunia: maximèque quia primos Parentes nostros, propter gulam à Paradisi gaudijs expulsos nouimus, procurandum nobis est (si ad ea reuerti cupimus) vt per abstinentiam viam nobis illo redeundi præparemus.) Et infra explicans illud Genes. 3. *Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & indut eos*: Ecce, inquit, quomodo gula vestit, & quomodo nudat, aufert ornamenta virtutum, vestit ignominia vitiorū, sibi obedientē à facie Dei abscōdit; & vt facti furti conscių, ad latebras mittit, Paradisi felicitatem claudit, & omniū vitiorū ianuā pādit.] *Aug. li. de vita heremit. ad sor. c. 16. to. 1. habetur in vlt. impre. Paris. tom. 1. in fine. S. Eligius. Gen. 3.*

5 In tanto autē pretio tēpore Chryst ieiuniū quadragesimale habebatur, vt sicut ipse met refert, præ cōfusione nō auderēt Ecclesiā introire ad diuina officia, & Dei verbū audiēdū, qui præ infirmitate, aut debilitate corporis ieiuniū illud seruare nō poterāt. Quos tā ibi cōsolatur Chrysostomus. Sic enim ait: Fratres quoquè nostros, quotquot ob corporis valitudinem ieiunare nequeunt: exhortemini, ne propterea spiritualem hanc mensam relinquant & ad illos refere quæ à nobis didiceritis, docentes quod prandus non ingnus sit hoc auditorio, sed debes, & dissolutus. Et dicite eis Apostolicum hoc dictum: *Et qui manducat, Domino mādūcat: & qui non manducat, Domino non mādūcat.* Igitur qui ieiunat, gratias agat Dño, qui vires ei tribuit ad ferēdos ieiunij labores. Et qui māducat, iterū gratias agat Deo, quia nihil Ipsū offendere potest, ne quam minus animæ salutem agat, modo velit &c. *Chryst. hom. 10. in Genes. col. 2. B. to. 1. Rom. 14.*

Hæc prōpter absentes dixisse contenti simus, vt tollatur eis confusionis occasio,& sciatur quod non oporteat propter hoc confundi. Neque enim comedisse confusionem nobis affert, sed malè egisse. Peccatum magna confusio est: si hoc admittimus,non solum erubescere,sed & nos occultare,& miseros dicere,& reos,& ipsos qui offenderunt. Modo verò econtrario accidit, quia non solum infirmi & debiles absque vlla prorsus confusione,& erubescentia, sed etiam (quòd maximè dolendum est) sani & robusti, & ieiunium soluunt quadragesimale, & cibis prohibitis vtuntur; & vt corporis delicijs consulant, animam in interitū mergunt,& alios, quos suo exēplo ædificare debuerant, scandalizant. ℨ

6 Et vt soluentes ieiunium contra mandatum Domini paueant, quidam Propheta à leone fuit deuoratus,quia præceptum ieiunij sibi à
3.Reg. 13. Deo impositum non seruauit. Scriptum est enim: *Quare non audisti Dominum Deum tuum, & comedisti,vbi iussus es non comedere? abi hinc*
Chrys.ser.1 de ieiun. co lum.2.105. *& comedet te leo.* Vbi Chrysostomus: Vides hic contemptisse mandatum de ieiunando, quantum malum conciliat? recedit propheta, & non patrocinatur illi prophetiæ dignitas ab inobedientiam. Egreditur leo, non vt comedat, sed vt ostendat, quod ipse mandatum audiat,& inuadat eum,qui non audierat. Inuadit corpus inobedientis, vt interimat,& eum,qui præuaricatus erat,puniat. Vt autem interemit, visus est pro delicijs ieiunio,abstinens à deuoratione eius,qui non obedierat. Iacebat itaque mortuus propheta,stabat verò asina eius viua, eō quod esset difficilius interficere asinam, quam hominem: sed irrationabilis leo præceptum discreuit, & asinam,quæ non peccarat,non occidit,neque tetigit eam, quæ præuaricata non erat, sed eum, qui præuaricatus erat, & iam non prophetam,eò quod inobidiens fuerat, occidit. Et videre licebat de hoc triplicia mirabilia. Iacebat Propheta, declarans inobedientiam: assidebat leo declarans obedientiam: adstabat asina, neque leonis naturam timens,neque recedens, neque aliquid à leone patiens: vt clarum esset, non propter explendum ventrem accessisse leonem,vt accesserat,sed ideò quia ieiunium non seruarat ille,cui præceptum erat.)

7 Ieiunium, quo quis abstinet à cibis, non autem à peccatis, nihil prodest. Ideo Niniuitę iram Dei in mansuendinem conuerterunt, non quia ieiunauerunt: sed quia vitam in melius conuerterunt, quod ex
Chrys.ho.9 3.ad popul. cir. med F. G. tom. 5. ipsis Prophetæ verbis probat Chrysostomus. Videmus quid tandem fit, quod ineuitabilem illam iram soluerit, num ieiunium solum, & saccus? non est dicendū: sed totius vitæ mutatio. Vnde. Hoc manifestū? ab ipsis prophaticis verbis. De Dei enim ira locutus, & illorū ieiunio, idē conciliationē dicens, & conciliationis causam dicēs, sic inquit: *Et*
Ioan. 3. *vidit Deus opera ipsorū.* Qualia opera? ieiunauerunt? quod saccū induerūt? nihil horū: sed hæc omnia tacens intulit; quoniā conuersus est quisque à vijs suis malis, pœnituit mali, quod dixerat facere ipsis Dns. Cernis q̄ non ieiuniū periculo eripuit, sed vitæ mutatio Deū barbaris
Cæsarius. placatū, & beneuolū reddidit?) Idē docet elegātius S. Cæsarius Arelatensis Episc. ho. 27. quæ habet to.2.Bib.V.P. col. 629. vbi inter alia, quæ videnda

Marginal notes: Ouid. Met. 1. Ouid. Met. 1. Ouid. Met. 1.

Lutherani moti his verbis Isaiæ: sed addidit: *Sicut vsque ad hunc diem.* Quasi diceret: Non abstineas solum corpus à cibo, sed multò magis anima ieiunet à peccato.

Zac.7. 10 Hinc etiam per Zachariam ait: *Cum ieiunaretis, & plangeretis, in quinto, & septimo mẽse, per hos septuaginta annos: nũquid ieiunio ieiunastis mihi?* Non enim Deo, sed sibi ieiunant, qui non Dei, sed suã ieiunando adimplent voluntatem, & ab alijs peccatis non abstinent. Nam (vt dicit Hieronymus) quid prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si inuidia simus liuidi? Quid virtutis habet, vinum non bibere, & ira atque odio inebriari?)

Hier. epist. 14. ad Celantiam tom. 1.

11 Cum ieiunio ergo sunt alia pietatis opera coniungẽda. Sic .n. sanctum efficietur ieiunium, quale requirit Dominus Ioel. 1: *Sanctificate ieiunium.* Ieiuniũ quippè sanctificare (sicut dicit Gregor.) est, adiunctis alijs bonis, dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt abstinentes, vt nouerint, quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quę sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur. Solerter namquè audiendũ est quod per Prophetam Dominus redarguit, dicens: *Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & in septimo mẽse, per hos septuaginta annos, nũquid ieiunio ieiunastis mihi? Et cum comederetis, & beberetis, numquid non vobismet ipsis comedistis, & vobismet ipsis bibistis?* Non .n. Deo, sed sibi quisque ieiunat, si ea quæ venturi ad tempus subtrahit, non egenis tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit.) Et homilia 16. super Euãgelia eandẽ doctrinam prosequitur eleganter, & inter alia expendit verbum illud Isaiæ: *Et omnes debitores vestros repetistis*, ostendẽs quòd in die ieiunij, etiam à quibusdam actibus licitis propter Deum abstinere debemus. Nec enim (inquit) qui à debitore suo hoc, quod dedit, repetit, aliquid iniustum facit: sed dignum est, vt quisquis se in pœnitentia macerat, etiam hoc q; sibi iustè competit, interdicat. Sic sic nobis afflictis, & pœnitentibus à Deo dimittitur, quod iniustè egimus, si pro amore illius & hoc quod nobis iustè competit, relaxemus.)

Ioel. 1.

Greg. lib. 3. Past cur. c. 20. in fin.

Zac. 7.

Greg. lib. 6. sup. Euãg. circ. fin.

12 Qui sunt gulæ dediti Sardanapali Epitaphium scriptum habent in corde, videlicet: Hæc habeo, quæ edi, et quæ exsatiata libido sumpsit: opes & quæ quondam me cuncta beabant, non sunt. Sum enim, & fuerat cui regia Nini. Hi nimirum pascunt porcos, sicut filius prodigus, qui dissipauit substãtiam suam viuendo luxuriosè, & abijt. & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Tali honore, sicut dicit Titus Boltrorum Episcopus, dæmones afficere solent cultores suos: Eiusmodi muneribus cumulãt eos, qui suggestionibus illorum morem gerunt. Etenim, vt primum quis à Deo desciuerit, perquè carnis illecebras, & voluptates dæmonibus adhærere cœperit; statim quasi in porci naturam versus, terram tantum spectat. In turpitudinis porrò cœno ultrò citrò que aliquantisper volutatus, merito inter porcos censetur. Tandem in eiusmodi vitæ, obscœnitate diu multumquè perditus, alijs quoque perditionis

Titus Bostr. Episcop. ad c. 15. Luc. paulo post prin. to. 1. B. V. P. col. 940.

bonis forma efficitur: lasciuiæ, luxuriæque dogmatis certa quadam ratione illos pascés, & nutriens.

13 Ad amandum ieiunium, & gulam detestandam nos mouere debent antiquorum Patrum exempla, qui per gulam ceciderunt, & per ieiunium dona gratiæ quamplurima obtinuerunt à Deo, quod his verbis probat Sanctus Eligius Nouiomensis Episcopus hom. 3. de Ieiunij laudibus: Post Adam sequentis etiam cui Patres (si consideres) per gulam cecidisse, & per abstinentiam stetisse cognosces. Sanctus Noè vir sobrius mundo pereunte, inter vndas diluuij seruatus; qui in arca se suosque, necnon & omnes bestias, pecora & ipsas volucres temperantes (Domino præcipiente) aluit; postmodum vini poculo intemperanter sumpto dehonestatus est; & à filio suo Chã ludibrio est habitus. Loth nepotem Abrahæ, quem nec sodomitica scelera, nec ipsa viceruntincendia, vicit gula, & captiuum vsque ad incesti pertraxit contagia. Considera Moysen 40. diebus ieiunantem; & ita cum Domino loquentem: *Vt loqui solet homo ad amicum suum.* Attende Danielem, qui trium hebdomadarum ieiunium continuauit, & Angelica colloquia promeruit, cuius etiam abstinentia leonibus indixit ieunia. Elias Propheta in fortitudine vnius panis subcinericij, cum modico aquæ poculo ambulauit 40. diebus, & noctibus; quem in tantum abstinentia prouexit, vt curru igneo in cælum raperetur. Alia plura his similia dicit Sanctus Ambrosius libro de Elia, & Ieiunio. Vide supra dicta cap. 1. de Abstinentia.

To. 2. Lib. V. P. col. 141.
Genes. 7.
Genes. 9.
Genes. 19.
Exodi. 24 & 34.
Daniel. 10.
Daniel. 6.
3. Reg. 19.
4. Reg. 2.

DE INGRATITVDINE CAP. LII.

QVANTVM Deo displiceat ingratitudinis vitiam, ostendit Dominus per Isaiam, dum de Iudæis ingratis conqueritur dicens: *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Magna sanè ingratitudinis temeritas, tàm magnificum, & beneficium Dominum, non solum non laudare, & immortales gratias pro beneficijs acceptis non referre, sed etiam offendere, & spernere: atque eisdem beneficijs in cõtemptum benefactoris & Domini vti. Audite o rebelles piam Domini querimoniam, de incommodis ex vestra ingratitudine vobis subsequutis potius, quam de se ipso condolentis: *Retribuebant* (inquit) *mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* Quid est sterilitatem animæ meæ? Nunquid Christi anima verbo Dei coniuncta, & fonti totius misericordiæ copulata, & manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis steriles aliquando esse poterunt? Pessimum ingratitudinis vitium (vt notauit Augustinus) malum hoc fecit, & manus liberales steriles reddidit. Vnde Sanctus Bernardus: Ingratitudo (ait) est quasi ventus exsiccans, & vrens fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. *Ad locum*

Isa. 1.
Psal. 34.
Ber. ser. 51 in Cant.

Digitized by Goog

Eccles. 1. *vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant*, ait Sapiens: quia nisi fluenta gratiæ à Deo in nos deriuata, ad ipsum per gratitudinem & gratiarum actionem reuertantur: non fluent iterum, fonte misericordiæ exsiccato.

2 Iusti autem è conuerso, vt maiorem & vberiorem misericordiã à Deo accipiant, semper debitas illi gratias retribuunt. De impio namque scriptum est: *Mutuabitur peccator, & non soluet*, scilicet, gratias Deo, pro donis mutuo acceptis (vt explicat Augustinus). Hoc enim lucrum ex mutuo quasi pro fœnore Dominus expectat. Sed de electis statim subditur: *Iustus autem miserebitur, & retribuet*, scilicet, debitũ gratitudinem, Deo gratias agendo. Et ad designandam hanc benefactori gratissimam iustorum retributionem, cum Sponsa, quæ est fidelis anima, tota pulchra Sponso videretur: prima pulchritudinis pars, vnde laudatur, sunt oculi: *Oculi* (inquit) *tui columbarum*. In quo eius gratitudinem admiratur, atque commendat. Sicut enim columba, cum singula grana rostro accipit, & deglutit; rostrum statim, & oculos quasi gratias agendo in cœlum erigit: sic & iusti ad singula Dei beneficia voluntatem, & intellectum cum gratiarum actione ad benefactorem eleuant: agnoscentes, cum Apostolo, quoniam *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum*. Quid etenim (vt verbis vtar Sancti Augustini) quid melius, quod animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, neque agi fructuosius potest. Vnde hoc verbo Deo gratias, creditur Beatissimam Virginem salutasse Elisabeth.

Psal. 36. Aug. to. 8. Iacob. 1. Aug. epist. 77. ad Aurel. Papã to. 2. Luc. 2. Cant. 4.

3 Qui ergo pro acceptis beneficijs non solũ gratias Deo nõ agũt, sed etiã eisdem beneficijs in eius offensam abutuntur, tamquam ingrati execrandi sunt. Vnde Psalmista: *Saluabit* (inquit) *sibi dextera eius, & brachium sanctũ eius*. Quem locum sic transferunt Septuaginta: *Sanabit ei dextera eius, & brachium sanctũ eius*, & ita legit Aug. & per brachium intelligit Christum, de quo Isaias ait: *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatũ est?* Brachiũ ergo sanctum (ait ille) & dextera ipsius, idem ipse est. Ergo Dominus noster Iesus Christus brachium Dei, & dextera Dei propterea sanauit ei. Non dictum est tantum: *Orbem terrarum sanauit dextera eius*, sed: *sanauit ei*. Multi enim sanantur sibi, non ei. Ecce quàm multi cupiunt sanitatem istam corporalem, & ab illo accipiunt, & ab illo sanantur, & non illi sanantur. Quomodo ab illo sanantur, & non illi sanantur? Accepta sanitate lasciuiunt, qui ægroti casti erant; sanati adulteri sunt, qui cum ægrotarent, neminem lædebant; receptis viribus inuadunt, & opprimunt innocentes; sanati sunt, sed non ei.

Psal. 97. Aug. sup. exõd. Psal. 101. to. 8. Isa. 53.

4 Vnde per Oseã conqueritur Dominus de Iudæis ingratis, qui bona temporalia à Deo accepta sibi tribuebant, & in obsequiũ conuertebant diuersorum idolorum, ait enim: *Et hæc nescierunt, quia ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicaui*

Osee 2.

bi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea: & cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniã eius, sabbatum eius, & omnia tempora eius. Et corrumpam vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederũt mihi amatores mei: & ponã eam in saltum, & comedet eam bestia agri.]

§ Anima etiam minima Dei beneficia debet attendere, & pro illis gratias agere, ac sic ad maiora percipienda seipsam præparare, sicut Sponsa, quæ Canticorum primo ait: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vbi (vt notauit Bernardus) non ait amplexatur: sed *amplexabitur me*: vt noueris prioris gratiæ adeò non ingratam, vt secundam gratiarum actione præuenerit. Discе in referendo gratiam non esse tardus, aut segnis, discе ad singula dona gratias agere. Diligenter (inquit) considera, quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actione fruſtrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta, ne pereant, idest, nec minima beneficia obliuiſci. Numquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Propter hoc denique Sponsa, mox, vt gratiam de læua sensit, gratias egit, non expectans plenitudinem, quæ in dextera est. Neque enim vbi memorata est læuam iam esse sub capite suo, etiam secuta est à dextera se similiter amplexatam, sed amplexabitur me inquit.] Hactenus Bernardus. Et infra per leuam spiritum seruitutis doceri designari, subdẽs. Qui illum seruilem metum, qui in sinistra est, superauerit, appropinquabit dexteræ, in qua sunt omnes promissiones, dicẽtes Propheta ad Dominũ: *Dilectationes in dextera tua vsquè in finẽ.* *Cant. 7. Ber ser. 55 in Cãt. circ. fi.* *Psal. 15.*

6 Vnde cum Psalmista gratias Deo agendo dixisset: *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, et à verbo aspero*, statim tanquam non ingrato maiora bona promittuntur, cum subditur: *Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis eius sperabis*, &c. Vbi Bernardus ser. 4. super Psal. Qui habitat in principio. Confitenti humiliter, & deuotè gratias referenti, non immeritò ampliora beneficia promittũtur. Nam qui fideles inuenitur in modico, iure constituetur super multa: Sicut è contrario accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus. Itaq; deuotæ illi gratiarum actioni respondet Spiritus, non id solum (inquiens) faciet, sed & scapulis suis obumbrabit tibi. Hinc est quod iusti, cũ dona sibi à Dei collata cõmemorant, id faciunt non, vt in seipsis glorientur, sed vt Deo pro beneficijs acceptis gratias agant. Sic ait Psalmista: *Custodi animam meam, quoniam Sanctus sum.* Quæ verba primo intelliguntur de Christo, secundo etiam de alijs Sãctis secundũ illud, quod scriptũ est: *Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum.* Et primum Cor- *Psal. 90. Ber ser. 4. Psal. 85. Leuit. 19*

Digitized by Google

1. Cor. 6. Corinth. 6. *Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis*: Vbi Auguſtinus: Si ergo ſanctificatos dicit, dicat & vnuſquiſque fide-
Aug. ſuper Pſalm. 85. lium Sanctus ſum. Non eſt iſta ſuperbia elati, ſed confeſſio non ingra-
cal. 2. to. 8 ti. Si enim dixeris te ſanctum eſſe ex te, ſuperbus es: rurſus fidelis in Chriſto, & membrum Chriſti, ſi te non dixeris eſſe ſanctum, ingratus es. Arguens enim ſuperbiam Apoſtolus, non ait non habes; ſed ait: *Quid enim habes quod non accepiſti*) Non arguebaris, quia dicebas te
2. Cor. 4. habere, quod non habebas: ſed quia ex te tibi volebas eſſe quod volebas. Imo & habere te agnoſce, & ex te, te nihil habere, vt nec ſuperbus ſis, nec ingratus. Dic Deo tuo, ſanctus ſum quia ſanctificaſti me, quia accepi, non quia habui, quia tu dediſti, non quia ego merui.]

7 Sed cum ingrati beneficia recolunt creationis, vana excuſatione ſuam ingratitudinem defendere conantur dicentes: *Non le coſtò nada*. Nã ipſe dixit, & facta ſũt, nullo eius labore, vel grauamine. Ideo voluit beneficium redemptionis adijcere. *Que le coſtò la vida*: ne dicat in-
Ber. ſer. 11 ſuper Cant. col. vlt. A. gratus: *Non le coſtò nada*. Id quod Bernardus his verbis expendit: Quis dignè penſet, quantæ fuerit humilitatis, manſuetudinis, dignationis, Dominum maieſtatis carne indui, mulctari morte, turpari cruce? ſed dicit aliquis: Non valuit opus ſuum reparare creator abſque iſta difficultate? Valuit, ſed maluit eum iniuria ſui, ne peſſimum, atque odioſiſſimum vitium ingratitudinis occaſionem vltra reperiret in homine: Sanè multum fatigationis aſſumpſit, quò multæ dilectionis hominem debitorem teneret, commoneretque gratiarum actionis difficultas redemptionis, quem minus eſſe deuotum fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus, & ingratus? Gratis quidem conditus ſum, ſed nullo auctoris grauamine, vel labore Siquidem ipſe dixit & factus ſum, quemadmodum & vniuerſa. Quid magnum eſt quamlibet magna in verbi facilitate donauerit? Sic beneficium creationis attenuans hu-
Pſal. 140. Pſal. 62. mana impietas, ingratitudinis materia inde ſumebat, vnde amoris cauſam habere debuerat, idque *ad excuſandas excuſationes in peccatis*: *Sed obſtructum eſt os loquentium iniqua*. Luce clarius patet, quantum modo pro te, ò homo diſpendium fecit: de Domino ſeruus, de diuite pauper, caro de verbo, & de Dei filio hominis filius fieri non deſpexit. Memento iam te, & ſi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia: at verò per totos triginta annos operatus eſt ſalutem tuam in medio terræ. O quantum laborauit ſuſtinens. Carnis neceſſitates, hoſtis tentationes, nonne ſibi crucis aggrauauit ignominia, mortis cumulauit horrore?]

Rom. 5. 8 Et eo magis hoc tantum beneficium nos debet ad gratiarum actionem inducere; quo inimicis, & æterna morte dignis fuit collatum. Vnde Apoſtolus ait: *Commendat autem charitatem ſuam Deus*
Pſal. 102. *in nobis; quoniam cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt*. Cui conſonat illud Pſalmiſtæ: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius*. *Qui propitiatur omnibus iniqui-*

Digitized by Google

iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Expendamus illud verbū, *Retributiones eius.* Retribuere quippè est, tribuenti prius aliquid tribuere. Vnde qui retribuit, prius accepit, & postmodum pro acceptis retribuit. Quis prior dedit illi, & retribuet ei? Quid habet homo, quod non prius à Deo acceperit? *Tua sunt omnia* (inquit) *& quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.* Scio quid homo prius dederit Deo, quod non acceperit, peccata videlicet, pro quibus ille mortuus est. Hæc enim non à Deo, sed à mala hominis voluntate procedunt. Tuum peccatum solus habes. Sicut terra, quam seminauit agricola, si segetem attulerit, de agricolæ semine fructum bonum affert: si spinas, de suo profert, iuxta illud: *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Vnde Ioannis. 8. dicitur: *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius.* Pro his ergo malis & peccatis, quæ nos prius protulimus, Deus retribuit immensa bona. Noli ergo ò homo obliuisci omnes retributiones eius. Vbi Augustinus: Nō dixit tributiones, sed retributiones. Aliud enim debebatur, & redditum est, quod nō debebatur. Vnde & ille: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* nō ait, quæ tribuit mihi, sed *quæ retribuit mihi.* Retribuisti tu mala pro bonis, & retribuit ipse bona pro malis. Quomodo retribuisti tu homo Deo mala pro bonis? Qui prius fuisti blasphemus, & persecutor, & iniuriosus, retribuisti blasphemias, &c. Tu retribuisti mala pro bonis, & ego retribuo bona pro malis. Cogita ergo anima omnes retributiones Dei, cogita omnia mala facta tua. Quàm multa enim mala facta tua, tàm multæ bonæ retributiones eius.] *iniquitatibus tuis* 1. Par. 29 *Aug. super Psal. 102. s. m. 8. Psal. 115. 1. Tim. 2.*

9 Huic explicationi consonat illud Isaiæ 40. *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Vbi Hebræi per duplicia, duas intelligunt captiuitates, quibus pro peccatis infidelitatis, & idololatriæ punita est Ciuitas sancta Ierusalem. Semel enim per Chaldæos, & iterum per Romanos fuit in captiuitatem ducta. Alij verò expositores, inter quos est Adamus Sasbout Delphius, per duplicia intelligunt duplicia dona Ecclesiæ misericorditer collata, videlicet libertatem à spirituali captiuitate peccati, & Spiritus sancti charismata, ita vt sensus sit: Cum pro peccatis suis iram Dei promeruisset, & sempiternam mortem, tanta extitit Dei misericordia, vt pro illis retribuerit duplicata dona, in quo eius misericordia, & liberalitas splendet maximè. Isa. 40. *Adamus*

* * *

DE

DE INIMICORVM DILECTIONE

Cap. LIII.

MVLTO maior victoria aduersus inimicum est, illum diligere, & beneficijs ex inimico amicũ efficere, quã illum temporaliter occidere. Hoc genere victoriæ voluit Christus Dominus, vt eius discipuli aduersus mundum triumpharent, cum dixit: *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum, estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Quibus verbis (vt notauit Chrysostomus) nouum quendam, atque inauditũ vincendi modum ostendit, & inexpugnabilem virtutem suam. Ideò quamuis aduersus lupos essent ituri, nec simpliciter aduersus lupos, sed in medio luporum, omnem tamen mansuetudinem eos habere iubet: nec id solum, sed columbæ quoque simplicitatem. Sic enim virtus eius maximè patere potest, si lupi superabuntur ab ouibus, quæ cũ in medio luporum sint, & hinc atq; illinc morsibus luporum lacerarentur, nõ modo nõ deficerent, sed lupus in naturã ouiũ transmutarẽtur. Maius certè atque admirabilius est mẽtem, atque animũ aduersariorũ commutare, quàm gladio ipsos superare: præsertim cum duodecim numero ibi essent, qui aduersus cæteros omnes homines, qui lupos atrocitate vincebant, mitterentur. ¶

Matth. 10.

Chrys. hom. 34. super. Matth. col. 1. E.

2 Hinc Christus Dominus ait: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Quod, vt docet Chrysostomus, ideo dixit, vt innueret, *quod quãto quis* longanimior fuerit, tantò magis & se ipsum, & aduersarium suum maxima vtilitate afficiet. Propterea præcepit & aliam obuertere, vt irati, ac tumidi desiderium expleas. Quis enim adeò ferinis est moribus, qui postea non pudefiat?] Vnde Matthæi 5. etiam dicitur: *Volenti tibi tunicam tollere, da ei & pallium.* Vbi (vt notauit Chrysostomus) non dicit dimitte, sed da ei & pallium: quia non solum debemus iniurias dimittere, sed insuper & pallium tradere, ideſt, bonum pro malo reddere. Vincis enim (ait) malè patiendo, non male faciendo. Hæc est namque præclara nobilisque victoria, &c. Quis fuit victus omnibus amissis, Iob, an omnia tollens diabolus? Quem admiramur victorem, diabolum percussorem, an Iob percussum? Constat quod Iob, quamuis non potuerit retinere pecunias, non filios suos saluare.] Cui consonat illud Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius*, ideſt, omnem malitiam, & odium mentis eius, quæ caput est, exures, & inimicum ad pœnitentiã facti sui prouocabis, vt Augustinus explicat lib. 2. super epist. ad Rom. num. 71. Hi enim sunt (ait August.) illi carbones, de quibus dicit in psalmis: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.*

Chrys. hom. 78. ad Popul. col. 2. E. 6.

Rom. 12.

Psal. 119.

3 Mira-

3 Mirabile dilectionis inimicorum exemplum, & æterna memoria dignum habes in Dauid, qui cum absque vlla contradictione interficere potuisset Saul in spelunca, quam ingressus fuerat Saul, vt purgaret ventrem, & ad illum occidendum eius serui illum inducerent, noluit mittere manum in Christum Domini: sed præcidit oram clamidis Saul silenter, & confregit viros suos sermonibus, & non permisit eos, vt consurgerent in Saul, & sic egressus est de spelunca post Saul. Quod factum his verbis cõmendat Chrysostomus. Egressus est autem post illum & Dauid liberis deinceps oculis cælum intuens, ac tum temporis magis exultans, quam quum Goliath deiecisset ac Barbari caput amputasset. Siquidem hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosius trophæum. Siquidem illic & funda, & lapidibus, & acie habebat opus, hic verò cuncta prudentia, rationeq; peracta sunt, ac sine armis contigit victoria, atque incruentum trophæum erectum est. Itaque redijt non Barbari illius caput gestans: sed animi commotionem mortificatam, sed irã eneruatam. Neque hæc spolia reposuit Ieroſolymæ sed in cælo, inq; superna illa ciuitate. Nunc haud quaquam in choris obuiam veniebant fœminæ excipientes illum cum laudibus, sed Angelicus populus, è sublimi applaudebat, admirans eius philosophiam, & humanitatem, &c. Egressus est è spelunca, tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt è camino ardente. Nam quemadmodum illos non exussit ignis, ita hic non conflagrauit iræ incendio. Et illis quidem foris nihil ignis, in quo versabantur, nocuit; hic verò cum intus haberet carbones accensos, quum foris videret diabolum caminum incendentem idq; varijs modis ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, à facilitate perficiendi cædem, à solitudine eorum, qui Sauli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorum periculorum metu: siquidem & hæc & sarmentis, & stipulis, ac cæteris omnibus, quibus caminus ille Babylonis incendebatur, lucidiorem excitabant flammam; tamen non exarsit Dauid, neque vllo pacto sic fuit affectus: quemadmodum consentaneum erat hominem affici tot modis irritatum; sed exiuit purus & intuitus inimici faciem, hinc maximè sumpsit animum fortem, ac philosophicum.] Et poulò inferius: hanc dauid victoriam exeuntis illæsi ex spelunca confert cum triumpho Danielis è lacu superatis leonibus. Nam quemadmodum ille ascendit è lacu superatis feris leonibus: itidem hic è specu prodijt, alijs bestijs lõgè sæuioribus deuictis. Nam sicut iusto illi leones hinc, atque hinc assidebant; ita hunc omnibus leonibus efferatiores, ac validiores animi motus inuaserunt, hinc indignatio de præteritis, hinc futurorũ metus: verum horum vtrũque hic coercuit, ora bestijs occludens, ipsis factis docens, nihil esse tutius, quam parcere inimico. Contra nihil periculosius, quam velle vlcisci, ac vindictam sumere.] Et paucis interiectis sic concludit. Non enim eo beatum prædico sanctum illum, quod hostem viderit sub pedibus suis iacentem, sed quod illi in manus dato pepercerit: quorum alterum fuit opus diuinæ potentiæ, alterum

Chryſ. hom. 2. de Dauid & Saul. col. 2. C. D. 10. 1

Daniel. 3.

Daniel. 13.

alterum fuit opus diuinæ potentiæ, alterum Dauidicæ Philosophiæ! ¶
Prou. 16. Cui consonat illud Prouerbiorum 16. *Melior est qui vincit iram, quàm qui capit Ciuitatem.*

4 Et quod magis claram, & admirabilem efficit hanc Dauidis victoriam, & inimici dilectionẽ est id, quod Aug. obseruat, quia nimirũ nondum viderat exemplum Christi pro inimicis exorantis, & mortẽ
Matt. 5. subeuntis, nondũ audierat eius præceptũ. *Audistis quia dictũ est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderũt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est.* Et tamen parcens Saul, qui eũ persequebatur, qui pluries illum lancea cum pariete configere non metuerat, præceptũ illud Euangelicum impleuit. Quod & his verbis notauit Aug. Dauid cum diuinitus accepisset
Aug. li. 5. col. 3. K. 1. Reg. 24. in potestatem regni Saul, impunè vtiq; occideret: nec hominibus in se vindicaturis, quia multum ab eis diligebatur idẽ Dauid: nec Deo, qui hanc ipsam potestatem dedisse se dixerat, vt omnia no ei faceret quod vellet. Pepercit ergo diligens proximum, tanquam seipsum non solum persecutum, sed etiam persecuturum, qui eum corrigi, quàm interfici maluit: hòmo in veteri testamento, sed non homo de veteri testamento, quem fides futuræ hæreditatis Christi reuelata, ac reddita saluum faciebat, & ad imitandum vocabat.]

5 Nec est prætereunda Dauid modestia, qua suam eximiã dilectionem erga maximum inimicum ostendit, cum enim præcidisset orã clamydis Saul silenter, non quidem vt iniuriã eidem irrogaret: sed vt testẽ suæ dilectionis haberet. *post hæc* i. statim, nullo medio interuallo huius facti quasi pœnitens, *percussit cor suum Dauid, eò quòd abscidisset oram clamydis Saul,* vt eadem Scriptura narrat.

Psal. 7. 6 Hinc idem Propheta: *Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi* (inquit) *retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animã meã, & cõprehendat, & deducat in terrã vitã meã, et gloriã meã in puluerẽ deducat.* Sciẽs hoc Deo placere, vt malũ pro malo nemo reddat; & maiorẽ victoriam de inimico reportare, qui beneficijs illum superat, quàm qui
Aug. lib. cont. Limanũ Manich. disci. c. 17. circa finem F. gladio prosternit, vt Augustinus explicat: Certè (inquiens) inimicum, & persecutorem suum, nimis ingratum, & nimis infestum Saul regem accepit Dauid in potestatem, vt ei faceret quod vellet, & elegit parcere potius, quàm occidere. Non enim erat iussus occidere, sed neque prohibitus: imo etiam diuinitus audierat se impunè facere quicquid vellet inimico: & tamen tantã potestatẽ ad mansuetudinem voluit. Dicatur mihi, quem timuit, cum interficere noluit? Nec hominem possumus dicere timuisse, quem acceperat in potestatem, nec Deum qui dederat. Vbi ergo nec difficultas fuit occidendi, nec timor; dilectio proficit inimico. Ecce Dauid ille bellator impleuit præceptum Christi, quod accepimus, vt diligamus inimicos. ¶

7 Sunt autem rationes quàmplurimæ, quæ ad dilectionem inimicorum nos conducunt. Prima est, præmiũ magnũ ijs repromissum, qui ini-

inimicos diligunt, videlicet, quod ſpeciali quadam ratione dicũtur filij Dei. Hanc innuit Chriſtus Dominus, cũ ait: *Diligite inimicos veſtros &c. vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cęlis eſt.* Illi ergo qui inimicos non diligunt, ſed in ſordibus inimicitiæ manent, filiorum Dei nomen amittunt, iuxta illud: *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus.* Quaſi diceret: Qui ſordibus peccatorum commaculantur, filij eius nõ ſunt, nec tam honorifico decorari nomine merentur. Quod etiam innuit Chriſtus Dominus Matt. 18. cum ait: *Sic & Pater meus cęleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.* Pater meus, inquit, & non veſter, cum alias ſæpe dixerit: Pater veſter. *Scit. n.* (ait) *pater veſter, quia his omnibus indigetis.* & Matt. 5. *Vt videãt opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cęlis eſt.* Sed cũ loquitur cũ illis, qui non remittunt fratribus debita, ait, *Pater meus*; vt oſtenderet tales indignos eſſe, quod filij Dei nominentur & ſint, aut Patrem ſuum dicant Deum. Vnde Chryſoſtomus. Idcirco & cęlos commemorauit, Patrem dicens, *& Pater meus cęleſtis*, vt hinc quòquè auditorem pudore ſuffunderet, ſi cum tanto ſit patre generoſus, ad malitiam feritate rapiatur, atque ad cælum vocatus, terrena & carnali prorſus mente vileſcat. Non ſolum quippe gratia Dei eſſe filios, verum etiam opòrtet operibus. ℸ

Matt. 5. Matt. 5. *Chryſ. hom. 20. ex variis in Matth. col. 5. tomo 2.*

8 Secunda ratio: Nam Deus libentiſſimè audit orationes eorũ, qui ex corde diligũt inimicos, & facta eorum non iudicant. Vnde (vt notauit Chryſ.) poſtquam Deus dederat eis obſeruandæ charitatis quędam mandata dicens: *Nolite iudicare, vt non iudicemini*: competenter, ait: *Petite, & dabitur vobis.* Tanquam ſi dicat: Si hanc clementiam ſeruaueritis ad inimicos, quam mandaui vobis: quicquid vultis petite, & dabitur vobis: & quicquid deſideratis inuenire, *quærite, & inuenietis*: & quicquid clauſum vobis videtur, *pulſate, & aperietur vobis.* ℸ

Chryſ. hom. 18. imperf. in Matth. col. 1. D. Luc. 11.

9 Hinc Ieremiæ 15. vt oſtenderet Dominus quantum apud ſuam pietatem valeant orationes eorum, qui inimicos diligunt, ait: *Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Vbi Gregorius quærit: Cur relictis tot antiquioribus patribus ad effundendam precem Moyſes, & Samuel tantummodo nominantur? & reſpondet rationem eſſe; quia Moyſen & Samuelem exoraſſe pro aduerſantibus, inuenimus. Vnus quippè eorum ſæuientis populi perſecutiones fugit, & tamen pro vita ſui perſecutoris interuenit. Alter ex Principatu populi deiectus, ipſis ſuis aduerſarijs dicit: *Abſit à me hoc peccatum in Domino, quò minus ceſſem orare pro vobis.* Quid eſt ergò in difficultate deprecandi, Moyſen & Samuelem deducere, niſi apertius indicare, quia eius iræ neque illi, ſi aſtarent, obſiſterent, qui idcirco pro amicis interuenire citius poſſent: quia apud hunc intercedere & pro inimicis tolerent? ℸ Ex quibus verbis licet colligere in quanto pretio apud Deum habeantur orationes eorum, qui diligunt inimicos, & pro illis preces fundunt: ſiquidem cum ſint efficaciſſimæ ad impetrandum quicquid petierint, præ malitia tamen populi non exaudiuntur pro eo.

Ierem. 5. *Grego. 9. mor. c. 9. poſt. med* 1. Reg. 12.

Tertiò

10 Tertiò ad idem plurimum valet considerare, quòd inimicos persequens, aut conuicia in nos iactans, vel aliud malum inferens, se habet vt phreneticus, vel ratione carens, quem subinde velut medici curare debemus. Nam (sicut dicit Chrysostomus, & medici quando iniurijs, & calcibus cæduntur furentum, tunc illorum magis magisque miserantur, tum maximè ad reddendam illis sanitatem parantur, scientes quòd excellentiam morbi significat ea iniuria: & tu igitur de inimicis eandem teneto sententiam, sicque vtere tibi iniuriari cupientibus. Illi nãque sunt maximè ægroti, omnemque violentiam sustinentes. Libera te igitur à pessima lasione, & tumescenti in te iram remitte. Libera te à sæuissimo dæmone propriæ scilicet mentis furore. Nam & cum aliquos à dæmone actos videmus, sæpe lacrymamur: non autem agimus, vt ipsi quoque eadem illa patiamur. Hoc igitur etiam in eorum, quos diximus, ratione seruemus: illorum enim sunt similes iracundi, immo illis longè miseriores, qui vtique scienter insaniunt. Propter quod & inuenabilis est eorum ista dementia. Noli igitur insultare iacenti, quinimmò miserere.] Et hom. 18. super Matth. col. 4. I. eandem prosequens doctrinam, ait: Cogita quia non est in se, qui vituperat, & non molestè feres contumeliat eius. Nam & dæmoniaci plerumque nos verberant, nec solum non mouemur, verum etiam eos deflemus: ita igitur etiam tu facito, misereat te contumeliantis. Magna enim belua ira scilicet, furore & pernicioso dæmone detinetur, solue ipsum, qui ab huiusmodi dæmone vexatur, & sic insaniendo breuissimo temporis spatio corrumpitur.]

Chryſ. hom. 18. ſuper. Matth. poſt med. L. 1. a

11 Quartò ad diligendum inimicum, & remittendum illi iniuriã nos debet inducere specialis cura, quam Deus habet sumendi vindictã aduersus eos, qui verbis & factis sunt aduersarij nostri. Scriptum est enim: *Mihi vindictam, & ego retribuam*. Vbi Chrysostomus: Ægrè tulit quispiam se offendi, & vult vlcisci: noli quæso, non vlciscendo enim vlcisci poteris: vlciscendo verò, non vlciscaris. Nec quæ dico nugas arbitrare, sed veritatem. Quomodo? quoniam qui non vlciscitur, Deo relinquit vltionem: qui vlciscitur, minimè. *Mibi enim* (inquit) *vindictam, & ego retribuam*, Dicit Dominus. Nam si serui nostri rixantes inuicem, nulla nostri ratione habita, ipsi ad vindictam vertuntur: etsi sæpius postmodum nos rogent, non solum non eos vlciscimur, sed indignamur, scelestos, & flagitiosos appellamus, & nobis id cognoscendum reliqui oportuisse dicimus. Cum enim tibi vltionem præsumpsisti, nihil amplius in illum indignatur Dominus. Hoc longè magis Deus dicet, qui nos admonet, vt sibi omnia permittamus. Quid enim non absurdum sit, vt qui à seruis, & pueris nostris tantam modestiam, tantam obedientiam exigimus, eandem Domino nostro non exhibeamus?] Hinc est, quod (vt notauit Chrysostomus. Deus peccatum Cain commissum in Deum, quasi dissimulauit misericors Dominus, nec petiuit pœnam, nec pro factis supplicium exposcit: sed quasi amicus amico eum omni lenitate loquens sic dixit: *Peccasti quiesce.* Peccatum duntaxat illi indicauit, & consuluit, ne vlterius progre-

Rom. 12. Chryſ. hom. 30. ſuper. Ioan. col. 3. H.

Chryſ. hom. 26. ſuper. Geneſ. col. 1 Epiſt. 1.

dere

rent.] Vides quomodo Deus, quando in ipsum peccauit peccatum q; non vulgare, dimisit: quando autem in fratrem armauit dexteram, maledictum intulit, & increpauit? Sic nunc & nos faciamus, & imitemur Dominum nostrum, & dimittamus si quid in nos peccatum fuerit, & remittamus his, qui in nos deliquerunt: quando autem in Deum peccatum refertur, tũc poenas exigamus. Sed nescio qui fit, vt omnia secus faciamus: omnino peccata, quæ ad Deum pertinguut, inulta esse sinimus: si quis autem parũ quid in nos peccauerit, eius graues sumus vltores, & accusatores, non ignorantes quod ea ratione misericordem Dominum magis exacerbamus &c. Hæc cogitantes studeamus etiam Domino par rependere, & sicut ipse vult dimittere ea, quæ in se peccata sunt: quę autem in nos, vlciscitur, idquè magna seueritate: eodem sanè modo & ipsi faciamus, & quæcũque in nos peccant proximi, remittamus: quæ autem contra Deum, ea magno studio curemus vltum ire.]

12 Nũquam Deus iratus vocauit seruum nequam illum, cui decem millia talenta dimisit, quousq; ille immemor accepti beneficij aduersus conseruum suum, qui debebat ei centum denarios, crudelis fuit repetens debitum, [*Et tenens suffocabat eum, dicens: redde quod debes; tunc enim ait: Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne oportebat, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?*] Quod & his verbis notauit Chrysostomus: Cum decem millia quidem talenta debebat, nequam non appellauit, nec contumelia prosecutus est, sed misertus est: cum autem in conseruum immitis apparuit, tunc ait: Serue nequam. Audiamus auari, ad nos enim est sermo: audiamus immites & sæui, quòd non alijs, sed nobis sumus. Cũ ergò vis mali memoriam habere, cogita quod in te ipsum mali memoriam seruas, non in aliũ: quoniam tua ligas peccata, non proximi. Nam tu quidem quocumque illum affeceris vt hominem, & in præsenti vita, hic autem non ita, sed te grauius vlciscetur, & illic vltione futura. Ait enim: *Tradidit eum, donec reddat debitũ*, hoc est semper. Nũquam enim reddet.] *Matt. 18.* *Chrys. hom. 20. ex var. in Matth. col. 5. M.*

13 Aliud exemplum vindictæ, quam Deus per creaturas etiam insensibiles sumit aduersus inimicos & persecutores, habes in Absalon vt 2. Reg. 17. & 18. Sacra narrat historia, quod his verbis eleganter depingit Chrysostomus: Perdidit Absalon sceleratissimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium insectatus patrem, fugat innocẽtem, insequitur genitorem, vsurpat imperium, potestatem arripit, regnum inuadit, non vt cum patre societatem regni iniret, sed vt totum regnum patris sanguine possideret. Perdidit, inquam, Absalon consilium, dum parricidio cupit mercari imperium: amisit sensum, dum per exitium patris consequi desiderat regnum. Festinat, properat, quærit innocentem opprimere, reus patre superstite moriturus. At contra Dauid humilis, ac mitis cedit domo, persequentem fugit, declinat hostem, reliquit affectus, ne aut parricidæ interitus ei luctum afferret, aut peremptio eius reum filium exhiberet. Vult furorem filij fugiendo *Chrys. hom. de Absalõ patre persecut. in princ. tom. 1.*

à Iudæis permissæ. Vt auferret stannum, id est, traditiones Iudæorum præceptis Dei contrarias. Hoc fecit Christus cum præceptum dilectionis renouauit. Quid dicunt Pharisæi? *Diliges proximum tuum*. Ecce argentum igne examinatum; sed quid addunt ipsi? *Et odio habebis inimicum tuum*. Stannum est hoc. Cymbalum stanneum si pulsetur, non bene sonat, non extenditur ad remotiores partes sonus illius. *Et odio habebis inimicum tuum*. Ecce stannum, non bene pijs auribus sonat dilectionis præceptum, quod ad inimicos non extenditur, sed ad cognatos, & notos. Quid fecit Christus? expurgauit aurum, argentum mundauit, de medio stannum abstulit. Audi illum: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros: bene facite ijs, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos* &c. Hæc sunt eloquia Domini, *eloquia casta, argentum igne examinatum: probatum terræ, purgatum septuplum*, hoc est, septem donis Spiritus sancti, vt videlicet eorum sonus ad remotiores quosque se extendat, sicut scriptum est: *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Matth. 5.

Psal. 11.

Psal. 18.

19 Nec se fallant, qui existimant se præcepto dilectionis inimicorum satisfeciſſe, si nihil mali faciant inimicis suis. Oportet enim & benè facere, & signa dilectionis pro loco & tempore eis ostendere, sicut præcepit Dominus dicens: *Benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos*. Iuxta quod Apostolus ait: *Si esurierit inimicus tuus ciba illum, & si sitit potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius*. Et iterum inquit, *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*. Nam (sicut dicit Chrysostomus) si tantummodo non lædas eum, qui te læsit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet sine dubio vulnus in pectore, & dolor augescit in corde. Quod si ita est, nondum vtique quod Christus mandauit, impletur. Numquid tu ita vis tibi propitium fieri Deum, vt non quidem te lædat, auertat se tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualem vis erga te esse Deum, talem te exhibere debes his, qui deliquerunt in te, sicut & sapientium quidam scribit dicens: *Homo homini seruat iram, & à Deo quærit sanitatem?* Et si ipse erga hominem similem sibi non habet misericordiam, quomodo pro peccatis suis exorat Deum? cum ipse caro sit, & teneat iracundiam, quis repropitiabitur peccatis eius?]

Matth. 5.

Roma. 12.

Chrys. lib. 1 de cõpun. cor. circa. medium. Tom. 5.

Eccles. 28.

20 Qui ergò nihil mali inimicis vult, sed eius faciẽ videre non vult, nec eũ salutare, vel alloqui, caueat ne cũ profert orationem Dominicam, se ipsam condemnet, cum dicit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Si enim tu ita dimittas iniurias, vt faciem illius videre non velis, nec in domum tuam illum recipere, talis erit sensus orationis tuæ: vt Deus similiter debita tibi dimittat, at in domum suam te non recipiat, nec signa dilectionis tibi ostendat. Vnde Chrysostomus: De ipsis debitis clamamus: Dimitte nobis debita nostra, & profitemur professionem periculosam, vt dicamus Deo sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.]

Matth. 6.

Chr. hom. 9 ex ver. in Matth. col. vlt. A. to. 2

Multò

21 Multò aliter Sponſam hoc Chriſti præceptum implerè ſponſus non obſcurè teſtatur, cum eam his verbis collaudat : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Quaſi diceret: ſicut lilium ipſas quoquè ſe ſe pungentes ſpinas proprio candore, & odore venuſtare & illuſtrare non ceſſat : ſic Sponſa mea, anima videlicet ſancta, aduerſarios ſuos, & inimicos ornat, nó mala ſed bona pro malis retribuẽdo. Spina eſt aduerſarius, ſpina inimicus, ſpina falſus frater, ſpina vicinus eſt malus. Inter has ſpinas dũ es in exilio, te oportet ambulare. Nã increduli, & ſubuerſores ſunt tecum. Si ergo Sponſo tuo placere deſideras, eſto ſicut lilium inter ſpinas, vt præceptum dilectionis inimicorum adimpleas, & in tuam laudem dicatur : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Vnde Bernardus : Nõ mediocris titulus profectò virtutis, inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem : magis autem ſi his, qui oderunt pacem, pacificum & amicum ipſis te exhibeas inimicis. Id planè tibi ſimilitudinem datam de lilio, iure quodam proprietatis ſpecialiter vendicabit, quòd ipſas vtiquè pungentes ſe ſpinas candore proprio illuſtrare, & venuſtare non ceſſat. An non proinde lilium tibi videtur, implere quodammodo Euangelij perfectionem, qua orare iubemur pro calumniantibus, & perſequentibus nos, beneſacere his, qui oderunt nos ? Ergò & tu fac ſimiliter, & erit anima tua amica Domini, & laudabit te, de te dicens: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*.] Cant. 2. Bernard. ſer. 42 in Cantica columnar. Luc. 6. Cant. 2. Ibidem.

22 Sunt tamen nonnulli, qui, vt abſolutionem tempore paſſionis Dominicæ obtineant, & ſacra Euchariſtia reficiantur in Paſchate, iniurias quidem inimicis remittunt, ſed ſacro tempore peracto redeunt ad vomitum, & maius odium contrahunt aduerſus inimicum, mortẽ illi ſi placet, machinantes. Ij nimirum veſtigia illa imitãtur Eſaù, qui, vt è Iacob vindictam ſumeret facilius, mortem patris expectabat, vt poſt dies luctus mortis eius, conceptam ſumeret vindictam. Scriptũ eſt enim : *Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde ſuo : venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum*. Vbi Chryſoſtomus: O nepharium ſcelus venenato ore prolatum. Vt fratrem occidat, patri mortem exoptat. Bis in vna cauſſa delinquit : & dum optat obitum patris, & dum diſponit parricidium fratris.] Non diſſimiliter qui expectant, vt tranſeant dies luctus mortis Chriſti, ad hoc quod vindictam ſumant de inimicis ſuis, duplici commaculantur peccato. Sacrilegij videlicet dum fidè confitentur, & ſacramentum venerandum ſuſcipiunt, & odij quod ad tempus deponunt. Genes. 27. Chryſ. ſer. de martyr. col. 2. in fine.

23 Sumat Chriſtianus exemplum diligẽdi inimicos etiam à Gentilibus. Nam (vt refert Auguſtinus) Cicero extollens mores Cæſaris dicebat : quod nihil obliuiſci ſolebat, niſi iniurias. Similiter Iob, tanquam amicos eos diligebat, qui irruebant ſuper eum. Ait enim : *Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicũ veſtrũ*. Vbi Greg. Amicus eſt, quem nitũtur euertere, quia fidelis Dei populus ipſos quoque, quos perſequentes tolerat, amãdo nõ deſinit ad veritatem vocare. Aug. ep. 5 ad Martcell. col. 3. Iob 6. Grego. 8. mor. c. 1.

à Iudæis permiſtæ. Vt auferret ſtannum, ideſt, traditiones Iudæorũ præceptus Dei contrarias. Hoc fecit Chriſtus cum præceptum dilectionis renouauit. Quid dicunt Phariſæi? *Diliges proximum tuum*. Ecce argẽtum igne examinatum; ſed quid addunt ipſi? *Et odio habebis inimicum tuum*. Stannum eſt hoc. Cymbalum ſtanneum ſi pulſetur, non bene ſonat, non extenditur ad remotiores partes ſonus illius. *Et odio habebis inimicum tuum*. Ecce ſtannum, non bene pijs auribus ſonat dilectionis præceptum, quod ad inimicos non extenditur, ſed ad cognatos, & notos. Quid fecit Chriſtus? expurgauit aurum, argentum mũdauit, de medio ſtannum abſtulit. Audi illum: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros: bene facite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequẽtibus, & calumnianibus vos* &c. Hæc ſunt eloquia Domini, *eloquia caſta, argẽtum igne examinatum: probatum terræ, purgatum ſeptuplum*, hoc eſt, ſeptem donis Spiritus ſancti, vt videlicet eorum ſonus ad remotiores quoſque ſe extendat, ſicut ſcriptum eſt: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*.

Matth. 5.

Pſal. 11.

Pſal. 18.

19 Nec ſe fallant, qui exiſtimant ſe præcepto dilectionis inimicorum ſatisfeciſſe, ſi nihil mali faciant inimicis ſuis. Oportet enim & benè facere, & ſigna dilectionis pro loco & tempore eis oſtendere, ſicut præcepit Dominus dicens: *Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos*. Iuxta quod Apoſtolus ait: *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, & ſi ſitit potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius*. Et iterum inquit, *Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum*. Nam (ſicut dicit Chryſoſtomus) ſi tantummodo non lædas eum, qui te læſit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. Quod ſi ita eſt, nondum vtiquè quod Chriſtus mandauit, impletur. Numquid tu ita vis tibi propitium fieri Deum, vt non quidem te lædat, auertat ſe tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualem vis erga te eſſe Deum, cum delictorum veniam poſcis, talem te exhibere debes his, qui deliquerunt in te, ſicut & ſapientium quidam ſcribit dicens: *Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit ſanitatem?* Et ſi ipſe erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodo pro peccatis ſuis exorat Deum? cum ipſe caro ſit, & teneat iracundiam, quis repropitiabitur peccatis eius?]

Rom. 12.

Chryſ. lib. 1 de cõpun. cor. circa. medium D. tom. 5.

Eccleſ. 28.

20 Qui ergò nihil mali inimicis vult, ſed eius faciẽ videre non vult, nec eũ ſalutare, vel alloqui, caueat ne cũ profert orationem Dominicam, ſe ipſam condemnet, cum dicit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Si enim tu ita dimittas iniurias, vt faciem illius videre non velis, nec in domum tuam illum recipere, talis erit ſenſus orationis tuæ: vt Deus ſimiliter debita tibi dimittat, at in domum ſuam te non recipiat, nec ſigna dilectionis tibi oſtendat. Vnde Chryſoſtomus: De ipſis debitis clamamus: Dimitte nobis debita noſtra, & profitemur profeſſionem periculoſam, vt dicamus Deo: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.]

Matth. 6.

Chr. hom. 9 ex ver. in Matth. col. vlt. A. to. 2

Multò

21 Multò aliter Sponſam hoc Chriſti præceptum impleré ſponſus non obſcurè teſtatur, cum eam his verbis collaudat : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Quaſi diceret: ſicut lilium ipſas quoquè ſe ſe pungentes ſpinas proprio candore, & odore venuſtare & illuſtrare non ceſſat : ſic Sponſa mea, anima videlicet ſancta, aduerſarios ſuos, & inimicos ornat, nó mala ſed bona pro malis retribuēdo. Spina eſt aduerſarius, ſpina inimicus, ſpina falſus frater, ſpina vicinus eſt malus. Inter has ſpinas dū es in exilio, te oportet ambulare. Nā increduli, & ſubuerſores ſunt tecum. Si ergo Sponſo tuo placere deſideras, eſto ſicut lilium inter ſpinas, vt præceptum dilectionis inimicorum adimpleas, & in tuam laudem dicatur : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Vnde Bernardus : Nō mediocris titulus profectò virtutis, inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem : magis autem ſi his, qui oderunt pacem, pacificum & amicum ipſis te exhibeas inimicis. Id planè tibi ſimilitudinem datam de lilio, iure quodam proprietatis ſpecialiter vendicabit, quòd ipſas vtiquè pungentes ſe ſpinas candore proprio illuſtrare, & venuſtare non ceſſat. An non proinde lilium tibi videtur, implere quodammodo Euangelij perfectionem, qua orare iubemur pro calumniantibus, & perſequentibus nos, beneſacere his, qui oderunt nos ? Ergò & tu fac ſimiliter, & erit anima tua amica Domini, & laudabit te, de te dicens: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*.] *Cant. 2.* *Bern. ſer. 48 in Cantica circa med.* *Luc. 6.* *Cant. 2.* *Ibidem.*

22 Sunt tamen nonnulli, qui, vt abſolutionem tempore paſſionis Dominicæ obtineant, & ſacra Euchariſtia reficiantur in Paſchate, iniurias quidem inimicis remittunt, ſed ſacro tempore peracto redeunt ad vomitum, & maius odium contrahunt aduerſus inimicum, mortē illi ſi placet, machinantes. Ij nimirum veſtigia illa imitātur Eſaù, qui, vt è Iacob vindictam ſumeret facilius, mortem patris expectabat, vt poſt dies luctus mortis eius, conceptam ſumeret vindictam. Scriptū eſt enim : *Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde ſuo : venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum*. Vbi Chryſoſtomus: O nepharium ſcelus venenato ore prolatum. Vt fratrem occidat, patri mortem exoptat. Bis in vna cauſſa delinquit : & dum optat obitum patris, & dum diſponit parricidium fratris.] Non diſſimiliter qui expectant, vt tranſeant dies luctus mortis Chriſti, ad hoc quod vindictam ſumant de inimicis ſuis, duplici commaculantur peccato. Sacrilegij videlicet dum fidè confitentur, & ſacramentum venerandum ſuſcipiunt, & odij quod ad tempus deponunt. *Geneſ. 27.* *Chryſ. ſer. de martyr. col. 2. circa 3. in fine.*

23 Sumat Chriſtianus exemplum diligēdi inimicos etiam à Gentilibus. Nam (vt refert Auguſtinus) Cicero extollens mores Cæſaris dicebat : quod nihil obliuiſci ſolebat, niſi iniurias. Similiter Iob, tanquam amicos eos diligebat, qui irruebant ſuper eum. Ait enim : *Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicū veſtrū*. Vbi Greg. Amicus eſt, quem nitūtur euertere, quia fidelis Dei populus ipſos quoque, quos perſequentes tolerat, amādo nō deſinit ad veritatem vocare. *Aug. ep. 5 ad Marcell. col. 3.* *Iob 6.* *Grego. 8. mor. c. 1.*

à Iudæis permiſtæ. Vt auferret ſtannum, id eſt, traditiones Iudæorũ præceptus Dei contrarias. Hoc fecit Chriſtus cum præceptum dilectionis renouauit. Quid dicunt Phariſæi? *Diliges proximum tuum*. Ecce argẽtum igne examinatum; ſed quid addunt ipſi? *Et odio habebis inimicum tuum*. Stannum eſt hoc. Cymbalum ſtanneum ſi pulſetur, non bene ſonat, non extenditur ad remotiores partes ſonus illius. *Et odio habebis inimicum tuum*. Ecce ſtannum; non bene pijs auribus ſonat dilectionis præceptum, quod ad inimicos non extẽditur, ſed ad cognatos, & notos. Quid fecit Chriſtus? expurgauit aurum, argentum mũdauit, de medio ſtannum abſtulit. Audi illum: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros: bene facite ijs, qui oderunt vos, & orate pro perſequẽtibus, & calumniantibus vos* &c. Hæc ſunt eloquia Domini, *eloquia caſta, argẽtum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*, hoc eſt, ſeptem donis Spiritus ſancti, vt videlicet eorum ſonus ad remotiores quoſque ſe extendat, ſicut ſcriptum eſt: *In omnem terram exiit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*.

Matth. 5.

Pſal. 11.

Pſal. 18.

19 Nec ſe fallant, qui exiſtimant ſe præcepto dilectionis inimicorum ſatisfeciſſe, ſi nihil mali faciant inimicis ſuis. Oportet enim & bene facere, & ſigna dilectionis pro loco & tempore eis oſtendere, ſicut præcepit Dominus dicens: *Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos*. Iuxta quod Apoſtolus ait: *Si eſurierit inimicus tuus cibe illum, & ſi ſitit potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius*. Et iterum inquit, *Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum*. Nam (ſicut dicit Chryſoſtomus) ſi tantummodo non lædas eum, qui te læſit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. Quod ſi ita eſt, nondum vtique quod Chriſtus mandauit, impletur. Numquid tu ita vis tibi propitium fieri Deum, vt non quidem te lædat, auertat ſe tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualem vis erga te eſſe Deum, cum delictorum veniam poſcis, talem te exhibere debes his, qui deliquerunt in te, ſicut & ſapientium quidam ſcribit dicens: *Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit ſanitatem?* Et ſi ipſe erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodo pro peccatis ſuis exorat Deum? cum ipſe caro ſit, & teneat iracundiam, quis repropitiabitur peccatis eius?]

Matth. 6.

Chr. hom. 9 ex ver. in Matth. col. vlt. A. to. 2

20 Qui ergò nihil mali inimicis vult, ſed eius faciẽ videre non vult, nec eũ ſalutare, vel alloqui, caueat ne cũ profert orationem Dominicam, ſe ipſam condemnet, cum dicit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Si enim tu ita dimittas iniurias, vt faciem illius videre non velis, nec in domum tuam illum recipere, talis erit ſenſus orationis tuæ: vt Deus ſimiliter debita tibi dimittat, at in domum ſuam te non recipiat, nec ſigna dilectionis tibi oſtendat. Vnde Chryſoſtomus: De ipſis debitis clamamus: Dimitte nobis debita noſtra, & profitemur profeſſionem periculoſam, vt dicamus Deo t ſicut & nos dimittimus debiteribus noſtris.]

Multò

21 Multò aliter Sponſam hoc Chriſti præceptum implere ſponſus non obſcurè teſtatur, cum eam his verbis collaudat : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Quaſi diceret: ſicut lilium ipſas quoquè ſe ſe pungentes ſpinas proprio candore, & odore venuſtare & illuſtrare non ceſſat : ſic Sponſa mea, anima videlicet ſancta, aduerſarios ſuos, & inimicos ornat, nó mala ſed bona pro malis retribuẽdo. Spina eſt aduerſarius, ſpina inimicus, ſpina falſus frater, ſpina vicinus eſt malus. Inter has ſpinas dú es in exilio, te oportet ambulare. Ná increduli, & ſubuerſores ſunt tecum. Si ergo Sponſo tuo placere deſideras, eſto ſicut lilium inter ſpinas, vt præceptum dilectionis inimicorum adimpleas, & in tuam laudem dicatur : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Vnde Bernardus : Nõ mediocris titulus profectò virtutis, inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem : magis autem ſi his, qui oderunt pacem, pacificum & amicum ipſis te exhibeas inimicis. Id planè tibi ſimilitudinem datam de lilio, iure quodam proprietatis ſpecialiter vendicabit, quòd ipſas vtiquè pungentes ſe ſpinas candore proprio illuſtrare, & venuſtare non ceſſat. An non proinde lilium tibi videtur, implere quodammodo Euangelij perfectionem, qua orare iubemur pro calumniantibus, & perſequentibus nos, benefacere his, qui oderunt nos ? Ergò & tu fac ſimiliter, & erit anima tua amica Domini, & laudabit te, de te dicens: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*.] Cant. 2. Bern. ſer. 48 in Cantica columnar. Luc. 6. Cant. 2. Ibidem.

22 Sunt tamen nonnulli, qui, vt abſolutionem tempore paſſionis Dominicæ obtineant, & ſacra Euchariſtia reficiantur in Paſchate, iniurias quidem inimicis remittunt, ſed ſacro tempore peracto redeunt ad vomitum, & maius odium contrahunt aduerſus inimicum, mortẽ illi ſi placet, machinantes. Ij nimirum veſtigia illa imitãtur Eſaù, qui, vt è Iacob vindictam ſumeret facilius, mortem patris expectabat, vt poſt dies luctus mortis eius, conceptam ſumeret vindictam. Scriptũ eſt enim : *Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde ſuo : venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum*. Vbi Chryſoſtomus: O nepharium ſcelus venenato ore prolatum. Vt fratrem occidat, patri mortem exoptat. Bis in vna cauſſa delinquit : & dum optat obitum patris, & dum diſponit parricidium fratris.] Non diſſimiliter qui expectant, vt tranſeant dies luctus mortis Chriſti, ad hoc quod vindictam ſumant de inimicis ſuis, duplici commaculantur peccato. Sacrilegij, videlicet dum fictè confitentur, & ſacramentum venerandum ſuſcipiunt, & odij quod ad tempus deponunt. Genes. 27. Chryſ. ſer. de martyr. col. 2. in fine.

23 Sumat Chriſtianus exemplum diligẽdi inimicos etiam à Gentilibus. Nam (vt refert Auguſtinus) Cicero extollens mores Cæſaris dicebat : quod nihil obliuiſci ſolebat, niſi iniurias. Similiter Iob, tanquam amicos eos diligebat, qui irruebant ſuper eum. Ait enim : *Super ſupplium irruitis, & ſubuertere nitimini amicũ veſtrũ*. Vbi Greg. Amicus eſt, quem nitũtur euertere, quia fidelis Dei populus ipſos quoque, quos perſequentes tolerat, amãdo nõ deſinit ad veritatem vocare. Aug. ep. 5 ad Martell. col. 3. Iob 6. Grego. 8. mor. c. 1.

Digitized by Google

alterum fuit opus diuinæ potentiæ, alterum Dauidicæ Philosophiæ! Cui consonat illud Prouerbiorum 16. *Melior est qui vincit iram, quàm qui capit Ciuitatem.*

Prou. 16.

4 Et quod magis claram, & admirabilem efficit hanc Dauidis victoriam, & inimici dilectionẽ est id, quod Aug. obseruat, quia nimirũ nondum viderat exemplum Christi pro inimicis exorantis, & mortẽ subeuntis, nondũ audierat eius præceptũ. *Audistis quia dictũ est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderũt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est.* Et tamen parcens Saul, qui eũ persequebatur, qui pluries illum lancea cum pariete configere non metuerat, præceptũ illud Euangelicum impleuit. Quod & his verbis notauit Aug. Dauid cum diuinitus accepisset in potestatem regni Saul, impunè vtiq; occideret: nec hominibus in se vindicaturis, quia multum ab eis diligebatur idẽ Dauid: nec Deo, qui hanc ipsam potestatem dedisse se dixerat, vt omnia no ei faceret quod vellet. Pepercit ergo diligens proximum, tanquam seipsum non solum persecutum, sed etiam persecuturum, qui eum corrigi, quàm interfici maluit: hòmo in veteri testamento, sed non homo de veteri testamento, quem fides futuræ hæreditatis Christi reuelata, ac reddita saluum faciebat, & ad imitandum vocabat.

Matt. 5.

Aug. li. 22. contra Faust. Manich. cap. 70. circa finem.

1. Reg. 24.

5 Nec est prætereunda Dauid modestia, qua suam eximiã dilectionem erga maximum inimicum ostendit, cum enim præcidisset oram clamydis Saul silenter, non quidem vt iniuriã eidem irrogaret: sed vt testẽ suæ dilectionis haberet. *post hæc* i. statim, nullo medio interuallo huius facti quasi pœnitens, *percussit cor suum Dauid, eò quòd abscidisset oram clamydis Saul,* vt eadem Scriptura narrat.

1. Reg. 24. *Percussit cor Dauid eum.*

6 Hinc idem Propheta: *Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi* (inquit) *retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animã meã, & cõprehendat, & deducat in terrã vitã meã, et gloriã meã in pulverẽ deducat.* Sciẽs hoc Deo placere, vt malũ pro malo nemo reddat; & maiorẽ victoriam de inimico reportare, qui beneficijs illum superat, quàm qui gladio prosternit, vt Augustinus explicat: Certè (inquiens) inimicum, & persecutorem suum, nimis ingratum, & nimis infestum Saul regem accepit Dauid in potestatem, vt ei faceret quod vellet, & elegit parcere potius, quàm occidere. Non enim erat iussus occidere, sed neque prohibitus: imo etiam diuinitus audierat se impunè facere quicquid vellet inimico: & tamen tantã potestatẽ ad mansuetudinem voluit. Dicatur mihi, quem timuit, cum interficere noluit? Nec hominem possumus dicere timuisse, quem acceperat in potestatem, nec Deum qui dederat. Vbi ergo nec difficultas fuit occidendi, nec timor; dilectio proficit inimico. Ecce Dauid ille bellator impleuit præceptum Christi, quod accepimus, vt diligamus inimicos.

Psal. 7.

Aug. lib. cont. Adimantũ Manich. discip. c. 17.

7 Sunt autem rationes quàmplurimæ, quæ ad dilectionem inimicorum nos conducunt. Prima est, præmiũ magnũ ijs repromissum, qui

inimi-

inimicos diligunt, videlicet, quod ſpeciali quadam ratione dicũtur filij Dei. Hanc innuit Chriſtus Dominus, cũ ait: *Diligite inimicos veſtros &c. vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cęlis eſt.* Illi ergo qui inimicos non diligunt, ſed in ſordibus inimicitiæ manent, filiorum Dei nomen amittunt, iuxta illud: *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus.* Quaſi diceret: Qui ſordibus peccatorum commaculantur, filij eius nõ ſunt, nec tam honorifico decorari nomine merentur. Quod etiam innuit Chriſtus Dominus Matt. 18. cum ait: *Sic & Pater meus cęleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.* Pater meus, inquit, & non veſter, cum alias ſæpe dixerit: Pater veſter. *Scit. n.* (ait) *pater veſter, quia his omnibus indigetis.* & Matt. 5. *Vt videãt opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Sed cũ loquitur cũ illis, qui non remittunt fratribus debita, ait, *Pater meus*; vt oſtenderet tales indignos eſſe, quod filij Dei nominentur & ſint, aut Patrem ſuum dicant Deum. Vnde Chryſoſtomus. Idcirco & cęlos commemorauit, Patrem dicens, *& Pater meus cęleſtis*, vt hinc quòquè auditorem pudore ſuffunderet, ſi cum tanto ſit patre generoſus, ad malitiam feritate rapiatur, atque ad cælum vocatus, terrena & carnali prorſus mente vileſcat. Non ſolum quippe gratia Dei eſſe filios, verum etiam opòrtet operibus.] Matt. 5. *Chryſ. hom. 20. ex variis in Matth. col. 5. tomo 2.*

8 Secunda ratio: Nam Deus libentiſſimè audit orationes eorũ, qui ex corde diligũt inimicos, & facta eorum non iudicant. Vnde (vt notauit Chryſ.) poſtquam Deus dederat eis obſeruandæ charitatis quędam mandata dicens: *Nolite iudicare, vt non iudicemini*: competenter, ait: *Petite, & dabitur vobis.* Tanquam ſi dicat: Si hanc clementiam ſeruaueritis ad inimicos, quam mandaui vobis: quicquid vultis petite, & dabitur vobis: & quicquid deſideratis inuenire, *quærite, & inuenietis*: & quicquid clauſum vobis videtur, *pulſate, & aperietur vobis.*] *Chryſ. hom. 18. imperf. in Matth. col. 1. D. Luc. 11.*

9 Hinc Ieremiæ 15. vt oſtenderet Dominus quantum apud ſuam pietatem valeant orationes eorum, qui inimicos diligunt, ait: *Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Vbi Gregorius quærit: Cur relictis tot antiquioribus patribus ad effundendam precem Moyſes, & Samuel tantummodo nominantur? & reſpondet rationem eſſe; quia Moyſen & Samuelem exoraſſe pro aduerſantibus, inuenimus. Vnus quippè eorum ſæuientis populi perſecutiones fugit, & tamen pro vita ſui perſecutoris interuenit. Alter ex Principatu populi deiectus, ipſis ſuis aduerſarijs dicit: *Abſit à me hoc peccatum in Domino, quò minus ceſſem orare pro vobis.* Quid eſt ergò in difficultate deprecandi, Moyſen & Samuelem deducere, niſi apertius indicare, quia eius iræ neque illi, ſi aſtarent, obſiſterent, qui idcircò pro amicis interuenire citius poſſent: quia apud hunc intercedere & pro inimicis ſolerent?] Ex quibus verbis licet colligere in quanto pretio apud Deum habeantur orationes eorum, qui diligunt inimicos, & pro illis preces fundunt: ſiquidem cum ſint efficaciſſimæ ad impetrandum quicquid petierint, præ malitia tamen populi non exaudiuntur pro eo. *Ier. 5. Grego. 9. mor. c. 9. poſt. med. 1. Reg. 12.*

Tertiò

10 Tertiò ad idem plurimum valet considerare, quòd inimicus nos persequens, aut conuicia in nos iactans, vel aliud malum inferens, se habet vt phreneticus, vel ratione carens, quem subinde velut medici curare debemus. Nam (sicut dicit Chrysostomus, & medici quando iniurijs, & calcibus cæduntur furentium, tunc illorum magis magisque miserantur, tum maximè ad reddendam illis sanitatem parantur, scientes quòd excellentiam morbi significat ea iniuria: & tu igitur de inimicis eandem teneto sententiam, sicque vtere tibi iniuriari cupientibus. Illi nãque sunt maximè ægroti, omnemque violentiam sustinentes. Libera te igitur à pessima læsione, & tumescentẽ in te iram remitte. Libera te à sæuissimo dæmone propriæ scilicet mentis furore. Nam & cum aliquos à dæmone actos videmus, sæpe lacrymamur: non autem agimus, vt ipsi quoque eadem illa patiamur. Hoc igitur etiam in eorum, quos diximus, ratione seruemus: illorum enim sunt similes iracundi, immo illis longè miseriores, qui vtique scienter insaniunt. Propter quod & inuenialibis est eorum ista dementia. Noli igitur insultare iacenti, quinimmò miserere.] Et hom. 28. super Matth. col. 4. I. eandem prosequens doctrinam, ait: Cogita quia non est in se, qui vituperat, & non molestè feres contumelias eius. Nam & dæmoniaci plerumque nos verberant, nec solum non mouemur, verum etiam eos deflemus: ita igitur etiam tu facito, misereat te contumeliantis. Magna enim belua ira scilicet, furore & pernicioso dæmone detinetur, solue ipsum, qui ab huiusmodi dæmone vexatur, & sic insaniendo breuissimo temporis spatio corrumpitur.]

Chryſ. hom. 18. ſuper. Matth. poſt med. L. 1. a

11 Quartò ad diligendum inimicum, & remittendum illi iniuriã nos debet inducere specialis cura, quam Deus habet sumendi vindictã aduersus eos, qui verbis & factis sunt aduersarij nostri. Scriptum est enim: *Mihi vindictam, & ego retribuam*. Vbi Chrysostomus: Ægrè tulit quispiam se offendi, & vult vlcisci: noli quæso, non vlciscendo enim vlcisci poteris: vlciscendo verò, non vlciscaris. Nec quæ dico nugas arbitrare, sed veritatem. Quomodo? quoniam qui non vlciscitur, Deo relinquit vltionem: qui vlciscitur, minimè. *Mihi enim* (inquit) *vindictam, & ego retribuam*, Dicit Dominus. Nam si serui nostri rixantes inuicem, nulla nostri ratione habita, ipsi ad vindictam vertuntur: etsi sæpius postmodum nos rogent, non solum non eos vlciscimur, sed indignamur, scelestos, & flagitiosos appellamus, & nobis id cognoscendum reliqui oportuisse dicimus. Cum enim tibi vltionem præsumpsisti, nihil amplius in illum indignatur Dominus. Hoc longè magis Deus dicet, qui nos admonet, vt sibi omnia permittamus. Quid enim non absurdum sit, vt qui à seruis, & pueris nostris tantam modestiam, tantam obedientiam exigimus, eandem Domino nostro non exhibeamus?] Hinc est, quod (vt notauit Chrysostomus. Deus peccatum Cain commissum in Deum, quasi dissimulauit misericors Dominus, nec petiuit pœnam, nec pro factis supplicium exposcit: sed quasi amicus amico eum omni lenitate loquens sic dixit: *Peccasti quiesce*. Peccatum duntaxat illi indicauit, & consuluit, ne vlterius progredere

Rom. 12. Chryſ. hom. 30. ſuper. Ioan. col. 3. H.

Chryſ. hom. 26. ſuper. Geneſ. col. 1 Epiſt. 1.

compescere, desiderat declinando parricidæ sæuitiam temperare.

14 Quintò ad id plurimum valet auctoritas præcipientis. Est enim Christus Dominus verus Deus, & verus homo, qui potest corpus, & animam mittere in gehennam. Ideo ait: *Ego autem dico vobis.* Ego Iudex viuorum, & mortuorum. Ego Deus mandatum hoc olim imposui, cum naturam rationalem condidi in lege naturæ, & postmodum ne traderetur obliuioni, in lege scripta digito meo in tabulis lapideis exaraui. Ego Deus & homo in lege gratiæ, id ipsum iterum, atque iterum mando vobis. Ego qui, vt obedirem præcepto Patris, factus sum obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. Et (sicut ait Prophe-
Psal. 16. ta) *Propter verba labiorum eius ego custodiui vias duras.* Ego dico vobis, qui, vt charitatis & dilectionis me in exemplum mundo exhiberē, non solum pro amicis, sed pro inimicis, & me persequentibus animam
Luc. 23. meam posui, & pro transgressoribus rogaui, dicens: *Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.* Ego dico vobis, cui omnes creaturæ irrationales, atque insensibiles ad nutum obediūt, & propter mandatum meū inclinationis propriæ & naturæ obliuiscuntur. Cum vocantur à me stel-
Baruc. 3. læ, dicunt: *adsumus.* Cum ego præcipio, ignis seruos meos tres pueros
Dan. 3. existentes in fornace non comburit: nec tetigit illos omnino, nec contristauit, nec quicquam molestiæ intulit: sed eos refrigerans, incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Leones famelici & rapteres, cum ego annuo, in agnos mansuetissimos conuertuntur, ad præceptum meum minimè nocuerūt seruo meo Danieli misso in lacum. Ego dico vobis, in cuius laudem canit Propheta: *Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt: statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit.* Et iterum: *Ignis, grando, nix,*
Psal. 148. *glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Est tamen cum irrationales creaturæ ad nutum Dei obediant, rationalis homo præceptū Dei seruare contemnit!

15 Hinc est quod Prophetæ pluries ad res insensibiles sermonem
Deut. 33. conuertunt, vt tacitè duritiam cordis impiorum hominum increparent, qui ad præceptum Domini non mouentur. Ait enim Moyses:
Isai. 1. *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Et Isaias: *Audite cæli, & auribus percipe terra: quoniam Dominus loquutus est.* Quasi diceret: O cæli, ò terra, quoniam tanta est hominum impietas, vt ad verba Dei obsurdescant, loquar cælo, loquar terræ, loquar insensibilibus creaturis. Cælum quamuis sit remotissimum audiet terra, quamuis crassa & dura auscultabit, insensibilis creatura studiosas aures præbebit, & tamen rationalis homo tot benedictionibus dulcedinis à Deo præuētus, mandata eius contemnet? Consimilem affectum ostendit Propheta 3.
3. Reg. 13. Reg. 13. cū sermonē ad altare cōuertens ait: *Altare altare, hæc dicit Dominus: scinditur altare ad sermonem Domini,* & tamē Ieroboā obdura tus permansit? Quanta erit aliquando nostra confusio, qui vocem, quæ ad cælum vsque pertingit, & terram perrumpit, non audimus!

16 Sextò ad idem facit, quod inimicus non tibi, sed sibi nocet, tibi autem plurimum prodest. Sibi quidem nocet, quia occidit animam

sua[illegible]

ſtam. Dicit enim Chryſoſtomus homil. 58. ad pōpulū c̄olum. 1. *Chryſoſt.*
Inferuntur ab inimicis inſidiæ,& calumniæ. Sed nos in his iniuriā nō
patimur; ſed illi,qui faciunt. Ait enim: *Anima quæ peccauerit, ipſa mo* *Ezech.18.*
ritur. Peccauit autem,non qui malè paſſus eſt,ſed qui malè fecit. Nō
ergo mortuum oportet vlciſci,ſed orare pro eo,vt eruatur à morte.
Nonne videris apem,quemadmodum immoritur aculeo? Per illud
nos animal docet Deus ne proximos afficiamus triſtitia: ipſi namquè
prius mortem excipimus. Et illos quidem fortè paululum lædimus,
nos autem non amplius viuemus,quemadmodum nec illud animal.
Tibi autem vtilis eſt inimicus,& valdè vtilis: quoniam per illum tua
exercetur patientia,& augetur corona,vt dicit Sanctus Auguſtinus lib. *Auguſt.*
tertio contra litteras Petiliani cap.duodecimo cuius verba ſunt: Quic-
quid in ipſa frumenta maledictorum,calumniarumque iactauerit, fi-
des eorum augetur interris, merces augetur in cęlis. Vnde Sanctus
Ignatius in epiſtola, quam ad Romanos ſcripſit, quam & refert Hie- *Ignatius*
ronymus in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis,ſic ait: De Syria vſ-
que ad Romam pugno ad beſtias in mari,& in terra, nocte dieque li-
gatus cum decem leopardis, hoc eſt,militibus,qui me cuſtodiunt,qui
bus & cum beneſeceris,peiores fiunt. Iniquitas autē eorum mea doctri
na eſt,ſed non ideirco iuſtificatus ſum &c. Cumque iā dānatus eſſet ad
beſtias,& rugientes audiret Leones,ardore patiendi ait: frumentū Chri
ſti ſum,dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar. ℣

17 Hoc præceptum Deus à principio cum ipſa natura mentibus hominum indidit. Propter quod in Scriptura Sacra mandatum antiquum nominatur. Dicit enim Ioannes: *Chariſſimi non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis.* Et iterum ait: *Et nunc rogo te Domina non tanquam mandatum novum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum.* Sed hoc præceptum corruptum fuerat à Scribis & Phariſæis, ſicut ipſe Dominus ait: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum.* Vt ergo mandatum vetus inſitum cum natura inſtauraret, & quaſi renouaret, inquit: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros &c.* Propter quod ipſe Dominus mandatum dilectionis inimicorum, mandatum nouum eſſe dixit: *Mandatum novum do vobis, vt diligatis inuicem. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Dicitur enim mandatum nouum, quoniam in noua lege à Chriſto Domino nouis vinculis & fortiſſimis renouatum eſt; de quibus ipſe ait: *In funiculis Adam trahem eos, in vinculis charitatis.* Et iterum: *In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui.* 1.Ioan.2. Matt.5. Ioan.13. Oſea 11. Ier.31. Iſa.26.

18 In quo nimirum adimpleuit illud vaticinium,quod prædixerat per Iſaiā: *Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriā tuum,auferam omne ſtannum tuum.* Manum inquam illam, de qua ſcriptum eſt: *Fiat manus tua,vt ſaluet me,* fit caro Verbum tuum,per quę facta ſunt omnia,vt excoquat ſcoriam falſæ doctrinæ ſimplicitate legis Pſal. 118.

à Iudæis permiſtæ. Et auferet ſtannum: deſt, traditiones Iudæorũ præceptus Dei contrarias. Hoc fecit Chriſtus cum præceptum dilectionis renouauit. Quid dicunt Phariſæi? *Diliges proximum tuum*. Ecce argẽtum igne examinatum, ſed quid addunt ipſi? *Et odio habebis inimicum tuum*. Stannum eſt hoc. Cymbalum ſtanneum ſi pulſetur, non bene ſonat, non extenditur ad remotiores partes ſonus illius. *Et odio habebis inimicum tuum*. Ecce ſtannum, non bene pijs auribus ſonat dilectionis præceptum, quod ad inimicos non extẽditur, ſed ad cognatos, & notos. Quid fecit Chriſtus? expurgauit aurum, argentum mũdauit, de medio ſtannum abſtulit. Audi illum: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros: bene facite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumnianibus vos* &c. Hæc ſunt eloquia Domini, *eloquia caſta, argẽtum igne examinatum: probatum terræ, purgatum ſeptuplum*, hoc eſt, ſeptem donis Spiritus ſancti, vt videlicet eorum ſonus ad remotiores quoſque ſe extendat, ſicut ſcriptum eſt: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*.

Matth. 5.

Pſal. 11.

Pſal. 18.

19 Nec ſe fallant, qui exiſtimant ſe præcepto dilectionis inimicorum ſatisfeciſſe, ſi nihil mali faciant inimicis ſuis. Oportet enim & benè facere, & ſigna dilectionis pro loco & tempore eis oſtendere, ſicut præcepit Dominus dicens: *Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumnientibus vos*. Iuxta quod Apoſtolus ait: *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, & ſi ſitit potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius*. Et iterum inquit, *Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum*. Nam (ſicut dicit Chryſoſtomus) ſi tantum modo non lædas eum, qui te læſit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. Quod ſi ita eſt, nondum vtiquè quod Chriſtus mandauit, impletur. Numquid tu ita vis tibi propitium fieri Deum, vt non quidem te lædat, auertat ſe tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualem vis erga te eſſe Deum, cum delictorum veniam poſcis, talem te exhibere debes his, qui deliquerunt in te, ſicut & ſapientium quidam ſcribit dicens: *Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit ſanitatem? Et ſi ipſe erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodo pro peccatis ſuis exorat Deum? cum ipſe caro ſit, & teneat iracundiam, quis repropitiabitur peccatis eius?*

Chryſoſt. lib. 1 de cõpun. cor. circa. medium D. tom. 5.

Eccleſ. 28.

20 Qui ergò nihil mali inimicis vult, ſed eius faciẽ videre non vult, nec eũ ſalutare, vel alloqui, caueat ne cũ profert orationem Dominicam, ſe ipſum condemnet, cum dicit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Si enim tu ita dimittas iniurias, vt faciem illius videre non velis, nec in domum tuam illum recipere, talis erit ſenſus orationis tuæ, vt Deus ſimiliter debita tibi dimittat, at in domum ſuam te non recipiat, nec ſigna dilectionis tibi oſtendat. Vnde Chryſoſtomus: De ipſis debitis clamamus: Dimitte nobis debita noſtra, & profitemur profeſſionem periculoſam, vt dicamus Deo t ſicut & nos dimittimus debiteribus noſtris.

Matth. 6.

Chr. hom. 9 ex var. in Matth. col. vlt. A. 10. 2

Multò

Digitized by Google

21 Multò aliter Sponſam hoc Chriſti præceptum implere ſponſus non obſcurè teſtatur, cum eam his verbis collaudat : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Quaſi diceret: ſicut lilium ipſas quoquè ſe ſe pungentes ſpinas proprio candore, & odore venuſtare & illuſtrare non ceſſat : ſic Sponſa mea, anima videlicet ſancta, aduerſarios ſuos, & inimicos ornat, nó mala ſed bona pro malis retribuẽdo. Spina eſt aduerſarius, ſpina inimicus, ſpina falſus frater, ſpina vicinus eſt malus. Inter has ſpinas dũ es in exilio, te oportet ambulare. Nã increduli, & ſubuerſores ſunt tecum. Si ergo Sponſo tuo placere deſideras, eſto ſicut lilium inter ſpinas, vt præceptum dilectionis inimicorum adimpleas, & in tuam laudem dicatur : *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Vnde Bernardus : Nõ mediocris titulus profectò virtutis, inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem : magis autem ſi his, qui oderunt pacem, pacificum & amicum ipſis te exhibeas inimicis. Id planè tibi ſimilitudinem datam de lilio, iure quodam proprietatis ſpecialiter vendicabit, quòd ipſas vtiquè pungentes ſe ſpinas candore proprio illuſtrare, & venuſtare non ceſſat. An non proinde lilium tibi videtur, implere quodammodo Euangelij perfectionem, qua orare iubemur pro calumniantibus, & perſequentibus nos, benefacere his, qui oderunt nos ? Ergò & tu fac ſimiliter, & erit anima tua amica Domini, & laudabit te, de te dicens: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*.] Cant. 2. Bern. ſer. 42 in Cantica columna 1. Luc. 6. Cant. 2. Ibidem.

22 Sunt tamen nonnulli, qui, vt abſolutionem tempore paſſionis Dominicæ obtineant, & ſacra Euchariſtia reficiantur in Paſchate, iniurias quidem inimicis remittunt, ſed ſacro tempore peracto redeunt ad vomitum, & maius odium contrahunt aduerſus inimicum, mortẽ illi ſi placet, machinantes. Ij nimirum veſtigia illa imitãtur Eſaù, qui, vt è Iacob vindictam ſumeret facilius, mortem patris expectabat, vt poſt dies luctus mortis eius, conceptam ſumeret vindictam. Scriptũ eſt enim : *Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde ſuo : venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum*. Vbi Chryſoſtomus: O nepharium ſcelus venenato ore prolatum. Vt fratrem occidat, patri mortem exoptat. Bis in vna cauſſa delinquit : & dum optat obitum patris, & dum diſponit parricidium fratris.] Non diſſimiliter qui expectant, vt tranſeant dies luctus mortis Chriſti, ad hoc quod vindictam ſumant de inimicis ſuis, duplici commaculantur peccato. Sacrilegij, videlicet dum fidè confitentur, & ſacramentum venerandum ſuſcipiunt, & odij quod ad tempus deponunt. Genes. 27. Chryſ. ſer. de martyr. col. 2. 3. in fine.

23 Sumat Chriſtianus exemplum diligẽdi inimicos etiam à Gentilibus. Nam (vt refert Auguſtinus) Cicero extollens mores Cæſaris dicebat : quod nihil obliuiſci ſolebat, niſi iniurias. Similiter Iob, tanquam amicos eos diligebat, qui irruebant ſuper eum. Ait enim : *Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicũ veſtrũ*. Vbi Greg. Amicus eſt, quem nitũtur euertere, quia fidelis Dei populus ipſos quoque, quos perſequentes tolerat, amãdo nõ deſinit ad veritatem vocare. Aug. ep. 5 ad Martcell. col. 3. Iob 6. Grego. 8. mor. c. 1.

Imitatur quippè exemplum Saluatoris nostri, qui Iudam traditorē; qui osculo illum in mortem tradidit, appellauit amicum, dicens: *Amice ad quid venisti?* Aliud benignitatis exemplum erga inimicos eterna memoria dignum his verbis refert Chrysostomus: Beatus dicitur Constantinus imagine sua quādoquè lapidata, multis ipsum instigantibus, contra contumeliatores exijsse, & pœnas exegisse: & dicentibus quod omnem ipsius faciem percusserunt saxa iaculantes, manu faciem palpans, & leniter ridens, dixisse: Nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero & facies tota. Illi vero reueriti, & confusi ab hoc iniquo destitere consilio, &c. Papè quanta Christianitatis potentia. Hominem super terram habentem æqualem neminem, omnia delendi, & corrumpendi dominium cohibuit, & refrenauit, & docuit Philosophiam, quam nec homo priuatus exhiberet. ¶

Chrysost. 20. ad populum circ. medium G.

24 Nec est differenda remissio iniuriæ, cū inimicus veniam petit, & suum agnoscit errorem; sed ante solis occasum, si fieri potest, odium deponendum est, & parcendū aduersario, iuxta illud Apostoli: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Nam (sicut dicit Augustinus conc. 2. sup. Psal. 30. in illa verba, Turbatus est à furore oculus meus) ira si manserit, & non citò euulsa fuerit, transit in odium. Ideo vt recens ira euelleretur, & in odium non conuerteretur, nos docet scriptura, dicens: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Et Sanctus Chrysostomus homilia tertia super caput primum Ioannis tomo tertio, eandem doctrinam prosequens ait: Qui fuerit iniuria lacessitus, non modo memor non infigat pectori, sed quàm primum eam obliuioni prorsus mandet. Non amplius vna nobis die ad iram indulsit Apostolus. Sol (inquit) *non occidat super iracundiam vestram.* Et meritò quidem; nihil enim tam breui fieri potest molestius. Quod si nox ira percitos nos comprehenderet, omnes operationes nostræ grauiores subsequerentur, cum ignis plurimum memoria excitetur, si per ocium omnia animum prouocantia atrocius nobis reputentur. Priusquàm igitur tam exitiali vacemus ocio, & vehementiorem flammàm accendamus, præueniendum præcepit, & quicquid pectus nostrum vrit, penitus extinguendum. Vehemens enim iræ affectus est, & omni flamma vehementior. Quare nobis celeritate opus est, vt hunc ignem extinguamus, ne vè ad summum eum euadere sinamus. Iræ enim morbus, nisi mox sedetur, multas generat calamitates, domos, ac familias totas euertit, veteres dissoluit consuetudines, & breui momento res infandas molitur. ¶ Et in huius rei signum Exodi vigesimo secundo præcipitur: *Cum debet tibi quippiam frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitues* Vbi vt Gregorius explicat: Frater noster debitor nobis efficitur, cum quilibet proximus in nobis aliquid deliquisse monstratur. Peccata quippè debita vocamus. Vnde peccatori seruo dicitur: *Omne debitum dimisi tibi.* Et in Dominica oratione quotidiè precamur: *Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus*

Ephes. 4.
Augustin.
Exod. 22.
Greg. 19. mor. c. 2.
Matth. 18.
Matth. 6.

Digitized by Go

tuis debitoribus nostris. A debitore autem nostro pignus accipimus, quando ab eo, qui in nos peccasse cognoscitur, peccati eius iam confessionem tenemus, per quam relaxare peccatum, quod in nos perpetratum est, postulamur. Qui enim peccatum, quod commisit, fatetur, & veniam petit, iam quasi pro debito pignus dedit. Quod nimirum pignus ante solis occasum reddere iubemur; quia priusquam in nobis per dolorem cordis sol iustitiæ occidat, debemus ei confessionē veniæ reddere, à quo confessionem accipimus culpæ: vt qui se deliquisse in nos meminit, à nobis mox relaxarum sentiat, quod deliquit.

25 Sanctus Cæsarius Arelatensis Episcopus hom. 11. de diligendis inimicis exemplo antiquorum Patrum, & multis testimonijs Sacræ scripturæ ad dilectionem inimicorum fideles his verbis inducit: In primis considerandæ est, & totis viribus imitanda benigna etiam erga inimicos antiquorum Sanctorum charitas. Nam Beatus Ioseph pro parricidij crimine impijs, & inimicis fratribus suis, non odij amaritudinem, sed charitatis dulcedinem repensauit. Osculabatur enim singulos, & per singulos flebat. Quibus non solum nihil mali repēdens, sed etiam omnia bona retribuens, tam viuo, quàm mortuo Patre, germano semper amore eos dilexit. Beatum quoquè Mosen, cùm frequenter populus rebellis non solum contemnere, sed etiam lapidare voluisset, diuinæ charitatis memor, ita pro illis Domino supplicabat, vt clamaret: *Si non dimiseris peccatum populi tui, dele me de libro, quem scripsisti*. In ipso enim veteri testamento legimus scriptum: *Iniuria eorum, qui iniuriam retinēt malefacti, in mortem*. Ne memor (inquit) *sis iniuriæ proximi tui*. Et iterum: *Si videris asinum inimici tui in luto iacentem, non præteribis, nisi prius alleues eum*. Quo loco diligenter vnusquisque consideret, quod si asinū inimici non licet in luto dimitti, quātō magis homo ad imaginē Dei factus, non debet odio haberi, vel negligi, Beatus quoquè Iob ita veram, & perfectam charitatem, etiam cum inimicis fideliter retinebat, vt gaudens, & libera conscientia ad Dominum diceret: *Si gauisus sum ad ruinam inimici mei, & exultaui, eò quòd inuenisset eum malum, vel si in corde meo dixi: benè*. Beatus vero Dauid, licet multis virtutibus fuerit exornatus, nulla tamen eum actio familiarius Deo coniunxit, quàm dilectio inimicorum suorum: cui cùm inimicus suus in facie malediceret, maluit tamen parcere, & Dei iudicio reseruare, quàm suæ iracundiæ satisfacere. Et in tantum non fuit simulata, nec falsa sua dilectio, vt ipsos etiam suos aduersarios fleret, & illos, qui eos occidere præsumpserant, vindicaret. Ideò securus dicebat in Psalmis illud, quod omnes homines satis attento, & tremēti animo dicere debēt: *Si reddidi* (inquit) *retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis: persequatur inimicus animā meā, & cōprehendat eā, & cōculcet eā, & gloriā meā in puluerē adducat*. Ecce quali maledicto se ipsum condemnat, qui de inimicis diligēdis Dei præcepta contemnens, odium in corde suo seruare non metuit.

S. Cæsarius to. 2. Bibl. V. P. col. 595.

Genes. 45.

Exod. 32.

Exod. 23.

Iob 31.

2. Reg. 18.

Psal. 7.

Digitized by Google

Vnde considerandum est, qua fronte, vel qua conscientia versiculum istum ex ore suo proferre poterit, qui inimicis suis mala pro malis retribuit. Per Salomonem quoquè Spiritus sanctus clamat, & dicit: *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ne forte videat Deus, & displiceat illi, & auertat iram suam ab eo: & vtique cum ab illo euerterit, ad illum dirigat, qui de inimici ruina gaudebat;* secundũ illud: *Qui ruina letatur alterius, non erit impunitus.* Item inibi: *Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam, & qui in hominem similem sibi non habet misericordiam, ipse cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem quærit à Deo?*

Prou. 24.

Prou. 17.

Hildebertus to. 3. B. Vet. P. col. 264.

19 Vnde Hildebertus Cænoman Episcopus epist. 50. inquit. Potestati cedit ad gloriam, iniuriã vlsciſci nolle, cum possit &c. Bis Deo sacrificat offensus, & clemens Præsul. A tyranno parum differt Sacerdos, illatæ memor iniuriæ. Præterea, immeritum persequitur, puniens qui remisit offensam &c. Si quid apud amicũ preces amici possunt, sentiat Guilielmus, verè ab animo vestro omnem omnino propulsatum rancorem: quoniam qui potuit offendere, potest & vult offensam deuotis redimere obsequijs.

20 Fraterna ergo charitas ab amicis, & inimicis debet iniurias æquanimiter tolerare, & eas prompto animo remittere, in cuius signũ præcipet Dominus Noe, vt mansiunculas in Arca faceret, & bitumine, inquit, linies intrinsecus, & extrinsecus. Vbi Adon Chronicorum ætate prima de anno 1948. Bitumine, inquit, glutinantur arcæ ligna intrinsecus, & extrinsecus, vtin compage vnitatis significetur tolerantia charitatis, ne scandalis Ecclesiã tentantibus, siue ab his qui intus sunt, siue ab illis qui foris sunt, cedat fraterna iunctura, & soluat vinculum pacis. Est enim bitumen feruentissimum, & violentissimum gluten, significans dilectionis ardorem, magna fortitudine ad tenendam societatem spiritalem omnia tolerantem.

Adon. to. 7. Bi. V. P. col. 319.

DE INVIDIA CAP. LIV.

S. Tho. 2. 2. q. 36. ar. 1. & 2.

Rom. 15.

INVIDIA (vt docet Sanctus Thomas) est tristitia de bono alterius, in quantum æstimatur diminuere gloriam propriam. Vnde proprium est inuidi, semper niti gloriam proximi qualitercumque minuere. Et cum Apostolus dicat: *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*: inuidus omnia inuertit; tristatur enim de bono, quo gaudet proximus, & gaudet de malo, quo ille tristatur. Et cum charitas, & inuidia habeant idem obiectum, in illud tamen motibus contrarijs tendunt. Nam (vt dicit Sanctus Thomas) vtriusque obiectum est bonum proximi, sed secundum contrarium motum. Nam charitas gaudet de bono proximi, inuidia autem de eo tristatur. Sicut tristatus fuit Cain de bono fratris sui Abel, quia respexerat Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexerat. Quam tristitiam in eo Dominus reprehendit cum dixit: *Quare iratus es & cur, concidit*

S. Tho. 2. 2. q. 36. ar. 3.

Gen. 3.

fauces

ſoties tua? Vbi Auguſtinus 15.de Ciuitate Dei c.7.Cogitet itaq; Cain, quod ſuper eius germani ſacrificium nó ſuper ſuum reſpexerat Deus, vtique fratrem bonum mutatus imitari,non elatus debuit æmulari:ſed quia contriſtatus eſt,& concidit vultus eius , hoc peccatũ maximè arguit Deus,triſtitiam de alterius bonitate,& hoc,fratris. *Augu.*

2 Caput inuidiæ,& primum eius initiũ fuit diabolus, quẽ poſtmodũ ſequuti ſunt,& ſequũtur eius membra,iuxta illud Sap.2.*Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum*: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. Inuidebat enim ille fœlicem hominis ſtatum, quem per ſuperbiam amiſit, & ideo cruciabatur;maximè cum videret hominem,qui ſecundum naturam ei erat inferior, eſſe ſuperiorem ſecundũ ſtatum gratiæ,in quo fuerat conditus:& ne hominẽ ſibi ſuperiorẽ haberet,voluit à ſtatu illo deijcere,& in ſuperbia ac æterna morte illum conſortem habere.Propter quod S. Iob inuidos appellat paruulos: nam minores ſolent inuidere maioribus,pauperes diuitibus,ſubditi his, qui in dignitate conſiſtunt: ait enim. *Paruulos occidit inuidia.* Hinc eſt (vt ait Gregorius)quod hoſtis callidus primo homini inuidendo ſurripuit: quia amiſſa beatitudine,minorem ſe immortalitate illius agnouit. Hinc eſt etiam quod Cain ad perpetrandum fratricidium corruit: quia deſpecto ſuo ſacrificio prælatum ſibi infremuit, cuius Deus hoſtiam accepit,& quem meliorem ſe eſſe exhorruit, ne vtcumque eſſet,amputauit. Hinc Eſau ad perſecutionem fratris exarſit,quia primogenitorum benedictione perdita, quam tamen pro eſu lenticulæ ipſe vendiderat,minorem ſe eo,quem naſcendo præibat, ingemuit. Hinc Ioſeph fratres ſui Iſmaelitis tranſeuntibus vendiderunt: quia cognito reuelationis myſterio,ne ſe fieret melior,eius profectibus obuiare conati ſunt. Hinc Saul Dauid ſubditum, lanceam intorquendo,perſequitur, quia quem magnis quotidie augeri virtutum ſucceſſibus ſenſit,vltra ſe excreſcere expauit. Paruulus itaquè eſt, qui inuidia occiditur: quia niſi ipſe inferior exiſteret, de bono alterius non doleret. Hæc Greg. *Greg.lib.5 mor.c.31. Gen.4. Gen.25. Gen.37. 2.Reg.18.*

3 Hinc Gregorius Niſſenus inuidos confert cum Miluis & pluribus epithetis inuidiæ malitiam, & venenum detegit. Inuidia, inquit, mortifer ſtimulus,mucro reconditus,naturæ morbus,bilis venenoſa, tabes ſpontè adhibita,telum amarũ,figens animã clauus,flãma cordis, inteſtinorum ignis. Hanc qui habet,non ſuis malis,ſed alienis bonis infœlix eſt,& contra non ſuo bono,ſed malis proximi fœlix eſt.Inuidus.n. fœlicitate aliorũ dolet,calamitatibus gaudet.Miluos cadaueribus paſci, & pretioſis vnguẽtis emori aiũt. Videtur.n.natura ſua ad putridũ,& putulẽtũ eſſe affinis:quando verò huic morbo ſubiectus eſt aliquis,amicorũ cõmodis quaſi vnguento tabeſcit. Et ſi quid calamitoſũ incidiſſe proximo intellexerit,illicò aduolat,roſtro inuadit adunco, quo, ſi qua latent,diſtrahit,atque diſſipat,& in medium proponit omnibus. *Greg.Niſ. lib.de vita Moyſi.*

4 Hinc etiam Chryſoſtomus inuidos appellat dæmones, quia de ruina,& malis proximi lætantur,& dolent de bonis illius, quos ſubinde cum porcis & ſcarabæis confert,& deteriores adulteris eſſe his ver-

Chryſ. ho. 4. ſup. Matth. cap. 4.

bis offendit: Tale certè malum inuidia eſt, qua nulla vnquam malignitas peior inuenitur. Nam adulterio inquinati voluptatis ſaltem iniquæ fructum, vt putant, aliquem capiunt, & breui tempore peccatum cõmittunt. Inuidi autem & multò ante ſe ipſos, quam quibus inuident perturbant, & cruciant, & ita in agendo ſemper inuidendoq; ſunt, vt nũ quã peccandi afferant finem: ſed quemadmodum ſues lutoſa immunditia, & dæmones noſtris damnis lætantur; ſic inuidi calamitate proximorũ exultãt. Cumq; aliquid triſte, ac doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulum acquieſcũt, atque reſpirãt: alienas enim iacturas ſuos quæſtus exiſtimãt, & aliorum fœlicitatem miſeriã ſuã arbitrãtur: nec magis conſiderãt, quid ipſi ſuaue conſequãtur, quàm quid proximo calamitoſum inferatur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? Nonne omni cruciatu torquendi ſunt? Non aliter profectò, quã rabie concitati, caneſque pernicioſi, dæmoneſq; atrocis furiæ. Nam quemadmodum ſcarabei alieno ſtercore, ſic inuidi aduerſa aliorũ fortuna nutriuntur, cum ſint communes humano generi hoſtes, atque inimici. Et alij quidem homines, ſi animantes rationes expertes crudeliter cædi, ac dilaniari viderint, aliquantulum commiſerantur: tu verò cum ſalutis beneficium conferri homini cernas, expalles & tremis, & in ferocitatem cædendi benefactoris conſpiras?] Et multa alia ibi proſequitur eleganter contra inuidiam.

6 Ideo non immeritò inuidia in Sacra Scriptura per ignem deſignatur: quia ſicut ignis omnia deſtruit, omnia conſumit, & in cinerem reducit: ſic inuidus omnia bona opera aliorum vituperat, quantum vis excelſa, & honore digna, quouſque in puluerem redigat. Vnde Iob 1. dicitur: *Ignis Dei cecidit de cælo, & tabulas oues, pueroſque conſumpſit.* Vbi Gregorius per cælum Sacerdotes, vel Phariſæos, vel legis doctores; per ignem peſſimum inuidiæ intelligit vitium; per oues, & boues Dei populum ſimplicem. Ait ergo: *Ignis Dei cecidit de cælo, & tabulas oues, pueroſque conſumpſit*, ideſt, a præpoſitorum cordibus flamma inuidiæ corruit, & quicquid boni in plebibus oriebatur, incendit.]

Iob 1. Greg. lib. 2. mor. 19.

7 Inuidus ergo ignem portat in manibus, non in caudis, ſicut vulpes Samſonis, quia non in occulto; ſed palam aliorũ ſpirituales domos incendere molitur. Ideo tanquam communis hoſtis ab omnibus eſſet exterminandus, & lapidandus. Nam (vt dicit Chryſoſtomus) ſi quem videremus ignem manibus, ac ligonem geſtantem, hanc ædem vna cum altari demoliri, euertere, incendere: nonne fieret, vt ab omnibus ijs, qui rem fortè ſpectarent, lapidibus obrueretur, tanquam impius, & exlex? quid igitur? ſi quis flammam geſtet, hoc, quo vtimur, igne edaciorem, inuidentiam dico, non lapidum ædificia demolientem, neque aureum altare euertentem, ſed quod longè & lapidibus & altari pretioſius eſt, præceptorum ædificium ſubuertentem, ac deualtantem, hic qua tandem venia dignus eſſe queat?] Cui conſonat dictum illud Ber. Illi qui regere gregẽ debuerũt per viã ſalutis, facti ſũt laqueus, & ruina in præcipitiũ dãnationis, ex ipſis flãma inuidiæ erupit, quia ſicut in Iob legitur: *Ignis Dei de cælo cecidit, & tabulas oues, pueroſq; cõſũpſit,*

Chryſ. ho. 7 ſup. epiſt. ad Roma. poſt. med. R. col. 2. hom. 4. Ber. homi. de duobus diſc. euntib. in Emaus fol. 5. R.

Sed

Sed adhuc inuidia non ceſſat perſequi iuſtũ:nã cũ ſerui illius fodiſſent in torrente,,& reperiſſent aquam viuam,& ibi iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac,dicẽtiũ: *Noſtra eſt aqua.* Quamobrem nomen putei ex eo,quod acciderat,*vocauit calumniam*. Foderunt autẽ & alium:& pro illo quoque rixati ſunt,appellauitq;eum,*Inimicitias.*) Denique cum profectus Iſaac inde fuiſſet,& viri Geraris cognouiſſent Deum eſſe cum illo,venerunt ad locũ vbi erat Iſaac,quibus vir Sãctus ſic loquutus eſt:*Quid veniſtis ad me hominem,quẽ odiſtis, & expuliſtis à vobis?Qui reſponderunt: Vidimus tecum eſſe Dominum,& idcircò nos dximus: Sit iuramentum inter nos,& iniamus fœdus, vt non facias nobis quicquam mali,ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet,ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini.* Videſq; ſupernã pœnã timuerũt?Sciuerunt.n.quod licet ipſe propter humanitatẽ ſuã non vlciſceretur,quæ fecerãt,ſedis qui tantã eius curã agebat, repetiturus eſſet rationem eorum,quæ in iuſtum facta ſunt: ea propter placãt iuſtum,& componi cum eo ſtudent,ſimul'& pro his, quæ facta erant rationem reddentes,& in futurum ſecuritatem ſibi conciliantes.) Hactenus Chryſoſtomus.

8 Sanctum Ioſeph conſimili inuidia perſequuti ſunt fratres eius. *Videntes enim quod à patre plus cunctis filijs amaretur, odierant eum nec poterant ei quicquã pacificè loqui*. Vbi(vt notauit Chryſoſtomus) cauſam odij ſignificatur ab inuidia exordium habuiſſe. Vt viderunt enim (inquit) fratres,quod pater eum præ omnibus filijs ſuis diligeret. Non amor patris inuidiam ei peperit, ſed patris beneuolentiam virtus pueri cõciliauit.Igitur oportebat illos imitari fratrem,& æmulari mores,vt ſic & ipſi patrem ſibi conciliarent.] Mittitur Ioſephus iuuenis à patre, vt viſitaret fratres ſuos, ait enim: *Vade,& vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora. Et renuntia mihi quid agatur.* Qui cum vidiſſent cũ procul ante quã accederet ad eos,cogitauerunt illum occidere. *Miſeruntque eũ in ciſternã veterem, quæ nõ habebat aquam.* &c. *Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus extrahentes eum de ciſterna,vẽdiderunt eum Iſmaelitis viginti argenteis, qui duxerunt eũ in Ægyptum.* Oportebat igitur(ait Chryſoſt.) illos occurrere fratri, & amplexari, & quomodo ſe pater haberet,inquirere:verum illi quaſi beſtiæ quædam,vbi agnum conſpicati fuerunt aſſiliunt. Et exuerunt(inquit) Ioſeph veſtem variam,& acceptũ eum proiecerunt in lacum.Lacus autem erat vacuus,aquam non habens.Quemadmodum conſulturat Ruben, fecerunt. Et iniecto illo,ſederunt ad comedendũ panem. O crudelitatem, ò inhumanitatem. Ille quidem tantum itineris confecerat, & tanto ſtudio de eis inquiſierat, vt videret, & annunciaret patri, quomodo ſe haberent res illorum: verum illi quaſi alieni, & barbari, & inhumani, quia conſulcerat eis Ruben ne effunderent ſanguinem, fame occidere volebant. Sed miſericors Deus ſtatim eum liberauit ab inſania fratrum.] Nihil ergo per inuidiam fratres Ioſeph illi nocere potuerũt,ſed potius cauſam

Geneſ. 37. Chryſoſtom. 61. ſup. Geneſ. cap. 2.

dede-

dederunt exaltationis eius, & ipsi in maximas angustias incidêrunt. (vt in fine eiusdem homiliæ concludit Chrysostomus) qui proximum affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet. Nam licet ad paruum tempus noceat, & in hoc tantum sæculo facit; sibi autẽ immortalia tormenta thesaurizat, & pœnas ineffabiles.]

Chrysost. hom. 30. in Ioa. col. vlt. K. num. 3.

10 Hinc Chrysostomus demonstrat inuidos deteriores esse feris, & dæmonibus, ac insanis similes. Nam quemadmodum insani aduersus se ipsos nonnunquam sententiam ferunt: ita & inuidi, solã inuidiosã miseriam disquirentes, eius salute & felicitate anguntur. Hi feris sæuiores: illæ enim fame impulsæ nos appetunt, hi beneficos nonnunquã inimicorum loco habent. Feris, inquam, sæuiores, dæmonibus pares, & fortasse iniquiores. Ipsi namquè aduersus nos nullo amicitiæ fœdere hostiliter persequuntur, suo generi minimè insidiantur. Quorum exemplo in Iudæos Christus inuectus est, cum in Beelzebub eum eijcere dæmonia dixissent: homines autem neque naturæ suæ participes reuerti, eos, infesto animo impetunt, atque se ipsos prius, quàm quibus inuident, supplicio afficiunt, animumque perturbationibus, & anxietatibus temerè cruciant.] Idem prosequitur hom. 44. ad populũ col. 1. & hom. 45. & super primam epist. ad Corint. hom. 31. col. 5. & 6.

Chrys. hom. 24 super 2 epistola ad Cor. in exposit. mor. hom. 4.

11 Graue malum inuidia (ait idem Chrysostomus) & propriã salutem contẽnere facit. Ita & Cain se ipsum perdidit, & ante illum quoquè, qui patrem ipsius infecerat, diabolus. Sic Saul malum dæmonem contra suam animam accersiuit, & vocato medico iterum inuidit. Talem enim faciebat inuidia, quod seruatus etiam perire maluit, quàm seruatorem gloriosum videre. Quid hac affectione molestius fieret? Non errabit qui illam germen diaboli dixerit: & in illo quidem vanæ gloriæ studij fructus, immo & radix. Vtraque enim hæc mala ipsa simul efficere solita est: sic sane & tunc inuidebat Saul, quia dicebant: *Percussit Dauid decem millia*. Quo quid fieret absurdius? Cur enim, dic mihi, inuides, quod laudatur quispiam, vbi certe gaudere oportebat? Aliter enim nescires, veram esse laudem. An propter hoc luges, quod nõ existens admirabilis, laudatus sit? quin misereri oportebat. Nam si non bonus fuerit, nulla inuidia laudato. Sed laudant illum, ais, clari? Dic autem oro qui talis es, quid cruciaris? cur in te ipsum figis gladium? Quod admirabilis est hominibus? Sed hominibus, qui hodie sunt, & cras non sunt.] Similia docet Saluianus Massilienſis lib. 3. de Gubernatione Dei tom. 5. Bib. Vet. Pat. col. 146. Digna (inquiens) mali istius retributio est, quæ solum persequitur auctorem; illi enim nihil nocet penitus, cui detrahit, tãtummodo illum punit, cuius ore procedit.]

Saluianus.

Chrys. hom. 54. super Ioan. col. vlt. E. to. 3. Ezec. 25.

12 Quamuis Deus homines puniat, non vult tamen, vt eorum supplicio delectemur: ideo Ezechiel (sicut norauit Chrysostomus) propterea Moabitas punitos dicit, quod lætati sunt super Israelitas: & alios quosdam salutem consecutos, quod alienis malis condoluerũt. Quod si miserentibus aliorum malis sit aliquod meritum, multo ma-

gis

gis aliorũ honoribus congratulantibus. Reprehendit Moabitas, quod super Israelitis lætati sunt, quos Deus vltus est: & quamuis ipse puniat, non tamen vult, vt eorum supplicio lætemur, neque enim vult eos vlciscit: quod si condolendum est vltorum supplicio, multò magis honoratis nõ inuidendum. Sic enim Chore, & Dathan perierunt, quibus inuident clariores reddunt, se ipsos torquent. Fera enim venenosa inuidia est, fera immunda, & morbus voluntatis omni venia, & excusatione indigna, omnium malorum & mater, & auctor. Num. 16.

13 *Omnes sumus vnum corpus in Christo* (sicut dicit Apostolus) *membra dè membro.* Et siquid patitur vnum mẽbrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Sicut ergo pedes, & manus non inuident oculis sanis, sed potius congaudent, & cum fuerint ægri condolent, & è contra: sic & nos congaudere debemus de bono proximi, ac de malis eius contristari. Sic enim felicitatis illius participes erimus; sicut oculi participant de sanitate aliorum membrorum. Immò & sæpius maiorem gloriã obtinebimus congaudendo dè bono proximi, quàm ille possidendo, quod eleganter his aureis verbis ostendit Chrysostomus: Si benè audierit frater, siue dicendo, siue prædicando, siue quæ recta sunt faciẽdo, esto consors celebritatis eius, ostende illum membrum esse tuum, &c. Non es assequutus gloriam dicendo? Assequutus tamen es congaudendo maiorem, quàm ipse. Si enim magnum bonum est dilectio, & caput omnium, tu eam, quæ ex illa est, coronã accepisti: ille verò eam quæ est ex rhetorica, tu eam quę est vehementi ex amore, ille autem verborum præstitit, & ostendit virtutem: tu ipsis operibus inuidiam superasti, liuorem proculcasti: Itaque meritò magis coronaberis, quàm ille, certamenque tuum illustrius est. Non solum proculcasti liuorem, sed & aliud quid fecisti. Ille vnam dumtaxat habet coronam, tu verò duas, easque hac vna splendidiores. Quas illas? vnam propter superatam inuidiam: alteram vero, qua propter dilectionem coronaris. Congaudere namque indicium est, non solum ab inuidia liberum, & purum esse, sed & radicatam habere dilectionem. Illum plerumquè & humana quædam affectio perturbat, vt pote vanæ gloriæ studium: tu vero omnis es affectionis huiusmodi purus. Non enim si vanæ gloriæ sectator esses, super alterius bonis gauderes. Gubernauit, ac direxit Ecclesiam? dic quæso, Auxit collegium? Rusus collauda: Habes duplicem coronam. Inuidiam vicisti: dilectione coronatus es. Quin rogo, ac supplico, velis & tertiã audire coronã. Illi infernè aplaudunt homines, tibi supernè Angeli. Nõ enim eiusdem est virtutis facundũ esse, & animi affectiones vincere. Laus ista temporalis est, illa vero æterna, ista ex hominibus, illa ex Deo. Ille apparet coronatus, tu verò in abscondito coronaris, vbi videt pater tuus. 1. Cor. 12. *Chryſ. hom. 11. ſuper epiſt. ad Coloſſ. col. penult. I. K.*

14 Oculi inuidi semper inspiciunt sublimia opera aliorum, vt ea inficiant, imitantes patrẽ inuidiæ diabolũ, de quo sub figura Leuiathã ait Iob: *Omne sublime videt oculus eius*, vident, inquam, non vt Deum laudent, sed vt inuideant, & inficiant. Propter quod inuidi non imme- Iob. 41.

Digitized by Google

Psal. 90. Bor. ser 13 sup Psalm. Qui habitat in ad.

meritò basilisco comparantur, super quem ambulant iusti, iuxta illud Psal.90.*Super aspidem, & basiliscum ambulabis*. Vbi Bernardus per basiliscum intelligit inuidos: & rationem his verbis assignat: Basiliscus, vt aiunt, venenum in oculo gerit, pessimum animal, & præ omnibus execrabile. Nosse cupis oculum venenatum, oculum nequam, oculum fascinãtem? inuidiam cogitato. Quid verò inuidere, nisi malum videre est? Si non esset ille basiliscus, nunquam per eius inuidiam mors intrasset in orbem terrarum. Væ homini misero, quod inuidum non præuidit. Superemus & vitium hoc, dum adhuc viuimus, si post mortem volumus ministrum tantæ nequitiæ non timere. Nemo alterius boni inuido aspiciat oculo. Nempe hoc ipsum iam, quod in se est, tabe sua illud inficere, & quodam modo interficere est. Qui hominem odit, homicidam illum Veritas ipsa testatur. Quid & ille, qui bonum odit in homine, nunquid non homicida poterit appellari? Adhuc viuit homo, & ille iam reus est mortis eius. Adhuc ardet ignis, quem Dominus Iesus misit in terram, & inuidus, tanquàm qui spiritum extinxerit, iam damnatur.]

Prou.14. 15 [Hinc Sapiens inquit: *Putredo ossium inuidia*. Vbi non ait: Putredo carnis, vel putredo sanguinis, sed putredo ossium inuidia. Quia (sicut dicit Gregorius) per liuoris vitium ante Dei oculos pereũt etiã quæ humanis oculis fortia vidẽtur. Ossa quippe per inuidiam putrescere est, quædam etiam robusta deperire.]

Greg. lib. 3 Pastoralis Cur. admonit. 11. in fin. et li. 5. mor. c. 31. Greg.

16 Optimum autem remedium ad superandam inuidiam est illud, quod adhibet Sãctus Gregorius 5. mor. c. 31 in fine, videlicet, terrena contemnere, & amare cælestia, & rationem assignat: Nam inuidia oritur ex eo quod vnus bonum aliquod assequitur, quod alter desiderat, & cum illo simul possidere non potest, & huiusmodi sunt omnia bona temporalia. Spiritualia verò simul ab omnibus possideri possunt, nec minuuntur in vno ex aliorum consortio. Nam cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, quæ accipientium numero partitur, tantò magis proximũ diligit, quantò minus ex profectu illius sua damna pertimescit.] In præsenti autem vita non omnia bona possunt ab omnibus possideri, diuisiones enim gratiarũ sunt, sed in futura omnia simul ab omnibus possidebuntur. *Quia* (sicut dicit Apostolus) *erit Deus omnia in omnibus*. Cui consonat illud Psalmistæ: *Sicut lætãtium omnium habitatio est in te*. De quo vide supra verbo Beatitudo numero sexto, & septimo.

1 Cor. 15. Psal. 88.

Aug. sup. epist. ad Gal. c. 5. in fin. Item quarto.

17 Similiter etiam pax omnem tollit æmulationem, vel inuidiam. Et rationem his verbis assignat Augustinus: Nam æmulatio est dolor animi, cum alius peruenit ad rem, quam duo plures ue appetebant, & nisi ab vno haberi non potest. Istam sanat pax, qua id appetimus, quod omnes qui appetunt, si assequantur, vnum in eo sunt.] Pax autem ista & concordia, quæ in via est imperfecta, in patria erit consummata, & ideò nullus erit ibi locus inuidiæ, quamuis etiam sint futuri pro diuersis meritis præmiorum gradus diuersi; sed vnusquisque sua gloria erit contentus, nec inferior felicitatem appetit superioris. Vnde Aug.

Bern

Beata Ciuitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori vilus inferior inuidebit, sicut nunc non inuident Archangelis Angeli ceteri, tanquam nolit esse vnusquisque quod non accepit; quamuis sit pacatissimo concordiæ vinculo ei, qui accepit, obstrictus: quomodo nec in corpore vult oculus esse, qui est digitus, cum membrum vtrũque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, vt hoc quoque donum habeat: nec velit amplius.] *Aug. lib. de C.D. Dei cap. 30. vers. 1. L.*

DE IRA CAP. LV.

MATERIALE in ira, vt sæpe docet Sanctus Thomas, est accensio sanguinis circa cor, vel aliquid huiusmodi; formale vero est ex parte appetitus vindictæ. Vnde Damascenus lib. 2. fid. Ortodox. c. 16. Ira (inquit) est ebullitio sanguinis in corde, hinc existens quod bilis ad superiores partes exhalet, aut certè perturbetur. Vnde & cholè, & cholos .i. bilis, & indignatio dicitur. Est etiam interdum ira vlciscendi ibidem.] *S. Thom. 1. 2. q. 49. ar. 2. & 3. & in 4. sent. dist. 49. q. 3. ar. 2. c.*

2 Quàm magnum bonum sit mansuetudo, & malum iracundia, & quanta sit inter vtramque distantia, his verbis ostendit Chrysostom. Nam mansuetus quidem sibi ipsi dulcis, & alijs est vtilis: iracundus verò & sibi insuauis, & alijs damnosus. Nihil insuauius homine iracũdo, nihil onerosius, nihil molestius, nihil fœdius; quemadmodum scilicet nihil suauius est eo, qui nescit irasci. Melius est cohabitare bestiæ, quã homini tali: nam illa quidem si semel cicuretur, seruat suam legem; illum autem quoties placaueris, iterum exasperatur. Sibi enim habitũ quendam talem indidit semel. Quemadmodum enim dies candidus ac lucidus, & hiems plena conturbatione inter se multum distant: ita etiam iracundi, & mansueti animæ.] *Chrys. hom. 6. in Acta Apost. col. vlt. E. F.*

3 Et homil. 17. in Acta. Quid enim in iracundo non turpe? oculi insuaues, os distortum, membra tremula, lingua infrænis, nulliquè parcens, mens stupida, figura indecens, multa insuauitas. Vide (oro) dæmoniacorum oculos, & ebriorum, & insanientium, quid differunt inter se? nonne nihil est, quam insania? Vnde Sanctus Ioannes Climacus serpentis nomine iram designauit, & rationem huius reddens Ioannes Abbas Raichù in scholijs Ioãnis Climaci, sic ait: Serpẽtẽ appellat irã, & furorem, propter cor durum, lethale, & malignum. Durum, quia furiosus, nunc istum, nunc illum plagat &c. Est enim ira passio vesana, scientiam habentes infatuans faciliter, feralem constituens animam, & omnem affabilitatem declinare faciens; & ex hoc dira, lethalis, & maligna. Aqua mouetur vento vehementi, & furiosus conturbatur à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Caliginis euaporationes obscurant aerem, & furia motus mentem iracundi.] *Hom. 17. in Acta col. 4 tom. 3. To. 2. Bi. V. P. col. 969.*

4 Cum

Digitized by Google

4 Cum duo iracundi inter se rixantur,& vnus illorum verbis contumelioſis reſpondet alteri,ad ſedandam iram vtriuſque, optimum remedium eſt,quod vnus taceat,iuxta illud Sapientis conſilium: *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne ſimilis ei efficiaris*. Quod optimo exemplo his verbis Chryſoſtom. explicat:Ianua os eſt.Claude.Ita ſcilicet occlude,vt & lucem exhibeat,& externum impulſum repellat. Vtpotè conuiciatus eſt quiſquam? vituperauit? Tu claude os tuum. Si enim illud aperueris,concitabis magis ventum hunc. Non vides in ædibus,quando è regione,ac directè duæ ianuæ oppoſitæ ſunt, & flatus vehemens irruerit,ſi alteram clauſeris,& reſpiratio prohibita fuerit,quomodo nihil valeat efficere flatus,ſed plurimum de robore illius præcidatur? Ita & hic. Duæ ſunt ianuæ: Os tuum, & os illius qui te vituperat & probro afficit.Si tuum occluſeris,& ſpirationem negederis,omnem flatum iſtum extingues. Si verò aperueris,effrænis dabitur.] *Prou.26. Chryſ.hom. 21.ſuper 1. epiſt. ad Theſſa.col. 1. C.*

5 Sicut nautæ cum vehementer ventus ſpirauerit, vela demittũt, ne ſubmergatur nauigium: ita (vt Chryſoſtomus docet) cum verba iniurioſa in te iactare videris, vela contrahe,tace, ne animæ naufragiũ patiaris. Ignis eſt ira (inquit ille) flamma eſt velox,indigens materiæ. Igni fomitem ne præbeas,& ſtatim malum extinxeris. Non habet ex ſe fortitudinem ira,niſi ſit alter,qui nutriat eam.] Cui conſonat illud Prou.26. *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: ſic homo iracundus ad ſuſcitat rixas*. Et Eccleſiaſt.28. *Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos,& in medio pacem habentiũ immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſilue,ſic ignis exardeſcit: & ſecundum virtutem hominis,ſic iracundia illius erit.* Dices: ille prius in me turpia verba iactauit, prius me offendit, ego rixam non incepi,cur ego prius tacebo? taceat ille,& oſtium ſuum concludat. Hanc excuſationem eſſe vanam oſtendit ibi Chryſoſtomus ſubiungens: Nulla tibi eſt excuſatio. Ille furore tenetur,& neſcit quid agat:tu conſpiciens eum, cum in eãdem incideris,nec ex illo fueris correctus, quam veniam ſperabis? Si quem in conuiuio conſtitutus ab initio videris ebrium, & turpiter agentem,nonne multò poſt illum inebriatus venia fueris indignus? Itidem & hic quam excuſationem eſſe putamus,dicendo ſicilicet,ego non cœpi?) Et Sanctus Baſylius Magnus hom. 10. quæ eſt de Ira,id ipſum breui ſermone complectitur.Si malum(inquit)eſt ira,cur malum id non euitas?Si venia dignum,cur irato ſuccenſes? Ex quo ſi ſecundus veniſti ad iram,nihil te hoc iuuabit. Non enim in certaminibus palęſtram prius prouocans,ſed qui ſuperat, coronatur. Quamobrem non ſolum is, qui facinus aliquod graue prius tentauerit,ſed qui mali ducis ad ſcelus fuerit exemplum imitatus, omninò mulctatur.] Et multa ibi proſequitur eleganter contra iram. Sic ergo qui videns fratrem ſuum inebriari vino iræ,maiores pœnas incurret, & eodem vino ebrius fiet.Adde,ſi bonum conſilium tibi videtur, quod alter qui rixam incępit,taceat prius,& claudat oſtiũ,vt ceſſet tẽpeſtas; æquum eſt,vt tu conſilium illud accipias. Vnde Proverb. 12. dicitur *Chryſ.hom. 31.ad popul.col.3:F*

S. Baſilius.

Digitized by Google

Vanus flatim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.)

6 Nec immeritò iracundos ebrijs similes esse docet Chrysostomus & mente captis: Videbis (inquiens) iratos non secus, ac insanos turpiter in medium præcipites fieri. Cum enim circa præcordia ira efferbuerit, os ignem emittit, tota inflatur facies, incompositæ manus mouentur, ridiculè proni sunt pedes, monitoribus & rixam dirimere conantibus insultant, in eosque nulla ab insanientibus differẽtia irruũt, & cum hæc faciũt, tanquã amentes, nihil sentiunt, nihil intelligunt, sed asinorum more calcibus, morsibusque inuicem insultant. Cui consonat illud Isaiæ 29. *Væ qui ebrij estis sine vino.* Quod de ebrijs præ ira interpretatur Antiochus hom 13. de ira. Vnde Nilus Abbas oratione 4. de ira, quæ habetur to. 5. Bib. V. P. col. 4 Si Ira (inquit) furori, atque insaniæ affinis est, perturbatio efferatos animos reddit, & ab hominũ consuetudine abalienat. Vehemens ventus non mouebit turrim: nec animum ab iracundia alienum concutiet indignatio. Aqua ventorum impetu commouetur, & iracundus imprudentibus cogitationibus perturbatur. Monachus iracundus aper sylvestris: videt aliquem, & dentes exacuit. Aerem caligo crassiorem efficit, & iracundi animũ obtundit indignatio. Solis radios nubes intercipit, & hominis rationẽ memoria impedit iniuriarum. Leo frequenter in cauea cardines mouet: & iracundus in cella versat iræ cogitationes.) *Chrys. hom 3 in Ioan. col. 6. to. 3.* *Isa. 29.*

7 Sanctus Gregorius Nissenus statum eorum, qui abijra victi sunt, comparat cum illis, qui à dæmone vexantur. Sanguine (inquit) suffusi ac distorti eorum qui à dæmonio vexantur, oculi sunt, lingua præceps, aspera loquela, acuta, ac latratui similis vox, communia hæc tum iræ, tum dæmoni. Quassatio capitis, manuum stolidi motus, concussio, & quasi æstuatio corporis totius, pedes instabiles: vna vtriusque morbi per eiusmodi accidentia descriptio est. Tantum dumtaxat alterum ab altero variat, quod vnum quidem voluntarium malum est, alterum absque voluntate ipsorum accidit, in quibus exstitit.) *Greg. Nis. de Beatit. Orat. 7.*

8 Nec tamen iubemur ne iræ motus inordinatos habeamus, sed ne illis consensum præbeamus aut eos foueamus. Scriptum est enim: *Irascimini, & nolite peccare.* Quod (sicut dicit Sanctus Augustinus) duobus modis intelligi potest. Aut, etiamsi irascimini, nolite peccare, idest, etiamsi surgit motus animi, qui iam propter poenam peccati non est in potestate, saltem ei non consentiat ratio & mens, qua intus regenerata est secundum Deum, & mente seruiamus legi Dei, si adhuc carne seruiamus legi peccati. Aut agite pœnitentiam, idest, irascimini vobis ipsis de præteritis peccatis, & vlterius peccare desinite.) Easdem explicationes prosequitur Sanctus Ambrosius libro primo officiorum cap 21 cuius verba sunt: *Irascimini & nolite peccare*, hoc est, Irascimini vbi culpa est, cui irasci debeatis. Nõ potest enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur: alioquin nõ virtus, sed lentitudo, & remissio iudicatur. Irascimini ergo ita, *Psal. 4.* *Aug. super eund. Psal. tom. 8.* *Rom. 1.* *Ambros.*

vt à culpa abſtineatis. Vel ſic : Si iraſcimini, nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam. Vel certè ſic : Si iraſcimini, vobis iraſcimini, quia commoti eſtis, & non peccabitis. Qui enim ſibi iraſcitur, quia citò commotus eſt, deſinit iraſci alteri. Qui autem vult iram ſuam iuſtam probare, plus & inflammatur, & cito in culpam cadit. *Melior eſt autem*, ſecundum Salomonem, *qui iracundiam continet, quem qui vrbem capit*; quia ira etiam fortes decipit.]

9 Vnde ne diuturnitate temporis ira creſcat, & parua ſcintilla totam ſiluam comburat, Apoſtolus præcipit, ne in pectore noſtro diu immoretur: ſed eam tanquam ignem à nobis excutiamus. Ait enim : *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Vbi ait Chryſoſtomus: Non amplius vna nobis die ad iram indulſit Apoſtolus. Et merito quidem. Nihil enim tam breui fieri poteſt moleſtius. Quòd ſi nox ira percitos nos comprehenderet, omnes operationes noſtra grauiores ſubſequerentur, cum ignis plurimum memoria excitetur, ſi peregrinum omnia animum prouocantia, atrocius nobis repetentur. Præſquam igitur tam exitiali vacemus ocio, & vehementiorem flammam accendamus, præueniendum præcipit & quicquid pectus noſtrum vrit, penitus extinguendum.] Eandem explicationem Iſidorus Peluſiota, qui anno 440. claruit, his verbis proſequitur. Paulus huiuſmodi lapſui (iræ videlicet) excogitata non modò optima, ſed etiam celerrima medicina, his verbis vſus eſt : *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*: hoc eſt, ante quam ſol in occaſum vergat, naturam agnoſcite, furorem extinguite, arrogantiam comprimite, cognitionem, & propinquitatem, quæ etiam feris dominatur, complectimini: ne nox interiecta morbum immedicabilem efficiat. Nam vbi diabolus idoneum tempus nactus, ea quæ contigerunt, magis inflammat, ad vltionem irritat, ad inimicitiam extimulat, ad accuſationes excitat, iniuriæ memoriam parit, innumeraque hinc mala procreat. Nam quòd Diuus Paulus, vt hæc excideret, diſſidentes quàm ocyſſimè inter ſe reconciliari iuſſerit, ex eo patet, quod mox ſubiunxit : *Nolite locum dare diabolo*, qui exiguos affectus magnos occultè reddit, eaque, quæ facilè curari poſſunt, vix aut etiam nullo modo curabilia efficit.) Cui conſonat illud Prouerb. 28. *Momentum furoris eius ruina eſt illi*. Et Eccleſiaſt. 8. *Cum iracundo non facias rixam. & cum audace non eas in deſertum; quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & vbi non eſt adiutorium, elidet te*.

10 Impedit autem ira quam maximè efficaciam orationis, dicit enim Tertullianus : Quomodo placabit Patrem iratus in fratrem, cum omnis ira ab initio interdicta ſit nobis? Nam & Ioſeph dimittens fratres ſuos ad perducēdum patrem : *Et ne* (inquit) *iraſcimini in via*, nos ſcilicet monuit. Alias enim via cognominatur diſciplina noſtra. Tum ne in via orationis conſtituti ad Patrem cum ira incedamus.] Cui conſonat illud Eccleſiaſtici 28. *Qui vendicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem*

Ephes. 4.
Chryſ. hom. 3. *ſuper Ioan. col.* 4
G. Iom. 3. *Et latius ho.* 14. *ſup. ep. ad Eph. col.* 2. *Tomo* 4.
Iſidor. Peluſiota lib. 2. *p.* 189.
Ephes. 4.
Tertul. lib. de Orat. c. 10.
Gen. 45.
Pſal. 118.

ſimilem ſibi nõn habet miſericordiam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?

11 Qui patienter ſuſtinet alterius iniurias, vt docet Chryſoſtomus erit ſicut adamas. Qui dum feritur, percutit. Cui conſonat illud Ezechielis 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam.* Et illud Prouerbiorum 16. *Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.* *Chryſ. ho. 3 ad Roman. col. 3. to. 4 Ezech. 3.*

12 Paſſus eſt Abel iniuriam à fratre ſuo Cain, patienter ſuſtinuit mortem, & tamen occiſus viuit. Cain vero viuens contremeſcit. Vnde Chryſoſtomus: Conſidera porro; trucidauit Cain, trucidatus eſt Abel: vter igitur mortuus erat? Iſnè, qui poſt mortem clamabat (*vox enim* (inquit) *ſanguinis Abel fratris tui clamat ad me*) an qui dum viueret timidus, trepiduſquè erat. Hic enim, hic quouis mortuo miſerabilior erat. Vidiſti, vt melius, præſtantiuſquè ſit iniuria affici, etiam ſi ad cædem vſquè quis proceſſerit? diſce vt iniuria afficere deterius ſit, etiam ſi ad ſanguinem vſque quis peruenerit. Percuſſit ille, ac deiecit fratrem: verum hic coronabatur, ille contra puniebatur. Sublatus trucidatuſque eſt præter Ius Abel; ſed tamen hic quidẽ moriens accuſabat, damnabat, ac mancipabat. Ille autem vel viuens obmuteſcebat, & pudore ſuffundebatur, & reus peragebatur.] Cui conſonat illud Pſal. 36. *Gladius eorum intret in corda ipſorum.* Nam qui iraſcitur alteri, prius ſibi damnum infert (vt Auguſt. explicat) conc. 2. ſup. eundem Pſal. col. 2. E. Deſipiunt, contra ſe ſæuiunt, inſaniunt, nõ ſe vident; tanquam ſi vellet aliquis per corpus ſuum ferrum traijcere, vt concideret tunicam alterius.] *Chryſ. ho. 8 ſuper epiſt. ad Roman. col. vlt. B. Gen. 4. Pſalm. 36.*

13 Vincit ergo qui patienter iniuriam ſuſtinet, non qui illam infert. Qui enim dolet de iniurijs ſibi illatis reum ſe facit criminationis obiectæ; qui vero ridet, triumphat de ſuo inimico. Nam (vt dicit Chryſoſtomus) nihil tam eos, à quibus lædimur, vrere ſolet: quam iniuriæ illatio riſu excepta. Quemadmodum igitur per eam, quam dico conſtantiam tot tantaque ubi adeunt bona: ſic puſillanimitate, contraria omnia contingent. Nam & ipſi nos infamamus, & obnoxij, affineſque criminationi, apud eos, qui audiunt, videmur, & animum tumultuatione implemus, & aduerſarium delectamus, & Deum ipſum irritamus, & peccatis prioribus veluti corollarium addimus.] Cui cõſonat illud: *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Vbi Origenes: vincitur à malo, qui malis prouocatus reddit malum. In bono autẽ vincit malũ, qui acceptis malis reſtituit bona.) Et S. Auguſt. ſup. Pſal. 92. col 4. F. Non eſt, inquit, iſta fortitudo, ſi conuiciatus percutias: quoniã ab ira victus es. Et valde ſtultum eſt, hominẽ victum fortem dicere, cũ dicat Scriptura Prou. 16: *Melior eſt, qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem.* Meliorem dixit iræ victorem, quàm ciuitatis captiuatorem. Sic adimplebimus præceptum illud Apoſtoli: *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed è contrario benedicentes;* *Chryſ. hom. 12. ſuper epiſt. ad Rom. col. vlt. C. Roman. 12. Origen. Prou. 16. 1. Petr. 3.*

Digitized by Google

quia in hoc vocati estis, vt benedictione hæreditatem possideatis.

14 Sicut immanissimus leo quandiu commodis ac tutis continetur carceribus, etiamsi ferociat & rugiat, nemini tamen quicquam inferre damni potest, quando verò inualescente furore obiectos repagulos confringere potest, & exilire, mox vrbem magno tumultu perturbationeque adimplet, ac quosuis insequendo abigat: ita etiam ira (vt Chrysostomus docet) si tanquam immanis fera intra rationis metas teneatur conclusa, nihil nocet, si autem eius terminos exeat, omnia perturbat. Quod etiam mox Sanctus Doctor alia similitudine magis explicat. Nam bilis quousque terminis suis continetur, nullo magno malo nos afficit: postea quam verò rupta pellicula fuerit, quæ illam circumplectitur, nihil vltra est quod prohibeat, quin in vniuersam sese naturam effundat. Tunc verò tunc inquam, etiamsi admodum modica sit quantitate, propter excellentem tamen qualitatis vim & potentiam, omnia reliqua elementa agnata sua malitia imbuit. Dum enim sanguinem nacta & loco & qualitate vicinum, caloremque in illo acutiorem operata, & quicquid cominus est, quod quidem iuxta humiditatis commensurationem terminos suos excedit, illo assumpto, & in atram bilem simul immutato, omnibus dein ceps mébris bellum indicit, atque ita omnibus corporis humoribus in suam malitiam insertis: mutum constituit hominem. & spiritu deficientem, anima ipsius impulsa & agitata, facit. Ita etiam amaritudo & ira, si sese extra limites rationis effundat, in baratrum gehennæ captum hominem abigit, nisi quam citissimè pellatur. Propter quod Apostolus ait: *Omnis amaritudo* non purgetur dumtaxat, sed *tollatur à vobis* &c. Quomodo enim absurdum non est, quod bilem eam quæ nobis est (quamquam vtile est elementum corporis: nam sine bile nequit esse homo, elementalem autem illam dico) quomodo, inquam, absurdum non est, quòd corporalem quidem illam bilem, licet plurimũ ab illa iuuemur, pro viribus euacuantes; eam quæ prorsus inutilis est, immò & plurimum nociua, nullo studio conamur euacuare? Vnde Bernardus iram, & iracundiam esse docet Draconem illum à viris sãctis conculcandum, de quo Psal. 19. *Et conculcabis leonem, & draconẽ.* Væ vobis (inquit ille) à dracone. Immanis est bestia, flatu igneo quicquid attigerit, necat: non modo bestias terræ, sed & volucres cœli. Haud alium ego draconem hũc, quàm spiritum iracundiæ reor. Quãtos etiam sublimes (vt videbatur) vitæ flatu huius draconis misere satis adustos, turpiter in huius os ingemimus cecidisse?]

Chr. hom. 15 super epist. ad Ephes. col. 1. G.

Ephes. 4.

Ber. ser. 13 sup. Psalm. Qui habitat post. med.

15 Sicut per mansuetudinẽ paratur locus Deo, iuxta illud Ps. 146. *Suscipiẽs mãsuetos Dñs.* Et Prou. 3. *Et mansuetis dabit gratiã:* ita etiã per furorẽ, & irã locus paratur diabolo Vnde cũ Apost. dixisset: *Sol nõ occidat super iracũdiã vestrã:* Statim subdit: *nec detis locũ diabolo.* Ex quo sic infert Chrysostom. Itaque per iram inuicem impugnare, est locum dare diabolo. Oportet enim omnes pariter esse mutua compactione obturatos, & simul illi resistere. Iubemus itaque vt solutis inimicitijs, quas quisque erga proximum habet, in vnum inuicẽ conuertamini.

Ephes 4. Chrys. hom. 14. super epist. ad Ephes col. 2. F.

Nam

Digitized by Google

Nam ita vix poterit vnquam locum habere diabolus, quemadmodum si inimicitias inter vos alueritis. Hinc innumera mala generantur. Et quemadmodum quãdiu lapides benè compacti sunt, nihilque vacuũ inter se habent, firmi & infracti persistant: si verò vel foramen acus dum taxat, quod vtrimque penetret, aut scissura, quæ capilli locum habeat, fieri contigerit; omnia dissoluuntur, ac pereunt: ita & diabolus, donec compacti quidem, ac benè compositi fuerimus, nihil suorum omnino poterit inferre.]

16 Multa verò & diuersa remedia ad vincendam iram assignant Doctores sancti. Primum remedium & satis morale adhibet Sanctus Chrysostomus, videlicet submissè loqui. Quemadmodum enim (inquit ille) fieri non potest, vt qui non vociferatur, irascatur: ita fieri nequit, vt vociferans non irascatur &c. Itaque non parum conferet, si animum erudieris, vt nunquam clames, ac vociferaris. Iræ pennas amputas, dum clamorem tollis, ipsumque cordis tumorem contrahis. Quemadmodum enim fieri non potest, vt pugnet, qui manus contra neminem extollit: ita fieri nequit, vt per iram implicetur, qui non clamat. Liga manus verberantis, & iube, vt percutiat, verum non poterit: ita & ira habet, vociferatio verò etiam nondum existentem iram elicit.] Cui consonat illud Prouerbiorum 15. *Responsio mollis frangit iram. Sermo durus suscitat furorẽm.* Et c. 18. *Vir iracundus prouocat rixas: Qui patiens est, mitigat suscitatas.* *Chryſ. hom. 25. ſup. ep. ad Epheſ. circa medium A.*

17 Vnde Sacrum Concilium Tridentinum in sententijs suis proferendis talẽ præscribit modũ Patribus in Synodo congregatis: In sententijs verò dicendis, iuxta Toletani Conc. statutum in loco benedictionis considẽtibus Domini sacerdotibus, nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiã falsis, vanisue, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quicquid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.] *Conc. Trid. ſeſſ. 2. in fi. Cõc. Tolet. 11. c. 1. & Cõcil. Conſtã. ſeſſ. 1. in princ. c. in loco 5 q. 4.*

18 Aliud remedium seu medicinam satis aptam contra istũ morbum adhibet Sanctus Bernardus, videlicet, irasci contra propria peccata. Sic enim vna ira perimitur per aliam. Quam melius (ait ille) sibi ipsi irasci potuerant, ne peccarent? Nimirum affectio naturalis ira hominum est, sed abutentibus bono naturæ grauis perditio est, & miseranda pernicies. Occupemus illam fratres in quibus expedit, ne forte ad inutilia, illicitaq; prorumpat. Sic nimirum solet amorem amor expungere, solet timor timore depelli. *Nolite timere eos, qui corpus occidunt*, ait Dominus, *animæ autem non habent quid faciant*. Et confestim: *ostendam autem*, ait, *vobis quem timeatis. Timete autem eum, qui potestatem habet corpus & animam mittere in gehennam. Ita dico vobis, hũc timete.* Ac si manifestius dicat: Hunc timete, ne illos timeatis. Repleat vos spiritus timoris Domini, & timor alienus locum non habebit in vobis. Et ego vobis dico: Non irasci eis, qui transitoria vobis auferũt, qui conuicia inferunt, qui ingerunt fortè supplicia, & post hoc faciunt nihil. Ostendam autem vobis, cui debeatis irasci. Irascimini ei, quæ *Ber. ſer. 13 ſup. Pſalm. Qui habitat poſt med.* *Luc. 12.*

sola vobis nocere potest, sola facere vt omnia illa non prosint. Vultis scire quænam illa sit? Iniquitas propria. Ita dico vobis, huic irascimini. Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Qui perfectè huic irascitur, cæteris non mouetur, magis & amplectitur ea.]

19 Tertium remedium est attenta quædam consideratio iræ aduersarij, quæ talis est, vt nihil tibi noceat, sed potius ipsum consumat. Sicut ignis fornacis Babylonis, qui non tetigit tres pueros missos in fornacem, nec contristauit, nec quicquam molestiæ intulit, sed flamma potius incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Vnde Psal. 96. dicitur. *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Quod de igne iræ interpretatur Augustinus, quia cum prædicaretur Christus, ait ille, iratæ sunt gentes, & commouerunt persecutionem, quæ ira ignis fuit magis consumens eos qui persequebantur, quam eos quos persequebantur. Cum enim videmus duos, vnum irascentem, alterum patienter ferentem, quis eorum ardeat, vestrum est iudicare. Potestis in vno genere humano tale spectaculum contueri. Ponite vobis ante oculos hominem iniquum commotum animo, trucem vultu, flammantibus oculis, scintillantibus verbis, ferri in hominis necem, in deprædationé, in iniurias, in cõtumelias, non se capere, non se tenere: alterum patienter excipientem verbera, ac plagas, quicquid ille inferre voluerit, & percutienti maxillam parãtem alteram: cum videris hinc furias, inde lenitatem: hinc iram, inde patientiam; hinc flammas, inde tolerantiam, dubitas pronunciare, quis eorum ardeat, pœnamque patiatur? Ille ne cuius corpus vexatur, an cuius animus vexatur? Propterea & Isaias Propheta dixit: *Et nunc ignis aduersarios comedet.* Quid est, *& nunc*? Antequam veniat dies ille iudicij magnus, iam furore suo ardent, qui postea supplicio sempiterni illius ignis arsuri sunt.] Vnde Isaiæ septimo duo Reges qui aduersus Achaz ira & furore succẽsi erant, duobus caudis titionum fumigantium comparantur, ait enim: *Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum*: vt innueret iracundos ad instar titionum fumigantium, qui breui spatio igne quo ardent, cõsumũtur, & in cinerem rediguntur, extinguendos esse. Et rectè quidem furor iracundi his verbis arguitur, cuius titio fumigans similitudinem gerit: non enim lucet, nec alios illuminat; nam & oculos aggrauat, & lacrymas prouocat, & domum totam nigredine afficit, quæ omnia in iracundis cernere licet, vt ex præmissis constat.

20 Quartum remedium, & efficacissimum aduersus iram est profunda meditatio & continua passionis Christi, vt Basilius Magnus his verbis explicat: Si paupertatẽ tibi obijciunt, memorij ius Dñi nostri Iesu Christi, qui cum dives esset, nostri gratia egere voluit. Si verò & stultus & indoctus appellaberis, reminiscere eorum, quæ à Iudæis iactata sunt in veram sapientiam: *Samaritanus es, & dæmonium habes.* Si enim contra hæc maledicta iracsceris, iam ea corroborasti. Quid nam est ira stultius? Si vero quietus, & immobilis persistas, pudorem malc-

Dan. 3.

Psal. 96.

Aug. super Psalm. 96. col. 2. I. tomo 8.

Matt. 5. Luc. 6.

Isa. 36.

Isa. 7.

Basil. hom. 10. quæ est de ira.

Ioan. 8.

maledicentiã magnũm intuliſti, cùm re ipſa prudentiam, modeſtiamque oſtenderis. Alapa, ſeu pugillo cæſus es? expuit aliquis in faciem. Eadem & Dominus eſt paſſus. Nec enim ab expuentibus, aut cædentibus faciem auertit. Calumniam pateris? Et Dominus. Tua laceratur veſtis? Et Domino quoque veſtis per vim extracta, & ſuper eam miſſæ ſortes. Nondum condemnatus es, nondum crucifixus. Multa tibi toleranda, vt ad eius imaginationem peruenias. Talia igitur & horum ſimilia tibi ſuccurrant, mentiſque tuæ impetum, ac iram compeſcant. Similes namque præparationes, & animi diſpoſitiones morſus cordis, & impulſus facilè delebunt, & animi cogitationes in tranquillum ſtatum deducent &c.) *Matt. 26. Iſa. 50.*

21 Denique iræ frænum eſt charitas, vt docet Sanctus Dorotheus Abbas Tom. ſecundo Bib. Veterum Patrum col. 475. tractatu de inſtitutione fraterna cap. vigeſimo, cuius verba ſunt: Si quis te ignominiis affecerit vel probro, pro illo ſic orato, tanquam pro eo, qui te innumeris beneficijs affeciſſet, qui libidinis tuæ medicus fuiſſet, ex his enim ira minuitur, cuius frænum charitas eſt ſecundum patres.] Vide alia plura ſupra verbo Inimicorum dilectio, & Infra verbo Manſuetudo.

DE IOANNE BAPTISTA

Cap. LVI.

DISPVTAT Auguſtinus, An in vtero matris fuerit Ioanni vſus rationis acceleratus? Et primo inclinat in partem negatiuam, quam colligit ex contextu Euangelij. Non enim ait Eliſabeth: *Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in fide.* Sed, *exultauit in gaudio in vtero meo.* Hoc autem vt diceret, ſicut Euangeliſta prælocutus eſt, *repleta eſt Spiritu ſancto*, quo proculdubio reuelante cognouit, quid illa exultatio ſignificaſſet infantis, ideſt, illius veniſſe matrem, cuius præcurſor ipſe, & demonſtrator eſſet futurus. Potuit ergò eſſe illa ſignificatio rei tantæ à maioribus cognoſcendæ, non à paruulo cognitæ.] Sicut etiam luctæ geminorum in Rebeccæ vtero qua figurabantur duo populi, cognita fuit à matre reuelatione diuina, non autem à paruulis. Secundò reſpondet, quòd ſi in illo puero acceleratus eſt vſus rationis, & voluntatis, vt intra viſcera materna iam poſſet agnoſcere, credere, conſentire, quod in alijs paruulis ætas expectatur, vt poſſint; etiam hoc in miraculis habendum diuinæ potentiæ, non ad humanæ trahendum eſt exemplar naturæ. Nam quando Deus voluit, etiam iumentum irrationabile eſt locutum.] Vtramque opinionem refert Sanctus Thomas tertia parte quæſtione 27. articulo 6. in corpore & *Aug. epiſt. 57. ad Dardanũ poſt med. q. 2. Luc. 1. Geneſ. 25.*

& quæſtionem indeciſam relinquit; quia neutrum habetur in Scri-
ptura expreſſum, ſed ſolum quod fuerit in vtero ſanctificatus, ſicut &
Ieremias propheta, quod abſque vſu liberi arbitrij fieri potuit: ſicut
etiam abſque tali vſu, iuſtificantur paruuli per baptiſmum. Idem Au-
guſtinus lib. 3. de mirabilibus Sacræ Scripturæ c. 1. ait: Ioannes, conce-
ptus adhuc in matris vtero manens, priuſquã naſceretur, cum Mariæ
matris Domini introitum in domum vbi fuerat ſenſit, ſpiritali famine
Num. 11. per os matris de naſcituro ex ea Chriſto Domino prophetauit. Dum
enim Moyſi ſpiritus in ſeptua gintaduos conſiliarios diſtribuitur;
quid mirum, ſi pueri adhuc in vtero manẽtis ſpũs per matrem loque-
retur?]

a Conuenienter autem Angelus *mutum* ſacerdotem, ſcilicet Zac-
chariam reliquit, donec naſcẽte poſtmodum puero vinculum linguæ
Aug. lib 3 de mirab. Sacr. ſcrip. c. 1. ſolutum eſt; & rationem aſſignat Auguſtinus: quia lex vetus, cuius ille
fuit ſacerdos, tacitura erat adueniente noua. Nam lex & Prophetæ vſ-
que ad Ioannẽ. Cui conſonat illud Romanorum 10 *Finis legis Chri-
ſtus in ſalutem omni credenti*:
Rom. 10. 3 Propter quod (ſicut idem Auguſtinus ait) in his duobus pueris
Aug. eodẽ lib. c. 3. Ioanne præcurſore, & Domino non ſine hiſtorica ratione natiuitatis cr-
do intenditur, quod de anu vnus, alter de virgine puella generatur.
Chriſti enim Domini præcurſor per omnia Ioãnes idcirco de vetula
matre debuit naſci, Chriſtus verò dè puella virgine corpus aſſumpſit.
Ipſe eſt enim noui teſtamenti principium, filiorumque, qui ex noua le-
ge naſcerentur, exordium extitit.] Ioannes ergo naſcitur de vetula,
quia erat finis legis veteris: Chriſtus verò de puella virgine; quoniã
erat nouæ legis auctor, & initium.

4 Ioannes Baptiſta dicitur vox: *Ego vox clamantis in deſerto*, non
Io. 1. autem appellatur verbum, ſicut Chriſtus, de quo Ioannes 1. *In princi-*
Chryſ. ho. 3 imperf. in Matth. col. 2. B. *pio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. Quia
(ſicut dicit Chryſoſtomus) vox eſt ſonus confuſus, nullum ſecretum
cordis oſtendens: ſed hoc tantum modo ſignificans, quia vult aliquid
dicere ille, qui clamat. Verbum autem eſt ſermo rationabilis myſte-
rium cordis aperiens. Adhuc vox inter animalia, & homines commu-
nis eſt, verbum autem hominum tantum. Ideò ergo Ioannes dictus eſt
vox, non verbum, quia per Ioannem neque miſericordias ſuas Deus,
neque iuſtitias, neque ante conſtitutionem mũdi præparata conſilia de
monſtrauit: ſed hoc tantum modo, quia aliquid magni facere Deus in
Io. 5. hominibus meditabatur. Poſtea autem per filium ſuum plenſſimum
Io. 8. myſterium ſuæ voluntatis aperuit, ideo & dictus eſt Verbum.

Io. 1. 5 Ioannes dicitur lucerna, ſicut Euangeliſta teſtatur: *Ille erat lu-*
Aug. epiſt. 120. ad Honoratũ c. 3. cir. med. F. *cerna ardens & lucens*. Chriſtus autem dicitur & eſt lux per eſſentiam,
ſicut ipſe teſtatur: *Ego ſum lux mundi*. Quia non ab alio lumen par-
ticipat, ſed omnes alios illuminat, ſicut ſcriptum eſt: *Erat lux vera,
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et rationẽ
aſſignat Auguſtinus: lucernæ quippe accẽdi indigẽt, & extingui poſſũt.
Sic & Ioannes, & omnes alij ſancti participatum à Chriſto lumen ha-
bent.

Digitized by Google

bet. Erat (inquit) *lumen, quod illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum.* Si omnem hominem, ergò & Ioannem, vt infert ibi Sanctus Augustinus. Lumen Ergo Ioannes, sed tale lumen, quale testimonium perhibet ipse Dominus dicens: *Ille erat lucerna ardẽs, & lucens,* & discipulis suis dixit: *Vos estis lumen mũdi,* vt ostenderet quale lumen, secutus adiunxit: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lumen vestrum coram hominibus.* Cui consonat illud Ioannis primo: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Et illud: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Si aliquando tenebræ, ergo non à se ipsis habuerunt lumen, ergo indigebant accendi, & extingui poterant, ideo ait: *Lux in Domino,* hoc est, non à se ipsis, sed à Domino. Christus ergo accepit lumen à Patre, sed per naturam, sicut confitetur Ecclesia: *Deum de Deo, lumen de lumine.* Nos autem lux in Domino, à quo lumen participatum accepimus; sed per gratiam. Voluntariè enim (sicut dicit Apostolus) *genuit nos verbo veritatis.*

Matth. 5. Ioan. 5. Matth. 5. Ephes. 5. Iacob. 1.

6 Ioannes Baptista dicitur venisse in spiritu, & virtute Eliæ: quia venit in virtute Spiritus sancti, qui datus est Eliæ, vt Sãctus Aug. explicat, cuius verba sunt: Datus est Eliæ spiritus, scilicet, Spiritus sanctus, quem accepit Elias. Hoc de Moyse intelligendum est, cum ait ei Dominus: *Tollam de spiritu tuo; & dabo eis:* hoc est, dabo illis de Spiritu sancto, quem iam tibi dedi. ℣ Ait autem, tollam de spiritu tuo: nam multoties, vt bono subditorum intendant Prælati, eorum spiritus & quies minuitur.

Aug. lib. 5. de Trin. c. 14. infr. tom. 3.

7 In laudem Ioannis dixit Christus Dominus: *Quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plusquam prophetam.* Rationem inquirunt Sancti Doctores, propter quam Ioannes plusquam Prophetа dictus fuit, & assignant tres: Prima, quia Propheta fuit, & de illo insuper plures Prophetæ, immo & Dominus Prophetarum vaticinati sunt, videlicet, Isaias cap. quadragesimo. *Vox clamantis in deserto parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.* Omnes enim quatuor Euangelistæ consentiunt hanc esse Prophetiam Baptistæ præcursoris Domini. Item etiam Malachiæ tertio. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Propter quem locum multi (vt refert Cyrillus) arbitrati sunt, Ioannem Baptistam non hominem natura, sed Angelum fuisse humano corpore indutum. Et Beda attribuit hunc errorem Origeni. Vt autem errorem istum excluderet Euangelista, consultò illum appellauit hominẽ, vt notauit idem Cyril. *Fuit homo* (inquiẽs) *missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* Igitur Baptista dicitur Angelus, non quidem natura, sed officio, & perfectione vitæ. Angelus enim, vt docet Sanctus Thomas, non est nomen naturæ, sed ministerij, & significat idem, quod Nuncius. Ioannes ergo (vt Theophilactus docet, & Eutimius) Angelus propterea dictus est, quia nũcius fuit Verbi, & nó qualiscũque nũcius, sed Angelicæ vitæ, & puritatis. Dicit enim Chrysostomus: Puto (si

Isa. 40. Malach. 3. Cyrill. lib. 1 in Ioa. c. 7. Beda sup. c. 1. Marci. Ioan. 1. S. Tho. 2. d. 9. ar. 4 ad 2. Theoph. & Eutim. sup. c. 11. Matt.

Digitized by Google

to(si non est audacia dicere)glorioſior fuit Ioannes, quia fuit hõmo & propter meritum virtutis Angelus eſt vocatus, quàm ſi nomine
Chryſ.hom. angelus & natura fuiſſet. Tertiò Prophetauit(ſicut dicit Chryſoſto-
37. imper- mus)de eodem præcurſore Dauid Propheta cum dixit: *Illuc produ-*
fec.in Mat. *cam cornu Dauid, parani lucernam Chriſto meo*. Vbi iuxta interpre-
tationem Auguſtini, per lucernam Ioannem intelligit Baptiſtam,de
quo Dominus ait: *Ille erat lucerna ardens, & lucens*. Hanc parauit,
Ioannis 5. hanc accendit Dominus, vt ante faciem Domini noſtri Ieſu Chriſti
tanquam præcurſor eius præcederet. Hæc gratia inſinuatur in
Matth. 11. ipſo contextu Euangelico, nam poſt illa verba: *Et pluſquam Pro-
phetam*, ſtatim ſubditur: *Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt. Ecce ego
mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te*.

Aug.lib.2 8 Vel ſecundum Auguſtinum ex eo dicitur pluſquam prophe-
contra lite- ta: quia vidit quod prædixit, & digito demonſtrauit Chriſtum
ras Peti- Dominum,cuius præcurſor extitit. *Ecce* (inquiens) *Agnus Dei,ecce*
liani c. 37. *qui tollit peccata mundi*. Alij prophetauerunt de Chriſto,ſed in carne
illum videre non meruerunt,iuxta illud quod ipſe dixit diſcipulis ſuis
Luca. 10. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis,quia multi Re-
ges, & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt,
& audire quæ auditis, & non audierunt*. Ioannes autem & tetigit, &
Chryſ.hom. quod amplius eſt,baptizauit. Eamdem rationem aſſignant Chryſoſt.
38.in Mat. Gregorius. Et Caiet. Tertiò dicitur pluſquam Propheta; quoniam
Greg. hom. alij poſtquam nati ſunt,prophetauerunt in adulta ætate; Ioannes verò
6. in euãg. in vtero concluſus Chriſtum cognouit, vt Auguſtinus dicit, & adhuc
Caiet ſuper puer de ipſo prophetauit. Vnde cum Ieremias Prophetæ munus à
c.11.Matt. Deo ſibi oblatum recuſaret, *Aha* (inquiens) *Domine Deus,ecce ne-
Aug.epiſt. ſcio loqui,quia puer ego ſum*,ſubintulit Dominus: *Noli dicere:quia puer
97.ad Bar- ego ſum*. Ac ſi apertius dicat: non tibi excellentia hæc, ſed Ioanni
dan. reſeruatur, quod puer ſit & Propheta. In laudem enim illius canet
Ier. 1. aliquandò pater eius: *Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis: præibis
Zac. 2. enim ante faciem Domini parare vias eius*. Vide Chryſoſtomum hom.
27.Imperfecti in Matthæum,vbi plures ex prædictis rationibus breui
ſermone complectitur. Denique ex eo dicitur pluſquàm Propheta:nã
Tom. 1.Bi- Ioannes, vt dicit Titus Boſtrorum Epiſcopus ad cap.1. Lucæ com-
bliot.V.P. munes naturæ terminos ſupergreſſus, in vtero materno ſpiritu exul-
col.911. tauit,ita admirabiliter, præterque communem rerum ordinem iam-
dum plenum rationis, ſenſuumque vſum ſortitum fuiſſe. Tempeſtiuius ob id quoque præſenti illi vaticinatus eſt pater, dicens: *Tu
Ioan. 1. puer Propheta altiſſimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias eius*. Quod tamen priuilegium nulli Prophetarum conceſſum eſt.

9 Cum Ioannes Baptiſta teſtimonium de Chriſto perhibuit di-
Ioan. 1. cens: *Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi*, duos Apoſtolos ad Chriſtum conuertit,Andream videlicet & alium, ſicut Euangeliſta teſtatur, cum dicit: *Altera die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius*

eius dud, & respiciens Iesum ambulantem dixit: Ecce Agnus Dei, & audierunt eum duo discipuli loquentem & secuti sunt Iesum. Et infra: *Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierãt à Ioanne, & secuti fuerant eum.* Itaque Andreas Apostolus prius fuerat Baptistæ discipulus, sed ad eius humilem sermonem: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* Baptistam reliquit, & effectus est discipulus Christi. In quo docemur qualia debeant esse Prædicatoris verba, vt auditores ad Christum conuertant, quod his verbis obseruauit Chrysostomus: Intuere hoc etiam loco, quod neque cum dixit: *Post me venturus est, qui ante me factus est*; neque cum: *Non sum dignus soluere eius corrigiam calceamenti*, quemquam lucratus est. Verùm cum de Christi generatione verba habere, & in humiliorem sermonem descendere coepit, tunc secuti sunt discipuli. Vnde animaduertendum est, quod non tàm multi ad Christum sectandum adducuntur, quando magnum aliquid & altum de Deo dicitur, sicut cum ad humiliora, & ad auditorum salutem accomodatiora descenditur. Audierunt igitur a Ioanne quod tollit peccata mundi, & è vestigio ad eum properarunt. Nam si peccata abluere, & sine labore nostro his nos liberare potest, cur tantam rejicimus gratiam? Audiant cathecumeni, & qui ad vltimum vsque spiritum propriam contemnunt salutem. ℣

Chrys. hom. 17. super Ioan. col. 2. B. hom. 3.

10 Sicut orto Sole stella matutina solis aduentum annuncians, lumẽ suũ paulatim abscondit: sic & præcursor Christi: in eius præsentia minui cępit & radios suos quasi abscondere: quoniam (sicut dicit Sanctus Chrysostomus,) hoc tantum curabat, vt Christo omnium animos coniungeret. Vnde & Ioannes ipse, *illum* (inquit) *oportet crescere, me autem minui*. Quod (sicut dicit Augustinus) & diebus quibus nati sunt, & mortibus quibus passi sunt, figuratum est. Nascitur namque Ioannes, ex quo dies incipiunt minui: nascitur Dominus, ex quo dies incipiunt crescere. Capite ille minuitur, dum occiditur: hic vero attollitur in cruce. Postquam ergo Prophetia ipsa in Ioanne constituta digito ostendit præsentem, quem venturum ab exordio generis humani cecinerat, incipit minui, atque inde crescere prædicatio regni Dei. ℣ Et Sanctus Gregorius: Qua in re quærendum est (ait) in quo creuit Christus, in quo immiuutus est Ioannes, nisi quod populus Ioannis abstinentiam videns, remotum hunc ab hominibus esse conspiciens, cum esse Christum putabat: Christum verò cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuens, eum non Christum, sed esse Prophetam credebãt? Sed dum per accessum temporis & Christus qui Propheta esse putabatur, Christus est agnitus: & Ioannes qui Christus esse credebatur, Propheta esse innotuit: impletum est quod de Christo suus præcursor prædixit: *Illum oportet crescere, me autem minui*. In æstimatione quippè populi & Christus creuit, quia agnitus est quod erat: & Ioannes decreuit, quia cessauit dici, quod non erat. ℣

Chrys. hom. 17. citata. Aug. li. 83 quæst. q. 58 G. hom. 4. Greg. hom. 20. super Euã. col. 2.

11 Tanta ergo fuit Baptiſtæ ſanctitas, vt Chriſtus Dominus dixe-
Matt.11. rit: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, qui autem minor eſt in regno cęlorum, maior eſt illo.* Vbi Auguſtinus per regnum cęlorum intelligit cęleſtem beatitudinem. Et ſenſus eſt, quod minimus Angelus maior eſt illo. Vel ſecundò per regnum cęlorum intelligit Eccleſiam. Et ſenſus eſt, quod minor in Eccleſia, ideſt, Chriſtus,
Aug. lib. 2 contra aduerſarum legis, & Proph. c. 5. in fin. M. qui propter humilitatem minor dicitur, maior eſt illo. Et vterque intellectus (ait ille) congruit veritati. Siue enim quilibet Angelus cæteris minor Ioanne ſit maior: ſiue hic Dominus intelligatur Ioanne præcurſore ſuo ætate minor, maieſtate maior, nihil inde prophetis cæteris derogatur. Potuerunt enim eſſe Ioanni aliqui æquales, aliqui eo minores: nullus autem maior propter ſententiam Domini, omnes tamen ſancti, & iuſti, & boni.)

12 Eiuſdem Baptiſtæ innocentiam, & ſanctitatem, his titulis ma-
Chryſ. hom 16. ex varijs in Matth. in prin. tom. 2. Hom. 3. imperfe. in Matt. col. 6. K. gnificat Chryſoſtomus: Ioannes ſchola virtutum, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, norma iuſtitiæ, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei diſciplina. Ioannes maior homine, par Angelis, legis ſumma, Euangelij ſatio, Apoſtolorum vox, ſilentium Prophetarum, lucerna mundi, præcurſor iudicis, Chriſti imitator, Domini teſtis, totius medius Trinitatis.) Et hom. 3. imperf. in Matth. Ad comparationem, inquit, ſanctitatis illius quis poterit arbitrari ſe iuſtum? Inimitabilis erat cõuerſio eius, omnium vitam apparere faciebat culpabilem, vt iam nemo in operibus ſuis confideret; ſed omnes in miſericordiam Dei ſpem ſuam collocarent. Quemadmodum enim ſi videris albam veſtem, dicis, ſatis candida veſtis eſt: ſi vero poſueris eam iuxta niuem, incipit tibi ſordida apparere, & ſi verè ſordida non eſt, tamen quantum ad ſimilitudinem niuis ſordida inuenitur: ſic quantum ad comparationem Ioannis, omnis homo videbatur immundus.)

DE IOANNE EVANGELISTA

Cap. LVII.

Epheſ. 3 Chryſ. in prolog ſup. Ioa. col. 2. E. tom. 3.

PER Ioannem Angeli multa myſteria gratiã didicerunt, iuxta illud Apoſtoli: *Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cęleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* Quod & Sanctus Chryſoſtomus his verbis extollit: Nihil enim nobis humanum, ſed à Spiritus ſancti profundis, & abditis theſauris omnia proloquitur, quæ neque Angeli priuſquam hic diceret, nouerunt. Namque & ipſi nobiſcum per Ioannis vocem, & per nos didicerunt quæ cognouimus, & quod nobiſcum beatus etiam Paulus his verbis ſignificauit: *Vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cęleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia*

Digitized by Google

pientia Dei. Si igitur Principatus, & Poteſtates, Cherubim & Seraphim hæc per Eccleſiam didicerunt, planè conſtat ipſos Angelos ſummâ cum attentione eius ſeſe auditores exhibere. Quippe ideircò non parum honoris conſequimur, quòd nobiſcum Angeli diſcant, quæ neſciunt.]

2 Hinc eſt quòd aſcendente Chriſto Angeli, quaſi admirantes dixerunt: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?* Vbi Sanctus Dionyſius Areopagita docet hanc eſſe interrogationem Angelorum admirantium glorioſam Aſcenſionem Chriſti, ac triumphum eius mirabilem. Idem ſentit Hieronymus. Conſentit Cyrillus Alexandrinus: Cœlorum, inquiens, virtutes Incarnationis myſterium ignorantes, magno affectę ſtupore, cum aſcẽdere Dñum repente vidẽrent, exclamabant: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom*, ideſt, de terra? quas non dimiſit indoctas Spiritus ſanctus: ſed iuſſit, vt ci quaſi Regi, ac Domino cæleſtes portas patefacerent, dicens per Prophetam: *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.*] *Iſaiæ 63. Dion. c. 7. cęleſtis Hierarchiæ. Hier. ad c. 3. epiſt. ad Epheſ. Cyr. Alex. lib. 9. in Ioan. c. 31. Pſalm. 23.*

3 Sed & princeps Apoſtolorum, cum Dominus dixiſſet diſcipulis: *Vnus veſtrum me traditurus eſt*, ſcire volens quiſnam eſſet ille, non auſus fuit Chriſtum interrogare, ſed interrogauit Ioannem, *quis eſt de quo dicit?* ſciens illum eſſe diſcipulum prædilectum, cui reuelauit Dominus ſecreta cęleſtia. *Marc. 14.*

4 Ex quatuor animalibus quæ vidit Ezechiel, homo & leo erant à dextris, bos à ſiniſtris, aquila verò deſuper. Ait enim: *Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor, & facies eorum, & pennæ eorum extentę deſuper.* Et rationem aſſignat Gregorius; nam homo & leo annunciauerunt læta, ideſt, incarnationem & reſurrectionem Chriſti; ideo erant à dextris, ſed vitulus ſignificabat & annunciauit triſtia, videlicet paſſionem Chriſti, ideo à ſiniſtris: mors illius diſcipulos ad momentum temporis in infidelitate proſtrauit. Iure autem locus aquilæ non iuxta, ſed deſuper eſſe deſcribitur: quia ſiue per hoc, quòd eius aſcenſionem ſignat; ſeu quia Verbum patris Deum apud patrem eſſe denunciat, ſuper Euangeliſtas cæteros virtute contemplationis excreuit, cum quibus & ſimul de eius deitate loquitur, hanc tamen omnibus ſubtilius cõtemplatur. Sed ſi aquila cum tribus alijs adiuncta, quatuor animalia eſſe memorantur, mirum quomodo deſuper ipſorum quatuor eſſe deſcribitur, niſi quia Ioannes per hoc, quòd in principio Verbum vidit, etiam ſuper ſemetipſum tranſijt. Nam niſi & ſe tranſiſſet, Verbum in principio non vidiſſet. Quia ergo & ſemet ipſum transgreſſus eſt, non iam ſolummodo ſuper tria: ſed adiuncta & ſe, ſuper quatuor fuit.] Alia plura de Ioanne dicta ſunt ſupra Verbo Euangeliſtæ. *Ezech. 1. Ioan. 1.*

5 Chriſtus Dominus Sponſam ſuam, hoc eſt, Eccleſiam commiſit

misit Petro propter constantem eius fidem. Nam & audita eius confessione mirabili, *Tu es Christus filius Dei viui*; subiungit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* &c. Sed Ioanni virgini ob singularem eius puritatem Matrem Virginem commendauit, cum dixit discipulo: Ecce mater tua, quod his verbis prosequitur Arnoldus Abbas bonæ vallis tractatu de septem verbis Domini in Cruce: Tu igitur Ioannes Sancte ad hoc eligeris, vt ministres & obsequaris ea dilectione qua filius, ea obedientia qua discipulus, ea subiectione qua minister & famulus. Petro commendatur Ecclesia, tibi Maria: illi tumultuosa negotia, tibi pacifica & quieta: illi atria & vestibulum; & altaria sanguinum; tibi commendatur altare incensi, & Sancta Sanctorum. Ad cultum ministerij tui nullus tecum admittitur, solus illi astitis propitiatorio, solus illud vas aureum continens Manna, illud diuinæ legis scrinium Pontifex destinatus obseruas. Loco filij positus es, & vt vicem in Matre suppleas ordinaris. Nec abnuit te Mater sancta vicarium licet longè imparem & inferioris tituli; tamen quia sic visum est filio, amplectitur successorem. Certè piscator fueras, & in hac arte à parentibus institutus; nullum te stratagema inclytum facit: sed qui infirma mundi elegit, vt fortia confundat, in assumptione tua, paupertatis, & humilitatis, & castitatis gloriam commendauit, fundatamque charitatem, & illustris animæ puritatem, hoc singulari titulo honorauit. Intueor igitur quadrigam, qua currendum est ad Patrem, sic debere distingui, vt per te ad Matrem, per Matrem ad filium, per filium vero attingere possit pœnitentis affectus ad Patrem. Et in hoc sæculo, quod nos ab hoc sæculo euehit, tu sis columna argentea; mater ascensus purpureus; filius media charitas, reclinatorium aureum visio Patris in decore suo, & æternæ pacis iucunda tranquillitas.] Et D. Aldhelmus Occidentalium Saxonum Episcopus lib. de laudibus virginitatis cap. 11. Ioannes, inquit, quadripartitæ scriptor historiæ, & veracis Euangelicæ relationis tetrarcha, quem Saluator (vnica mundi redemptio, & conseruandæ castitatis alma præfiguratio) propter virginalis pudicitiæ gloriam inter cæteros peculiariter pio diligebat affectu, miris virtutum signis per totum orbem claruit.] Denique & cap tertio eiusdem libri. Ob hoc etiam reor, inquit, quod sacer Domini pectoris accubitor, & quartus paradisi gurges, qui potissimum septenas Ecclesias Asiæ inexhaustis dogmatum imbribus irrigauit, specialem diuinæ dilectionis prærogatiuam, ac priuatam amoris munificentiam ante cæteros Apostolos Christi, qui est cupidus castitatis amator, & zelotypus sanctimoniæ informator, grata virginitatis libamina oblationis spontanea deuotione ditarat.]

To. 1. B. V. P. col. 795.

D. Aldhel. To. 3. B. V. P. col. 337.

6 Qui voluerit exactam totius peregrinationis Sancti Ioannis Euangelistæ notitiam habere, legat Prochorum eius discipulum in historia eiusdem Apostoli, quæ habetur to 7. Bib. V. P. col. 127 & sequent, bus: sed præsertim cap. 10. & 11. vbi narrat, quod priusquam Ioannes Romæ in feruentis olei dolium iussu Domitiani Imperatoris missus fuisset,

Prochorus

set,iussit Tyrannus,vt proconsul prius illum flagris cæderet ; & crine capitis tonderet,vt ignominiosus. & inhonorabilis populo videretur . Cumque eum duxisset præses,iussit expoliari,& flagris crudeliter cædi,crinemque capitis ad ignominiæ notam deponere.Lictores autem eum suscipientes fecerunt sicut illis mandauerat præsul. Sed cum illesus, atque intactus existet fortissimus athleta non combustus,sed tanquam vnctus,fideles qui aderant exultantes,& flentes præ gaudio, voces ad cælum extollebant,commendantes Ioannis Apostoli , & Euangelistæ dignam memoriam,& Apostolicam constantiam . Et Christi fideles,qui illuc aderant, antè portam latinam Ecclesiam posuerunt in eius nomine dedicantes. Deus enim per crudelem tyrannum consilium suum disponebat,vt sicut virtutibus & signis Ioânes & Petrus socij fuerunt,ita in Vrbe Româ memoriam haberent sui triumphi Sicut enim triumphalis,& insignis habita est cruce Petri,sic & porta Latina Ioannis dolio insignis,& memorabilis habetur .)

7 Scripsit autem Ioannes Apostolus Apocalipsin manu propria, vt refert Prochorus vnus ex septem Diaconis quorũ fit mentio Actorum 4. Nam Euangelium , non propria manu sed scribente eodem Prochoro,fuit conscriptum,vt idem refert Prochorus lib allegato cap. 46. & Metaphrast.in vita Sancti Ioannis Euangelistæ.Et ratio huius differentiæ sumi potest ex materia ipsa,de qua tractabat : nam in Euangelio de Christi diuinitate & humanitate sermonem instituerat , cuius fides omnibus est ad salutem necessaria : ideo manu publici Notarij , ipso dictante,conscribi voluit. Proprias autem reuelationes sibi factas propria manu solus exarauit,viris spiritualibus exemplum præbens , ne reuelationes consimiles sibi factas indiscretè alijs manifestent : sed cum Propheta dicat:*Secretum meum mihi*. *Prochr. in hist S. Ioã. Euag.c.47 To.7. B.V. P.col.170.* *Isaiæ 24.*

DE IVDICIO FINALI

Cap. LVIII.

ANTE iudicium finale præcedet persecutio Antichristi,quæ tã grauis erit, & horribilis;vt in errorẽ mittantur,si fieri posset,etiam electi.Ideo per caudam significatur Iob 40.cum dicitur : *stringit caudam suam quasi cedrum*. Vbi Gregorius per caudam intelligit Antichristum; quia re vera est dæmonis : aut etiam quia in fine sæculi eius persecutio prevalebit.Hanc autem caudam stringit sicut cedrum : quia nimirum,& altus tunc erit veneratione prodigij,& durus crudelitate tormenti .] Quia sicut cedrus alias arbores excedit; ita superbia & arrogantia Antichristi aliorum superbiam superabit. Vnde Paulus Apostolus ita de Antichristo loquitur . *Qui aduersatur,& extollitur supra omne,quod dicitur Deus,aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat tanquam sit Deus.* Cui consonat illud Danielis *Iob 40. Grego. 32. mor.12. 2.Thes. 2.*

11.Et

11. *Et eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica*; mox subiungit: *Et Deum patrum suorum non reputabit, nec quemquam Deorum curabit; quia aduersus vniuersa consurget*. De hac cauda Behemoth iustius sub draconis spe-
Apoc. 12. cie per Ioannem dicitur: *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram*. Cælum namquè (vt dicit Gregorius) est Ecclesia, quæ in hac nocte vitæ præsentis, dum in se innumeras sanctorum virtutes continet, quasi radiantibus desuper sideribus fulget: sed draconis cauda in terram stellas deijcit; quia illa satanæ extremitas per audiciam assumpti hominis erecta quosdam, quos velut electos Dei in Ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. J

2 Fuit autem quorumdam hæreticorum sententia, Antichristum
Nicolaus Sanderus de visib. Monarch. Eccles lib. 8. Bellarmin. de Roman. Pont. lib 3 & alij. Isaiæ 14. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum c. 118. Ioan. 5. Isaiæ 4. 2. Col. 2.
non esse futurum certum aliquem, & singularem hominem, sed successionem multorum Principum in vno, eodemque apostatico Imperio Christo Domino aduersantium, quorum errorem validissimè confutant graues auctores. Erit ergo Antichristus quidam singularis, & particularis homo. Quod Sanctus Cyprianus probat ex illo Isaiæ 14. *Hic homo qui concitat terram, & commouet Reges, qui ponit orbem terræ totum desertum*. Et confirmari potest ex verbis Christi Ioannis 5. *Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis*, ideſt, cum alius venerit. Vbi, *Si* accipitur pro *cum*, vt legunt Cyprianus. lib. 2. aduersus Iudæos c. 5. & Ireneus lib 5. c. 25. Sicut etiam Isaiæ 4 *si abluerit Dominus sordes filiarum Sion*, ideſt, cum abluerit, & per alium intelligit Antichristum in fine sæculi venturum. Vt interpretantur Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, S. Thomas super eundem locum, & communiter alij Sancti Patres. Vnde Paulus Apostolus de Antichristo loquens ait: *Et reuelatus fuit homo peccati filius perditionis*. Vbi per filium perditionis particularem quemdam, & certum hominem intelligit, id quod satis apertè indicat translatio Vatabli, *Et reuelatus fuerit homo ille scelerosus*; nam articulus *ille* pronomen est demonstratiuum tertiæ personæ certum quemdam, & singularem hominem designans.

3 Erit autem ex tribu Dan nasciturus, vt docet Sanctus Am-
Ambrosius de benedic. Patriarch. c. 7. Theodoret. q. 109. in Genes. Greg. 31. mor. 18. Genes. 49.
brosius, Theodoretus, & Gregorius, & communiter Patres. Quod etiam colligunt ex illo Geneſis 49. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro, salutare tuum expectabo Domine*. Ex quo testimonio id colligunt Sanctus Ambrosius, Theodoretus, & Gregorius vbi supra: sed præsertim Gregorius per equum, hunc mundum intelligit, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mordere est, extrema sæculi fœdo cõtingere, vt cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est quisquis extollitur in dignitatibus mundi, qui retro cadere dicitur, & non in faciem; sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere est, in hac vita suas vnusquemque culpas agnoscere, easque pœnitendo deflere.

Retro

Digitized by Google

Retro vero,quò non videtur,cadere, est ex hac vita repentè decedere, & ad quæ supplicia ducatur ignorare.]

4 Ieremias etiam Antichristum nasciturum ex tribu Dan vaticinatur, cum ait: *A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce initium pugnatorum eius,commota est omnis terra,& venerunt, & deuorauerunt terram,& plenitudinem eius,vrbem & habitatores eius*: quem locum de Antichristo interpretantur Irenæus lib. 5. aduers. hæreses cap.30. Hipolytus Martyr oratione de consumat. mundi,vbi ex eo colligit,quod, quemadmodum è tribu Iuda natus est Christus: ita nascetur ex tribu Dan Antichristus. Eandem interpretationem confirmat Gregorius vbi supra. *Ier.8.*

5 Vnde Apocalypsis 7. cum Ioannes tribus Israel numerasset, ex quarum singulis duodecim millia signati recensentur, tribum Dan silentio præteriuit,non alia ratione nisi in execrationem Antichristi ex eadem tribu nascituri. Et propter hoc (sicut dicit Irenæus) non annumeratur tribus hæc cum his, quæ saluantur.] Quod etiam obseruauit Aretas Cæsariensis Episcopus super cap. 7. in Apocalypsim, & Beda, Anselmus, Sanctus Thomas, & Liranus super cap. 7. in Apocalypsim, & Ss Antoninus quarta par. Thelog.titulo 13.c.4. §.3. Antichristi persecutio duratura est solum per tres annos cum dimidio, iuxta Danielis Prophetiam: *Et tradentur in manu eius vsque ad tempus,& tempora,& dimidium temporis*. Vbi Augustinus per tempus vnum annum,& per tempora annos duos,& per dimidium temporis annum dimidium docet esse intelligendum, & his tribus annis cum dimidio durabit Antichristi aduersus Ecclesiam sæuissimum Regnum. *Vbi supra.* *Dan.7.* *Augu.20. Ciuit. Dei c.23.circa med.k.*

6 *Erunt signa in Sole,Luna*,&c. Deus quibusdam signis futuram iram,& diem iudicij prædicere dignatus est,vt peccator timeat, & caueat. Ait enim Psalmista: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*: De quo etiam Genesis 8. *Arcum meum ponam in nubibus cæli*. Vbi(sicut notauit Ambrosius)arcũ meum ponam in nube; non sagittam ponam,sed arcum. Arcus enim instrumentum iaculandæ sagittæ est,itaque non ipse arcus vulnerat,sed sagitta. Et ideo Dominus in nube magis arcum,quam sagittam ponit,idest, non illud ponit quod vulneret,sed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non soleat.] S. Gregor. per arcum dies extremi iudicij, inquit,designatur. In arcu enim quanto longè trahitur corda, tanto de eo districtior exit sagitta: Sic nimirum,sic extremi iudicij dies,quãtò longè differtur vt veniat,tantò cum venerit, de illo districtior sententia procedit. Idcircò autem diuersis nunc cladibus percutimur, vt his correcti pratiores tunc inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est: *Ostendisti populo tuo dura*,flagella videlicet sæculi,quæ secuturum grauis iudicij diem præcurrunt. *Potasti nos vino compunctionis*: vt terrena gaudia in lacrymas verterentur. *Dedisti metuentibus te significationem,vt fugiant à facie arcus*. Ac si diceret: Hoc tempus miseri- *Luc.22.* *Psal.59.* *Grego. 19. mor. 16. Iliae 28.* *Ambr.lib. de Noe, et Arca c.27.*

Digitized by Google

cordiæ est, illud tempus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significas, quomodo tunc percussurus es, quando non parcens iudicas, qui sic districto modo percutis, quando parcis. ¶ Cui con-

Psal. 7. sonat illud Psalm. septimi. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum; & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* Arcum namque suum Dominus tetendit: quia cunctis peccatoribus per Scripturam Sacram minas exhibuit, in quo arcu scilicet vasa mortis præparat: quia secundum eloquij sui sententiam eos, qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus effecit: quia in eos, quos

Isaiæ 7. per terrorem corrigit, accensas verborum sententias emittit. De hoc prædicatorum arcu per Isaiam dicitur: *Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc:* quia nimirum Sancti Apostoli ad feriendam Gentilis vitæ duritiam cum districtis verborum spiculis venerunt.]

7 Sanctus Bernardus per significationem intelligit acerbissimam

Bern. ho. de duob. disci. euntib. in Emaus post med. passionem Christi, quam pro peccatis alienis sustinuit: fuit enim signum quodam tormentorum, quæ pro delictis proprijs in die iudicij patientur impij. Domine (inquit ille) quoties passionis tuæ amaritudinem in cordibus nostris ruminamus toties de nobis expauescimus: quia dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie eius: Si enim ex hoc mundo transisti ad patrem cum tantis cruciatibus, quid fiet de nobis peccatoribus? Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? ¶ Igitur omnia iudicia, omnes pœnæ, quas à principiò mundi Deus intulit peccatoribus, & inferet vsque in finem, vt diluuium, combustio quinque Ciuitatum, passio Christi, in quo Deus iram suam, quam aduersus nos peccatores conceperat, ostendit; signū & insinuatio quædam fuerunt earum, quas in die iudicij patientur impij.

Iob 35. 8 Hinc est illud Iob trigesimo quinto. *Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde.* ¶ Nam, sicut Sanctus Gre-

Gregor. 26 mor. c. 17. gorius explicat, furorem suum nunc inferre dissimulat, quem effundendum sine fine in posterum seruat &c. Et ira iudicij à nostra hic correptione inchoat, vt in reproborum damnatione conquiescat. ¶ Tunc ergo vlciscetur valde, & effundet omnem iram suam. In cu-

Gen. 9. ius signum peccante Cham, punitur Chanaam puer eius filius; cui à patre dicitur Genes. 9. *Maledictus Chanaam puer, seruus erit fratribus.* Vbi Cham non in se, sed in posteritate percutitur, vt sciamus quod reproborum nequitiæ, quæ hic quidem inultæ proficiunt, aut nō valde puniuntur, in posterum punienda valde seruantur, vt loco præallegato explicat Sanctus Gregorius. Nunc ergo ostendit Deus aliqualiter iram suam contra peccatores, sed non totaliter: quoniam misericordiam illis pœnitentibus exhibet: Dicit enim Psalmista

Psal. 77. *Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et abundabit, vt auerteret iram suam, & non accendit omnem iram suam.* Nunc ostendit Deus iram suam: sed non accendit omnem iram suam. Si enim eam accendisset, peccatores vtique disper-

didis-

didiſſet. Vnde Sanctus Auguſtinus: Quis non videat quanta miſericordiæ potentia malis parcat? Sed ante iudicium. Sic ergo pepercit illi genti, vt non accenderet omnem iram ſuam ad eam penitus eradicandam, atque finiendam: quod in verbis eius, & interceſſione pro peccatis eorum Moyſi ſerui eius euidenter appareat, vbi Deus dicit: *Deleam eos, & faciam te in gentem magnam*. Ille intercedit, paratior deleri pro ipſis, quem ipſos, ſciens apud miſericordem ſe id agere, qui quoniã nullo modo deleret ipsũ, etiã illis ipſis parceret propter ipsũ.) *Aug. ſup. Pſalm. 77. poſt med. Aigm. 8. Exod. 32.*

9 Peccatores ſunt theſauri iræ. De quibus Iob 38. *Numquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, & in die pugnæ, & belli?* Vbi Gregorius per theſauros niuis, & grandinis frigida, ac dura intelligit corda prauorum, de quibus Ieremiæ 6. *Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam facit animam malitia ſua.* Et Matth. 24. *Cum abundauerit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum*. Quorum tamen vitam Dominus tolerat; quia eos ad iuſtorum ſuorum probationem ſeruat. Vnde & rectè ſubiunxit: *Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli*: Vt cum aduerſarius nolter diabolus tentare nos nititur, eorum moribus, quaſi ſuis cõtra nos armis vtatur. Per ipſos quippe nos ſæuiens cruciat, ſed neſciens purgat. Vel per tempus hoſtis & diem iræ & belli, diem iudicij. Erit enim dies illa, dies iræ, & tẽpus hoſtis, & belli: Quoniam (ſicut ſcriptum eſt) *pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos*. In hunc ergo diem oſtendet Deus theſauros iræ ſuæ: ſicut in primo Aduẽtu theſauros manifeſtauit miſericordiæ. Huic explicationi conſonat illud Apoſt. *Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei*. Et Prouerb. 16. *vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque in diẽ malũ*. *Ier. 25. Greg. 29 mor. c. 11 Matt. 24. 1. Pet. 5. Sap. 5. Rom. 2. Prou. 16.*

10 Hinc eſt, quod ira iudicis viuorum, & mortuorum iræ colũbæ aſſimilatur Ierem. 25. *Deſerta facta eſt terra à facie iræ columbæ, à facie furoris Domini*: vt ex miſericordia, & benignitate, quam in primo Aduentu velut columba oſtendit (columba. n. neſcit iraſci) magnitudinem furoris & iræ, quam aduerſus peccatores in die iudicij oſtendet, conijcere poſſis, ſicut per magnitudinem vnius magus conijcimus magnitudinem alterius. Aut vero per iram columbæ, vt Gregorius explicat, immutabilitas iudicis deſignatur, & eius tranquillitas, cum qua iudicabit, iuxta illud Sap. 12. *Tu autem Dñe cum tranquillitate iudicas*. Vt. n. diuinæ diſtrictionis vim imperturbabilem demonſtraret, & iram dixit, & columbæ. Ac ſi apertius diceret: Diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanens manſuetus iniuſtos punit. Vnde & in extremo iudicio in ſemetipſo incommutabilis manens, nulla viciſſitudine, ac mutabilitate variatur. Sed tamen electis, ac reprobis nequaquam ſub ſpecie eiuſdem incommutabilitatis oſtenditur: quia & tranquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis.) Cui conſonat illud Apocalypſ. ſexto. *Et Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus, & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium, & dicunt montibus, et petris: Cadite ſuper nos et abſcondite nos à facie* *Gregor. 32 mor. 7. Sap. 12. Apoc. 6.*

à facie ſedentis ſuper thronum,et ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipſorum,et quis poterit ſtare?) Qucd enim Ieremias ait,*à facie iræ columbæ*; Ioannes explicuit,*à facie iræ Agni*,qui ſicut & columba iraſci neſcit.

Chryſ. ſup. Pſalm. 95. circa.med. tom. 1. 11 Duos theſauros,vt docet Chryſoſtomus, theſaurizant ſibi homines apud Deum : alterum iræ contra peccatores : alterum miſericordiæ,& gloriæ pro iuſtis. Duo fratres ſunt theſauri (inquit ille) vnus qui reponitur malis,& alter qui bonis reconditur. Theſaurus malorum eſt inobedientia,& intractabilitas,& iniquitas, de qua dicit Paulus : *Ignoras quia bonitas Dei ad pœnitentiam te inuitat : ſed iuxta duritiam tuam,& cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis, iuſti iudicij Dei.* Et Deut.32. *De vinea Sodomorum vinea eorum : et ſuburbanis Gomorrhæ. Vua eorum vua fellis: et botri amariſſimi. Fel draconum vinum eorum:et venenum aſpidum inſanabile. Nonne hæc condita ſunt apud me,et ſignata in theſauris meis ? Mea eſt vltio et ego retribuam in tempore:vt labatur pes eorum. Iuxta eſt dies perditionis, et adeſſe feſtinant tempora.* Cui cõſonat illud Iob 38. *Numquid ingreſſus es theſauros niuis,aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis,et in die pugnæ,et belli ?* ideſt in die iudicij,in quo (ſicut dicit Scriptura) *pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos*. Aliam explicationem elegantem huius loci Sancti Iob ſatis deuotam,& piam tradit Gregorius 29. moral. cap. vndecimo. Vides theſaurum peccatorum reponi operantibus iniquitatem. Nunc vide theſaurum, qui ex humanitate erga pauperes reponitur operantibus iuſtitiam ! *Præcipe his,qui diuites ſunt in præſenti ſæculo,ne animis efferantur, neque ſpem ponant in incerto diuitiarum : ſed vt benefaciant, diuites ſint in operibus bonis,vt faciles ſint ad impartiendum, & communicandum, theſaurizantes ſibi theſaurum in futurum,vt veram apprehendant vitæ.*) Et Iſaiæ 33. *Venit ſapientia,& ſcientia,& pietas à Deo*. Hi ſunt theſauri iuſtitiæ,de quibus,& ſeruator ſanctis diſcipulis ſuis loquebatur: *Theſaurizate vobis theſaurum indeficientem in æternum in cœlis*. Atque idem diuiti loquens : *veni ſequere me,& habebis theſaurum in cœlis.* Fugamus itaque theſaurum iniquitatis, & recondamus theſaurum eleemoſynæ bonum opus, quodque poſſit oratione peccatum extinguere, quod idoneum ſit ad ſoluendam omnem iniquitatem.) Vtrumque theſaurum his verbis exponit Sanctus Auguſtinus ſuper Pſalmo vigeſimo tertio colum.quarta I. Ille ergo,ſcilicet Deus, auget longanimitatem,& tu auges iniquitatem. Erit illius theſaurus in ſempiternum, miſericordia in eos qui non contempſerunt miſericordiam. Tuus autem theſaurus in ira inuenietur,& quod ponis quotidie per modicum poſtea maſſam inuenturus es.Minutatim ponis : ſed cumulum inuenies. Noli attendere minuta peccata tua quotidiana. De minutiſſimis guttis flumina implentur.)

12 Homo propter peccatum ſentit in præſenti iram Dei; Angelus vero furorem eius expertus eſt: quia cum iratus fuerit Deus miſericordiæ recordatur,ſed in iudicio ira in furorem vertetur. Ideo filij Adæ di-

Digitized by Google

dicūtur nātūra filij iræ, non furoris, quod his verbis notauit Bernardus: Vtraque altitudo (scilicet hominis & Angeli) deiecta est: sed in homine mitius, iudicante ita illo, qui omnia facit in pondere, & mensura. Nam Angelo in furore punito, immò damnato, homo iram tantùm sensit, & non furorem. Nempe cum iratus fuit, misericordiæ recordatus est. Propter hoc semen eius filij iræ, & non furoris vsque in hodiernum diem. Si non nascerer filius iræ, non opus esset renasci. Si furoris filius nascerer, aut non contigisset, aut non profuisset renasci. Vis videre furoris filium? *Si vidisti Satanam tanquam fulgur cadentem de cælo*, quod est, in impetu furoris præcipitatum: & cognouisti de furore Dei. Denique non est recordatus misericordiæ suæ; quia cum iratus fuerit, misericordiæ recordabitur; non cum iam vsque ad furorem exarserit. Væ filijs diffidentiæ his quoque, qui ex Adam sūt, qui nati iræ filij, ipsi sibi irā in furorem, virgam in baculum, immò in malleum diabolica obstinatione conuertunt. Denique *thesaurizant sibi iram in die iræ*. Ira autem accumulata, quid nisi furor?] Hunc furorem pertimescebat qui dixit: *Domine ne in furore tuo arguas me*, scilicet, in iudicio vltimo, cum dicetur impijs à sinistris: *Ite maledicti in ignem æternum. Esurij enim*, &c. Sic explicat Augustinus super Psal. 37. Vnde Sanctus Iob furorem iudicis declinare cupiens: *Quis mihi tribuat* (inquit) *vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor, tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei*.]

Ber. ser. 69. in Cāt. col. 2.

Luc. 10.

Rom. 2.

Matth. 25. Iob. 14.

13 Nunc reprobi sunt permisti electis, & peccatores iustis: sicut zizania tritico. Quia non dignoscitur quis eorum fructum proferat Deo gratum: sed tunc scilicet in die iudicij (vt dicit Euangelium) *Segregabit eos ab inuicem: sicut segregat Pastor oues ab hoedis*. Vbi Chrysostomus: Nunc homines misti sunt (inquit) & non solum misti quomodo in ijsdem locis simul conuersantur iusti cū impijs: sed etiam confusi sunt, quoniam inter iustos & impios (quantum ad homines) discretio non apparet. Sicut in tempore hyemis inter viridis & aridas arbores discretio non est; cum autem venerit tempus illud beatum vernale, discernuntur: ita nunc vnusquisque secundum fidem suam, & secundum opera sua manifestabitur, impijs quidem nulla proferentibus folia, nullum ostendentibus fructum: sancti autem & folijs vestientur vitæ æternæ, & fructus ordinabuntur gloriæ. Et hoc modo segregabuntur à Domino coelesti Pastore.] Cui consonat illud Psal. 49. *Aduocabit cælū de sursum*, .i. aduocabit Angelos in supernis, & excelsis locis (vt Augustinus explicat) cum quibus descendet ad faciendum iudicium, aduocabit & terram, idest, homines in terra vtique iudicandos, &c. Vel cælum dictum propter animas, terram propter corpora. Discernere porrò populum suum est, per iudicium separare bonos à malis tanquam oues ab hœdis, & arbores fructiferas ab aridis, & infructiferis discernere. Vnde Augustinus serm. 212. de temp. col. 2. B. ait: Tempore hyemis, & arbor quæ aret, & arbor quæ viget vtraque nuda est onere foliorum, vtraque vacua opere frugum,

Chrys. hom. 54. imperf. in Mat. col. 2. Dom. 2.

Psal. 49. Aug. 20. de Ciuitate Dei circa finem.

Aug.

gum, veniet æstas, & discernet arbores, viua radix folia producit, impletur fructibus; arida inanis a state, sicut hyeme remanebit. Itaque illi horreum præparatur, huic securis adhibetur, vt amputata in ignem mittatur. Sic æstas nostra Christi est aduentus, hyems nostra Christi occultatio, æstas nostra Christi reuelatio. Denique arboribus bonis dicit Apostolus: *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo.* Certe mortui, sed mortui specie, viui in radice; venturum est tempus æstatis, & tunc dicitur: *Cum autem Christus apparuerit vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*]

Coloss. 3.

Malac. 3. Et erit conflans, et emundans argentum.

14 His etiam consonat illud Malachiæ 3. *Et purgabit filios Leui*: nam separatio bonorum à malis, quæ fiet in iudicio, purgatio est iustorum: vt Augustinus explicat lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 25. & 26. sicut triticum purgatur, cum separatur à paleis, vt congregetur in horreum. Hac diuisione, & separatione futura in iudicio consolantur electi: sicut per Oseam dicitur: *Consolatio abscondita est ab oculis meis quoniam ipse inter fratres diuidet*, videlicet, bonos & pios à falsis & impijs fratribus separando & diuidendo; quod in magnam electorum consolationem cedet; quoniam iam pericula inter falsos fratres non erunt. Hinc & locus ipse, in quo iudicium debet consumari mons diuisionum appellatur, Isaia dicente: *Sicut in monte diuisionum stabit Dominus, &c.* Quem locum de vltimo iudicio interpretatur Sanctus Hieronymus, quoniam ibi inter fratres diuidet.

Ose. 13.
Vbi Glos. ordin.

Isai. 28.
Hieron.

Psal. 46.

15 Propterea ergo Propheta regius electos admonet dicens: *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniã tanquam fœnum velociter arescent; & sicut olera herbarum cito decident.* Tunc videlicet quando hyems transierit, quando dies iudicij aduenerit. Vnde Augustinus: Olera prati vilia quædam sunt, & superficiem terræ tenentia, altam radicem non habẽt: proinde per hyemẽ, virent; at vbi sol æstatis feruescere cœperit, arescent. Modò ergo tempus est hyemis, gloria tua nondum apparet: sed si alta radix est charitatis tuæ, sicut multarum arborum gloria per hyemem, transit frigus, venit æstas, idest, iudicij dies; tunc arescet viror fœni: tunc apparebit arborum gloria. Mortui enim estis (ait Apostolus) quomodo videntur arbores per hyemem quasi aridæ, quasi mortuæ. Ergo quæ spes si mortui sumus? Intus est radix. Vbi radix nostra, ibi & vita nostra. Ibi enim charitas nostra. *Et vita nostra* (inquit) *abscondita est cum Christo in Deo.* Quando arescet, qui sic habet radicem? quando autẽ erit ver nostrum? Audi quod sequitur: *Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*] Et infra: *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustias.* In via sua (inquit) vt ibi notauit Augustinus: Nam in termino miser erit. Verba Augustini sunt: Prosperatur, sed in via sua: laboras, sed in via Dei. Illi prosperitas in via est, in peruentione infœlicitas: tibi labor in via, in peruentione fœlicitas; quoniam iter impiorum peribit. *Nouit Dominus vias iustorum, & iter impiorum peribit.* Has vias ambula, quas nouit Dominus. Et si ambulas in eis, non

Coloss. 3.

Aug. eod. psalm. post med. D.

Psal. 1.

Digitized by Google

non te fallunt: Via verò impiorum felicitas tranſitoria: finita via, peracta eſt felicitas. Quare? Quia via illa lata eſt, finis eius in profundum inferni perducit: via verò tua anguſta eſt, & pauci ingrediuntur per eam: ſed ad quam latitudinem perueniant, debes cogitare, ne ſubemuleris cum, qui proſperatur in via ſua.] Matth. 7.

16 Hinc idem Propheta in eodem Pſalmo ſubdit: *Nouit Dominus vias immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.* Vbi Auguſtinus: Quando patiuntur mala, vias malas ambulare creduntur ab ignorantibus, ab his qui non nouerunt videre vias immaculatorum. Ille qui eas nouit, ſcit per quam rectam ducat manſuetos ſuos vnde dixit in Pſalmo: *Diriget mites in iudicio, docebit manſuetos vias ſuas.* Quomodo putatis deteſtandos homines tranſeuntes vlceroſum pauperem iacentem ante diuitis ianuam? Quomodo? Forte hunc clauſi naribus conſpuebant. Nouerat autem Dominus illi ſeruare paradiſum. Quomodo autem ſibi optabant vitam illius, *Qui induebatur purpura, et byſſo, et epulabatur quotidie ſplendide?* Dominus autem, qui proſpiciebat dies illius, nouerat eius futura tormenta, & ſine fine tormenta. Ergo nouit Dominus vias immaculatorum. Et hæreditas eorum in æternum erit. Cui conſonat illud: *Pauper, et diues obuiauerunt ſibi. Vtriuſque operator eſt Dominus.* Tunc enim duo ſibi obuiant cum à terminis contrarijs in terminos contrarios tendunt. Pauperes à miſerijs temporalibus ad fœlicitatem pergunt æternam: reprobi verò è contra à fœlicitate temporali ad æternam miſeriam properant: ideo obuiauerũt ſibi: ſicut pauper Lazarus, & Epulo diues, iuxta illud q̃ ſcriptũ eſt de vtroquè: *Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.* Vide quam diuerſi fuerint vtriuſque termini aquo, ſed in terminoad quem manus commutantur, & ſortes. Subditur enim: *Nunc autem hic conſolatur: tu verò cruciaris.*] Aug. eod. pſal. conc. 2. conc. 2. col. 4. K. Pſal. 24. Luc. 16.

17 In iudicio ignis ſegregabit, & diuidet bonos à malis, iuxta illud Iob 28. *Lapidem quoque caliginis, et vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante.* Vbi Gregorius per lapidem caliginis intelligit Iudæorum populum; quia, & crudelitate durus extitit, & infidelitate nebuloſus, qui etiam dicitur vmbra mortis; quia imitatur illum de quo Apocalypſis 6. *Et nomen illi mors.* Per populum peregrinantem intelligit numerum omnium electorum, qui hanc vitam quoddam exilium deputantes ad ſupernam patriam ſuſpirant, de quibus Hebr. 11. *Confitentes: quia peregrini, et hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere.* Et 2. Corint. 5. *Dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.* Torrentis verò nomine intelligit ignem, qui à conſpectu tremendi iudicis per vltimum examen egrediatur, atque electos & reprobos diuidet, de quo Danielis 7. *Fluuius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius.* Cui conſonat illud Iſa. 30. *Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli ad perdendas gẽtes in nibilum.* Vbi lingua iudicis igni deuoranti aſſimilatur: quoniam illam terribilem ſententiam proferet: *Ite maledicti in ignem æternum.* Iob 28. Greg. 18. mor. c. 18. et 19. Apoc. 6. Hebr. 11. 2. Cor. 5. Dan. 7. Iſai. 30. Matth. 25.

Omnes reprobos mittet in gehennam. Simul enim in hac vita vterque populus currit: sed non simul ad perpetua peruenit: quia lapidem caliginis,& vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinãte. Ac si apertè dicat: Eos,quos modo vel infidelitas excæcat,vel crudelitas obdurat,flammarum fluuius à conspectu æterni iudicis exiens, ab electorũ tunc populo separat:vt tunc à bonis ignis districti examinis diuidat, quos nunc in suis cõcupiscentijs tenebræ vitiorũ excæcãt.]

18 Ideo in die iudicij constituet oues à dextris: hoedos autem à sinistris,vt sint adinuicem diuisi, qui in mare huius sæculi erant permisti. In cuius signum post resurrectionem dixit Dominus discipulis Ioannis 21.*Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.* Vbi Gregorius hom. 24. super Euangelia: Bis in sancto Euangelio legitur, quia Dominus iussit,vt ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet,& post resurrectionem.Sed prius quàm Redemptor noster pateretur & resurgeret,mitti quidem rete ad piscandum iubet,sed vtrum in dexteram an in sinistram mitti debuissent non iubet. Post resurrectionem verò discipulis apparens,mitti rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt,vt retia rumperentur; in ista autem & multi capti sunt,& retia rupta nó sunt. Quis verò nesciat bonos dextera,& malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio, in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat,non iubetur, præsentem Ecclesiam designat,quę bonos simul ac malos colligit,nec eligit quos trahat:quia & quos eligere possit, ignorat. Hæc autem piscatio post Domini resurrectionem facta,in solam dexteram missa est: quia ad videndam claritatis eius gloriam sola electorum Ecclesia pertingit, quæ de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione præ multitudine piscium rete rumpitur: quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant,vt ipsam quoque Ecclesiam hæresibus scindant. In ista vero piscatione & multi pisces & magni capiuntur,& rete non rumpitur: quia sancta electorum Ecclesia in continua auctoris pace requiescens,nullis iam dissensionibus dilaniatur.]

Ioan. 21.

19 Electi sunt grana tritici,quæ in hoc sæculo sunt abscondita, & aristis cooperata: reprobi vero sunt aristæ: quia per superbiam elenati& à se diuisi:sed in iudicio emundabitur area,& apparebunt grana nitida, & munda: aristæ vero comminuentur & in ignem mittentur æternum,secundum illud Iob 24. *Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent,& humiliabuntur sicut omnia,& auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.* Vbi Gregorius: Nunc aristæ ad alta prosiliũt, grana latent: quia & reproborum potentia eminet,& electorum gloria non apparet. Illi se honorum saltibus ostendunt, iusti in humilitate se deprimunt. Sed trituræ tempus aduenier,quod & aristarum rigiditatem frangat,& solida grana non conterat. Tunc quippè superbia iniquorum comminuitur; tunc electorum vita quanta integritate fulgeat,declaratur: quia cum iniusti deficiunt,ex hac ipsa aristarum contritione agitur,vt grana appareant, quæ latebant. Cumque aristæ franguntur granorum candor ostenditur: quia iniquis in supplicia æterna

Iob 24. Gregor. 17. mor. 6.

Digitized by Google

æterna cadentibus,ſanctorum iuſtitia quanta veritate candeat,demonſtratur.] Cui conſonat illud Iſaiæ 41. *Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael:ego auxiliatus ſum tibi,dicit Dominus: & redemptor tuus ſanctus Iſrael: Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum, habens roſtra ferratia: triturabis montes & comminues: et colles quaſi pulueren pones. Ventilabis eos,& ventus tollet, & turbo diſpergetcos.* Iſa.41.

20 Reprobi exire renuunt ex nido corporis,& præſentis vitæ:quia non habent alas,quibus volare poſſint, & occurrere Chriſto Domino ad iudicium venienti: iuſti autem exire conantur, vt iudici occurrant: quoniam pennas habent,& alas bonorum operum, quibus ad ſuperos volare poſſunt,ſecundum illud Apoſtoli: *Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur,qui reſidui ſumus,ſimul rapiemur cum illis obuiam Chriſto in aera;& ſic ſemper cum Domino erimus.* Cui conſonat illud Pſalmiſtæ: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo,vt requieſcam.* His pennis munitus Apoſtolus: *Cupio* (inquit) *diſſolui,& eſſe cum Chriſto.* Et iterum: *Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et rurſus: *Scientes autem: quia dum ſumus in hoc corpore,peregrinamur à Domino: Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem,audemus,et bonam voluntatem habemus abſentes eſſe à corpore,et præſentes eſſe illi.* Et in alio loco inquit: *Scimus autem: quoniam ſi terreſtris domus hæc huius habitationis diſſoluatur,domum non manufactam, ſed æternam habemus in cælis:* Reprobi verò,qui volare neſciunt, à nido corporis exire nolunt,ſed timent quod terreſtris domus huius habitationis diſſoluatur; ſcientes quod non eſt illis parata æterna domus in cælis: ſed potius ignis,qui non extinguitur.Id quod eleganter proſequitur his verbis Chryſoſtomus: Nidus enim quidam eſt præſens hæc vita, ex feſtucis & luto compactus. Et ſi magnificas mihi oſtenderis ædes,etiam ipſas regias auro multo,& lapidibus preciofis ſplendidas;nihil tamen illas ab hirundinum nidis differre putabo. Ingruente namque hyeme cadent omnia ſponte ſua. Hyemem verò diem illum dico, non quidē omnibus hyemem. Nam & Chriſtus illum noctem ſimul vocat & diem: noctem propter peccatores,diem propter iuſtos:ita & ego nunc hyemem illum voco. Si æſtate benè enutriti non fuerimus, vt imminente hyeme volare queamus, non agnoſcent nos matres,nec fouebunt: ſed fame perire ſinent,aut cadente nido prorſus interire. Tanquā enim nidum quendam,immo facilius etiam nido, ſubuertet tunc omnia Deus reparans,ac reſtaurando adaptans omnia. Qui verò tum pennis carebunt,illique in aera occurrere non poterunt; ſed ita fuerint ignauiter educati,vt leue alarum remigium non habeant,ea patiētur, quæ meritò ad hunc modum diſpoſitis ferenda veniunt. Nidus quidē hirundinum ſi ceciderit,mox perit: nos verò non ita peribimus: ſed continuē patiemur. Hyems erit futurum illud tempus, immo hyeme fœuius. Non enim illic torrentes vndarum præcipitabunt; ſed fluuij ignei: nam fient ex nubibus tenebræ inſolubiles, atque adeo craſſæ & obſcuræ,vt neque cælum videre liceat,neque aerem, maioreque præ- Pſal. 54. Phil.2. Rom.7. 2.Cor. 5. 2.Cor. 5. Chryſ.hom 2.ſup.epiſ. ad Coloſſ. poſt med.

Digitized by Google

Præmantur angustia improbi,quam si qui in terram defodiendi sint.) Hæc Chrysostomus: Idem & eisdem verbis repetit hom.50.ad populum in princ.to.5.

21 In die tamen iudicij a vocẽ tubæ resonantis: *Surgite mortui, & venite ad iudicium*, omnia elementa proferent mortuos, quos in se habebant. Mors proferet,& iuxta illud Apocalypsis 20. *Et dedit mare mortuos,qui in ea erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant;& iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum*. Vbi Augustinus. Nec frustra fortasse non satis fuit, vt diceret, Mors, aut infernus: sed vtrumque dictum est. Mors propter bonos,qui tantummodo mortem perpeti potuerunt,non & infernum: infernus autem propter malos, qui etiam poenas apud inferos pendunt.)

Apoc. 20. *Aug.li.*20 *de Ciuitate Dei c.*15.

22 Tunc autem omnia opera hominum fient omnibus manifesta,siue bona siue mala scripta in libris,de quibus Apocalypsis 20. *Et vidi mortuos magnos,& pusillos,& aperti sunt libri; & alius liber apertus est,qui est vitæ vniuscuiusque,& iudicati sunt mortui, ex ipsis scripturis librorum secundum facta sua.* Et libri aperti sunt, inquit, ergo erit vnus liber omnium,sed singuli singulorum. Nam in conscientia vniuscuiusque omnium,& singulorum facta fient omnibus diuina virtute manifesta. Quia(sicut dicit Augustinus)fiet,vt cuique opera sua, vel bona,vel mala cuncta in memoriam reuocentur,& mentis intuitu mira celeritate cernentur:vt accuset,vel excuset scientia conscientiam: atque ita simul,& omnes,& singuli iudicentur. Quæ nimirum vis diuina,libri nomẽ accepit. In ea quippe quodammodo legitur quicquid à faciente recolitur.) Cui consonat illud 1.Cor. 4. *Itaque nolite ante tempus iudicare,quoad vsque veniat dies Domini, qui reuelabit abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.*

Apoc. 20. *Aug.li.*20 *de Ciuitate Dei c.*14.C

23 Hinc est illud Malachiæ 3. *Et accedam ad vos in iudicio, et ero testis velox maleficis et periuris,et qui calumniantur mercedem mercenarij,viduas et pupillos,et opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum.Ego enim Dominus,et non mutor.* Vbi Augustinus: Testem vero se dicit futurum: quia in iudicio suo non indiget testibus. Eumque velocem: siue quia repente venturus est, eritque iudicium inopinato eius aduentu celerrimum,quod tardissimum putabatur: siue quia ipsas conuincet sine illa sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus enim (sicut scriptum est) *Impij interrogatio erit*. Et Apostolus. *Cogitationibus* (inquit) *accusantibus, vel etiam excusantibus in die, qua iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum per Iesum Christum*. Etiam sic ergo Dominus futurus testis intelligendus est velox cum sine mora reuocaturus est in memoriam,vnde conuincat,puniatque conscientiam.] Cui consonat illud 2. ad Corinth. quinto. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, sine bonum,sine malum*. Conscientia ergo vniuscuiusque non solum erit liber,seu processus causæ,quæ tunc erit iudicanda, sed etiã

*Sap.*1. *Rom.*2. *Malach.*3.

*Aug.li.*20 *de Ciu Dei c.*20. *in fine to.*6.

coram

coram iudice in conſpectu omnium eam refert : *Sara il relatore del proceſſo*. Hinc eſt illud quod canit Eccleſia : *Liber ſcriptus proferetur, in quo totum continetur. Vnde mundus iudicetur. Index ergo cum ſedebit, quidquid latet apparebit: nil inultum remanebit.*

24 Qualis ergo erit tunc reproborum confuſio, eorum præſertim qui dum viuerent, & reputabantur pro Sanctis, & peccata ſua confeſſori ſecretò detegere noluerunt, cum viderint ea in omnium conſpectu, ac in iudicio terrefico coram horrendo tribunali propalari. Nam (vt dicit Chryſoſtomus) ſi noſtrum cuiuſquam occultum crimen aliquod hoc ipſo die in medium delatum, huic modo confeſſui innoteſceret: nonne fieret, vt ille interire, ac terram ſibi potius dehiſcere, quàm tam multos peccati ſui teſtes habere mallet; quid igitur tum nobis fiet miſeris, quum omnia orbi vniuerſo palã facta, in tàm aperto, tamquã illuſtri theatro denudata, hominum nobis partim cognitorũ, partim incognitorum oculis ſubijcientur?] Id quod multò antea prædixerat Iſaias : *Vnuſquiſque*, inquiens, *ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum*: ideſt cum reproborum delicta etiam occulta & ignominioſa fuerint in iudicio omnibus manifeſta, omnes in ſtuporem vertentur, cum vnuſquiſque viderit ignominiam alterius, & pariter omnes reprobos eſſe confuſos. Et idem deſignant verba ſequentia : *Facies combuſtæ vultus eorum* : pro quo vertunt Septuaginta : *Et faciem eorum ſicut flammam mutabunt : ſicut ſolent homines præ rubore mutare*. Et per hoc ſignificatur confuſio magna reproborum futura ; quia ruboris nota, quæ apparet in facie, flammæ naturam immitatur. Cui conſonat illud Iſaiæ 1. *Et confundemini ſuper hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus Baſſan de fluentibus foliis*, ideſt, cum velut quercus arida, quæ ſuccciditur, & in ignem mittitur, vt ardeat: vos fueritis flammis æternis deputati propter hortos delitiarum, quos elegiſtis, vt in illis contra præceptum Domini, abuteremini creaturis.]

Chryſ. hom. 9. ſuper epiſtol. ad Roma. in expoſ. moral. in prin. Iſaiæ 13.

Iſaiæ 1.

25 Nec deficient accuſatores dæmones, videlicet, qui iuſtitiam aduerſus præuaricatores expoſcant. Preſtò enim (ſicut dicit Auguſtinus) erit aduerſarius diabolus, recitabuntur verba profeſſionis noſtræ. Et ſi talis inuentus fuerit quiſque, vt debitor ex hac vita migret, exultabit ille aduerſarius in conſpectu ſereniſſimi iudicis, ſuperiorem ſe eſſe declamans, fagenſque talem cauſſam apud talem iudicem. *Aequiſſime*, inquit, *iudex, iudicas iuſtitiam, et iudicium præparatio ſedis tuæ*. Iudica meum eſſe, qui tuus eſſe noluit; meus eſt, mecum damnatus eſt, &c. Iudica, iudica æquiſſime; quoniam quem tu dignatus es tanto precio liberare, ipſe mihi ſe poſtmodum voluit obligare. Poterit ne os aperire is, qui poſt profeſſionem ſuam talis inuentus, vt iuſtè diabolo addicatur?] Vnde Apocalipſis 12. Sancti qui aduerſus criminatorem iſtum cauſſam vicerunt, gratias agens Deo, quorum vocem in ſpiritu audiuit Ioannes : *Et audiui vocem magnam in cælo dicentem : Nunc facta eſt ſalus, et virtus, et regnum Dei noſtri, et poteſtas Chriſti eius : quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accu-*

Aug. Oratione contra Iudæos Pagan. & Arrian. tom. 6. Pſal. 88.

Apoc. 12.

Ioan. 12.

accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui: & non dilexerunt animas suas usque ad mortem: propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.]

26 Qualis autem, & quàm tremenda futura sit dies Iudicij se-
Sophon. 1. quens testimonium demonstrat Sophoniæ 1. *Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est, & velox nimis. Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis et miseriæ, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ et turbinis, dies tubæ et clangoris.*

27 Vide qualiter tremendam descripsit diem, horribilem, & amaram. Sed audi super quem dies illa superueniat. *Super omnes* (inquit) *Ciuitates munitas, et super omnes angulos excelsos.* Vbi (iuxta interpreta-
Greg. in Pastor. 3. p. ad monit. 12. tionem Gregorij) per Ciuitates munitas, & per angulos excelsos hypocritas intelligit dolo & malitia plenos; eo quod ad modum Ciuitatis munitæ fallaci semper sunt defensione circundati, ne iacula veritatis admittant, & sicut anguli, in quo duo parietes coniunguntur, veritatis simplicitatem fugiũt, & per superbiam quodammodo duplicitatis peruersitate replicantur, vt iustos decipiant.

28 Dicitur autem dies vniuersalis iudicij singulariter dies Domi-
1. Cor. 3. *2. Thess. 2.* ni. 1. Corinth. 3. *Dies Domini declarabit.* Et 2. Thess 2. *quasi instet dies Domini.* Nunc enim dies videntur esse hominum, & eis dantur à Deo, vt poenitentiam agant, & libertate sua vtuntur, prout voluerint. Ideo
Iob 6. Iob 6 *Dies mei* (inquit) *velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur:* Sed diem iudicij appellat suum; eò quod non facient homines quod voluerint, nec poterunt promereri, aut demereri; sed diem hominum conuertet in diem suum, vt vindictam sumat de hostibus suis,
Psal. 34. iuxta illud Psal. 34. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* In cuius
Chrys. hom 22. ad Pop col. 4. et 5. signum (vt notauit Chrysostomus.) Prius Ieremias vidit virgam vigilãtem, postmodum vero ollam succensam: vt sciamus quod qui virgã Domini percussi in hoc sæculo vitam in melius non commutauerint, succendentur in futuro igni inferni & non erit, qui extinguat.

29 Terribilem reddunt diem illum tormenta inenarrabilia, quibus in anima & corpore punientur reprobi, de quibus multa consi-
Aug. super ep. ad Rom col. 5. F. 3. 4 derant Sancti Doctores. Ideo namque (vt notauit Augustinus) peccata iustorum etiam iam dimissa in præsenti sæculo grauiter puniuntur, sicut peccatum Dauid 2. Reg. 12. vt ostendatur quanta poena puniri debeat in iudicio peccata reproborum non dimissa.

30 Punientur autem poena æterna, poena videlicet ignis inextin-
Matth. 25. *Aug. 19. de Civ. Dei c. 28.* guibilis, iuxta illud: *Ite maledicti in ignem æternum.* Nam in inferno (vt dicit Augustinus) sic confligit cum ipsa natura corporis vis doloris, vt neutrum alteri cedat. Hic enim quando contingit iste conflictus, aut dolor vincit, & sensum mors adimit: aut natura perdurans vincit, & dolorem sanitas tollit. Ibi autem & dolor permanet, vt affligat: & natura perdurat, vt sentiat; quia vtrumque ideo non deficit, ne poena deficiat.]

Digitized by Google

ciat.] Hæc eſt mors ſecunda. Nam (ſicut idem Auguſtinus ait) prima mors animam nolentem pellit à corpore. Secunda mors animam nolentem tenet in corpore:] Cui conſonat illud: *Deſiderabit Dei* c. 30. *mori & fugiet mors ab eis.* Et Iſaiæ 66. *Vermis eorum non morietur:* Apoc. 12. *& ignis eorum non extinguetur.* Vermis ad animam, ignis ad corpus Iſaiæ 66. reproborum pertinet, aut etiam vtrumque ad corpus, iuxta illud Eccleſiaſt. 7. *Vindicta carnis impij ignis, et vermis.* Vbi Auguſt. Potuit Aug. li. 21 breuius dici, *Vindicta impij.* Cur ergo dictum eſt: *Carnis impij*; niſi de Ciuitate quia vtrumque, ideſt, & ignis & vermis pœna erit carnis? aut vin- Dei c. 9. dictam carnis propterea dicere voluit; quia hoc in homine vindi- Eccl. 7. cabitur, quod ſecundum carnem vixerit. Propter hoc enim in mor- tem ſecundam, quam ſignificauit Apoſtolus dicens. *Si enim ſecun-* Rom. 8. *dum carnem vixeritis, moriemini.* Eligat quiſque quod placeat, aut ignem tribuere corpori, animo vermem: hoc propriè, illud tropice; aut vtrumque propriè corpori. Iam enim ſatis ſuperius diſputaui, poſſe animalia etiam in ignibus viuere in vſtione ſine conſumptione, in dolore ſine morte per miraculum omnipotentiſſimi creatoris, cui hoc poſſibile eſſe, qui negat, a quo ſit quicquid in naturis omnibus miratur, ignorat.]

31 De hoc igne & eius æternitate legitur Apocal. 20. *Et deſcen-* Apoc. 20. *dit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos, et diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis, et ſulphuris, vbi et beſtia, et pſeudo prophetæ cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.* Quo teſtimonio & alijs pluribus triumphat Auguſtinus aduerſus illos, qui arbitrantur damnatos, poſt multa tempora, Sanctis Angelis aſſociandos eſſe. Aug. li. 21 de Ciu. Dei

32 Hinc eſt illud Iob 20. *Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſu-* c. 23 et 24 *metur. Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic et ſuſtinebit.* Quia Iob 20. (ſicut dicit Gregorius) cruciatur, & non extinguitur: moritur, & viuit: Greg. 15. deficit, & ſubſiſtit: finitur ſemper, & ſine fine erit.] Cui conſonat illud mor. c. 11. Pſalm. 48. *Laborabit in æternum, et viuet adhuc in finem.* Et vt con- Pſal. 48. firmet Propheta id, quod de æternitate pœnarum prædixerat, ſubdit: *Si-cut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Quia (ſicut dicit Ber- Bern. ſer. nardus) ſemper morientur ad vitam, & ſemper viuent ad mortem.] 2. de ver- Ideo non ait: Mors eradicabit. Sed, *Mors depaſcet eos*, vt pœnarum bis Apoſt. æternitatem deſignet, eò quòd earum radix, videlicet, culpa in eis ſem- tom. 1. per remanet, vnde ſicut radix herbæ, cum depaſcitur, iterum pullulat radice viuente; ita & culpa, quæ in damnatis nunquam deletur, ignem ſemper nutrit, & fouet æternum. Sed quare ait: *Sicut oues*, & non ſicut hædi? oues enim à dextris, hædi autem à ſiniſtris erunt in iudicio. Reſpondetur: ideo, ſicut oues; quia nimirum, etiam pro peccatis, quæ ex ignorantia culpabili, & ſimplicitate commiſerunt, exiſtimantes peccatum non eſſe, punientur in æternum. Quis enim ſimplicitatis typum gerit. Hæc enim peccata pertimeſcebat, qui dixit: *Delicta iuuentutis* Pſal. 24. *meæ, et ignorantias meas, ne memineris.* Et iterum: *Delicta quis intel-* Pſal. 18. *ligit? Ab occultis meis munda me, et ab alienis parce ſeruo tuo. Ab occultis*, ideſt, à peccatis, quæ ego culpabiliter ignoro & *ab alienis*, quæ

corri-

Psal. 48. corrigere potui, debui, & non feci. Et rursus: *Cur timebo in die malâ? iniquitas calcanei mei circundabit me.* Vbi per iniquitatem calcanei peccata intelligit, quæ paruifacere solent homines: sicut ea quæ calcaneo conculcãtur. Vel (secundũ Aug.) per iniquitatẽ calcanei intelligit consensum in peccatum; quia est vltimum in quo peccatũ ipsum consumatur; sicut calcaneus est vltima pars hominis, cui serpens insidiatur iuxta illud Gen. 3. *Ipsa cõteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius.*

Aug. sup. enar. psal. tom. 8.

Gen. 3.

Bern. ser. 2 de verb. Apost. to. 1

33 Sanctus Bernardus aliter explicat verba illa: *Sicut oues in inferno positi sunt.* Quam bene (inquiens) sicut oues; quia detracto vellere mundialium diuitiarum, durè presequè detonsi, sempiternis nudi deputabuntur incendijs.] Illis videlicet, de quibus Isaiæ 30. *Præparata est enim ab heri Topheth, à Rege præparata profunda, & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini, sicut torrens sulphuris succẽdens eam.*) Super quem locum multa notatu digna, videri poterunt, quæ circa locum & pœnas inferni obseruaui in commentario nostro super cap. 30. Isaiæ num 51. & duobus sequentibus.

Isai 30.

34 Huius ignis & flammarum, quibus in æternum reprobi torquebuntur, signum quoddam fuit, & præsagium combustio Sodomæ, & Gomorrhæ, & aliarum ciuitatum, de quibus Genesis 19. Dicit enim Aug. Liberato de Sodomis Loth, & veniente igneo imbre decœlo, tota illa regio impiæ ciuitatis in cinerẽ versa est, vbi stupra in masculos in tantã consuetudinẽ cõualuerant, quantã leges solẽt aliorum factorum præbere licetiam. Verum & hoc eorum suplicium specimen futuri iudicij diuini fuit. Nam ad quid pertinet, quod prohibiti sunt qui liberabantur ab Angelis retro respicere, nisi quia non est animo redeundum ed veterem vitã, qua per gratiam regenerationis exuimur, si vltima iudicij euadere cogitamus? Denique vxor Loth vbi respexit, remansit; & in salem conuersa hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quo sapiant aliquid, vnde illud caueatur exemplũ.)

Aug. li. 19 de Ciu. Dei cap. 30.

Gen. 19.

Gen. 19.

Psal. 10. Cui consonat illud Psal. 10. *Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum.* Vbi Augustinus: Hæc pœna est eorum, per quos blasphematur nomen Dei, vt primò cupiditatũ suarũ igne vastentur, deindè malorũ operũ sœtore à cœtu beatorũ abijciantur: postremò arrepti atque submersi ineffabiles pœnas luant. Hæc est enim pars calicis eorum, sicut iustorum: *Calix tuus inebrians, quam præclarus est!* Ait autem: *Pars calcis eorum*; quoniam hæc non est tota reproborum pœna, sed pars. Est enim & alia pœna multò grauior, videlicet pœna damni, quæ in separatione & elongatione a Deo consistit, de qua Isaias ait: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Et Matthæi 25. *Ite maledicti*, &c. Ex quibus verbis collige, pœnã damnatorum ex quatuor præcipuè constare, quæ in sententia Iudicis notantur. Primum est Pœna dãni, quæ in carentia diuinæ visionis consistit, ideo ait: *Ite*, idest, à me separamini. Secundum est pœna sensus, quæ ex parte conuersionis respondet peccato, videlicet cruciatus ideo ait: *In ignem*. Tertium est æternitas pœnæ, quæ significatur, cum ait: *In ignem æternum*. Quartum est societas Dæmonum, & hæc pœna significatur cum dicitur: *Qui paratus est diabolo*, idquod etiam

Aug. sup. enar. psal. tom. 8.

Isai. 27.

Secundum 70.

Matt. 25.

Isai. 30.

Isaias

Isaias prædixerat cap. 30. cum ait: *Præparata est ab heri thophet, à Rege præparata est.* Vel (vt Vatablus vertit) *hæc enim pro Rege præparata est.* Sic etiam vertit Pagninus: *Etiam ipsi Regi præparata est,* idest diabolo. *Ipse est enim Rex super vniuersos filios superbiæ.* Iob 41.

35 Hæc ferè omnia breui sermone complexus est Isaias: *Et congregabuntur* (inquit) *congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur in carcere, & post multos dies visitabuntur.* Vbi sicut notaui super 24. caput Isai. num. 23. per congregationem vnius fascis pœna intelligitur damni, in qua omnes damnati conueniunt æqualiter: nam est priuatio consistens in facto esse, quæ (vt docet Sanctus Thomas) non suscipit mag s & minus. Nam pœna sensus pro diuersitate peccatorũ erit diuersa, & ideo non significatur per congregationem vnius fascis; sed per diuersos fasciculos, sicut dicitur. Matth. 13. *Colligite primũ zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum.* Sicut enim (vt notauit Gregorius) in domo Patris mansiones multæ sunt pro diuersitate virtutis: sic damnatos diuerso suplicio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminis. Itaque ligare in fasciculos est, pares in culpa paribus sociare in pœna. Vnus enim erit fasciculus fornicantium, alius latronum, alius homicidarum, alius blasphemantiũ, &c. Quia sicut dicitur Sap. 6. *Iuxta mensuram delicti erit et plagarum modus.* Et Apoc. 18. *Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicia secũdum opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum: quantũ glorificauit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, et luctum.* Hæc Gregorius. 9. moral. 39. Isai. 24. Matt. 25. Psal. 111. Isai. 26. Sap. 6. Apoc. 18.

36 In iudicio dicetur electis: *Venite benedicti Patris mei percipite Regnum, quod paratum est vobis ab origine mundi:* vt peccator videat & iratcatur iuxta illud Psal. *Peccator videbit, et irascetur, dẽtibus suis fremet, & tabescet: desiderium peccatorũ peribit.* Et Isa. 26. *Exaltetur Dñe manus tua, vt nõ videãt: videãt, et confundãtur zelãtes populi: et ignis hostes tuos deuoret.* Postmodũ verò dicet reprobis: *Ite maledicti in ignẽ eternũ;* vt nitidior appareat Sanctorũ gloria. Nam oppositа iuxta se posita magis elucescũt. Vnde Bern. Prius enim benedicti vocabũtur in regnum, quàm maledicti in caminũ deijciãtur ignis æterni, quo videlicet acrius doleãt videntes quid amiserint. Sic iusti quoquè videbũt, & lætabũtur cõsiderantes, quid euaserint. In illa ergo tãta separatione quẽadmodũ hædis agnorũ diuisio grauissimi luctus occasio fiet: sic electis è regione cõsideratio reproborũ, immẽsa quædã materia gratiarũ actionis & laudis. Vnde .n. tã magnificè gratias agerẽt, nisi cũ illa inexcogitabili felicitate, qua perfruũtur, ipsã quoque retributionẽ cernerẽt iniustorũ, à quibus equidẽ sola misericordia redẽptoris segregatos sese esse fidelissimè, & deuotissimè recordãtur? &c. Sic nimirũ sibi inuicem collata cõtraria, suæ quidẽ vtrũque videtur suscepisse augumẽtũ aliquod qualitatis: vt albũ nigro si cõferas, & hoc cãdidius, & illud tetrius apparebit. Sed audi certius super hoc testimoniũ, ppheticũ sermonẽ: *Lætabitur* ait, *iustus, cũ viderit vindictã.* Vt quid ita? *Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Plane nõ inquinabit in sãguine, sed lauabit: vt vnde ille cruẽtus magis, inde ille nitidior videatur: vnde ille plus sordet; inde iste pulchrius elucescat.) Hæc Bernar. Cui consonat illud Psalm. 51. Matt. 25. Bern. ser. 8. super psal. Qui habitat in medium. Psal. 57.

Videbunt

(Videbunt iusti,& timebunt,& super eum ridebunt,& dicent: Ecce homo,qui non posuit Deum adiutorem suum; sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum,& prævaluit in vanitate sua.) Vbi Augustinus: Duo tempora distinguit satis vtiliter,timendi,& ridendi. Quamdiu electi sunt in hoc sæculo timent. Quia dixit Apostolus: (In timore, & tremore vestram ipsorum operamini salutem). Quia dictum est in Psalmo 2.(Seruite Domino in timore,& exultate ei cum tremore.) Propter hoc ait Apostolus:(Qui se putat stare videat ne cadat.)Quare cum tremore? Quia dicit alibi: (Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,intendens te ipsum,ne & tu tenteris &c.) Sed tunc, idest, in die iudicij,cum sancti ad portum æternæ felicitatis peruenerint,cum iam de sua salute securi fuerint,tũc inquam,erit tempus ridendi;immò & irridendi reprobos. Nam & ipsam irrisionem iniquorum,quæ futura est à iustis,significauit lib. Sapientiæ,cum ait: (Quia vocaui, & renuistis:extẽdi manum meam,& non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum,& increpationes meas neglexistis: Ego quoque in interitu vestro ridebo,& subsannabo,cum vobis id quod timebatis, aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas,& interitus quasi tempestas ingruerit:quando venerit super vos tribulatio,& angustia.) Tunc ergo electi impios irridebunt,iuxta illud Iob 5.(In vastitate, & fame, ridebis &c & à flagello linguæ absconderis): Quia(sicut explicat Gregorius)in die iudicij,in quo reprobi vastitatem famemque passuri sũt, ab æterni Patris visione separati,tunc iusti ridebunt,& à flagello linguę abscondentur,idest,à sententia vltimæ animaduersionis, qua districtus iudex reprobis dicet:(Discedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo,& angelis eius &c.)Quod etiã confirmat ex verbis inductis Psal. 51.(Videbunt iusti,& super eum ridebunt,& dicent:Ecce homo,qui non posuit Deum adiutorem suum.)

Aug. sup. cund. Psal post me. F. tom.8.
1. Cor.10.
Psal. 2.
Gal.6.
Ibidem
Prou.1.
Iob 5.
Gregor. 6. mor. 16.
Matt.25.
Psal.51.

38 Illud ergo erit verum flagellum scapulis impiorum insidens, quo animam & corpus mittet in gehennam;flagella enim præsentis vitæ,non flagella; sed quasi flagella reputanda sunt. Ideo namque cum Saluator noster inuenisset in templo vendentes boues,& oues, & colũbas,(& feciſſet quasi flagellum de funiculis,omnes eiecit de templo.) Quasi flagellum,inquit,nam verum flagellum pro iudicio tremendo reseruauit. Et propter eandem rationem Apostolus illud aduerbium *quasi* apposuit omnibus tribulationibus quasi in hoc mundo electi patiuntur,dum ait:(Quasi morientes & ecce viuimus:vt castigati, & non mortificati,quasi tristes,semper autem gaudentes:sicut egẽtes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidetes.)

Iosu.2.
2.Cor.6.

39 Iudicij dies dicitur tempus putationis Canticorũ 1.(Tẽpus putationis aduenit.Quia (sicut explicat Gregorius) palmites aridi, & infructiferi,hoc est,reprobi à consortio bonorum excidentur,& in ignẽ mittentur. Cui consonat illud Ioannis quinto decimo. Ego sum vitis, vos palmites:si quis in me non manserit,mittetur foras sicut palmes, & are-

Cant. 1.
Greg. sup. c.1. Canticorum l.1.
Io.15.

Et ideo ad effectum cum eo in quem intenditur nullo modo. Nec enim ex-
tendit se ad illum, nec ad ipsum pertingit. Et ideo non agit in ipsum. Et
ideo non sequitur quod ipse sit in ipsa, nec quod ipsa sit in ipso. Et ideo
non sequitur quod ipse sit ipsa, nec quod ipsa sit ipse. Et ideo non sequi-
tur quod ipse sit ipsa, nec quod ipsa sit ipse. Et ideo non sequitur quod
ipse sit ipsa, nec quod ipsa sit ipse. Et ideo non sequitur quod ipse sit
ipsa, nec quod ipsa sit ipse. Et ideo non sequitur quod ipse sit ipsa, nec
quod ipsa sit ipse. Et ideo non sequitur quod ipse sit ipsa, nec quod ipsa
sit ipse. Et ideo non sequitur quod ipse sit ipsa, nec quod ipsa sit ipse.
Et ideo non sequitur quod ipse sit ipsa, nec quod ipsa sit ipse

Aug. super Psalm. 36. col. 2. F. G. ter, & alter relinquetur. Vbi Sanctus Augustinus: In quocumque genere vnus, quod habet aliquam professionem, non omnes inueniuntur probi, non omnes inueniuntur reprobi. Ex hoc apparet quia de

Io. 8. quibusdam horminum generibus, quæ per similitudines in Euangelio modo proposito audiuimus, sic concluditur: *Vnus assumetur, & vnus relinquetur.* Assumetur bonus, relinquetur malus. Videntur duo

Matt. 24. in agro, eadem professio est, sed non idem cor &c. Videntur enim mihi

1. Cor. 3. in agro laborare, qui præsunt Ecclesijs, sicut Apostolus dicit: *Dei agri cultura, Dei ædificatio estis.* Nam & architectorem se dixit, cum di-

Ibidem. cit: *Vt sapiens architectus fundamentum posui.* Et agricolam cum dicit: *Ego plantaui, Apollo riganit: sed Deus incrementum dedit.* In molendino ergo duas dixit, non duos. Credo quòd hæc figura ad plebes pertineat; quia Præpositi regunt, plebes reguntur. Et molendinũ puto dictum mundum istum, quia rota quędam temporum voluitur, & amatores suos conterit. Sunt etiam qui de actionibus mundi non

Luc. 16. recedunt, sed tamen & ibi alij benè operantur, alij malè. Alij sibi faciunt amicos de Mammona iniquitatis, à quibus recipiantur in taber-

Matth. 25. nacula æterna, quibus dicetur: *Esurini, & dedistis mihi manducare.* Alij ista negligunt, quibus dicetur: *Esurini, & non dedistis mihi manducare.* Proinde quia de his, qui versantur in negotijs, & operibus huius mundi, alij diligunt benefacere indigentibus, alij negligunt: tanquam de duobus in molendino, *vna assumetur, & vna relinquetur.* Lectum autem positum arbitror pro quiete: quia sunt qui neque actiones mundi pati volunt sicut sunt coniugati homines habentes domos, familias, filios: neque aliquid in Ecclesia agunt, sicut præpositi, velut in agricultura laborantes; sed velut ad hæc infirmi secedunt ad ocium, & quieti esse diligunt, veluti memores infirmitatis suæ, non se committentes magnis actionibus, & quodammodo in strato infirmitatis suæ rogantes Deum. Et hæc professio habet bonos, & fictos. Proinde etiã ex his *vnus assumetur, & vnus relinquetur.* Ad quamcumque professionem te conuerteris, para te pati fictos alioquin si te non paraueris, inuenies quod non sperabas, & deficies, aut perturbaberis. ℣

42 Memoria iudicij est frenum constringens peccatores, ne velut

Psal. 31. equi effræni ad precipitium æternæ damnationis currant. Vnde

Chrys. ho. 38. sup. Ieã. in prin. G. t. 3. Psalmista: *In camo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Et Sanctus Chrysostomus: Hoc iudicium semper

Psal. 9. præ oculis habeamus, ita semper vacare poterimus. Nam sicut qui diei illius obliuiscitur, tanquam fræno abiecto in precipitium defertur, *inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore*, & caussam affert: *Auferuntur iudicia tua à facie eius*: ita quem continuus hic percellit timor, modestè viuendi viam ingreditur. *Recordare* (inquit) *nouissima*

Eccl. 7. *tua, & in æternum non peccabis.* ℣ Cui consonat illud Psalm. centesimi vigesimi octaui: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Supra dorsum, inquit, hoc est: quia existimauerunt me in dorso habere peccata illorum, & ea obli-

Digitized by Google

tioni tradidisse; ideo absque vllo freno prolongauerunt iniquitatem suam. Cui consonat illud Threnorum primo: *Sordes eius in pedibus eius*, hoc est, vsque ad finẽ vitæ, qui per pedes significatur. *Nec recordata est finis sui.* Quasi diceret, quia nó est recordata finis sui, ideo sordes eius in pedibus eius. Thren. 1.

43 Iudicium ergo est illud tonitruum, quod nullus poterit sustinere, de quo Iob trigesimo sexto: *Et cum vix parvam scintillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Parua scintilla sermonum Christi fuit illud verbum, quo persecutores suos requisiuit dicens: *Quem queritis?* Cui illico responderunt: *Iesum Nazarenum.* Quibus (vt ait Sanctus Gregorius) cum repente diceret: *Ego sum*: vocem solummodo mitissimæ responsionis edidit, & armatos persecutores suos protinus in terram strauit. Quid ergo facturus est cum iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos percutit, etiam cum iudicandus venit? Quod est illud iudicium, quod immortalis exerit, qui in vna voce non potuit ferri moriturus? Quis eius iram toleret, cuius & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? Consideret ergo vir sanctus, & dicat: *Cum vix parvam scintillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri:*) Necesse est ergo, vt diẽ iudicij tremendum præoculis sẽper habeamus, ne peccemus, & cũ S. Hier. sẽper sentiamus in auribus nostris vocẽ illã terribilẽ: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Iob 36. Ioan. 18. Gregor. 14 mor. 21 in fine.

44 Aduentum iudicis & ostensionem iræ aduersus peccatores desiderans Propheta inquit: *Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.* Quia verò (sicut dicit Sanctus Augustinus super eundem Psalm. in princ. tom. octauo) ad formam serui relatum est, tunc eius à cęteris hominibus dissimilitudo apparebit, quando apparebit in gloria: Ideo sequitur, *Ne taceas, neque compescaris Deus.* Quia primò tacuit, vt iudicaretur, quando sicut agnus coram tondente se fuit sine voce, sic non aperuit os suum, & suam compescuit potestatem. Quam vt se compescere ostenderet, ad illam eius vocem, qua dixit: *Ego sum*, ij, qui eum apprehendendum quærebant, redierunt retro, & ceciderunt. Quãdo ergo teneretur, atq; pateretur, nisi se ipsum cohiberet, atque compesceret, & quodammodo mitigaret? Nam & sic quidam interpretati sunt, quod hic positum est, *Neque compescaris Deus*: vt dicerent, neque mitescas Deus. Ipse alibi dicit, Tacui, nunquid semper tacebo? Cui dicitur hic: ne taceas: de illo alibi dicitur. *Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit.* Cui dicitur hic, *Ne taceas*: tacuit enim vt iudicaretur, quando venit occultus: non autem tacebit, vt iudicet, quando veniet manifestus.) Cui consonat illud Isaiæ quadragesimo secundo: *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar*, tunc videlicet, cum in die iudicij dicet ijs, qui à sinistris eius erunt: *Ite maledicti in ignem æternum.* Vbi obseruandum est valde, quod Propheta similitudine parturientis propensum Dei erga nos, & paternum affectum exprimit, qui Psal. 82. August. Psal. 49. Isa. 42. Matt. 25.

Digitized by Google

etsi puniat inimicos suos, id tamen non lætus, aut gaudens in eorum perditionem facit; sed cum ingenti animi dolore ad similitudinem parturientis. *Et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem formaui a facie terræ.* Et Isaiæ primo: *Heu ego consolabor super hostibus meis, et vindicabor de inimicis meis.* Vbi illa interiectio, heu; interiectio est quasi animi dolentis, & Dei benignitatem exprimentis, qui non delectatur in perditionibus nostris, sed quasi contristatur & doleat, & dolore parturientis, qui maximus solet esse. Et appellat hostes & inimicos suos, oppressores pauperum, pupillorum, & viduarum: nam iniuriam, quæ illis irrogatur, propriam reputat.

Gen. 6. Isa. 1.

45 In hac vita non tribuit Deus iustis ea quæ sibi debentur, præmium videlicet bonorũ operum, sed multoties eos affligit sine causa, hoc est, absque præcedenti peccato. Et similiter reprobis non retribuit ea quæ illis debentur, videlicet poenas pro delictis suis, quin immò sæpe dat illis quæ non debentur, felicitatem videlicet, & bona temporalia, sed in die iudicij singulis restitutionem faciet, secundum illud Iob 34. *Absit à Deo impietas, et omnipotente iniquitas: opus enim hominis reddet ei, et iuxta viã singulorum restituet eis. Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotẽs subuertit iudicium.*] Quia ergo apud homines videbatur iniquitas, mala iustis, & bona peruersis tribuere, ideo ait: quia in omnipotente Deo iniquitas, vel impietas non est. Sed (vt dicit Gregorius) in hac vita nequaquam semper hoc agitur, quod subiunxit: quia iuxta opus suum singulis, & iuxta vias proprias reddit. Nam & multos illicita ac peruersa perpetrantes gratuitò prævenit, atque ad opera sancta conuertit, & nonnullos rectis actibus deditos, flagello interueniente corripit, ac sic placentes quasi displiceant, affligit. Salomone attestãte, qui ait: *Sunt iusti, quibus multa euenĩũt, quasi opera egerint impiorum, et sunt impij, qui ita securi sunt, ac si iustorum facta haberent.* Quod nimirum omnipotens Deus inæstimabili pietate dispensat, vt & iustos flagella crucient, ne opera extollant; & iniusti saltem sine poena hanc vitam peragant: quia ad tormenta quæ sunt sine fine, malè agendo festinant: nam quia aliquando iusti nequaquam iuxta opera flagellantur, hac ipsa historia, quam tractamus, ostenditur. Neque enim idem Beatus Iob pro culpa fuit flagellatus, quia ante flagelli stimulum ipso iudice attestante laudatus est. &c.) Sed in iudicio extremo, in quo: *Iustus iudex* (sicut dicit Apostolus) *reddet vnicuique secundum opera eius*, tunc iuxta vias singulorum restituet eis.)

Iob 34. Gregor. 24 moral. 10. alias 25. 2. Tim. 4.

46 Cessat igitur illa querimonia, quam ignorantium nomine proponit qui dixit: (Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum; verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radices miserunt, proficiunt & faciunt fructum: propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.) Cessat & querela, quam nomine iustorum explicat Iob: *Indica mihi cur me ita iudices? Numquid bonũ tibi videtur si calum-*

Ier. 12. Iob 10.

calumieris me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues? Cesset, inquam, vtraque quærela; nam vtrũque efficit Deus in hoc sęculo occulto quidem iudicio, sed absque vlla dubitatione iustissimo, vt disputatione 42. de Auxilijs num 8. & 9. dicebam: Ad cuius euidentiam duo fundamenta supponit Chrysostomus. Alterum est, quòd nullus homo purus est ita iustus & innocens (B. Virgine dumtaxat excepta) qui aliquod saltem peccatum veniale, propter quod pœnam mereatur, non commiserit. Dicitur enim Iac. 2. *In multis offendimus omnes*. Et 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et Prouerb. 14. *Septies in die cadit iustus*. Similiter etiam nullus reprobus est ita impius, qui vnum aut alterum opus morale bonum non fecerit. Quod Sanctus Chrysostomus probat ex illo Lucæ 18. Vbi de quodam iudice iniquitatis dicitur, quod misericordiam egerit cum vidua eos cohibens, qui illam afficiebant iniurijs. Iac. 2. Ioan. 1. Prou. 14.

4 Secundo obseruandum est, quod Deus cùm sit summè iustus & misericors, nullum opus prauum relinquit impunitum, neque opus bonum etiam morale inremuneratum. Sed bona, quæ reprobi operantur, præmiat Deus bonis temporalibus in hoc sæculo, sicut Ezech. 29. dicitur de Rege Babylonis: *Et dedi ei terram Aegypti, pro eo quod laborauerit mihi*. Et de quibusdam, qui iustitiam faciebant coram hominibus, vt viderentur ab eis, dicitur Matt. 6. *Receperunt mercedem suam*. Sed prò peccatis commissis condignam pœnam recipient in futuro. Electorum autem peccata punit Deus temporalibus pœnis; bona autem eorum merita æterna retributione coronat. Ex quibus fundamentis hanc conclusionem infert Chrysostomus: Quem igitur videris improbam agentem vitam, nec quidquam hic acerbi patientẽ, ne reputetis illum beatum, sed deflete potius, & deplorate velut illum omnia tristia perpessurum: quemadmodum diues ille fecit. Rursus quem videris virtutis studiosum, & eundem innumeris affligi molestijs, beatum existima, fœlicem iudica, vtpote qui & hic omnia sua peccata deleuerit, & illic multam habeat mercedem paratam, quemadmodum huic euenit Lazaro. Quod probat ex illis verbis, quæ respondit Abraham diuiti Epuloni: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris*. Propter quod Sanctus Augustinus Epist. 5. ad Marcell. Nihil inquit est in fœlicius fœlicitate peccantium. Et in Psal. 143. postquam Psalmista de reprobis dixerat: *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud*, vt excluderet hominum vanam æstimationem subdit: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: sed beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* Chryf. ho. 8. ex variis in Luc. quæ est 3. de Lazaro circa med. G.H. to. 2. Luc. 16. Augusti. Psal. 143.

48 Hinc est illud Iob 34. *Conteret multos & innumirabiles, & stare faciet alios pro eis*. Vbi Sanctus Gregorius: Sepè contingit, vt & qui videntur stare humano iudicio, iam in conspectu æterni iudicis iaceant: & qui adhuc coram hominibus iacent, iam in conspectu æterni iudicis stent. Quis enim hominum æstimare potuisset, Iob. 34. Grego. 25. mor. 7. in fine

Digitized by Google

Iudam viuendi ſortem etiã poſt miniſterium Apoſtolatus amittere? & quis econtrà latronem crederet cauſſam vitæ etiam in ipſo articulo mortis inuenire? Occulus autem Iudex præſidens, & vtrorumque corda diſcernens, alterum piè ſtatuit, alterum iuſtè confregit. Illum diſtrictè exterius repulit, hunc introrſus miſericorditer traxit. Vnde benè etiam per Prophetam caſuros alios paſſionis ſuæ tempore, atque alios reſurrecturos annuncians, ait: *Potum meum cum fletu temperabam.* Potus quippè ab exterioribus interius trahitur, fletus autem ab interioribus exterius emanat. Potum ergo Domino cum fletu temperare eſt, alios ab exterioribus introrſus trahere, alios ab interioribus in exteriora reprobare.] Luc. 23. Pſal. 101.

DE IVDICIO TEMERARIO

Cap. LIX.

QVÆ ambigua ſunt non debent in deteriorem partẽ interpretari: nec temerè iudicandum de factis alienis. Nullus iudex auctoritatem habet iudicandi non ſibi ſubditum: ſola anima tua eſt tibi ſubiecta. Dicit enim Apoſtolus: *Si noſmet ipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Anima verò proximi & cogitationes illius, non ſunt tibi ſubiectæ; ſed ſoli Deo. Nam homo videt ea, quæ parent: Deus autem intuetur cor. Vnde Chryſoſtomus: Si aperta in dedecus aliorum dicenda non ſunt, quantò magis ſilentio tradenda quæ ambigua ſunt) Eſt enim conſtitutus iudex peccatori: noli tu dignitatem vnigeniti temerario impetu rapere, illi iudici ſolũ conſeruatur.] Cui conſonat illud Ioan. 7. *Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtũ iudicium iudicate.* Et illud Apoſtoli: *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit, ſtabit autem. Potens eſt enim Deus ſtatuere illum.* Et iterum: *Qui manducat non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, mãducantem non iudicet.* Vbi Auguſtinus: Duo ſunt (inquit) in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum eſt quo animo quidque factum fuerit: vel cum [incertum ſit, qualis futurus ſit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. Si ergo quiſpiam, verbi gratia, conqueſtus de ſtomacho ieiunare noluit: & tu id nõ credens edacitatis vitio tribueris, temerè iudicabis. Item ſi manifeſtã edacitatem ebrioſitatemque cognoueris; & ita reprehenderis, quaſi nunquam illa poſſit corrigi, atque mutari, nihilominus temerè iudicabis. Non ergo reprehendamus ea, quæ neſcimus, quo animo fiant: neque ita reprehendamus quæ manifeſta ſunt, vt deſperemus ſanitatem. Euitabimus iudicium, de quo nunc dicitur]: Nolite iudicare, ne iudicetur dè vobis.] 1. Cor. 13. Chryſ. hom. 43. ſuper Matt. tom. 2 D. Rom. 14. Rom. 4. Aug. lib. 2 de ſer. Dñi in monte, c. 28 in fine L.

2 Nec tamen propterea (vt notauit Sanctus Auguſtinus) exiſtimandum eſt verba illa: *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis, et in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*: ſic eſſe intelligenda, vt

Aug. eodẽ lib. c. 29. Matt. 7.

Digitized by G

da,vt ſi nos iudicio temerario iudicauerimus ; temerè etiam de nobis Deus iudicabit.Sed hoc dictũ eſt:quoniã temeritas qua punis aliũ,eadẽ ipſa te puniat,neceſſe eſt &c. Nihil.n. nocuit martyribus iniquitas perſequentium,ipſis autem perſecutoribus plurimũ &c. Sic & temerariũ iudicium plerumq; nihil nocet ei,de quo temere iudicatur, ei autem, qui temerè iudicat,ipſa temeritas neceſſe eſt vt noceat. Iſta regula etiã illud dictum arbitror: *Omnis qui percuſſerit gladio, gladio morietur* .) Quia nimirum ipſo peccato anima moritur,quodcumq; commiſerit. *Matt.26.*

3 Quod autem ait Apoſtolus:*Alius quidem iudicat alternos dies,ſine diem et diem,alius autem iudicat omnem diem*,non de duobus hominibus videtur dictum,ſed (ſicut dicit Aug.)de homine & de Deo Qui enim alternos dies iudicat,homo eſt:poteſt.n.hodie aliud,cras aliud iudicare,ideſt,vt quem hodie malũ,conuictum , confeſſumq; damnauerit,cras bonum inueniat,& correctum:vel contra, cum aliquem iuſtũ hodie laudauerit,cras inueniat deprauatum . Qui autem iudicat omnem diem,Deus eſt;quia non ſolum qualis quiſque ſit,ſed etiam qualis omni die futurus ſit,nouit.) *Rom. 14. Aug. ſup. epiſtola ad Roma. col. vlt.nu.30. L.10.4.*

4 Temerarium ergo iudiciũ notauit Dominus in Scribis & Phariſæis Matt. 11.cum ait : *Venit Ioannes neque manducans,neque bibens , dicunt:dæmonium habet.Venit filius hominis manducans et bibens,& dicunt:Ecce homo vorax,et potator vini,publicanorum, et peccatorũ amicus.* Sed proh dolor,ſunt etiã aliqui inter Chriſtianos,qui(ſicut dicit Greg.) de omnibus malè iudicant.Dicunt enim,ſi quis ſtudet & vacat humilitati, hypocrita eſt:ſi recreationi,guloſus eſt : ſi patientiæ,timidus eſt; ſi iuſtitiæ,impatiens eſt:ſi ſimplicitati,fatuus eſt : ſi prudentiæ,malitioſus eſt : ſi maturitati, phlegmaticus eſt : ſi iucunditati , diſſolutus eſt : ſi religioni,ſingularis eſt : ſi ſocietati, ſæcularis eſt : ſi ſilentio & paci, diſſimulator eſt; ſi aliorum correptioni,præſumptuoſus eſt:ſi inſtans vigilijs & orationibus,indiſcretus eſt : ſi dormitioni, ſomnolentus eſt:ſi prædicationi & aliorum ſaluti,appetitor laudis eſt: ſi deſiſtat , negligens eſt:ſi habet gratiam hominum,adulator eſt : ſi adulari renuit, dicitur quòd ſuperbus eſt.) *Matt.11. Greg.*

5 Diſcamus à ſupremo omnium iudice,non temerè iudicare & nõ facilè condemnare quæ recta ſunt. Si enim Dominus,qui omnia nouit ante quàm fiant,non ſtatim iudicauit crimina Sodomorum,ſed ait:*Clamor Sodomorum,et Gomorrhæ aſcendit ad me.Deſcendam & videbo,vtrũ clamorem opere compleuerint* : cur audet vermis & cinis quæ ignorat temerè iudicare ? *Gen. 18.*

6 Qui ergo temerariè iudicant,timeant Dei rectum iudicium, & Væ illud Iſaiæ.5:*Væ qui dicitis bonum malum,et malum bonum:ponentes tenebras lucem,et lucem tenebras:ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.* Et Rom.2.*Propter quod inexcuſabilis es o homo,omnis qui iudicas.In quo enim iudicas alterum,te ipſum condemnas eadẽ enim agis, quæ iudicas.Exiſtimas autem hoc ô homo,omnis qui iudicas eos qui talia agunt,et facis ea : quia tu effugies iudicium Dei ?* *Iſa.5. Rom. 2.*

Digitized by Google

DE IVRAMENTO

Cap. LX.

Chryſ. hom 14. ad Popul. col. 2. Gen. 5.

IVRAMENTVM indiſcretum, & abſque iudicio caput abſcidit Ioannis Baptiſtæ: ideo vnuſquiſque in domo ſua habeat ſanctum illud caput ſanguine proprio conſperſum, quod aduerſus iuramenta clamat, vt Chryſoſtomus his verbis hortatur: Antea vos rogaui, vt Ioannis caput abſciſſum adhuc calido cruore diſtillans ſumentes, ſic domum quiſque ſuam redeatis, vt putetis ante oculos habere ipſum vocem emittentem & dicentem: Odio habete iugulatorem meum iuramentum. Quod increpatio non fecit, hoc iuramentum: quod ira non potuit tyrannica, hoc periurij neceſſitas effecit. Et quando nempe omnibus publicè audientibus arguebatur increpationem generosè tulit tyrannus: cum vero ſe in iuramenti neceſſitatem adegit, tunc illud beatum caput abſcidit. Hoc ipſum igitur & nũc peto, & petere non deſiſtam, vt quocunque abierimus, hoc geſtantes caput habeamus, & omnibus clamans oſtendamus, & iuramenta vituperans.] Et multa alia ibi proſequitur eleganter præſertim

Eccl. 23. circa pericula maxima quę in iuramentis, & eorum frequentia paſſim occurrunt. Cui conſonat illud Eccleſiaſtici 23. *Non aſſueſcat iuramẽto os tuum: multus enim caſus in illo.*

Zach. 5. 2 Quale autem iudicium, & quam tremendum periuris ſit reſeruatum, his verbis explicat Zacharias. *Ecce*, inquit, *ego video volumen volans, longitudo eius XX. cubitorum, & latitudo eius X. cubitorum: educam illud, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio eius, & conſumet eam, & ligna eius, & lapides eius.* Septuaginta interpretres vbi nos legimus: *Et ecce volumen volans*, vertunt: *Et ecce falx*

Chryſ. hom 15. ad Popul. col. 6. tom. 5. *volans*: Quam translationem ſequuntur Sanctus Cyrillus, & Theodoretus, & Sanctus Chryſoſtomus, qui prædictum locum expendens, ait: Falcem illam alas habere, vt vltionem ineuitabilem eſſe, & ſupplicium effugi non poſſe videas. Enſem enim volantem forſitan aliquis effugere poterit: falcem autem in collum delapſam, et pro funiculo factam, nemo fugere poteſt. Cum autem & alæ adſint, quæ ſaluris vlterius ſpes? qua vero cauſſa lapides, & lingua iurantis diſſoluit? vt ruina alijs correctio fiat. Poſtquam enim iurantem mortuum terræ condi neceſſe eſt, domus diſſoluta & ruina facta prætereuntibus omnibus, & cernentibus admonitio erit per aſpectum, vt non eadem audeant, ne eadem patiantur, & accuſatrix erit mortui criminis continua. Non ita pungit enſis, ſicut iuramenti natura.] Cui

Eccl. 23. Chryſ. conſonat illud: *Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & à domo eius non recedet plaga.* Vbi Sanctus Chryſoſtomus homil. duodeci-

ma

ma imperfect.in Mauh. col. quinta F. Si ergo à iurantibus plaga non recedit,quomodo à periurantibus plaga recedet?] Et obserua falcem illam ingredi in domum furis,& in domum iurantis mendaciter,vtramque coniungens in supplicio,quæ coniunctæ fuerunt in peccato. Multos namque reperies, qui,vt vnum furentur argenteum, decem periurijs commaculari non renuunt. Vnde Sanctus Augustinus: Vbi estis,inquit fontes lacrymarum? quo ibimus? vbi nos occultabimus ab ira veritatis,si non solum negligemus cauere mẽdacia; sed audemus insuper docere periuria?] Vt autem celerior fiat emendatio (ait Chrysostomus homil.nona ad Populum in fine G.) hoc fac quod dico. Scribe super parietem domus tuæ,& super cordis tui pa rietem falcem illam volantem, & hanc ad maledictionem volare puta: & continuè ipsam recogita; si alium iurantem videas,cohibe, veta,& curam tuorum gere seruorum. Si hoc enim consideremus, quomodo non tantum ipsi emendemur; sed & alios in hoc iudicamus, celeriter ipsi ad finem veniemus.] *Aug.lib. contra mendacij c.18. tom.4.*

3 Et vt ex sacris litteris aliquod exemplum vindictæ,quam Deus sumit de periuris commemoremus,audi quid acciderit Sedechiæ (vt notauit Chrysostomus hom.19.ad Populum). Hic Sedechias iuramẽtum dedit Barbarorum Regi Nabuchodonosor, quod in ipsius auxilio permaneret,postea defecit,& ad Aegypti regem trãsfugit,iuramenta paruipendens, & tanta passus est,quanta statim audietis.) Et postquam Ezechiel parabolam de duobus Aquilis proposuit, per quas Regẽ Babylonis & Ezechiam intelligit, subdit: *Nunquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, numquid effugiet? Viuo ego, dicit Dominus Deus. quoniam in loco regis, qui constituit eum regem,cuius fecit irritum iuramentum,& solvit pactum quod habebat cum eo,in medio Babylonis morietur.*) Et demonstrare volens,quòd non humana vi destruetur; sed quoniam Deum sibi fecit inimicum per illa iuramenta,subiungit: *Et non in exercitu grandi,neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aegeris, & in extructione vallorum; vt interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum,vt solueret fœdus,& ecce dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Viuo ego,quoniam iuramentum quod sprenit,& fœdus,quod præuaricatus est, ponam in caput eius.*) Vbi Sanctus Chrysostomus: Vides quomodo non semel,nec bis,verum & sæpius dixit,quod ille propter iuramentum hæc omnia passus est? Implacabilis enim est Deus contemptis iuramentis.] *Ezech.17. Chr.ho.19. ad Populũ post med. E to.5. Chr. vbi supra.*

4 Hinc Christus Dominus Matthæi quinto, prauam iurandi consuetudinem exterminare volens, & periculum magnum peierandi,quod in ea est,ostendens,ait: *Audistis: quia dictum est antiquis: Non periurabis,reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis:nolite iurare omnino,neque per cælum;quia thronus Dei est: neque per terram; quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam; quia* *Matth.5.*

ciuitas eſt magni regis : neque per caput tuum iuraueris ; quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt : non non : quod autem his abundantius eſt, a malo eſt.] Quibus verbis, vt S. Auguſtinus ait, ſic intelligitur præcepiſſe Dominum ne iuretur, ne quiſquam ſicut bonum appetat ius iurandum, & aſſiduitate iurandi ad periurium per conſuetudinem delabatur, &c. *Sit autem ſermo veſter, eſt eſt : non non.* Hoc bonum eſt, & appetendum, *quod autem amplius eſt, à malo eſt*, ideſt, ſi iurare cogeris, ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid ſuades. A malo eſt, dixit, & non malum eſt, hoc eſt, tu non malum facis, qui bene veteris iuratione, quæ neceſſaria eſt, vt alteri perſuadeas quod vtiliter perſuadeas, ſed à malo eſt illius, cuius infirmitate iurare cogeris.] Cui conſonat illud Iacobi 5. *Ante omnia autem fratres mei nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt ; non non : vt non ſub iudicio decidatis.* Vbi Auguſtinus : Quia graue peccatum eſt peierare, compendium tibi dedit Scriptura. *Nolite iurare.* Qui enim iurat, aliquando verum iurare poteſt : qui autem non iurat, mendacium iurare numquam poteſt, &c. Cum dicit ante omnia, cautos nos fecit aduerſus linguam noſtram. Ante omnia, ait, vt attendatus præ ceteris, vt vigiletis, ne ſubreparat vobis conſuetudo iurandi.]

Aug. lib. 1 de ſer. Dñi in monte, c. 30. circa fin. Bo. to. 4.

Iac. 5.

Aug. ſer. 30. de ver. Apoſt. t. 10

5 Diſcamus ergo ex his in quanta veneratione ſit à fidelibus habendum Dei nomen, de quo ait Pſalmiſta: *Sanctum, & terribile nomen eius.* Nomen, inquam, quod eſt ſuper omne nomen. Vnde Chryſoſtomus : Nonne enim dum Deus nominatur, oporteret horrere ? At apud Iudæos quidem tam venerandum erat ipſius nomen, vt in lamminis ſcriberetur, & nemini literas ferre liceret, niſi ſacerdotum principi : nunc autem velut quiddam vulgare, ſic ipſius nomen circumferimus. Si ſimpliciter Deum nominare non eſt fas, omnibus in teſtimonium etiam eum vocare, quantæ quæſo ſit audaciæ ? quantæ inſaniæ ?] Eadem prorſus verba habet homilia 9. in acta Apoſtolorum colum. vltima N.

Pſal. 110. Chryſ. hom 26. ad Popul. col. vltim. M. Exod. 28.

6 Sed dices : Non credunt mihi, niſi iurauero per Deum viuum. Iuro ergo magna neceſſitate compulſus, cum videro non mihi credi, niſi faciam. Tamen (ſicut dicit Auguſtinus) aliud habet humana peſſima conſuetudo. Et cum tibi creditur, iuras ; & cum nemo exigit, iuras ; & horrentibus hominibus, iuras.) Et Sanctus Chryſoſtomus : At non credit, inquis. Etenim & ego hoc ab aliquibus audiui, quod ſi non iurauero multa iuramenta, non credetur mihi. Tu horum cauſſa es, qui tàm promptè ac facile iuras, quod ſi hoc non eſſet, ſed omnibus manifeſtum quod non iures : crede mihi dicenti, quod vel ſolo nutui plus crederetur tibi, quàm ijs, qui innumera iuramẽta deierant. Et hom. 8. ſup. epiſt. ad Eph. in expoſit. mor. col. 5. A. ait : Contra qui nunquam iuramento vtitur, is maximè capit fructum iuramenti. Dixeris iuramento opus eſt, vt mihi fides habeatur. Ipſi conſideremus quod qui non iurant, ijs maior ſoleat præſtari fides.) Et hom.

Aug. ſer. 30. de ver. Apoſt. t. 10 Chryſ. hom 9. in Act. Apoſt. col. vlt. t.

7 Qui-

7 Quinimmo qui absque vllo delectu iurat, maximam sibi iniuriã facit,nam facto ipso talem se reputat,cui meritò non sit adhibenda fides,nisi Deum in testem vocauerit,& fideiussorem. Vnde Chrysostomus : Iuramentum est fideiussio,vbi mores fidem non habent. Vnde primum testatur is qui iurat,si ei fides non habeatur absque fideiussore,& fideiussore maximo. Et quia tam parum homines sibi mutuum credunt,non hominem quærunt fideiussorem,sed Deum. Secundò idẽ crimen est eius,qui iuramentum recipit,si pro contractibus Deum ad fideiussorem trahat,& dicat se non crediturum, nisi illum accipiat. O excellentem stuporem,ò contumeliam. Vermis,ac terra, accinis existens & fumus,audes talem Dominum tuum in fideiussorem rapere, & illum cogis accipere?) *Chryſ.ho 9. in acta Apoſt.poſt med.t.10.*

8 Marcus Attilius Regulus Imperator populi Romani captiuus apud Carthaginienses (vt refert Augustinus) cum iurasset se ad hostes rediturum,nisi certum quid a Romanis obtinuisset,eo non obtento ad hostes reuersus fuit : vt impleret iuramentum. At illi eum excogitatis atque horrendis cruciatibus necauerunt. Inclusum quippe angusto ligno,vbi stare cogeretur,clauisque acutissimis vndiq; confixo, vt se in nullam eius partem sine poenis atrocissimis inclinaret,etiam vigilando peremerunt &c. Si verum iuranti has irrogari poenas seu voluere seu permisere,quid periuro grauius irati facere potuerunt?) Si ergo barbarus ille,vt iuramentum factum falsis Dijs siue Idolis seruaret,ad hostes non coactus,sed sponte redijt cum tanto vitæ suæ periculo,ne periurius reputaretur: multò magis debent Christiani, qui per Deum vium & verum iurant, iuramenta seruare, & fidem alijs iuramento adstrictam. *Aug.lib.1. de Ciu.Dei cap. 15.*

9 Nabuchodonosor Rex Babylonis stuporem concipiens ex miraculo illo,quo Deus tres pueros illæsos in medio flammarum fornacis Babylonis & intactos seruauit,edictum proposuit, vt quicumque blasphemiam dixisset in Deum Sidrach,Misaelis,& Abdenago,interiret. Ait enim : *A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus,& lingua,quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach,, Misach,& Abdenago,dispereat, & domus eius vastetur : neque enim est alius Deus,qui possit ita saluare.* Vbi Augustinus : Si hoc rex ille decreuit,ne blasphemaretur Deus temperator ignium,& liberator trium puerorum,cogitent Reges Catholici quid decernere debeant in regno suo, ne in suis fidelibus idem ipse Deus exsuffletur remissor peccatorum, & liberator iam totius orbis terrarum.) Si Rex ille Barbarus inimicos Danielis leonibus dilaniandos subiecit; & Prophetæ membra,quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerũt,qualiter damnabuntur,& qua pœna exponentes periculo sanctum Dei nomen,illudue blasphemantes? *Daniel. 3.* *Aug.lib.2. contra litteras Petiliani cap. 92. circ. fin.F. tom. 7.*

10 Vt autem fideles vitent occasiones peierandi, cauere debent maximè auaritiam,quæ radix est plurium iuramentorum absque necessitate,immo & cum falsitate,vt merces carius vendantur, quàm valeant. Quod his verbis notauit Sanctus Laurentius Nouariensis

S. Laurent. Nouarien. Epiſc. to. 2. Bib. Vet. P. col. 347. Epiſcopus homil. de Patientia: Auaritia infandum eſt vitium in hominibus. Radix eſt vna in præcordijs fixa, ex qua pullulant omnia mala. Quid eſt auaritia? *Cupiditas radix omnium malorum.* De iſta radice exurgunt mendacia, oriuntur periuria. Qui enim eſt aut diſtractor, aut emptor; qui lucri gratia habet de cupiditate tractatus: nonnè plerumquè peierat, ſæpe mentitur? Sine hoc vitio negotiator aut rarus, aut nullus eſt. Vnde Zachariæ 5. ſimul punitur fur, & iurans. Ait enim: *Et ecce falx volans, &c. Et ingredietur in domum furis, & in domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio eius, & comminuet eam, & ligna eius, & lapides eius.*] Quia nimirum furtum, & iuramentum falſum comites ſunt indiuiſi, vt experientia ipſa (quod eſt dolendum) teſtatur. Vnde S. Antiochus homil. 41. de furto ait. Habet enim fur iuramentũ. quò ſe fulcit, ac firmat. Itaq; furtum omne anathema eſt.] Videantur quæ ex Chryſoſtomo dicta ſunt num. 2.

Zach. 5.

To. 2. Bib. Vet. Pat. col. 235.

DE IVSTIS CAP. LXI.

IVSTI ſedes ſunt, in quibus Deus requieſcit, ſecundum illud: *Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.* Hanc ſedem multo labore ſibi ædificauit Chriſtus Dominus iuxta Pſalmiſtæ vaticinium: *Et ædificabo in generatione, & generationem ſedem meam.* Vbi per generationem & generationem, ſicut Auguſtinus explicat, intelligit omnem generationem; nam ex omni genere & generatione ſedes ſibi Deus elegit, vt in eis requieſceret: vel per generationem, & generationem duas intelligit generationes: Iudæorum videlicet, & Gentium: aut etiam tertio per generationem eam intelligit, quæ fit in præſenti, & per aliam generationem regenerationem futuram, quæ in reſurrectione erit mortuorum. Sed hic prædicatur Chriſtus, vt credatur, ibi prædicabitur, vt videatur. Nunc Chriſtus habet in nobis ſedem ſuam: ædificata eſt ſedes eius in nobis: niſi enim ſederet in nobis, non nos regeret: ſi ab illo autem nõ regeremur, à nobis ipſis præcipitaremur. ſedet ergo in vobis, regnans in nobis: ſedet iam in illa generatione ex reſurrectione mortuorum.)

Pſal. 88.

Aug. ſup. pſalm. 88. conc. 1, col. 3. A. to. 8.

2 Iſtæ ſunt ſedes in quarum laudem canit Pſalmiſta: *Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid*, hoc eſt, iuſti qui vitã Euangelicam ſequuti ſunt, qui & ſedes Dei eſſe meruerit, ſederunt ſedes in iudicio, ſicut ipſe Dominus ait; *Vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes, duodecim tribus Iſrael.* Sedes ergo Dei ſedebunt in alijs ſedibus, ſicut Auguſtinus explicat. Nã eſt ipſi iuſti ſunt ſedes, & habent ſedes, & in illa Ieruſalem ſedebunt ſedes, & de ijs ſedibus explicat illud Iſ. 66. *Cælũ mihi ſedes eſt.*

Pſal. 121. Matt. 19. Aug. ſuper Pſal. 121. poſt me. A. tem. 8.

Domi-

Digitized by Google

3 *Dominus regnauit* (inquit Psalmista) *irascantur populi, qui sedet super Cherubim*, supple, regnauit. Cherubim plenitudo scientiæ interpretatur. Vnde Augustinus: Ergò, quia Deus superat omnem scientiam, super plenitudinem scientiæ sedere dicitur. Sit in te ergo plenitudo scientiæ, & eris & tu sedes Dei. Sed forte dicturus es: Et quando in me erit plenitudo scientiæ? Et quis potest ad tantum culmen peruenire, vt sit in illo plenitudo scientiæ? &c. Ad legem Dei pertinet scientia, quam te voluit habere. Si vis habere plenitudinem scientiæ, & esse sedes Dei, posside charitatem; nam (sicut dicit Apostolus) *Plenitudo legis est dilectio*. Interroga cor tuum, vide vtrum habeat charitatem. Si est tibi charitas, est ibi plenitudo legis: iam in te habitat Deus, sedes Dei factus es. [*Psal.* 98. *Aug super eund. psal. col.* 2. *F. tom.* 8. *Rom.* 13.

4 Deus est vbique per diuinitatis præsentiam, sed non est vbique per inhabitantem gratiam: ideo in oratione Dominica non dicimus: *Pater noster*, qui es vbique; sed, *qui es in cælis*, idest, in pectoribus iustis, sicut Augustinus explicat: Fatendum est (inquiens) vbique esse Deum per diuinitatis præsentiam, sed non vbiquè per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, vbi procul dubio gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus Pater noster qui es vbiquè, cum hoc verum sit; sed, *Pater noster qui es in cælis*: & templum eius potius in oratione commemoramus, quod & nos ipsi esse debemus; & in quantum sumus, in tantum ad eius societatem & adoptionis familiam pertinemus, &c.] *Matt.* 6 *Aug epist.* 57. *ad Dardan. col.* 6. *tom.* 2. E. *Matt.* 6.

5 Cum igitur qui vbiquè est, non in omnibus habitet, etiam in quibus habitat, non æqualiter habitat. Nam vnde est illud quod Elisæus popposcit, vt dupliciter in eo fieret spiritus Dei, qui erat in Helia. Et vnde in omnibus sanctis sunt alij alijs sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum?] Et lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 9. Quemadmodum terra appellatus est peccator, cui dictum est: *Terra es, & in terram ibis*: sic cælum iustus e contrario dici potest. Iustis enim dicitur: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*. Quapropter si in templo suo habitat Deus, & Sancti templum eius sunt, rectè dicitur, *Qui in cælis es*, qui es in sanctis. Et accommodatissima ista similitudo est.] Et sicut cælum non patitur peregrinas impressiones, sed vbiquè mundum est, lucidum, clarum, & sine macula, nec in hyeme, nec in nocte mutatur, & ab imbribus, ac pluuijs, ac cæteris tempestatibus non tangitur, nec consumitur: ita Iusti (sicut obseruauit Chrysostomus) die & nocte, in prosperis, & in aduersis semper habent animam quietam, splendidam, & pacificam. Quòd si aliquando immutari putantur, & tribulatione eorũ cor esse tactum, in seipsis tamen immobiles permanent, & intacti: & tempestas, aut obscuritas cœlum non tangit, idest, spiritum: sed solum attingit nubem carnis. Hæc ex Chrysostomo hom. 16. ad Hebræos col. 4. in expos. mor. M. Cui consonat illud Psal. 124. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem*. Nam (sicut dicit Chrysostomus hom. 8. ad Populum col. 3. 4. *Reg.* 2. *Gen.* 3. *Augustin.* 1. *Cor.* 3. *Chrysost.* *Chrysost.* *Psal.* 124. *Chrysost.*

Vnde Beatus Isaias Abbas orati. 16. de gaudio animæ Deo seruientis ait: In primis hortor te in timore Dei, vt ex eius voluntate perfectus sis, ne labores tui sint inanes, sed Deo grati. Qui enim negotiatur, lucrum faciet, ideo que lætatur, nec considerat quos labores pertulerit. Qui duxit vxorem, eam studiosè obseruat, atque custodit, & cor eius in illa conquieſcit. Miles pro rege suo pugnans mortem despicit, vt corona donetur. Hæc istius mundi sunt opera, & qui ea faciunt, gaudent. Quod cum ita sit, quo nam gaudio affici debet animus illius, qui Dei se se addixit seruituti, & in eo studio se nauiter gerit, cùm considerat Angelos sibi ex hac vita discedenti obuiam venturos, gratulaturosque, quod ex tenebrarum potestatibus fuerit liberatus? Cum enim anima è corpore egreditur, Angeli cum ipsa proficiscuntur.] Videantur circa hoc supradicta cap. 44. *Tom. 2. Bibliot. Vet. Pat. col. 512.*

9 Nec mirum quòd iusti gaudeant in Domino semper. Nam & ipsa tristitia, & quæ mœrore afferre solent, lætitiam inenarrabilem in Sanctorum cordibus gignunt, Apostolo dicente: *Quæ secundum Deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur*. Quod apposita similitudine his verbis explicat Chrysostomus: Sicut arborum radices ipsæ quidem sunt amaræ, iucundissimos autem nobis fructus ferunt: sic profectò & secundum Deum tristitia multam nobis affert voluptatem. Norunt quicumque sæpe cum dolore orauerunt, & lacrymas effuderunt, quantam sint lucrati lætitiam: quomodo conscientiam expurgarunt, quomodo exurrexerunt cum bona spe. Quod enim semper dico, non rerum natura, sed mens nostra nos contristare, vel lætificare consuevit. Si igitur hanc talem reddamus, qualem esse decet, omnis lætitiæ pignus habebimus.) 2. *Cor.* 7. *Chrys. hom.* 18. *ad populum post med. Ao. tom.* 5.

10 Non modica laus iustorum est inter peccatores viuere, & iustitiam conservare. Ideo in laudem Sancti Iob dicitur: *Vir erat in terra Hus* (quæ terra erat gentilium) *nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo*. Nec enim (sicut dicit Gregorius) valde laudabile est bonum esse cum bonis: sed bonũ esse cum malis. Sicut enim grauioris culpæ est inter bonos bonum non esse; ita immensi est præconij, bonum etiam inter malos extitisse. Hinc est quod ijsdem beatus Iob sibimet attestatur, dicens: *Frater fui draconum, & socius struthionum*. Hinc Petrus magnis Loth laudibus extulit, quòd bonum inter reprobos inuenit, dicens: *Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniusta conuersatione, eripuit* &c. Hinc Paulus discipulis dicit: *In medio nationis praue, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo*. Hinc Angelo Pergami Ecclesiæ dicitur: *Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam*. Hinc Sancta Ecclesia Sponsi voce laudatur, cum ei in amoris Cantico dicitur: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*. Benè ergo [beatus Iob, memorata terra gentili, inter iniquos vixisse describitur: vt iuxta sponsi præconium inter spinas lilium creuisse monstretur.] Hæc ille. Eadem ferè verba repetit Sanctus Gregorius libro vigesimo moralium capite vigesimonono, *Gregor. 1. mor. c. 1. Iob 1. Iob 30. 2. Pet. 2. Phil. 2. Apoc. 2. Cant. 2.*

Per

Per consortium autem reproborum, cum quibus iusti quotidie cõuersari coguntur, electos suos Deus purgat, & eorum delicta misericorditer punit. Sic puniuit peccata Moysi, Aron, & Samuelis, quibus Deus fuit propitius, *& vlciscens in omnes ad inuentiones eorum*, vt dicitur in Psalmo 98. Nam (vt ostendit Sanctus Augustinus super eundem Psalmum post med. B. C.) non fuerunt puniti, quia mortui sunt: nam omnes illi senes erant, seni autem mors quæ pœna? Nec etiam fuerunt puniti Moyses & Aron, quia permissi non sunt terram promissionis intrare; quia illi non bona terrena quærebant, sed cœlestia: nam & multi perfidi intrauerunt in illam terram. Legite (ait ille) & videte vindictas, sed qui proficitis. Forte vindictas quotidie patiebantur, populos contradicentes, quotidie patiebantur iniquè viuentes, & inter illos viuere cogebantur, quorum vitam quotidie reprehendebant. Hæc erat vindicta.]

11 Disposuit autem Deus summa sapientia, quod in hoc sæculo iusti inter peccatores vitam ducerent propter vtrosque. Nam (vt supra dictum est) & iusti nequitijs reproborum purgantur & eruditntur, & peccatores propter iustos à Deo conseruantur: in cuius si-

Gen. 9. gnum Genesis 9. *Arcum meum* (inquit) *ponam in nubibus, et erit signum fœderis inter me, et inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus: et recordabor fœderis mei vobiscum, et cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat, et non erunt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuersam carnem.* Vbi (sicut explicat Augustinus) non posuit arcum in nubibus tanquam obliuiosus, cui opus esset

Aug lib. 1 cõtinuo monitore, sicut nec Christus interrogauit vt nesciens, cum de Lazaro ait: *Vbi posuistis eum?* vel cum dixit: *Quis me tetigit?* Sed

cõt. aduer. legis, et Proph. ca. 20 circa fin. M. 1. 6. arcus ille solis fulgore resplendens in nubibus significabat, quod Deus non perderet terram propter iustos, qui tanquam cœlestis arcus à Sole, dest, Christo fulgorem accipiunt, & in cœlis eorum nomina sunt

Ioan. 11. scripta, sicut dicitur Lucæ 10. Nã de peccatoribus ait Ieremias: (Vni-

Ier. 17. uersi qui derelinquunt te, confundantur: recedẽtes à te in terra scribẽ-

Ioa. 8. tur) Quos bene intelligitur significasse Iesus, quando Iudæi victi atq; confusi, cum audissent: (Qui sine peccato est, prior in illam lapidem iaciat), vnus post alterum recesserunt: Tunc autem ille ostendens de quorum numero essent, (digito scribebat in terra.) Vnde 4. Reg. 19.

4. Reg. 19. Sola memoria Dauid iusti Ciuitatem Ierusalem oppressam liberauit, ait enim: (Protegam Ciuitatem istam propter me, & propter Dauid seruum meum.) Vbi Chrysostomus hom. tertia ad Philip. colum. vlt. Si memoria duntaxat iusti tantũ valuit, quando & opera pro tali fiunt, quid non poterunt? Non frustra ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis.) Hæc Chrysost.

12 Hinc est quod propter quinquaginta iustos, si inuenti fuissent in Sodomis, dispositerat Dominus instante Abraham multitudini parcere quinque Ciuitatum. Ait enim: (Si inuenero Sodomis quinquaginta iu-

la iuſtos in medio Ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.) Et iterum: (Non delebo, ſi inuenero ibi quadraginta quinque.) Et rurſus : (Non percutiam propter quadraginta, ac demum propter viginti : immò & propter decem iuſtos promiſit parcere ingenti multitudini peccatorum : quia tamen inuenti non ſunt, quinque Ciuitates igne de cęlo miſſo in cinerem fuerunt redactæ. Gen. 18.

13 Nec ſolum propter iuſtos, qui nati ſunt, & conuerſantur cum impijs, eos conſeruat, ſed etiam propter eos, qui ex eiſdem naſcentur. Nam (ſicut dicit Chryſoſtomus) Thare Abraham pater idolorum & cultor fuit & factor: ſed hoc loco haud impietatis poenam Thare irrogauit, & meritò. Si enim præueniens Deus radicem amputaſſet, vnde tantus fidei fructus germinaſſet, videlicet Abraham, qui ex Thare natus eſt? Quid Eſau nequius conſideratur, ob alterius occaſionem clementiæ? Quid Eſau nequius inuerecundiuſque malitia? ille nonne fornicator, nonne prophanus erat, nonne odibilis Deo: quemadmodũ teſtatur ſcriptura dicens: *Iacob dilexi: Eſau autem odio habui*?] Et tamen non fuit protinus excifus. Nam ſi excifus fuiſſet, maximum fortaſſis iuſtitiæ fructum mundus amiſiſſet.] Videlicet Iob, qui fuit quintus ab Eſau. Etenim, *Eſau genuit Raguelem, Raguel Zaram, Zara Iob*. Quod ſtatim ex legibus humanis confirmat. Romanorum (inquiens) mandant leges prægnantem, ſi quando contigerit mortis peccato damnari, non priuſquam pepererit, necari: & pròbè quidem. Neque enim iuſtè legumlatores iudicaſſent, cum peccatrice innoxiũ ſimul fœtum tolli.] Sic ergo Deus & propter naſcituros iuſtos viuis peccatoribus parcit, vt vuas colligat ex ſpinis, & ex ſentibus flores. Gen. 36. 1. Paral. 1 Chryſ. ho. 5. de pœn. col. 1. M. tom. 5. Roman. 9.

14 His conſonat illud, quòd ſeruis volentibus colligere zizania, & dicentibus: *Vis imus, & colligimus ea*? Dominus ait: *Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis, & triticum*: illud videlicet, quod ex ipſis zizanijs Dominus ſperabat. Matth. 13.

15 Sic Deus diligit iuſtos, & in tanto prętio habet, vt glorietur potius ſe Deum appellari vnius hominis iuſti, quam totius mundi. Vnde benedicere diſponens Iſaiæ ait: *Ego ſum Deus Abraham patris tui, ne timeas: tecum enim ſum, & benedixi te, & multiplicabo ſemen tuum propter Abraham patrem tuum*. Vbi Chryſoſtomus: Conſidera miſericordiam Dei. Nam cum dixiſſet: *Ego ſum Deus Abrahæ patris tui*: oſtendit quomodo ſibi vendicauerit, & proprium fecerit Patriarcham. Et ita dignatus eſt Deus ſe vocare Deum Abrahæ. Et Dominus orbis ac conditor, vnius hominis Deum ſe dicens, non concludit & abbreuiat cum Patriarchæ appellatione ſuum Dominum, ſed magnam in illum ſuam beneuolentiam monſtrat. Ita inquit eum mihi feci proprium, vt apud me reputaretur tantus, quanti alij omnes. Ideo & multiplicabo ſemen tuum propter Abraham patrem tuum. Multas, inquit, illi debeo retributiones ob ſuam in me obedientiam: igitur propter illum, multiplicabo ſemen tuum. Interim, & iuſtum ad æmulationem patris ſui prouocauit, monſtrando ſimilem illi virtutem, poſtquam autem tanta ei bona promiſit.) Gen. 26. Chryſ. ho. 52. ſuper Geneſ. col. 4. C. D.

16 Propter quod multoties etiam barbari timuerunt gratiam perdere iuſtorũ,ne in iudiciũ incidereẽt diuinũ:id quod cernere licet in Abimelec barbaro Rege Gerarorum, & Iſaac,cui (ſicut Sacra narrat Hiſtoria) cum multa mala intuliſſent viri Gerare perturbantes aquas, in quibus adaquabantur greges : tandem amicitiam cum eo inire curarunt. Nam cum locutus fuiſſet ad eos Iſaac : *Quid*
Geneſ. 26. *veniſtis ad me hominem, quem odiſtis,& expuliſtis à vobis?* Reſponderunt : *Vidimus tecum eſſe Dominum ; & idcirco nos diximus : ſit iuramentum inter nos,& ineamus fœdus,vt non facias nobis quidquam mali : ſicut nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus, quod te lederet : ſed cũ pace dimiſimus auctum benedictione Domini.*) Vide qualiter viri Gerare amicitiam cum vno iuſto conciliare curarunt. Nam (ſicut di-
Chryſ. hom 32. ſuper Gen. circa fin. G. 10. 1. cit Chryſoſtomus) ſupernam pœnam timuerunt : ſciuerunt enim, quòd licet ipſe propter humanitatem ſuam non vlciſceretur quæ fecerant,ſed is,qui tantam eius curam agebat,repetiturus eſſet rationem eorum,quæ in iuſtum facta ſunt : ea propter placant iuſtum, & componi cum eo ſtudent ; ſimul & pro his quæ facta erant, rationem reddentes , & in futurum ſecuritatem ſibi conciliantes .)

17 Nec mirum quod peccatores præſertim Chriſtiani timeant Dei iudicium,cum perſequuntur iuſtos,vel aliquam iniuriam illis irCbr. ho. 25 imperf. in Matt. col. 1 D. rogant : nam (ſicut dicit Chryſoſtomus) in vnius pueri, hoc eſt, Sancti Ioſeph vindictam totus mundus fame flagellatus eſt.) Propter quod ait Apoſtolus : *Non vos metipſos defendentes chariſſimi,ſed date*
Roman. 12 *locum iræ . Scriptum eſt enim : Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus* .)

18 Hæreditas iuſtorum in cœlo eſt in Ciuitate Dei, ad quam admittendi non ſunt filij Babylonis. In cuius ſignum ſcriptum eſt Ge-
Gen. 21. neſis 21. iuxta explicationem Auguſtini : *Eijce ancillam,& filium eius : non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ* . Vbi per filium liberæ prædeſtinatos intelligit, qui ſunt filij cœleſtis Ieruſalem , quæ (ſiAug. lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 2. H. tom 5. cut dicit Apoſtolus) libera eſt,quæ eſt mater noſtra, de qua ſcriptum eſt : Iſaiæ 54 *Lætare ſterilis quæ non paris : erumpe,& clama quæ non*
Iſai. 54. *paris : quoniam multi filij deſertæ,magis quàm eius quæ habet virum* .) Per filium autem ancillæ,quæ dicebatur Agar , filios intelligit terrenæ ciuitatis. Parit autem (ait ille) ciues terrenæ ciuitatis peccato vitiata natura, cœleſtis verò ciuitatis ciues parit à peccato naturam liberans gratia. Vnde illa vocantur vaſa iræ, iſta vaſa miſericordiæ.)

19 Iuſtos perſequuntur in hoc ſeculo peccatores, vt docet Chry-
Cbr. ad Galat. 4 col. 7 tom. 4. ſoſtomus,ſicut olim filius ancillæ perſequebatur filium liberæ : ſed in fine , hoc eſt, in iudicio eijcietur foras filius ancillæ, ideſt,peccator,& non erit hæres cum filio liberæ,vt dicitur ad Galat. 4.

20 Et quamuis filij ancillæ non admittantur ad hæreditatem filiorum liberæ in cœleſtibus regnis : ſuam tamen portionem in ſæculo,
Aug. lib. de Patien. c. 28. to. 4. cuius ſunt filij,recipiunt. In cuius ſignum , ſicut dicit Auguſtinus , etiam filijs concubinarum,quando à filio ſuo Iſaac eos diuiſit Abrahã, nonnulla largitus eſt munera,ne relinquerentur omnino inanes,non vt te-

vt tenerentur hæredes. Sic enim legimus: *Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo, & filijs concubinarum suarum dedit Abraham munera, & diuisit eos ab Isaac filio suo.* Si ergo filij sumus liberæ Ierusalem, alia dona exhæredatorum, alia intelligamus hæredum. Hi enim hæredes sunt, quibus dicitur: *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater*) Cui consonat illud Apostoli Romanor. 8. *Si autem filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.*] Et illud, quod legitur Lucæ quintodecimo de duobus filijs hominis cuiusdam, ex quibus vnus, scilicet filius prodigus, ait: *Pater, Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.* Quod & reprobi faciunt. Nam hæreditatem suam tamquam ancillæ filij in hac vita corruptibili habere volunt, quibus illud congruit Euangelij: *Receperunt mercedem suam.* Alteri vero filio, per quem electi designantur, non diuisit portionem substantiæ, sed integram illi reseruauit suo tempore tribuendam: ideo ait: *Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Ideo & ille non perijt portionem substantiæ; sed cum Psalmista inquit: *Portio mea Domine dixi, custodire legem tuam:* Et iterum: *Portio mea Domine sit in terra viuentium.*]

Gen. 25. Rom. 8. Rom. 8. Luc. 15. Matt. 6. Luc. 15. Psal. 118. Psal. 141.

21 Hinc est quod ex duobus illis primis filijs Prothoparentis, Cain videlicet, & Abel, quorum prior pertinebat ad hominum Ciuitatem; posterior Abel ad Ciuitatē Dei; Cain primus ædificauit Ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filii sui Henoch: quia typum eorum gerebat, qui, sicut dicit Psalmista, *vocauerunt nomina sua in terris suis*. Abel autem Ciuitatem non condidit; sed fuit pastor ouium: quia typum gerebat eorum, quorum merces copiosa est in cœlis. Vnde Sanctus Augustinus: Scriptum est itaque de Cain, quod condidit Ciuitatem: Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna est enim sanctorum Ciuitas; quamuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat; cum congregatura est omnes in suis corporibus resurgentes, quando eis promissum dabitur regnum, vbi cum suo Principe Rege seculorum sine vllo temporis fine regnabunt.] Et c. 2. subdit. Significatum est hoc etiam in duobus filijs Abrahæ quod vnus de ancilla quæ dicebatur Agar, secundum carnem natus est Ismael: alter autem de Sara libera secundum promissionem natus Isaac. Vterque quidem de semine Abrahæ, sed illum genuit demonstrans consuetudo naturam, istum vero dedit promissio significans gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hic diuinum beneficium commendatur. Hactenus Sanctus Augustinus. Cui consonat illud, quod de Abraham dicitur ad Hebræos vndecimo: *Fide demoratus est in terra promissionis, tamquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Exspectabat enim fundamenta habentem Ciuitatem: cuius artifex, & conditor Deus.*) Et infra: *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes*

Gen. 4. Psal. 48. Aug. 15. de Ciu. Dei c. 1. in fin. Heb. 11.

aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram.] Et 2. Cor. 5. *Quandiu ſumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.* Nec vacat myſterio, quod Cain Ciuitatem quam ædificauit in terra, vocari voluit nomine filij ſui Henoch, & non proprio nomine Cain. Id enim factum eſt, vt ſignificarentur filij Ciuitatis Babylonis, qui terrena poſſidere volunt. Etenim Cain poſſeſſio interpretatur: vnde filius Cain filius poſſeſſionis dicitur. Filius ergo Cain (ſicut dicit Auguſtinus lib. 15. de Ciuit Dei cap. 21. I. tom. 5.) hoc eſt filius poſſeſſionis, cuius niſi terrenæ ciuitatis habeat nomen in ciuitate terrena, quæ in eius nomine condita eſt? De his enim cantatur in Pſal. 48. Pſal. 48. *Inuocabunt nomina eorum in terra ipſorum*; propter quod ſequitur eos quod in alio Pſal. 72. ſcriptum: *Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges*. Filius autem Seth. hoc eſt, filius reſurrectionis cæpit inuocare nomen Domini Dei. Eam quippe ſocietatem hominum præfigurat, quæ dicit: *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei ſperaui in miſericordia Dei.*)

Auguſt. Pſal. 72.

23 Iuſti ſeruant inter ſe vnitatem, quam tamen peccatores perturbant, & ſcindunt, in cuius ſignum Geneſis 15. Dominus ad Abraham: *Sume (inquit) mihi vaccam triennem, & capram trinam, et arietem annorum trium, turturem quoque, et columbam. Qui tollens vniuerſa hæc diuiſit ea per medium, et vtraſque partes contra ſe alterutrum poſuit: aues autem non diuiſit. Deſcenderuntque volucres ſuper cadauera, & abigebat Abraham.* Vbi per vaccam, capram, & arietem, impij deſignantur; qui inter ſe adinuicem, & inter iuſtos diuiſionem faciunt: ideo Abraham hæc animalia diuiſit. Turturem autem, & columbam, quæ ſymbolum ſunt iuſtorum, non diuiſit; quia inter ſeipſos & alios ſeruant (ſicut dicit Apoſtolus) vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Dicit enim Auguſtinus: Nullo modo dubitauerim, ſpiritales in eo præfiguratos additamento turturis, & columbæ. Et ideo dictum eſt: *Aues autem non diuiſit*; quoniam carnales inter ſe diuiduntur, ſpiritales autem nullo modo, ſiue à negotioſis conuerſationibus hominum ſe remoueant, ſicut turtur: ſiue inter illas degãt, ſicut columba. Vtraque tamen auis eſt ſimplex & innoxia: ſignificans & in illo Iſraelitico populo, cui terra illa danda erat, futuros individuos filios promiſſionis, & hæredes regni in æterna felicitate manſuros. Aues autem deſcendentes ſuper corpora, quæ diuiſa erant, non boni aliquid, ſed ſpiritus inhiant aeris huius paſtum quendam ſuum de carnalium diuiſione quærentes.)

Gen. 16. Gen. 35. Aug. li. 16 de Ciu Dei c. 24. circa med. l. 10. 5

24 Conſcientia iuſti quieta ſemper eſt, & tranquilla. Nam pace perfruitur, quam ſemper amauit. Vnde bene per Salomonem dicitur: *Secura mens quaſi iuge conuiuium*. E contrà verò mens impij, igne conſcientiæ ſuæ ſemper torquetur, ſemper trepidat, ſemper terretur iuxta illud Sancti Iob: *ſonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur*. Vnde eſt ſubditur: *Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum*. Vbi Sanctus Gregorius

Prouer. 15 Iob. 15.

Quaſi

Quasi cõtinuatio refectionis est ipsa tranquillitas securitatis. At contra mens praua semper est in laboribus: quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit ne hæc sibi ab alijs inferantur. Et quidquid contra proximos excogitat, hoc contra se excogitari à proximis formidat. Fit vndique suspecta, vndique trepida. Omnis qui ad memoriam venit, exquirere contraria creditur. Cui ergo tranquillitas securitatis deest, huic procul dubio terroris sonitus semper in auribus est. Et sæpe contingit, vt illi quilibet proximus suus simpliciter loquatur, nil aduersum cogitet; sed cum pax sit, ille insidias suspicetur: quia qui semper dolosè agit, simpliciter erga se agi non æstimat.) Greg. 12 moral. 21. in princ.

25 Nihil ergo est, quod ita delectet iustos; nec est aliquid, quod sic eos lætificet, & ad Psallendũ Deo excitet: sicut conscientia pacifica, & quieta. Scriptum est enim: *Gloria nostra hæc est: testimonium conscientiæ nostræ.* Gloria, inquit, est non quidem consumata, sed inchoata, quæ aliquando erit in re perfecta; sed nunc habetur in spe. Vnde Psalmista: *Psallam* (inquit) *& intelligam in via immaculata. Quando venies ad me? per ambulabã in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Vbi Augustinus: Nisi in via immaculata non potes Psallere, neq; intelligere &c. Arcta omnis malitia, sola innocentia lata est: quia nimirum cor efficit latum. Medium domus suæ cor suum dicit. Hanc domum quisquis habet malam, pellitur ab illa foris. Quisquis enim in corde premitur mala conscientia, quomodo quisquis ab homicidio exit de domo sua, aut à fumo, non ibi se patitur habitare: sic qui non habet quietũ cor, habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt à seipsis animi intentione, & de his quæ foris sunt circa corpus delectantur, quietem in nugis, in spectaculis, in luxurijs, in omnibus malis quærunt. Quare foris voluerunt sibi bene esse? Quia non est illis intus bene, vnde gaudeant in conscientia sua. Ideo Dominus cum sanasset paralyticum, ait: *Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* Faciat illud anima, quæ quasi paralysi dissoluta est, in membris bonæ operationis constringatur, vt benè operetur. Tollat grabatum suum, regat cor suum. Iam eat in domum suam, intret in conscientiam suã, iam latam inueniet, vbi deambulet, & psallat, & intelligat.) 2. Cor. 1. Psal. 100. Aug. Luc. 5.

25 Nec mirum, quòd iustus deambulet in medio domus suæ. Ita enim latum, & spatiosum est cor iusti, vt (sicut probat Bernardus) etiam in illo Dominus maiestatis, quem cœli & terra capere non possunt, & habitare valeat, & deambulare. A longe (inquit) suspicio illos certè beatos, de quibus dicitur: *Et habitabo in illis.* O quanta illi animæ latitudo, quanta & meritorum prærogatiua, quæ diuinam in se præsentiam, & digna inuenitur suscipere, & sufficiens capere? Quid illa cui & spatia suppetunt, & deambulatoria ad opus quidem maiestatis?) Innocentia enim & charitas cor iusti latum efficit, iuxta illud: *Latum mandatum tuum nimis; & viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Ber. ser. 27 in Cãt. col. penult. 2. Cor. 6. Leuit. 26. Psal. 118. Aug. li de essent. diuin. ca 1. col. 2. to. 4.

27 Iusti sunt vestimenta Christi, vt explicat Augustinus, & capilli capitis eius, de quibus Daniel. 7. *Vestimenta eius quasi nix candida, &* Dan. 7.

capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc enim significat per vellus
ū eius cādidū, quod & per capillos capitis eius, sāctos videlicet Angu-
los, & multitudinem sanctorum dealbatorum. Cui consonat illud
Isaiæ 49. 49. *Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris,*
Apoc. 7. *& circundabis tibi quasi Spōsa.* Et illud quod de sanctis, qui amicti erāt
stolis albis, dicitur Apocalyp. 7. *Hi sunt qui venerunt de tribulatione*
magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni,
Gen. 49. scilicet Christi, de quo Genesis 49. *Lauauit in vino stolam suam, & in*
sanguine vuæ pallium suum.

28 Peccatores fiunt iusti formaliter iustitia sibi inhærente, vt sæpe
docet Sanctus Thomas; sed causaliter efficiuntur iusti iustitia Christi.
Nam iustitia aliorum est breue pallium, quod vtrumque operire non
potest; quia nullus potest alios saluare: sed palliū Christi etiam ad alios
Ber ser. 61 omnes, qui salui fiunt, extenditur. Vnde Bernardus: Et si misericordias
in Cantica Domini ab æterno, & vsque in æternum, ego quoq; misericordias Do-
col. 2. mini in æternum cantabo. Numquid iustitias meas? *Domine memorabor*
Psal. 70. *iustitiæ tuæ solius* Ipsa est enim & mea. Nempe factus es mihi tu iu-
stitia à Deo. Numquid mihi verendum, ne non vna ambobus sufficiat?
Isa. 28. Non est pallium breue, quod (secundum Prophetam) non possit ope-
rire duos. *Iustitia tua iustitia in æternum.* Quid longius æternitate? Et
Psal. 118. te pariter, & me operiet largiter larga, & æterna iustitia. Et in me qui-
dem operit multitudinem peccatorum, in te autem Domine, quid nisi
pietatis thesauros: diuitias bonitatis?

29 Iusti non debent retro respicere, & inceptam viam salutis de-
Phil. 3. serere: sed ad superna præmia capessenda se ipsos extēdere, cum Apo-
stolo dicente: *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem,*
quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora; extendens
me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in
Luc. 9. *Christo Iesu.* Vnde Lucæ 9. Dominus ait: *Nemo mittens manum suam*
Gen. 19. *ad aratrum, et respiciens retro aptus est regno Dei.* In cuius signum Ge-
nesis 19. Vxor Loth, quia contra præceptum Domini respexit retro, in
statuam salis conuersa est. Ait enim: *Respicienſque vxor eius post se,*
versa est in statuam salis. Sed quare non in statuam marmoris?
Aug li. 16 Respondet Augustinus, quia videlicet in salem conuersa hominibus fi-
de Ciu Dei delibus quoddam præstitit condimentum, quo sapiant aliquid vnde
c. 30. G. illud caueatur exemplum.) Cui consonat illud Deut. *Vtinam saperent,*
Deut. 32. *et intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Origenes sentit, ideo in statuā
Orig. ho. 5. salis fuisse conuersam vxorem Loth, vt argueretur eius insipientia. Sal
in c. 19. Ge- enim prudētiæ loco ponitur, quę ei defuit. Ideo Dominus in Euāgelio nos
nes. ho. 1. admonet dicens: *In illa hora qui fuerit in tecto, et vasa eius in domo, nec*
Luc. 17. *descēdat tollere illa: et qui in agro, similiter nō redeat retro. Memores este*
vxoris Loth. Quibus verbis significatur à via salutis nō esse recedendū, nec animo redeundū ad veterē vitā, quā per gratiā regenerati exuimus. Nā (sicut dicit Petrus Apostolus.) *Melius enim erat illis nō cognoscere*
2. Pet. 2. *viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sanctio mandato*. Contigit enim eis illud veri Pro-

uerbij:

uerbij: *Canis reuerſus ad ſuum vomitum: et ſus lota in volutabro luti.* Prou. 28.

30 Vnde in laudē ſanctorum quatuor animalium dicitur. *Et pedes eorum*, ideſt, greſſus actuum, *pedes recti*: quia (ſicut dicit Grego.) ſanctorum Euangeliſtarum, atque omniū perfectorū opera ad ſequendam iniquitatem nō ſunt retorta. Hi autē pedes rectos non habent, qui ad mala mundi, quæ reliquerunt, reflectuntur. De quibus ſcriptū eſt: *Canis reuerſus ad ſuum vomitum, et ſus lota in volutabro luti.*) Vnde de eiſdem animalibus poſtmodum ſubditur: *Non reuertebantur cum incederent: ſed vnumquodque ante faciē ſuā gradiebatur.* Vbi Greg. Sancti cū incedūt, minime reuertuntur; quia ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia pertranſeunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectantur &c. Cauſſam autem quare nō reuertantur indicat, cum ſubiungit: *Vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.* Ante nos enim æterna ſunt, poſt nos temporalia, quia & illa pergentes inuenimus, & iſta recedentes quaſi poſt dorſum relinquimus &c. Ante faciem ergo ſuam gradiuntur ſancta animalia, quia & ea quæ reliquerunt, nullo iam appetitu reſpiciunt, & in æternis, quæ appetunt, boni operis pedem ponunt. Ezech. 1. Greg. hom. 3. ſup. Eze. col. 1. to. 2. 2. Pet. 2.

31 In cuius rei ſignū de vaccis arcam teſtamenti portantibus, per quas iuſti intelliguntur, qui iugū Domini ſuaue ſuper ſe iuxta pręceptū Domini tollunt, & onus leue, ſcriptum eſt: *Ibant autem in directum vacca per viam quæ ducit Bethſames, et itinere vno gradiebantur pergentes, et mugientes: et non declinabant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Pergere dicūtur, quia (ſicut ait Gregorius) ſancti viri bona inceſſanter faciunt: mugiunt, quia carnalia deſideria in ſemet ipſis extinguere ſine magna quotidie tribulatione non poſſunt. Mugire namque ad laborē edomandę carnis pertinet; pergere autem ad perſeuerantiam bonæ voluntatis &c. Mugiunt ergo vaccæ, ſed pergunt; quia ſancti viri & ſi magna ſunt tentamenta, quæ perferunt, viam tamen ſupernę patrię nō relinquunt. 1. Reg. 6. Greg. li. 3. ſup. 1. Regum c. 6. to. 1.

32 Et notandum, quòd Bethſames erat in introitu terræ Iſrael, ad quem locum pergentes vaccæ, recto tramite iuſtos admonent, vt contendant recto itinere, ſicut Bernardus ait, vſque Bethſames, ideſt, vſque ad introitum cęleſtis regni peruenire. Fauet etiam huic expoſitioni interpretatio ipſius nominis Bethſames. Nam (ſicut ait Gregorius 7. mor. 14.) Bethſames domus Solis dicitur. Arca ergo Domini ſuperpoſita Bethſames pergere eſt, cum ſuperna ſcientia ad æternæ lucis habitaculum propinquare.) Ber. ſer. 7. lib. cinuſtitul. eſt modus bene uiuēdi ad ſororem.

33 Iuſti plerumque multas habēt imperfectiones, quas etſi velint omnino ſuperare non poſſunt: vt per hoc humilientur. Dicitur enim de illis Iob tertio: *Obtenebrentur ſtellæ caligine eius.* Stellæ quippe, ſicut dicit Gregorius, huius noctis caligine obtenebrantur, quando & hi qui magnis iam virtutibus ſplendent, adhuc de obſcuritate culpæ aliquid retinentes ſuſtinent; vt etiam magna vitæ claritate luceant, & tamen adhuc noctis reliquias nolentes trahant. Iob 3. Greg.

Quod ad hoc (ſicut dictum eſt) agitur, vt mens proficiens ad virtutem iuſtitiæ, ſua melius infirmitate roboretur, & inde verius in bonis luceat, vnde eam etiam nolentem parua reprehenſibilia humiliter obſcurant.] Et ideo Ioſue 16. ſcriptum eſt, quòd percepta repromiſſionis terra, *Habitauit Chananæus in medio Ephraim tributarius*.] Quia dum inter acta ſublimia vitia quædam parua retinemus, quaſi Chananæum viuere in terra noſtra concedimus. Qui tamen nobis tributarius efficitur; quia hoc ipſum vitium, quod ſubigere non poſſumus, ad vſum noſtræ vtilitatis humiliter retorquemus; vt eo de ſe mens & in ſummis vilia ſentiat, quo ſuis viribus etiam parua, quæ appetit, non expugnat. Vnde & bene rurſus ſcriptum eſt: *Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelem.*] Si enim etiam perfecti vitia parua & imperfectiones ſuperare non valent, quomodo grauiora peccata abſque Dei gratia poſſunt euincere?

Ioſue. 16.

Iudic. 3.

34 Hinc eſt quòd Deus, vt iuſtos humiliores reddat, & magis cautos, leuiora peccata in eis grauiter punit, cum tamen grauiora impijs ad ſe conuerſis gratis remittat. Quod multis exemplis probat Chryſoſtomus: Nam mulieri peccatrici, inquit: *Dimittuntur tibi peccata tua*. Et rurſus: *Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Tot præuaricatrix delictorum dimiſſionem retulit, & Maria Moyſi ſoror paruo ex murmure lepra damnatur. Peccatoribus dicit: *Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, velut nix dealbabuntur*: & tenebras in lucem transfert pœnitentiæ mutatione, totque malorum acerbum bonitatis voce ſoluit. Ambulanti verò in iuſtitia dicit: *Quicunque dixerit fratri ſuo fatue, reus eſt gehennæ ignis*. Vni verbo tantam impoſuit multam, ac omnibus peccatis obnoxiam tanta liberalitate donauit. Atque aliud conſidera frater. Quoniam quidem peccata quaſi debita deſcribuntur, peccatoribus quidem & ipſam principalem ſortem elargitur Deus, & debita dimittit; a iuſtis verò etiam vſuras exigit, &c. Ait enim: *Quare non dediſti argentum meum ad menſas, & ego veniens cum vſura recepiſſem?*)

Chryſ. hom. 3. de pœnit. col. 3. D. tom. 5. Luc. 17. Num. 17. Iſa. 1. Matth. 5. Luc. 19.

35 Iuſti toto tempore vitæ ſuæ ſunt in laboribus, ſed in morte requieſcunt. Scriptum eſt enim: *Sperat autem iuſtus in morte ſua*. Et iterum: *Iuſtus & ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Propter quod Sanctus Iob nomine iuſtorum: *Militia* (inquit) *eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius.*) Quia videlicet ſunt laboribus pleni, a quibus cupiens liberari ſubdit: *Sicut cervus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumerari mihi.*) Mercenarius autem deſiderat finem operis ſui, vt requieſcat. In cuius ſignũ (ſicut ſcriptura narrat) *Cõpleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret.* Vbi Sanctus Auguſtinus ostendit, quod etiam iuſti requieſcent die ſeptimo, hoc eſt, in vita beata ab omnibus operibus ſuis. Nam de Sabbato dicitur:

Prou. 14. Sap. 4. Iob. 7. Gen. 2. Aug. lib. 22 de Ciu. Dei cap. 30 &c.

Omne

Digitized by Google

Omne opus ſeruile in eo non facietis. Propter quod & per Ezechielem Prophetam dicitur: *Et ſabbata mea dedi eis in ſignum inter me, & inter eos, vt ſcirent, quia ego Dominus, qui ſanctifico eos.* Hoc perfectè tunc ſciemus, quando perfectè vacabimus, & perfectè videbimus, quia ipſe eſt Deus.] Cui conſonat illud Hebr. 4. *Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius: etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis ſicut à ſuis Deus.* Leu. 23. Ezech. 20. Heb. 4.

36 Idem ſignificat, quòd *Henoch ſeptimus ab Adam trãslatus eſt, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum Deus.* Vbi Auguſtinus: Henoch ſeptimus ab Adam transfertur ad Deum, & ſeptimo requies promittitur ſanctis, quia in ſexta ætate ſæculi reformantur in agnitionem Dei, vt transferantur ad requiem. Et (vt notauit idem Auguſtinus) Henoch *translatus* dicitur, nó mortuus; nam Henoch interpretatur Dedicatio. Vnde in eius translatione noſtræ dedicationis eſt præfigurata dilatio, quæ quidem iam facta eſt in Chriſto capite noſtro, qui ſic reſurrexit, vt non moriatur vlterius. Reſtat autem altera dedicatio vniuerſæ domus, cuius ipſe Chriſtus eſt fundamentum, quæ differtur in finem, quando erit omnium reſurrectio non moriturorum amplius.) Iude 1. & Heb. 11. Aug. dial. 65. q. 9. 50. Aug. 15. de Ciu. Dei c. 19.

Sed quæſtionem mouet Auguſtinus: Quare Abel, cui Dominus Ieſus Chriſtus primatum iuſtitiæ hominum commiſit, dicens: *A ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ*, non hunc Deus ſine morte ad teſtimonium nouiſſimi temporis reſeruauit, vt in mundi fine ipſe doctor exiſteret veritatis, qui in principio erat auctor perfecti operis? Et reſpondet rationem eſſe: quod tota iuſtitia hæc eſt virginitas, ſacerdotium, & martyrium. Quę triplex iuſtitia in Abel primo fuit; nam proſapiam generis in ſæculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit. Si ergo longiori tempore vt Henoch Abel maneret, ſine vlla dubitatione coniugium iniret. Quippe qui in tempore illius legis viueret, quæ dixit: *Creſcite & multiplicamini, & implete terrã.* Et ſi illud mandatum expleret, pro certo nequaquam virgo eſſet: etſi illum Deus ſine morte ſeruaret, martyrij primatum nequaquam acciperet. Rectè ergo competebat, vt qui primus in terra iuſtus eligitur, in eo totius iuſtitię forma ſeruaretur, cuique primo in hominibus poſt delictum geſtare figuram conceditur Saluatoris, qui virgo & caput, & ſacerdos, & martyr eſſe videtur. Enoch verò ſine morte per totius penè ſæculi tempus remotus ab hominum conuerſatione cuſtoditur, vt in eo qualiter homines, ſi non peccarent, generata prole commutarẽtur in viram ſpiritalẽ ſine morte, oſtenderetur.) Propter quod de Arca Noè per quam Eccleſia deſignatur, ſcriptum eſt, quòd *requieuit menſe ſeptimo vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ.* Vt ſciamus quòd in ſeptenario numero dierum, hoc eſt, in Sabbato, quo Deus ab omni opere requieuit, futura ſit ſanctorum requies in montibus ſanctis, hoc eſt, in cælis, de quibus ſcriptum eſt: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Aug. lib. 1. de mirab. Sacr. Scrip. c. 3. F. 10. 3. Matt. 23. Gen. 1. Gen. 8. Pſal. 120.

37 Labor omnis & cura iuſtorum eſſe debet gratiam augere, quam à Deo acceperunt, & cuſtodire: peccatoris verò eſt ſpinas, quas

terra

terra prõducit, hoc est, peccata euellere, & igne consumere. In cuius signum *Tulit Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur et custodiret illum*. Vnde Augustinus: Quod autem ita constitutus est homo in paradiso, vt operaretur & custodiret; operatio illa laudabilior laboriosa non erat. Alia est namquam in paradiso operatio, & alia in terra, qua post peccatum damnatus est. Ex eo autem quod additum est: *Et custodiret*, significatum est qualis illa operatio erat. Namque in tranquillitate beatæ vitæ, vbi mors non est, omnis operatio est custodire quod tenes.] Cui consonat illud Apocalypsis tertio: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*. Ideo Canticorum quarto dicitur de anima iusti: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus*; quia nimirum tenet quod habet, & paradisum spiritualem in quo à sponso suo posita est, bene operando custodit. Vnde & subditur: *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus*.

Gen. 2. Aug. lib. 2 de Gen. cõt. Manich. c. 11. H.

Apoc. 3. Cant. 4.

38 At Prothoparenti postquam per peccatum fuit e paradiso eiectus, dictum est: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ: In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris*.] Vt sciret longè diuersum esse laborem eius post amissam gratiam, quàm ante.

Genes. 3.

39 Hinc est quòd iusti de terrenis cum amittunt, non dolent; eo quod ea despiciunt, & solum appetunt cęlestia; & quoniam eorum dignitatem cognoscunt; cum dilatantur vel amittuntur, dolent maximè. Et (sicut dicit Gregorius) quo magis crescit consilij scientia, vt peritura deserat, eo augetur dolor, q̃ necdum ad mansura pertingat. Vnde bene per Salomonem dicitur: *Qui addit scientiam: addit & dolorem*. Qui enim scit iam summa quæ adhuc non habet, magis de infimis in quibus retinetur dolet.]

Gregor. 1. mor. 10. alias 26. Eccles. 1.

40 Et quoniam iusti ad terrena non curuantur vt bellux, sed tota auiditate ad cęlestia tenduntr; eo (vt notauit Bernardus) dicuntur recti Canticorum 1. *Recti diligunt te*. Non enim secundum corpus rectos dicit eos, qui Sponsam diligunt, sed secundum animum; secundum quem Deus hominem rectum fecit, cum ad imaginem, & similitudinem suam creauit illum. Ipse verò, quemadmodũ psal. ait: *Rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo*. Rectus itaque Deus rectum fecit hominem similem sibi, idest, sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Ideo & corporis staturam dedit homini Deus rectã, quæ sursum respiceret; vt illa corporea exterioris rectitudo figmenti hominem interiorem illum, qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis suæ seruandæ rectitudinis admoneret, & decori limi deformitatem argueret animi.]

Cant. 1. Ber. ser. 24 sup. Cant. col. 2. Psal. 91.

41 Iusti qui terrena despiciunt à dęmone varijs tentationibus impetuntur. Dicitur enim, Iob 3. *Maledicant ei qui maledicunt diei*, idest,

Iob. 3.

Digitized by Google

DE LACRYMIS

Cap. LXII.

Chry.ho.6. sup. Matth. post med.D

SANCTVS Chrysostomus fluentem fontem lacrymarum commendans, inquit: Nihil ita conglutinat Deo vt illæ lacrymæ, quas & peccati dolor, & amor virtutum effundit &c. Sicut enim post vehementes imbres mundus aer ac purus efficitur: ita etiam lacrymarum pluuias serenitas mentis sequitur, atque tranquillitas, omnisque illa de peccatorum tenebris offusa caligo dissoluitur. Cui consonat illud Tobiæ 3. *Post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum exultationem infundis.* Et illud: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.*

Tobiæ. 3.

Psal. 93.

Lacrymæ & dolor efficacissimæ sunt medicinæ ad curanda peccata, & Dei gratiam amissam recuperandam, quæ tamen nihil prosunt, si pro rebus temporalibus effundantur. Vnde Chrysostomus: Igitur mortem lugere omittens, luge peccata, vt ipsa dissoluas: propter hoc enim tristitia facta est, non vt in morte, nec in vlla alia re tali doleamus, sed vt ipsa ad delenda vtamur peccata. Quòd hoc verum sit, exemplo facio manifestum: Remedia medicinalia propter illos tantũ morbos facta sunt, quos tollere possunt. Puta, adhuc enim manifestiorem volo rationem facere. Medicamentum oculos lippientes tantum iuuare valens, nullum verò alium morbum; propter oculorum agritudinem tantum factum esse dicere quis posset nõ propter stomachũ, neque propter manus, neque propter vllum aliud membrum. Transferamus igitur rationem ad tristitiam, & inuenietur, quòd accidentũ nobis nihil adiuuat: peccatum verò solum corrigit; certum quod propter huius sublationem tantum concessa est. Percurramus igitur ingruentium nobis grauium quodque, & tristitiam superaducamus, & videamus quid ex hac fiat vtilitas. Multatus est quispiam pecunijs, tristatus est; multam non emendauit. Filium amisit, doluit; mortuum non resuscitauit, nec defuncto profuit. Flagellatus est quis, alapis cæsus, contumelijs affectus, doluit; non reuocauit contumeliam. Inualetudinem quis incidit, & ægritudinem grauissimam, doluit; ægritudinem non sustulit, sed & difficiliorem reddidit. Vides horum nulli prodesse tristitiam? Peccauit quis, tristatus est; peccatũ deleuit, dissoluit delictũ. Quod manifestum est ex Domini sententia. De quodam enim præuaricato loquens, dicebat: *Propter peccatum pauluper ipsum contristaui, & vidi quod tristatus est, & incessit mœstus, & ipsius vias correxi.* Propterea & Paulus dicit: *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Idẽ docet, & prosequitur latius homilia

Crhyf hom 5. ad Populum Ant. med. Mhom. 5.

3. Reg. 21.

2. Cor. 7.

15. su-

15. super 2. epistol. ad Cor. col. secunda F. G. Quem locum videre oportet.

3 De aquis Iericó scriptum est: *Aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis*: Quas tamen Helisæus sanauit mittens sal in vas nouum, & ait: *Hæc dicit Dominus: sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neq; sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc, iuxta verbum Helisæi, quod locutus est.*] In quo (sicut explicat Petrus Abbas Cellensis libro de panibus c. 12. cuius titulus est. De pane lugentium.) Ostenditur aquas Iericho, id est, lacrymas, quæ pro rebus mundanis & temporalibus funduntur, pessimas esse, inutiles, & steriles. Non bibamus (ait ille) sed effundamus aquas steriles; nam intestina torquentur ex potatione sterilium aquarum, quia venter animæ conturbatur pro inutili aquisitione rerum secularium. Plus autem ariditatis, quam viuificationis cõferunt, quæ per simulationem lacrymæ defluunt. Sterilis est omnis effusio lacrymarum, quæ non effunditur propter Regnum cælorum. Inanes sunt lacrymæ, quas damnum vel incommodum extorquet temporale. Non igitur aqua de Iericho huius mundi, sed de Paradiso sit tibi panis & refectio. Nam flendum tolummodo est aut pro peccato cõmisso, aut pro omisso Paradiso. Hoc est enim quod ait Scriptura: *Fluuius* (inquit) *egreditur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita &c.* Benè talis locus tali flumine irrigatur, qui enim irrigatur Paradisus est; qui irrigat Paraclitus. Prorsus nec alio irrigari Paradisus, nec alium debet irrigare Paraclitus. Illo fluuio apud superos nihil excellentius: isto loco apud terrenos nihil cœlestius. Ille fluuius voluptatis, itte locus deliciarum: ibi vna voluptas, quia vnum & inuariabile propter æternitatem desiderium; hic multæ deliciæ, quia multa & diuersa desideria propter alternationem diuersorum motuũ.) Sed hic fluuius (vt idem auctor explicat) diuiditur in quatuor partes. Quia simul collecta gratiæ plenitudo nullatenus creaturæ humanæ capacitate potest apprehendi, aut possideri in hoc sæculo. *Nam diuisiones gratiarum sunt. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Etenim plenitudo gratiæ, cui nihil addi possit, & eius perfectio erit in patria. Vbi (sicut dicit Apostolus) *erit Deus omnia in omnibus.*

Petrus Abbas Cellẽ. in Bibl. V. P. t. 8. pag. 982.

4 Reg. 2.

Ephes. 4.

4 In hoc autem fons lacrymarum fluuiũ illum, quĩ e paradiso terrestri egrediebatur, excedit, quod aquæ illæ ex altiori & nobiliori principio procedunt in anima, quàm istę in paradiso terrestri. Nam & Deũ placant. & id quod oratio non obtinet, lacryme impetrant à Deo, sicut scriptum est: *Quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.* Qui enim præ desiderio patriæ cælestis, & pro Dei offensis lacrymas fundit, efficacissimè orat, & lacrymarum vocem Deus exaudit. Cui consonat illud: *Non despiciet Dominus preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacryme viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, et Dñus exaudiuit non derelinquit in illis.* Et Tobiæ duodecimo,

Psal. 6.

Eccl. 35.

Tob. 12.

Quam-

Isa.38. *Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino.* Et Isa. 38. *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas.*

5 Lacrymas, quæ non ostentatione profiliunt, sed compunctione; quæ ex intimo cordis nullo hominum teste summo in silentio profluunt, exaudit Dominus. Quales certè (sicut dicit Chryso omus) illæ erant Annæ aliquando lacrymæ, de qua dicitur: *Labia eius mouebãtur, vox autem eius non audiebatur.* Solæ quidem lacrymæ emittebant ad Dominum vocem omni buccina clariorem, & idcirco sterilitatem eius in fœcunditatem mutarunt, & quasi eduro quodam saxo agrum fertilem reddiderunt.

Chr.hom.6 in Mat.col. 1.10.2.

1. Reg. 1.

6 Lacrimæ, quæ pro cœlestibus funduntur, dicuntur aquæ niuis: quia de superis veniũt, & mũdant animã, iuxta illud Iob nono: *Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint, velut mundissimæ manus meæ,* idest, opera. Quæ verò pro terrenis defluunt non mundant animam; nam ex affectu terreno oriuntur. Vnde Gregorius: Aqua fontis & fluminis ex terra oritur, aqua verò niuis ex aere profluit. Et sunt plerique qui per orationum lamenta se cruciant, sed tamen totis lamentorum laboribus ad sola terrena desideria exsudant: compunguntur in precibus, sed fœlicitatis transitoriæ gaudia exquirunt. Hos itaque niuis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis non venit. Quasi enim ex terræ aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur. Qui verò idcirco plorant, quoniam præmia æterna desiderant, aqua niuis hos diluit, quia cœlestis compunctio infundit. Nam cum perennẽ patriam per lamenta appetunt, eiusq; accensi desideriis plangũt, à summis accipiunt, vnde mundentur.

Iob 9.

Greg.9.mo ra.19.aliàs 28.inprin. to.2.

7 Magna aquarum copia mediocris ignis vix extinguitur, & tamen vnius lacrymæ tãta est vis, vt ingentem ignem peccatorum euncat. Dicit enim Chrysostomus: Rogum peccatorũ extinguimus nõ iã aquis multis, sed paruis cum lacrymis: multus enim peccati ignis, atq; modica extinguit eũ lacryma. Nam lacryma, fratres, rogum extinguit peccatorum. Testaturque Sanctus Dauid quantum lacrymarum virtus posset; *Lauabo* (inquit) *per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Nam & si lacrymarum vbertatem voluisset ostendere, satis fuerat dixisse, *lacrimis meis stratum meum rigabo*: Quare ergo præuenit, *lauabo*? vt ostendat lauacrum & purgatorium peccati lacrymas esse &c. Et quemadmodum vermis in ligno natus idipsum comminuit, sic tristitia de peccato nata peccatum per poenitentiam inducta. Quapropter Paulus dicit: *Quæ secundum Deum tristitia, pœnitentiam in salutem incommutabilem operatur:* Bona est tristitia verè poenitentibus. Conuenit peccantibus pro peccato luctus. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Luge peccatum ne poenã defleas.

Chr.hom.5 de pœn.col. 7.E.F.l.5.

Psal.6.

2.Cor.7.

Matt.5.

Et notandum cum Augustino super Psal.6.tom. 8. quod non solum ait. *lauabo*; sed addidit, *rigabo*. Nam *rigabo*, amplius est aliquid, quàm lauabo: quoniam potest aliquid in superficie lauari, rigatio verò ad interiora pertinet, quod significat fletum vsque ad cordis intima. Tem porum etiam varietas, cum ait de præterito: *Laborani in gemitu meo, &*

Augu.sup. Psal 6.col. 4.l.10.8.

de

de futuro, *lauabo per ſingulas noctes lectum meum*, & rurſus : *lacrimis meis ſtratum meum rigabo*; oſtendit lacrymas poenitentiæ debere eſſe perpetuas,& continuas. Vnde Chryſoſtomus hom. 21. ſuper Geneſ. Chr. col.vlt.C.to.1.C ontinuis lacrymis faciem tuam lauare non ceſſes. Nã ſicut faciem corporis tui quotidie abluis, ne qua fortè macula faciei inhærens,foeda appareat: ſic & animæ curã habe, quotidie lacrymis eam abluens calidis Hac enim aqua maculæ deponuntur,fitque facies admodum luculenta.)Lacrymæ,quæ ex Dei amore & dolore peccatorum procedunt,nunquã deficiunt;quoniam earum decurſus ex perenni fonte proſiliunt:quæ vero pro rebus temporalibus effunduntur, citò deficiunt velut aquæ torrentis,quæ citò cum ſonitu tranſeunt. Vnde Chr.ho.3.ad Philip.loquens de lacrymis,quæ pro peccantibus & peccatis funduntur,ait:Hos non vnum,aut alterum deploremus diem,ſed omnem noſtram vitam. Non ſunt abſurdi affectus hæ lacrymæ. ſed magni amoris. Aliæ verò abſurdo & irrationali affectu fiunt,atq; ideo mox etiã deſinũt.Quando vero ex timore Dei naſcũtur,ſẽper durãt.)

8 Cor Pauli velut adamas nulla potuit vnquam aduerſitate confringi,aut ſuperari: cui ſubinde illud congruit, quod dicitur Ezech.2. *Vt adamantem,& vt ſilicem dedi faciem tuam* : illud tamen vis lacry marum diſcipulorum eius non ſolum frangere, ſed conterere potuit. Dicit enim Chryſoſtomus:Paulus ille adamantinus ignis contemptor, robuſtus,& immobilis,ſemper inconcuſſus,timore Dei confixus. inſle xibilis. *Quis enim nos*(inquit) *ſeparabit a dilectione Chriſti? Afflictio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an machæra?* qui his omnibus reſiſtit,terræ quoque & mari, qui adamantinas inferorum portas deriſit,cuius virtutem nihil prorſus excepit,aut ſuſtinuit:is,inquam,Paulus cum videret quorundam lacrymas: ita perfrangebatur,& conterebatur adamas ille,vt animi affectionem non abſconderet,ſed mox diceret:*Quid facitis flentes,ac conterentes cor meũ?* Quid dicis,dic quæſo? Adam ãnũ hunc animũ lacrima cõterere potuit? Etiã, inquit. Nã omnibus reſiſto,vna dempta dilectione,illa me vincit ac ſuperat:hoc Deo ita probatur. Abyſſus aquarum ipſum nõ contriuiſſet, & modica lacrima contriuit.*Quid facitis*,inquit,*flentes ac conterentes cor meum?* Multa namque lacrimæ vis eſt.)

Chr. hom.4 ſup.epiſt.ad Theſſa. col. 6 to.4. Rom.8. Act. 21. Act.21.

9 Lacrimæ ſunt in duplici differentia. Quædam procedunt ex amaritudine peccatorum & timore inferni,quædam ex dilectione Dei & deſiderio cęleſtis patriæ.In cuius ſignum in tabernaculo duo altaria fieri iubentur,vnum exterius,aliud interius: vnũ in atrio,aliud ante Arcam;vnum quod ære coopertum eſt,aliud quod auro veſtitur. Atque in altari æreo cremabantur carnes,in Altari vero aureo incendebantur aromata,in quo nimirum,ſicut Gregorius ait,ſignificatur hoc, quod quotidiè videmus;quia duo ſunt compũctionis genera; quia alij adhuc per timoré plãgũt,alij vero iã ſe per amoré in lamentis afficiũt. Multi nãq; peccatorũ ſuorũ memores,dum ſupplicia æterna pertimeſcũt,quotidianis ſe lacrimis afligũt.Plãgũt mala quę fecerũt,& incẽdunt vitia igne cõpũctionis,quorũ adhuc ſuggeſtiones in corde patiũt.

Exo.24. & 30. Greg.hom. 22.ſup.Ez. in fin.

Quid

Quid iſti niſi Altare ſunt æreum,in quo carnes ardent? quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alij vero à carnalibus vitijs liberi, aut longis iam fletibus ſecuri,amoris flamma in compunctionis lachrimis inardeſcunt,cęleſtis patriæ præmia cordis oculis aſpiciunt, ſupernis iã ciuibus intereſſe concupiſcunt.)

10 Eadem lacrymarum & compunctionis duo genera deſignantur Ioſuè 15. vbi legitur: *Axa filia Caleph ſedens ſuper aſinum ſuſpiraIoſ.15. uit,cui dixit pater ſuus,quid habes? At illa reſpondit. Da mibi benedictionem: terram Auſtralem & arentem dediſti mihi,iunge & irriguum. Deditque ei pater ſuus irriguum ſuperius,& irriguum inferius.* Axa quippe Greg lib.3. dial.c.34. (ſicut dicit Gregorius) ſuper aſinum ſedet cum irrationabilibus carnis ſuæ motibus anima præſidet. Quę ſpirans à patre terram irriguam petit,quia à Creatore noſtro cum magno gemitu quærenda eſt lacrymarum gratia &c. Sed quia,vt dixi,duo ſunt compunctionis genera, dedit ei pater ſuus irriguum ſuperius,& irriguum inferius. Irriguum quippe ſuperius accipit anima,cum ſeſe in lachrimis celeſtis regni deſiderio afligit: irriguum vero inferius accipit,cum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. Et quidem prius inferius,ac poſt irrigum ſuperius datur. Sed quia compunctio amoris dignitate præeminet,neceſſe fuit, vt prius irriguum ſuperius,& poſt irriguũ inferius commemorari debuiſſet.) Hoc duplex irriguum Maria Magdalena ſedens ſuper aſinũ, hoc eſt, irrationabilibus carnis ſuæ motibus præſidẽs ſuſpirans,& gemens petijt à Chriſto Domino,& obtinuit. Habebat terram auſtralẽ, Pſal. 142. & aridam dum erat peccatrix,cui congruebat illud Prophetæ: *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi* Et illud: *Sitiuit in te anima mea,quam multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta,& inuia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi.* Sed accepit irriguum inferius,cum *lachrimis cepit rigare pedes eius,&c.* Lacrymis inquã,ex cõpctione cordis, & amaritudine ſuorum peccatorum ſubortis. Sed poſtmodum obtinuit & irriguum ſuperius,dum poſt reſurrectionem Dominicam præ amoris magnitudine,& deſiderio inueniendi Dominum quem quærebat,*ſtabat* (ſicut Ioannes ait) *ad monumentum foris plorans*,cui & Dominus ait: *Mulier, quid ploras? quem quæris? illa exiſtimans quia hortulanus eſſet dicit ei: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum,dicito mihi vbi poſuiſti eum& ego eum tollã. Dicit ei Ieſus: Maria conuerſa illa,dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magiſter.* Vide qualiter lacrymæ doloris,& amaritudinis in lacrymas amoris & dulcedinis ſant conuerſæ.

11 Sicut autem charitas perfecta foras mittit timorem, ita & lacrymæ,quæ ex radice charitatis procedunt,excludũt illas quæ ex amaCant.1. ritudine peccatorum & timore poenarum profluunt. Quod & Sponſus in Canticis oſtendit,cum ait: *Surge, propera amica mea columba mea,formoſa mea, et veni.* Et rationem ex temporis opportunitate aſſignans,ſubdit: *Iam enim hyems tranſijt,imbres abijt, et receſſit;flores apparuerunt in terra noſtra* Quaſi diceret: Iam pluuię hyemales, hoc eſt, Ber ſer.58 ſup Cãtica col.vlt. lacrymæ pro peccatis effuſæ receſſerũt,& ſuauiores pluuiæ ætatis aduenerunt. Aetas enim (ſicut dicit Bernardus) charitas eſt. Quæ ſi iam venit,

Digitized by Google

11. Nec minor præterea utilitas ex illis consequitur, quod ex- Exercitia
ercitia illa, quæ ad Gymnasticam pertinent, ita sunt comparata, Gymnastica
ut non solum corpus, sed etiam animus per illa confirmetur. Quod Clericis
ipsum Apostolus Paulus 1 Timoth. 4 non obscure significavit, cum dicit: Exercitatio enim corporalis ad modicum utilis est. Quibus verbis non ostendit, corporalem exercitationem nullius esse momenti, sed comparationem facit inter illam, & pietatis exercitationem, quæ ad omnia utilis est. Exercitatio (inquit) pietatis ad omnia utilis est. Quibus verbis ostendit, corporalem exercitationem non esse inutilem. Et Cicero 2. Quæstionum Tuscul. ait: Ut corpus exercitatione, sic animus cogitatione confirmatur. Et Plutarchus in libro de Educatione Liberorum ait, eos, qui exercitati fuerint in Gymnasticis, & Palæstricis, non tantum corporibus esse robustos, sed etiam animis. Quamobrem dicunt, pueros, qui in Gymnasiis non exercentur, esse similes mulieribus, quia ut illæ, ita & hi ignavi sunt, & timidi. Quod autem ad Clericos attinet, ut ad Gymnasia non eant, & Palæstras non frequentent, ut Concilium Carthaginense 3. cap. 28. & Concilium Aurelianense 1. cap. 29. prohibent, id non ideo fit, quod exercitia illa corporalia sint inutilia, sed quia Clericis ad ea exercenda non vacat, cum ad alia majora, & meliora exercitia, quæ ad animum pertinent, sint occupati. Quamobrem Clericis non ludi, & exercitia corporalia, sed spiritualia, & ea, quæ ad animum pertinent, sunt exercenda. Quæ exercitia, ut ad Clericos pertinent, ita & ad omnes Christianos, qui ad perfectionem tendunt, pertinent. Quamobrem Christianus quilibet, qui ad perfectionem tendit, debet se exercere in Gymnasticis, & Palæstricis, hoc est, debet se exercere in mortificatione, & abnegatione sui ipsius, & in omnibus virtutibus, quæ ad animum pertinent, ut in humilitate, patientia, mansuetudine, misericordia, & aliis hujusmodi. Quæ exercitia, ut ad animum pertinent, ita & ad corpus, quia per illa corpus ad obsequium animi redigitur, & ad omnia bona opera efficitur promptum, & alacre

temperare? Et infra inquit, quod ſicut vxor luget maritum mortuum, ſic nos debemus animam peccatis mortuam deplorare.

14 Peccata ſingulorum hominum ſcribuntur ſtatim in libris conſcientiæ propriæ in die iudicij aperiendis, à quo niſi per lacrymas poenitentiæ deleri non poſſunt. Sed tanta eſt earum virtus, vt etiam ſi ſcripta ſint in vngue adamantino ſecundum illud Ieremiæ decimo ſeptimo: *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & cornibus ararum eorum;* vnius lacrimæ efficacia deleantur. Vnde Pſalmiſta, poſtquam lacrimas pro peccatis commiſſis effudit, iure optimo petijt à Deo, vt eius iniquitates deleat. *Auerte* (inquit) *faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Dele, inquam, à libro conſcientiæ meæ, in quo erant ſcripta, ne in iudicio vniuerſali ante oculos omnium compareant. Vnde Chryſoſtomus: In codice ſcripta ſunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum lacrimæ tuæ ſunt, grandis earum virtus. Dicam tibi quid valeant lacrimæ, attende diligentius. Quid martiribus maius, qui animam ſuam ponunt pro amico ſuo? Grandis gloria martirum. Martires effundunt ſanguinem, peccatores effundunt lacrimas. Meretrix illa non fudit ſanguinem, ſed fontes lacrimarum profudit, & deleuit peccata ſua. Columna Eccleſiæ & fundamentum fidei Princeps Apoſtolorum Petrus ad ancillæ viliſſimæ mulierculæ interrogationem ter negat Dominum: nunquid ſanguinem fudit? nonne amarè fudit lacrimas, & abſterſit peccatum ſuum, & recepit priſtinam dignitatem?

Ier. 17.
Pſal. 50.
Chr. hom. 2 ſup. Pſ. 50. poſt med.
B. 40. 1.

15 Aquæ materiales ignem corporeum extinguunt, ſed lacrimæ ſpirituales extinctum ignem charitatis accendunt, illud videlicet, de quo Saluator ait: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur!* Vnde Pſalmiſta: *Aſcendit fumus in ira eius*, ideſt, lacrimoſa deprecatio pœnitentium, vt Auguſtinus explicat. *Et ignis à facie eius exorſus*, ideſt, flagrantia charitatis poſt pœnitentiam de notitia eius inardeſcit, *carbones ſuccenſi ſunt ab eo.* Qui iam mortui erant, deſerti ab igne boni deſiderij, ac luce iuſtitiæ, & frigidi tenebroſique remanſerant, rurſum accenſi & illuminati reuixerunt.

Luc. 12.
Pſal. 17.
Aug. ſup. eũd. Pſal. 10. 8.

16 In Epiro, teſte Auguſtino, conſtat eſſe quendam fontem, in quo faces, vt in cæteris extinguuntur accenſæ, ſed, non vt in cæteris, accenduntur extinctæ. Huic fonti non immeritò ſimilem eſſe dixerim fontem lacrimarum, nam & in eo faces accenſæ deſiderio terrenorum extinguuntur, & extinctæ, ac deſertæ ab illo igne, quem Deus venit mittere in terram, charitatis igne rurſus accenduntur. Vnde Auguſtinus: vbi fuerint lacrimæ, ibi ſpiritalis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat.

Aug. li. 21 de ciuitate Dei c. 5. c. & c. 7. E.
Aug. li de de ſalut. doctum. c. 43. E to. 4.

17 Canticorum primo, ait Sponſa: *Botrus Cipri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Engaddi (ſicut dicit Sanctus Bernardus) interpretatur fons hædi, ſeu baptiſma gentium, lacrimaſque peccantium apertè deſignat. In quibus nimirum hædi conuertuntur in agnos, & de ſiniſtra peccatores transferuntur ad dexteram. Ibi inuenitur & botrus, ex quo vinum deuotionis cor hominis lætificans, & vinum mirrhatũ,

Cant. 1.
Ber. ſer. 44 in Cant. col 1. & vlt.

hoc

hoc eſt,ex amaritudine peccatorum reſultans,quod cũ guſtaſſet Chriſtus noluit bibere; quia nulla fuit iniquitas in eo,nec dolus inuentus in ore eius;ſed illud nobis bibendum reliquit.

18 Fonti Baptiſmatis fons lacrimarũ confertur, in quo delentur peccata,& ex quo legationes pacis ad Deum mittuntur,quod his verbis Ioannes Climacus docet: Maior ac potentior baptiſmate poſt baptiſma (& ſi audax dictu id videatur)fons lacrimarum eſt: illud enim precedentia delicta noſtra purgauit,iſtud vero poſteriora. Atque illud quidẽ omnes ab infantia acceptũ inquinamus,per hoc autẽ,& illud repurgamus.Quod niſi diuino munere datũ eſſet omnibus,rariſſimi omnino,qui ſaluarẽtur,inueniri potuiſſent.Meſtitia & gemitus ad Dominũ clamant, timoris autẽ lacrimę legauonẽ ſungũtur Porro illæ,quas ſãcta charitas effundit,ſuſceptas atque exauditas eſſe preces noſtras indicant nobis.]Quæ locutio quãuis hiperbolica videatur(non.n.de virtute ſanctificandi debet intelligi,hæc.n.multo maior eſt in baptiſmate) nihilominus ſatis explicat neceſſitatẽ, & fructũ vberrimũ lacrimarũ. Qualis vero proportio reperiatur inter fontẽ lacrimarũ, & fontem baptiſmi,dicetur infra num.19.Similia dicit S.Eligius Nouiomenſis Epiſcopus hom.11.in cęna Domini circa finem,cuius verba ſunt: Omnipotens Deus contritionem quærit,fletibus flectitur,lugẽtes lætificat,pęnitentibus præſto eſt. Magnus protectus eſt lacrimarum;plorando ſeruus propitiatur Domino; filius lacrimis mitigat patrem; & aſperam matrẽ plorans mulcet paruulus: ita ergo & peccator profuſis fletibus remouet irã Dei.Petrus namque trinam negationem lacrimis diluit. Scriptũ eſt.n.*Et recordatus Petrus,flevit amarè*: dicit vero Dauid: *Venite adoremus,et ploremus corã Domino qui fecit nos.* Et iterum: *Fuerũt lacrimæ meæ panes die ac nocte, et potum meum cum fletu miſcebam,ſtratũ meum per ſingulas noctes lacrimis meis rigabo.* Et iterum: *Deus vitam meam annunciaui tibi,poſuiſti lacrimas meas in conſpectu tuo*. Oportet igitur nos ſalutem noſtram lugere perditam,atque animam noſtram lamentari, vt cum de hoc ſæculo abſtracti fuerimus,ad vitam mereamur peruenire perpetuam, quam non aliter conſequemur niſi perſeuerantia boni operis.)

Ioan. Climac.gradu 7. de luctu.c. Bi.V. P.col.295

18 Et S.Antioch.ho.107.de cõpunctione, inquit.Vbi lacrimæ, ibi exorabilis Dei clementia.Meretrix illa lacrimis vnius horæ ſed perfluidis,multorũ retulit remiſſionẽ debitorũ. Lacrimæ præſentẽ exhibẽt Deo orationẽ;eãq; gratioſam reddunt,& acceptabilẽ.Petrus ipſe amarulentis lacrimis vna hora profuſis nõ peccatũ modo abnegationis promeruit ſibi condonari; ſed & in earũ gratiã illi concreditæ ſunt claues regni cęlorũ. Ezechiæ regi eximio quod tantillũ fudiſſet lacrimarũ,accreuerunt ad illius vitam anni quinque & decem. Rorulẽtę aſpergines lacrimarum,vt dulcor mellis ſunt cordi, aut ſuauè fragrans thymiama apud Deũ.Omnimodã ante igitur petitionem neceſſe ſit lacrimarum vtaris præſidio,ad vitæ obtinendam correctionem. Ipſe enim Dominus noſter ſummoperè gaudet dum orationem excipit, quam lacrymæ comitantur cum humili corde. [

S. Eligius To. 2.Bi.V P. col. 165

S. Antioc. To.2.Bi.V P.col.308.

19 Sanctus Laurentius Nouariensis Episcopus expedens efficaciã lacrymarũ Mariæ Magdalenæ sic loquitur: Cor suum supra pedes eius mistum cum fletibus fundit. Capillis etiã mollibus lacrymis perfusos pedes quasi linteo quodã detergit. Nec solũ lacrymis abluere satis est, & crinibus tergere: insuper de alabastro, quod in manu tenebat, vngẽto perfudit; vt pedes quos rigauerat, vnguento liniret. Atque in his tribus speciebus immunda mulier, in lacrymis, & capillis, & vnguento; quasi fontem Baptismi sui de pedibus Christi extraxit. Nam in fonte Baptismi quid aliud est quàm aquã, & chrisma, & vestis alba? Huic mulieri pro aqua fletus fuit; pro chrismate vnguentum; pro veste capilli. O mulier peccatrix, multa adinuentio tuã. Quis tibi monstrauit talem, aut inuenire, aut proponere artem? vt congesta tante crimina momentaneis lacrymis vinceres, crinibus raderes, vnguento extirpares?) Et paulo infernus introducit Magdalenam sic lacrymantibus oculis Dominum allequentem: Medice non me repellas vulneratã, & si me repellis, ego non recedo, sed iure meã de te exigo sanitatẽ, quia sanare venisti saucios, non repellere. Teneo pedes tuos, nec antẽ discedo quàm percepero curam. Omnipotens suscipe importunam, & noli despicere pulsantẽ meretricem. Ecce prætium tibi offero pro redemptione mea: porrige ad me aspectum tuum. Et quid est quod offero? Indigens sum, inops sum, nihil habeo in substantia præter lacrymas, & hoc satis tibi est. Scio ego, quod grata sit ista oblatio. Non quæris pecuniam, sed ex gis pœnitentiam: nec libamina tantùm quæris, quàtùm lacrymis delectaris. Sacrificium tibi est cor contribulatum, & spiritus compunctus. Suscipe itaque pretium pœnitentiæ meæ, & da mihi præmium indulgentiæ tuæ. Pastor bone, dic mihi quæso, nunquid non sum de ouibus tuis? Sed erraui de gregẽ, & facta sum, sicut ouis perdita: quære ancillam tuam, & fac me de meretrice pudicam. Noli me despicere, non sum sola, multas habeo compares, & quàm maxima pars ouiũ tuarum in me est. Pastor excelse, quære oues dispersas, & scabie contactas. Collige eas in vnũ, & imple ouile tuũ.) Et multa alia prosequitur in hunc modum, quæ videnda sunt.

S. Laurent. lib. 1. de pœnit. to 2 Bibl. V. P. col 351.

20 Sic tamẽ moderandæ sunt lacrymæ, quæ ex cõpũctione cordis oriuntur, vt potius mentẽ reficiant, quàm obruant iuxta quod ait Psalmista: *Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.* In mensura, inquit, ne vires spiritus frangas. Vnde D. Dacrianus Abbas in Speculo Monach. Bonus & dulcis est panis lacrymarũ, aliqui tñ eo pane mentem nonnunquam obruũt magis, quàm reficiũt. Fletibus enim tamdiũ & in tanta confractione atque agitatione insistunt, donec & spiritu & corpore sub exercitio nimis extenso aut intenso succũbant &c. Igitur feruor seu impetus internus sic semper moderandus est, vt per eũ spiritus confortetur, non extinguatur. Qui bona capitis habitudine sunt, feruidis ad spirationibus interdum acrius & vigorosius insistere possũt: qui verò debiliori sunt capite, maximè quibus per indiscretionẽ ipsa debilitas accreuit, nõ nisi placidè admodũ se exercere valent.)

Ia. 1. Bi. V. P. 60. 934.

11 Ex

Digitized by Google

Ex quibus omnibus collige, quàm graphicè lacrymarum encomia Petrus Abbas Cell. li. de panib. c. 12. de pane lugentiũ, his verbis perstrinxerit. O lacryma humilis, inquit ille, *tua est potentia, tuum est regnũ.* Tribunal iudicis non vereris; amicorum tuorũ accusatoribus silentium imponis, quandoque sententiam rapis etiã ab ore iudicis. Audes, vbi times Angelum. Nõ est qui te perturbet ab ingressu secretorũ; ab interpellatione pro culpis reorũ: non est qui accedere vetet. Sola si intraueris, manquã tamen sola, vel vacua redibis. Reatũ indulgentiam refers, innocentiam deperditam reparas, exules reuocas, innocentes coronas. Aqua hæc Paradisum irrigat, Ecclesiã, vt sit sine macula, lauat. Aut facit, aut inuenit Paradisum. Cum enim profusione lacrymarum tota irrigatur conscientia, ligna producuntur fructum vitæ facientia. Nunquàm virtutes aut veniunt, aut diu viuunt sine cordis irrigatione. Nam si in corde viridi quotidie irrepunt tentationes, *in arido quid fiet?* Si etiam post lacrymã vermis corruptionis mentem corroditi, quæ cõsumptio ariditatis illius, vbi nunquã Dominus pluit? Si ros gratiæ prætædio aliquando arescit, quid vbi nũquam ros venit? Habeat igitur Patriarcharũ studiosus imitator puteum in Paradiso, fontem in horto suo, riuos in prato suo. Equidem cũ profundas de profundis lacrymas, in recordatione grauium peccatorũ, aquã de puteo hauris: cum vero defles quotidianos excessus: de fonte sumitur potus. Diuersos diffundis riuulos, cũ in mensura, & pondere appẽdis cogitatus vniuersos. Omnis plantatio nostra, sine aqua deficit: omnis sterilitas crescit. ℑ

Petrus Abbas Cellẽ. in Bibl. V. P. t. 8. col. 981.

Luc. 23.

DE LEGE IN COMMVNI

Cap. LXIII.

LEX Dei (vt Augustinus probat) est, quæ apud eũ fixa, & inconcussa semper manens, in sapientes animas quasi transcribitur, vt tanto se sciant viuere melius, tantoque sublimius, quanto & perfectius eam contemplãtur intelligendo, & viuendo custodiunt diligentius.) Et infra per plura capita latissimè ostẽdit, qualiter lex mores inuenum, & aliorum hominum diuersorum statuũ componat, & erudiat secundum eorum diuersos status diuersa præcipiens.) Quod lib. de vera Relig. c. decimo septimo hoc exemplo confirmat: Vt enim Ars medicinæ, cum eadem maneat, neque vllo pacto ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languẽtibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita diuina prouidẽtia, cũ sit ipsa omnino incõmutabilis mutabilis tñ creaturæ variè subuenit, & pro diuersitate morborũ alijs alia iubet aut vetat, vt à vitio vnde mors incipit, et ab ipsa morte naturã suã, & essentiã, ea quæ deficiunt ad nihilu tendunt, reducat, & firmet. ℑ Et Epist. 5. ad Marcellinum idipsum alijs quamplurimis exemplis confirmat; quibus ostendit recte facta, & præcepta, rectè etiã pro temporum, & personarũ varietate mutari, inter alia inquiens: Aliud magister adolescen-

Aug. lib. 2 de ord. c. 8. in prin. t. 1

Aug. li. de ver. Relig. c. 17. in fin. T. 10. 1.

lescenti quàm puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constás, mutato præcepto non mutat institutionem. Nã magnus ille nostrorũ tẽporum medicus Vindicianus consultus à quodam, dolori eius adhiberi iussit quod in tẽpore congruere videbatur, adhibitum sanitas cõsequuta est. Deinde post annos aliquot eadem rursus corporis causſa cõmota, hoc idem ille putauit adhibendum, adhibitũ vertit in peius. Miratus recurrit ad medicum, indicat, factũ: at ille, vt erat acerrimus, ita respondit: ideò malè acceptus es, quia nõ ego iussi, vt omnes qui audiissent, parumq; hominem nossent, non eum arte medicinali, fidere, sed nescio qua illi ita potentia, putarent. Vnde cum esset, à quibus poterat, stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerant, videlicet illi ætati iam non hoc se fuisse iussurum.]

Matt. 5. 2 Legi Dei, & eius præceptis, dũ sumus in hac vita, conformari debemus, & illi cõsentire, iuxta illud Matth. 5. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es cum eo in via, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro: & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.*] Vbi per aduersarium (vt docet Aug.) non intelligitur diabolus, aut caro, cum illis non debeamus consentire, sed potius aduersari & resistere; nec etiã homo, cum illi non competat tradere nos iudici i. Christo. Quomodo enim iudici traditurus est, qui ante iudicem pariter exhibebitur, iuxta illud Apost. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi?* Vnum ergo reliquũ est, vt hic aduersarium præceptũ Dei esse intelligamus. Quid enim sic aduersatur peccare volẽtibus, quàm præceptum Dei. i. lex eius, & Scriptura diuina, quæ data est nobis ad hanc vitam, vt sit nobis cũ in via, cui nõ oportet contradicere, ne nos tradat iudici, sed ei oportet consentire cito? Non enim quisque nouit, quando de hac vita exeat.]

Aug. lib. 1 de ser. Dñi in mont. c. 22. circ. fi. C

1. Cor. 5.

1. Tim. 1. 3 Apostolus ait: *Lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus.* Et tamen immediatè antea præmiserat: *Scimus quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur.* Quæstionẽ mouet Aug. nam hæc duo non videntur cohærere; nullus. n. vtitur lege nisi iustus, quomodo ergo ei non est lex posita, sed iniusto, & quomodo iusto lex non est posita, si & iusto est necessaria? Et respondet primò: quod iustus iam iustificatus non eget lege tanquam vehiculo, & pedagogo duce ad iustitiam, quã iã consecutus est. Iniustus ergo legitimè lege vtitur, vt iustus fiat, quod cum factus fuerit, ea iam non vtatur tanquã vehiculo, cum peruenerit: vel potius (vt supradicta similitudine Apostoli vtar) tanquam pedagogo cum eruditus fuerit. Secundò respondet: Quod lex scilicet vetus non est posita iusto, quia non ex ea, sed ex lege fidei iustificatur homo, iuxta illud Apostoli: *Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? Factorum? non: sed per legem fidei.* Teriã explicationem addit super Epistolam ad Galatas; quòd iusto non est lex posita, vt sub ea sit. Nam ex charitate, & non ex legis timore, quæ sunt legis adimplet. Verba Sancti Augustini sunt: Deo viuit qui sub Deo est, legi autem, qui sub lege est. Sub lege autem viuit in quantum quisque peccator est, idest, inquantum ad vete-

Aug. li. de spir. & lit. ca. 10. in prin. to. 3.

Rom. 3.

Aug. sup. cap. 2. ad Gal. col. 4. G. to. 4.

rem

rem hominem non est mutatus: sua enim vita viuit, & ideo supra illum est: quia qui eam non implet, infra illam est. Nam iusto lex posita non est, idest, imposita, vt supra illum sit: in illa est enim potius quàm sub illa, quia non sua vita viuit, cui coercendæ lex imponitur.]

4 Huic explicationi consonat illud, quod de iusto dicitur Psalm. 1. *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Vbi (vt notauit Sanctus Augustinus) non ait sub lege, sed in lege, vt libertatem filiorum designet, iuxta illud Apostoli: *Iusto non est lex posita.* Aliud enim est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit; qui est sub lege, secundum legem agitur. Ille ergo liber est, iste seruus.) Cui etiam consonat illud ad Galatas quinto: *Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Quia ergo iustus non timore poenarum vt seruus, sed amore filiali quæ sunt legis adimplet: ideo lex iusto non est imposita. Psal. 1. 1. Tim. 1. Gala. 5.

5 Hinc est quod lex iustis est dulcis, nam libentissimè quæ sunt legis adimplent; peccatoribus autem amara: nam timore poenarum adimplent quæ præcipit, in cuius signum liber ille inuolutus in ore duorum testium Ezechielis videlicet, & Ioannis, factus est tanquam mel dulce, sed in ventre amarissimus inuentus est. *Et faciet* (inquit) *inamaricari ventrem tuum.* Vbi per os intelliguntur iusti, de quibus Ierem. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Et 2. Cor. 6. *Os meum patet ad vos o Corinthij.* Per ventrem verò peccatores designat, de quibus Apostolus ait: *Quorum Deus venter est.* Et Ps. 43. *Adhæsit in terra venter meus.* Et rationem assignat Augustinus; nam spirituales velut os eminent in Ecclesia, carnales vero non ita, quia venter absconditus est tanquam mollior, & infirmior. Idem ergo liber in ore sit tamquam mel dulce, in ventre amarus; quia (sicut dicit Sanctus Augustinus) præcepta summa quæ accipiunt spiritales, non accipiunt carnales, & de quibus gaudent spiritales, contristantur carnales. Liber iste, fratres, quid habet? *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Quam dulcis est in ore Ecclesiæ, ab omnibus spiritalibus factum est. At vero carnali cuicumque dixeris, fac hoc, facilius à te tristis recedit, sicut ille diues à Domino, cui dictum est: *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, quàm faciat quod dictum est. Quare autem tristis recessit, nisi liber ille dulcis est in ore, & in ventre amarus?) Ibid. Hinc est. Matth. 16.

Eandem explicationem prosequitur quæstione septuagesima secunda, de nouo testam. tom. 4. Cui consonat illud Psalm. centesimi decimi octaui:

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ori meo, inquit, idest, iustis, non ventri meo, hoc est, peccatoribus. Psal. 118.

* * *

Digitized by Google

DE LEGE VETERI

Cap. LXIV.

LEX vetus ostendebat peccata, sed ea non auferebat, nec cōsumebat. In cuius signum rubus in quo Dominus apparuit Moysi, ardebat quidem, sed non consumebat spinas. *Apparuit* (inquit) *ei Dominus in flamma ignis de media rubi, & videbat quòd rubus arderet, & non comburetur.* Vbi Gregorius: Quid flamma nisi legem, de qua scriptum est: *In dextera eius ignea lex?* Et quid rubus ille nisi Iudaicum populum designauit peccatorum suorum spinis obsitum? Sed rubus ardens consumi non potuit; quia Iudaicus populus, & ignem quidem legis accepit, & tamen peccatorum suorum spinas non deseruit, nec eius vitia diuini sermonis flamma concremauit.) Eadem est explicatio Augustini q. 7. & 42. ex veteri testamento & lib. 1. quæst. 1. ad Simpl. & lib. 83. quæst. 966. in princ. quam confirmat ex illo Rom. 3 *Per legem enim cognitio peccati.* Et c. 8. *Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.* Et assignans rationem subdit: Vbi ergo non est gratia liberatoris, auget peccandi desiderium prohibito peccatorum. &c. vehementius enim peccamus lege prohibente, quam si nulla lege prohiberemur.)

Exod. 3. *Greg. ho. 7. sup. Ezech. col. 5* *Deut. 33.* *Rom. 3.* *Rom 7.*

2 Aliam rationem assignat Chrysostom. propter quam daturus legem apparuit ignis in rubo, & in columna; vt videlicet intueret, quod sicut in igne sunt duo, videlicet calor comburens, & lux illuminans: ita & lex ignis est transgressores comburens, & lux custodientes legem illuminans. Cui consonat illud Psalmistæ: *Lucerna pedibus meis verbū tuum: & lumen semitis meis.*

Chr. ho. 22. ad Populū col. 6. *Psal. 118.*

3 Ezechiel 20. de præceptis veteris legis scriptum est: *Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus nō viuent.* Cui aduersari videtur quod ait Apostolus: *Itaque lex bona est, & sancta, & mandatum sanctū.* Et iterū: *Scimus quoniā bona est lex.* Si ergo præcepta legis antiquæ nō sunt bona, quomodo lex ipsa bona est, & mandatum sanctū? Sed omnia consonant. Etenim præcepta illa dicuntur non bona, quia, sicut Bernardus explicat, requiem, quā significabant, non conferebant. Nam literalis illa (verbi causa) obseruatio sabbati, sonantis requiem erat, non donantis.) Quæ explicatio in ipsis verbis Ezechielis innuitur dum ait: *Et iudicia in quibus non viuent.* Vnde Apostolus non ait absolutè: *Bona est lex*, sed (vt notauit Sanctus Chrysostom.) addidit. Si quis ea legitimè vtatur, scilicet ad proprium finem, hoc est ad cognoscendum Christum, in quo est salus nostra, & eius mandata obseruanda. *Finis enim legis Christus in salutem omni credenti.* Tunc namq; legitimè re aliqua vtimur, quando ad suum proprium finem ad quem ordinata est, vtimur.

Ezech. 20. *Rom. 7.* *1. Tim. 1.* *Ber. ser. 58 sup. Cāt. ica post med.* *Chr. hom. 2. sup. 1. epist. ad Timoth. col. 2.* *Rom. 10.*

4 Va-

Digitized by Google

4 Vnde Augustinus: Lex (inquit) iubet magis quàm iuuat; docet morbum esse, non sanat: immò ab ea potius, quod non sanatur, augetur, vt attentius & sollicitius gratiæ medicina quæratur. Quia, *litera occidit, spiritus autem viuificat. Si enim data esset lex, quæ posset iustificare, omnino ex lege esset iustitia.* In quantum tamen lex adiuuat, adiungit, & dicit: *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaque lex* (inquit) *pedagogus noster fuit in Christo Iesu.* Et lib. 2. contra aduersar. Legis, & Prophetæ cap. 7. Lex enim quamuis iusta, & sancta, & bona, prævaricatoribus intulit mortem, quos Dei gratia non adiuuit ad iustitiam legis implendam, &c. Vnde alibi dicit: *Lex iram operatur. Vbi enim lex non est, nec prævaricatio*: hinc ostendens, vnde dixerit: *Lex iram operatur*. Neque enim eius prævaricatio mala esset, nisi lex ipsa bona esset. Aug. lib. 1. de gratia Christi cõtra Pelag. Calest. c. 8 2. Cor. 2. Galat. 3. Aug. lib 2 cõt. aduer. Legis, & Proph. cal. 1. E. Roman. 4.

5 His consonat illud Psal. 70 *Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.* Vbi Augustinus per literaturam legem intelligit scriptam, de qua inquit Apostolus: *Litera occidit*. Et iterum: *Per literam* (inquit) *& Circumcisionem prævaricator legis es*. Sensus ergo est; quia in litera legis non sum confisus, nec in viribus mei arbitrij innixus, ideo ad gratiam Christi recurro, ideo introibo in potentias Domini memor iustitiæ, non quæ ex lege est, sed quæ ex fide est Iesu Christi, *Domine memorabor iustitiæ tuæ solius*. Augustinus: In ipsa gratia glorians literaturam non cognoui, idest, homines de literatura præsumentes, & à gratia resilientes, toto corde reprobaui. Merito sequitur: *Introibo in potentiam Domini*. Non meam, sed Domini: nam illi in potentia sua de litera gloriati sunt, immò adiunctam literaturæ gratiam non cognouerunt: nam, *lex Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est*. Ipse enim venit vt legem impleret, quando charitatem donauit, per quam lex posset impleri. Aug. super Psal. 70. Aug. super eund Psal. 10. 8. vers. fui c. D. 1. Cor. 3. Ioan. 1.

6 *Erat Ierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam, post motionem aquæ sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate*. In quo (vt Sanctus Augustinus explicat) aperte significatur, quod lex Moysi prodebat ægrotos, non sanabat. Aut enim: Quinque illæ porticus, lex est in quinque libris Moysi. Ad hoc producebantur ægroti de domibus suis, vt iacerent in porticibus. Ergo lex producebat ægrotos, non sanabat: sed benedictione Dei turbabatur aqua, tamquam Angelo descendente. Visa aqua turbata, qui poterat vnus descendebat, & sanabatur. Aqua illa cincta quinque porticibus, populus Iudæorum erat lege conclusus, hunc perturbauit Dominus præsentia sua, vt occideretur: nisi enim descensu suo Dominus perturbaret populum Iudæorum, nunquam crucifigeretur. Itaque perturbata aqua passione Domini Ioan. 5. Aug. super Psal. 83. non longe à fine G. H.

Digitized by Google

Domini significabat,quæ facta est perturbata gente Iudęorũ. In hanc passionem credit languidus,tanquam in aquã turbatam descendens,& sanabatur.Qui non sanabatur lege,idest,porticibus, sanatur gratia per passionis fidem Dñi nostri Iesu Christi.) Idem dicit super Psal.70.circa fin. E. to.8. Vbi in huius confirmationem adducit historiã Elisæi 4. Regum 4. qui primo ad mortuũ suscitandum baculũ suum misit per seruum,& tamen nihil profecit,quoadusque ipse venit;quia nimirum lex mortuos viuificare non poterat, sed solus Christus,vt supra verbo Christi Incarnatio num. 1. ostensum,est.

DE LEGE NOVA, ET VETERI

Cap. LXV.

GRATIA Christi, qua liberati sumus, in testamento veteri (vt Aug. docet) velata latitabat, quæ in Christi Euangelio reuelata est dispensatione temporum ordinatissima, sicut Deus nouit cuncta disponere. Et latibulum eius fuit obseruatio sabbati, quæ in lege præcipitur. Nam requies,quæ per sabbatum significatur,nõ per legem,sed per Christum nobis erat conferenda. Quam requiem tunc consequentur,iusti cum venerit sabbatismus, de quo ait Apostolus: *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei,vt requiescat ab operibus suis, sicut & a suis Deus.*)

Aug.li. de spiritu & litera c. 14 fin. tom. 3.

Hebr. 4.

2 Lex Euangelica est leuis sarcina, sub qua pondere peccatorum suorũ grauati requiescunt,sicut Dominus ait: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue.* Vbi Aug.super Psal.59.post med.c. Alia sarcina premit & aggrauat te,Christi autem sarcina subleuat te. Alia sarcina pondus habet, Christi sarcina pennas habet. Nam & aui si pennas detrahas, quasi onus tollis,& quo magis onus abstulisti,eò magis in terra remanebit.Quã exonerare voluisti, iacet,non volat, quia tulisti onus:redeat onus,& volat. Talis Christi sarcina. Portent illam homines,non sint pigri, non attendantur illi,qui iam ferre nolunt: ferant illam qui volunt,& inuenient quàm sit leuis, quàm suauis, quàm iucunda, quam rapiens in cælum, & à terra eripiens.]

Matt. 11.

Augustin.

3 Hoc iugo suaui exclusum est graue iugum legis Mosaicæ, de quo Petrus Apost. ait:*Quid tentatis Deum,imponere iugum super cerui-ces discipulorũ, q. neque patres nostri,neque nos portare potuimus.* Hoc onus superauit Christus,immò & a cerucibus hominum excussit,cũ pro nobis omnibus mortuus est,Isaia attestante:*Iugũ enim oneris eius, & virgam humeri eius, et sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Supra quem locum videnda sunt, quæ notaui super cap. 9. Isaiæ num. 12. & 13.

Act. 15.

Isa.9.

4 Nec mirum quod iugum Dñi suaue sit, & onus leue; quando gratia

gratia Dei,quæ per Christum nobis datur,nobiscum illud portat,sicut Apost. ait:*Gratia Dei sum id quod sum,et gratia eius in me vacua nõ fuit, sed abundantius illis omnibus laborani:non ego autem,sed gratia Dei mecum*. Propter quod lex Euangelica iugum Christi non immeritò nominatur. Iugum enim non ab vno tantum, sed a duobus portatur, quorum vnus adiuuat alterum. Vnde & Apostolus ait:*Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* In cuius signum Dominus adiuuisse dicitur eos, qui portabant arcã fęderis. Ait enim Scriptura:*Cumque adiuuisset Deus Leuitas,qui portabãt arcam fœderis Domini,immolabantur septem tauri, et septem arietes.* Quem locum exponens glossa Lyrani,sentit,quòd (vt dicunt Hebræi) illud adiutorium intelligitur per hoc,quòd arca portabat se ipsam,quia diuina virtute sic portabatur,vt Leuitæ portatores eius nullum pondus sentirent, & pro isto miraculo facta fuit immolatio.Si ergo qui sub importabili iugo legis antiquæ militabant, nullum pondus sentiebant arcam Dñi portantes: quantò magis in lege gratiæ, in qua spiritus adiuuat infirmitatem nostram, iugũ Dñi suaue, & onus leue absque fatigatione portabunt fideles? De his enim ait Isaias: *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut Aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* 1. Cor. 15. Isaiæ 40.

5 Lex noua & vetus valde inter se concordant, & se mutuò respiciunt.In cuius rei signum præcepit Dñs, vt in ipso propitiatorio essent duo Cherubim hinc atque inde alterutrũ attendentes: ita vt vultus eorum in Propitiatorium essent,& pennis suis obumbrarent propitiatorium; quia nimirũ duo testamenta per Cherubim,quod plenitudo scię tiæ interpretatur,designata,ita sibi concordant, dum mediatorem Dei & hominum Christũ Iesum,qui propitiatio est pro peccatis nostris,intuentur,vt vnum exhibitum denunciet,quod alterũ promisit. Vnde Aug. Duo verò Cherubim pennis suis obumbrant propitiatoriũ,ideſt, honorant velando;quoniã mysteria ista ibi sunt:& inuicem se attendũt; quia consonant;duo quippe ibi testamenta figurantur: & vultus eorum sunt in propitiatoriũ, quia misericordã Domini in qua vna spes est,valde commendant.)Vnde Greg. Duo Cherubim in se mutuo respiciunt versis vultibus in propitiatorium: quia vtraque Testamenta in nullo à se diserepant. Et quasi ad semet ipsa vicissim facies tenent; quia quod vnum promittit,hoc aliud exhibet, dum inter se positum mediatorem Dei & hominum vident. ℣ His duobus Testamentis velut geminis vberibus Ecclesia filios suos nutrit,de quibus Sponsus laudat Sponsam: *Duo vbera tua,*inquiens,*sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis*. Vbi Aponius scriptor antiquus lioro sexto super Cantica columna quinta in Biblioteca Veterum Patrum tomo primo: Duo ,inquit,vbera propterea dixit,quoniam hic quicquid doctor profitetur & animarum nutritor, nisi de vtroque Testamento docuerit auditores (ideſt veteri & nouo) ab vno omnipotenti Deo processisse,homicida animarum est. Nã vnum quasi Exod. 25. 1. Ioã. 2. Aug. q. 105 in Exod. Greg. ho. 6. in Ezech. paulo post med. Cant. 4. Aponius.

Digitized by Google

quasi vber sugendo, quis vnquam augebit vires, vt ad perfectum perueniat virum, & ad ætatem plenitudinis Christi. Sed aut cum Iudæo solum vetus susciendo tabefactis, arctisque gressibus, subiectione alterius indigebit. Aut cum Manichæo solum nouum aquoso hydropi superbiæ morbo distentus, morietur. Ideo duo vbera sicut duos hinnulos capreæ gemellos dixit, vt æqualitate duorum similitudine conuenienti sensu doctrinæ, lac porrigere auditoribus moneantur, hi qui Ecclesiæ vbera se præbere nouerunt: vt quicquid vetus testamentum per typos in prophetia futurum pro humana salute pronunciauit, hoc in nouo ostendatur perfectum per Domini nostri incarnationem.) Hæc duo vbera respiciebat qui dixit: *Ad vbera portabimini & super genua blandientur vobis*. His vberibus Paulus Apostolus nutriebat filios suos, cum dixit: *Tamquã paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non esoam*.

Isaiæ 66.

1. Cor. 3.

6 Duobus labijs sibi inuicẽ cohærentibus, explicat homo conceptus suos: ita & Deus duobus testamẽtis sibi correspõdẽtibus, nouo videlicet & veteri volũtatẽ suã fidelibus manifestat. Dicit enim Aug. Labia Domini, vtriusque testamenti consonantia intelliguntur, De quibus duobus testamentis in Prouerbijs scriptum est: *Diuinatio in labijs eius, in iudicio non errabit os eius*.) Cui consonat illud Isaiæ 1. *Quia os Domini locutum est*. Sicut enim ore vnum labium sine altero non loquitur, sic etiam nec vnum testamentum sine altero, vtrumque autem simul abscondita à sæculo in Deo misteria nobis explicãt; quod enim in vno promittitur, in altero impletur. In testamento veteri obumbratur salus, quæ nobis exhibita est per Christum, sed in testamento nouo re ipsa exhibetur. In cuius signum Ezechiel 1. narrans mirabilem illam visionem quatuor animalium, & rotarũ quas vidit, inquit: *Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotæ*.) Vbi Gregorius hom. 6. sup. Ezech. Per rotas duò intelligit testamẽta; nam Sacra n. Scriptura in omnẽ partem voluitur sicut rota, iuxta quadruplicem eius sensum. Rota ergo (inquit ille) in medio rotæ est, quia inest Testamento veteri Testamentum nouum. Et (sicut sæpe iam diximus) quod Testamentum vetus promisit, hoc nouũ exhibuit: & quod illud occultè annunciat, hoc istud exhibitum apertè clamat. Prophetia ergo Testamenti noui Testamẽtũ vetus est, & expositio Testamenti veteris Testamentum nouum.)

Ezech. 1.

Gregorius.

7 Cum Moyses accepisset legem, leprosos à castris eiecit. Christus autẽ descendens de monte, in quo dedit legẽ, leprosũ mundauit; quoniam lepra peccati non per Testamentum vetus (vt notauit Chrysostomus) sed per testamentũ nouum erat mundanda. Vide, ait Chrysostomus, quantum discrimen sit inter veterem legem, nouamque gratiam, etiam omni ex parte. Moyses cum ex monte descendisset, primam legem tulit, & mandauit, vt è castris excederent leprosi, Christus vero monte descendens leprosum protinus mundat: & ille quidem morbidos eliminat, hic vero curam eorum agit. Ascendit Christus in mon-

Chr. hom. in illud Apo. cum autem subiecta fuerint ei &c.

tem,

Digitized by Google

ascendit & Moyses: & hic quidem vt acciperet, ille verò vt daret. Ascendit Moyses, inuenit mõtem impletum tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, caligine: quæ licet parum congruebant dexteræ & magnitudini apparentis, tamen decebat vt populus ille ita ad pietatem erudiretur. At Christi gratia timorem ponit, seruiturem ejcit. *Non enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis.* Et Moyses quidem dedit decem mandata. Iesus autem Dominus Moysi nouem beatitudines.) Rom. 8.

8 Iustitia veteris legis erat exterior, propter quod Apostolus eam appellat iustiam carnis ad Hebr. 9. *Iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis.* At iustitia nouæ legis est etiam interior, de illa nãque dicitur Prouerb. 31. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Hoc est vestes interiori, & exteriori. In cuius figuram Ioannes, qui typum veteris legis gerebat, zona de pilis Cameli ad lumbos erat indutus, Christus autem quem Ioannis vidit Apocal. 1. Zona aurea non in lumbis, sed ad mammillas erat præcinctus: quia in lege noua non solum exteriores actus, sed etiam interni præcipiuntur vel prohibentur, quod in lege veteri secundum hominum æstimationem non erat expressum. Vnde Chrysostomus: Erat gestatur Ioannes, hoc est, lex in Ioanne vestitus pilis cameli, non poterat habere tunicam de agno, de quo dicitur: *Ecce Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi.* De quo iterũ dicitur: *sicut ouis ductus est in occisionem.* De illo in lege tunicam habere non possumus. Ist zonam pelliceam habebat in lege, quia Iudæi hoc solum putãt peccatum esse, quod opere peccant. Cæterum Dominus noster Iesus in Apocalypsi Ioannis: qui videtur inter septem candelabra habebat, zonam auream non in lumbis, sed in pectore. Lex in lumbis cingitur exterum Christus hoc est Euangelium, & monachorum virtus, non solum in libidine, sed in mente condemnatur. Hic nec cogitare quidem expedit: ibi qui fornicatus fuerit tenetur in crimine: *Amen, amen dico vobis, qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Scriptum est, inquit, *in lege, non adulterabis.* Hæc est zona pellucea circa lumbos hærens. *Ego autem dico vobis, qui videret mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Hæc est zona aurea, quæ in pectore cingitur.) Hebr 9. Prou. 31. Apoc. 1. Chr. hom. 2 ex variis in Marc. in princ. Ioan. 1. Isai 53. Apoc. 1. Matt. 5. Deut. 5.

9 Noluit Deus, quod Moyses populum in terram introduceret promissionis, sed Iosuè id fecit, vt significaretur, quod non lex Moysi, sed gratia Christi (vt Augustinus obseruauit) introducturus erat populum fidelem in regnum cælorum iuxta illud Ioãnis 1. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Et Ioannis 14. *Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & assumam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.* In cuius signum (vt etiã notauit Augustinus) Moyses eidem ipsi futuro suo successori nomen mutauit, vocabatur enim Osee, & appellauit eum Iesum, quando ex conualle Aug. lib. 16. contra Faustum cap. 19. Co tom. 6. Ioan. 1. Ioan. 14. Aug. eod. loco.

conualle Pharan præmisit ad eandem terram, quo erat populus ipsi
Abac. 3. Doce venturus. Cui figuræ attestatur Propheta dicens: *Deus ex Aphrico veniet, & sanctus de Pharan*: tanquam diceret, eius nominis veniet Deus Sanctus, cuius nominis erat ille qui venit ab Aphrico de Pharan, ideſt, Iesus. Huc accedit, quod idem ipsum Dei Verbum intelligitur loqui, vbi promittit eundem ipsum Moysi successorem per quē populus in terram promissionis mitteretur, nomine Angeli eum ap-
Exod. 23. pellans. Et ita dicit: *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, vt seruet te in via, & inducat te in terram, quam iurauí tibi: attende tibi, & obaudi eum, ne non credas illi: nihil enim subtrahet tibi, nomen enim meum est in eo.*] Quod de Christo Domino intelligendum est nulli enim alteri competit, quòd nomen Dei sit in illo, nisi Christo. Ipse enim est verus Iesus Rector & Ductor populi in hæreditatē vitæ æternæ secundum testamentum nouum, cuius figura erat testamentum
2. Cor. 5. vetus.] Cui consonat illud Apostoli: *Quoniam Deus erat in illo, mundum reconcilians sibi.*

Matt. 27. 10 Gratia noui testaméti in veteri occultabatur cuius occultatio-
Iudic. 6. nem velum templi significabat, quod mortuo Christo Domino scis-
Psal. 67. sum est, vt gratia Dei manifestaretur, quæ latebat in lege veteri. Sicut in vellere Gedeonis cęlestis pluuia de qua Psal. 67. *Pluuiā voluntariā segregabis Deus hæreditati tuæ.* Nunc autem velut siccato illo vellere, ideſt, populo Iudæorum reprobato, gratia Dei in omnibus Gentibus tamquā in area cernitur patens Gratia noui Testaméti, quæ in veteri
Roman. 3. occultabatur, sed in lege gratiæ manifestatur, Apostolo dicente: *Nunc autem sine lege, iustitia Dei manifestata est, testificata à lege, et Prophetis.*
Aug. lib. 2 Si ergo nunc manifestata est, etiam tunc erat (vt Argui Augustinu) sed
de pecat. occulta. Cuius occultationem significabat templi velum, quod est ad
orig. cont. eius significandam reuelationem Christo moriente conscissum. Et
Pelag. & tunc ergo ista gratia vnius mediatoris Dei & hominū hominis Chri-
Cœlest. c. 25 sti Iesu erat in populo Dei, sed tanquam in vellere pluuia; quam non de-
in fin. 1. bitam, sed voluntariā segregat Deus hæreditati suæ, inerat latens: nunc
tom. 7. autem, velut siccato illo vellere, hoc est Iudaico populo reprobato, in
Matt. 27. omnibus Gentibus tamquam in area cernitur patens.) Cui consonat
1. Tim. 2. illud Apostoli: *Vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione*
Iudic. 6. *veteris testamenti manet non reuelatum (quod in Christo euacuatur)*
2. Cor. 3. *sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moises, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini spiritu.*)

11 Ingens botrus, quem olim in baculo ferebant exploratores, Christū Dominum in Cruce pendentem præfigurabat medium inter Testamentum vetus, & nouum; inter Prophetas, & Apostolos, de quo
Cant. 1. Cantic. 1. ait Sponsa: *Botrus Cipri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Vbi ait Bernardus: In vineis Engaddi vinum non inuenitur, sed oleum,

óleum. Quærat ergo in Cipro: nam illa insula ferax est vini, & vini optimi: toilensque inde sibi ingentem botrum, quem olim exploratores de Israel in veste ferebant, chorum propheticum præcedentem, & subsequentem Apostolicum, medium autem Iesum pulcro *Ber. ser. 44 Iud. Cãtica col. 1. in fine.* schemate figurantes. Nunc ergo botrum accipiens sibi dicat: *Botrus Cant. 1. Cipri dilectus meus mihi.*)

12 Hic est botrus in torculari Crucis expressus, quem Dominus, *Matt. 21.* ipse se calcasse testatur per Isaiam. Nam inquirentibus Anglis: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari?* Respondit: *Torcular calcaui solus, et de gentibus non est vir mecum.* Hanc eandem figuram respiciebat Euangelista, cum narrans ascensum Christi in Ierosolimam, inquit: *Turbæ autem quæ præcedebant, et quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid benedictus qui venit in nomine Domini.* Turbæ, quæ præcedebant, tipũ gerebant populi Iudæorum: quæ verò sequebantur sunt populus Gentium. Et sicut ex duobus illis exploratoribus portantibus in baculo pendentem botrum, ille qui præcedebat pondus quidem portabat, sed botrum non videbat: ita populus Iudæorum sustinebat quidem pondus legis, sed Christum Dominũ videre non meruit, nec botrum comedere; quod tamen concessum est illi qui sequebatur; nam & ante se botrum habebat, & de acinis poterat gustare, quod his verbis obseruauit Aug. Possunt isti duo Christianum & Iodaicum populum figurare. Isti ergo sunt duo, idest Sinagogæ vel Ecclesiæ populi. Et quia prior fuit Iudæorum populus, præcedit Iudæus, sequitur Christianus. Salutem suam hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium præfert, ille contemptum. Ideo & de Iudæis Prophcta testatur: *Obscurentur oculi eorum ne videant: dorsum illorum semper incurua.* Incedunt duo sub sacro falce ordine suo. Hic semper videt, ille semper relinquit. Iudæus autem proximum se æstimat, sed absentat. Christianus ergo præsenti munere fruitur, Iudæus solo onere prægrauatur. Quia Christus sicut credenti salus, ita onus est nõ credenti.] Cui consonat illud, quod Saluator ait: *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt.*] Aliter in eodem sermone mysterium, illud duorum exploratorum explicat Aug. Nam & duo testamenta significasse credũtur, & duo præcepta, quibus diligitur Deus, & proximus, quia quomodo in medio duorum illorum vua exhibita legitur; ita in medio duum testamentorum Christus Dominus euidenter agnoscitur: secundum illud quod scriptum est. In medio duum animalium cognoscetis, idest, in medio noui, vel veteris testamenti.) *Aug. ser. 100. de temp. col. 1 M. 10. 10. Psal. 68. Luc. 10. Abac. 3.*

13 Christus Dominus impleuit omnia quæ in lege & Prophetis de illo scripta erant. Quod & duobus discipulis euntibus in Emaus apertissimè ostendit: cum (sicut ait Lucas Euangelista) *Incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.* Et cum consumata essent *Luc. 24.*

omnia

omnia quæ de ipso scripta erant, pendens in cruce ante quam emine-
Ioan. 18. ret spiritum, dixit: *Consumatum est*, hoc est, impleta sunt in me omnia
Matth. 5. Prophetarum oracula: adhoc enim venit in mundũ, sicut ipse ait: *Non veni soluere legem, sed adimplere*.

Aug. lib. 17. contra Faustum Manich. cap. 6. Deut. 5. & 12. Roman. 13. Ioan. 1.

14 Faustus autem Manichæus (vt refert Augustinus) motus verbis Deutoron. in quo scriptum est: *Ne quid addatur scripturæ Dei, vel detrahatur*, dicebat Christum legem non impleuisse, sed eam mutasse, ac multa quæ in lege non erant, addidisse. Cui tamen Sanctus Doctor sic respondet: Nesciunt isti quomodo adimpleat legem, qui sic viuit vt lex præcepit. *Plenitudo enim legis charitas*: sicut dicit Apostolus, &c. Impletur ergo lex, vel cum fiunt quæ ibi præcepta sunt, vel cùm exhibentur quæ ibi prophetata sunt. *Lex enim per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est*. Ipsa lex cum impleta est, grátia & veritas facta est. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, veritas ad prophetiarum impletionem. Et quia vtrumque per Christum, ideo non venit soluere legem, aut Prophetas, sed adimplere, non vt legi adderentur quæ deerant, sed vt fierent quæ scripta erant: quod ipsa eius verba testatur. Non enim ait: *Iota vnum, aut vnus apex non transiet a lege*, donec addantur quæ desunt; sed, *donec omnia fiant*.

Aug. lib. 19. contra Faustum Manich. cap. 3. F. Iom. 6. Exod. 20. Matt. 5.

15 Loquitur ergo de sabbatis, sacrificijs, Neomenijs, & alijs obseruationibus hebraicis, quibus Christus Dominus nihil adiecit, sed eorũ significationem impleuit. Nam antiquiora præcepta, id est, non occides, non mechaberis, non peierabis, & his similia quæ etiam erant antiquitus in nationibus in eo sensu (vt Augustinus explicat) Christus non venit soluere sed adimplere; quia id quod legi deerat adiecit. Ait enim: *Audistis dictum esse antiquis: Non occides. Ego autem dico vobis: ne irascamini quidem*: adimpletio est. Audistis dictum esse: *Non mechaberis. Ego autem dico vobis, ne concupiscatis quidem*: adimpletio est. Dictum esse: *Non periurabis. Ego autem dico, ne iuretis quidem*: equæ adimpletio est. In his enim & priorà roborat, & quæ defuit adijcit.)

Psalm. 67. Deut. 32.

16 Huic expositioni consonat illud Psalmistæ: *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eã.* Vbi per Pluuiam voluntariam legem intelligit antiquam, de qua ipse Moises legislator, inquit: *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum*. Vnde Augustinus super eundem Psalmum col. 5. D. Segregauit itaque pluuiam hanc voluntariam Deus hæreditati suæ quæ legem dedit, & infirmata est, vel ipsa lex, vel ipsa hæreditas. Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non impleretur, non quod ipsa infirma sit, sed infirmos facit minando poenam, nec adiuuando per gratiam. Nam & Apostolus Rom. 8. ipso verbo vsus est, vbi ait: *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem*, Significare volens quia per Spiritũ sanctũ impletur, tamen ipsam dixit infirmari, cum ab infirmis non posset impleri. Infirmata vero ipsa hæreditas, id est, ipse populus data sibi lege sine vlla ambiguitate intelligitur. Lex enim subintrauit, vt abundaret delictum. Quod autem sequitur Roman. 5.

Petrum pacificâ cum ea lingua ab exhortatione Apostolorum suorum
ad Ecclesiam Dei, quæ est Christus, ut ædificentur in eo, qui lapis vivus
est, qui à Deo electus est, comparatus.

LV. Sed neque Paulus ad Romanos hanc legis, & Scripturæ sanctæ
Prophetarum, & Apostolorum suorum, & Ecclesiæ Dei, quæ est Christus,
& comparationem omisit. Ait enim: Nunc autem manifestata est sine lege Rom. 3. 21.
justitia Dei, & testificata à lege & à Prophetis. Justitia autem Dei per fidem
Jesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Non enim est
distinctio. Omnes enim peccaverunt, & egent gloriâ Dei, & justificantur gratis
per ejus gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, quem proposuit
Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ
propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem
justitiæ ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide
Jesu Christi. Ubi ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? per operum?
non, sed per legem fidei. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine
operibus legis. An Judæorum Deus tantum? nonne & gentium? Imo & gentium.
Quoniam quidem unus Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium
per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? absit: sed legem statuimus.

LVI. Quæ cum ita sint, quis non videat, quæ sit illa lex, quæ per fidem
destruatur, & quæ per fidem statuatur? Destruitur enim lex illa, quæ per
ceremonias mortuas vitæ æternæ sacramenta celabat, & statuitur lex illa, quæ
per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelat. Destruitur lex
illa, quæ per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelat, & statuitur
lex illa, quæ per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelata
jam, quod futurum illa celabat, ostendit. Destruitur lex illa, quæ per ceremonias
easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelata jam, quod futurum illa celabat,
ostendit, & statuitur lex illa, quæ per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ
sacramenta revelata jam, quod futurum illa celabat, ostendit, & ad quod ostendendum
illa ordinata erat, impletum ostendit. Destruitur ergo lex illa, quæ per
ceremonias mortuas vitæ æternæ sacramenta celabat, & statuitur lex illa, quæ
per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelat, & destruitur lex
illa, quæ per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelat, & statuitur
lex illa, quæ per ceremonias easdem mortuas vitæ æternæ sacramenta revelata
jam, quod futurum illa celabat, ostendit, &

tes? Quacumque paginam interrogueris, hoc tibi respondebit. Quod
tenes, tene: charitatem tene *finis præcepti est charitas*. Noli cogitare
Roma. 10. de multitudine ramorum, radicem tene, & tota arbor in te est. Et me
moria retinentibus mandata eius, vt faciant ea. Ideo Apostolus legē
antiquam legem mandatorum appellat, cum ait: *Legem mandatorum*
Eph. 2. *decretis euacuans*: nouam autem, legem gratiæ & Charitatis, qua in
Rom. 13. præcepto dilectionis continetur. Ait enim: *Qui diligit proximum, legē*
Exo. 20. & *impleuit. Nam, Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Nō*
14. *falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatū,*
Deut. 5. *in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio*
proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

20 Vetus Testamentum portant Iudæi in orbem dispersi in testificationem veritatis noui testamenti, quod per illud præfigurabatur. Propter quod Psalmista nomine Christi petit, ne occidantur; sed per
Psal. 58 orbē dispergantur: *Deus* (inquiens) *ostendit super inimicos meos, ne occi-*
Aug. epist. *das eos, ne quando obliuiscantur populi mei*. Nam (vt dicit Augusti-
59 ad Pan nus) ipsa prophetia, quid aliud nisi à nostris putaretur esse conficta, si
linianol. 3. non de inimicorum exodiebus probaretur? Ideo ne occideris eos, ne
E. tom. 2. ipsius gentis nomen extinxeris; nequando obliuiscantur legis tuæ. Quod vtique fieret, si ritus & sacra Gentilium colere compulsi, penitus qualecumque nomen Religionis suæ minimè retinerent. Quod
Gen. 4. in eorum figura etiam de Cain scriptum est, quod *Constituit in eo*
Psal. 58. *Dominus signum, ne quis occideret eum*. Denique cum dixisset: *Nō occideris eos, ne quādo obliuiscantur legis tuæ*: velut quereretur quid de illis esset faciendum, vt in aliquot vsus testimonij veritatis non occidātur, idest, non consumantur, neque obliuiscantur legis Dei, continuo subiunxit: *Disperge illos in virtute tua*. Si enim in vno loco essent terrarum, non adiuuarent testimonio prædicationem Euangelij, quæ fructificat toto orbe terrarum. Ideo *disperge illos in virtute tua*, vt eius ipsius, cuius fuerunt negatores, persequutores, interfectores, vbique sint testes per ipsam legem, quam non obliuiscuntur, in qua est ille propheta, quem non sequuntur. J

21 Quōd vetus testamentum abolendum esset per nouum, obū-
Ionæ. 4. bratum fuit Ionæ 4. Vbi dicitur: *Et præparauit Dominus Deus hede-*
ram, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & pro-
Coloss. 2. *regeret eum: laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera lætitia*
magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & per-
cussit hederam, & exaruit. Per hederam enim, & eius vmbraculum sub quo Ionas quiescebat, lex designabatur antiqua, quæ vmbra fuit, & fi-
Psal. 21. gura nouæ legis, sicut ait Apostolus, *Vmbram habens lex futurorum, non*
Aug. epist. *ipsam imaginem rerum*. Per vermem autem qui in ascensu diluculi
49 ad Deo percussit hederam, & exaruit, Christum Dominum intellige, & eius
gra. 4. 6. Euangelium, quod finem vmbris, & vmbraticis figuris imposuit.
co 3. d. 10. 2 Ipse enim, vt Augustinus ait in Psalmo 21. cuius titulus inscribitur: *Pro*
susceptione matutina; hoc se nomine appellare dignatus est. *Ego* (inquit) *sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis*.

Ver-

Vermis est propter humilitatem carnis, fortassis etiam propter virginis partum. Nam hoc animal plerumque de carne, vel de quacumque re terrena, sine vllo concubitu nascitur. Matutinus est, quia diluculo resurrexit. Poterat vtique illa cucurbita & sine vllo vermiculo arescere. Postremò si habebat Deus adhuc vermem necessarium, quid opus erat addere matutinum, nisi vt ille vermis agnosceretur, qui cantat pro susceptione matutina: *Ego autẽ sũ vermis, & non homo.*

22 Idem significauit Moyses, cum tabulas lapideas, in quibus primo lex fuerat conscripta, descendens de monte confregit: & postmodum alias, quæ nunquam confractæ sunt, in quibus lex conscripta est, confecit. In signum quod lex Mosaica per legem nouam abolenda erat. Dicit enim Augustinus: Iratus quidem Moyses videtur tabulas testimonij digito Dei scriptas collisisse, atque fregisse: magno tamen mysterio figurata est iteratio testamenti noui, quoniam vetus fuerat abolendum, & constituendum nouum. *Aug. q. 144 in Exo. l. 4. Exod. 33.*

23 In eiusdem rei signum, *respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Quia nimirum sacerdotium, & sacrificia legis veteris, quorum sacrificiorum Cain typum gerebat, adueniente veritate reprobanda erant, & sacrificium ac sacerdotium nouę legis stabiliendum in æternum. Vnde Augustinus: Sicut Cain sacrificium ex terræ fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ouibus, & earum adipe suscipitur: ita noui testamenti fides ex innocentia gratiæ Deum laudans, veteris testamenti terrenis operibus anteponitur. Quia & si Iudæi ante rectè illa fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia Christo veniente iam tempus noui testamenti à tempore veteris testamenti non distinxerunt. Dixit enim Deus ad Cain: *Si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti.* *Gen. 4. Aug. li. 12 cont. Faust. c. 9. in prin Gen. 4.*

24 Vnde Sanctus Chrysostomus legem Mosaicam scalæ comparat, qua ad fastigium ascenditur legis Euangelicæ, quo cum peruentum fuerit, iam non amplius vtimur scala. Nisi enim lex fuisset (inquit ille) gratia vtique data nõ esset. Quare? Quia pontis instar fuit. Cũ. n. nõ liceret ex magna illa humilitate in sublime ascẽdere, facta est scala. Scalæ vero nullus est amplius vsus: & qui per illam ascendit, non quidem eam contemnit, sed & gratiam ipsi habere nouit. Ipsa quippe eò illum constituit, vt adminiculo isto amplius non habeat opus. Et pro hoc ipso quòd eius opera non eget, æquum est, vt ipsius gratia ingenuè confiteatur, se non volucrum more in sublime volasse: ita & de lege, Subuexit nos in sublime: ĩgitur lucrum erat. Sed deinceps damnum eam arbitramur. Quomodo? Non quod damnum sit, sed quod multo maior sit gratia &c. Damnum ergo non est lex, sed legi adhærẽdo à Christo deficere.) *Chr. ho. 11. sup. ep. ad Philip. col. 1. l. 10. 4.*

25 Nec vacat mysterio, quod post passionem Domini Ciuitas Ierosolyma, & eius Templum fuit, penitus destructum, in quo tantum licebat Iudæis offerre sacrificia: Hoc enim diuina prouidentia factum est, vt fideles sciant, legem Mosaicam amplius seruandam non

esse, & eius sacrificia deinceps Deo non esse offerenda. Id quod optimâ similitudine explicatur. Nam si Medicus licentiam concederet infirmo, vt solum in hac phiala e domo sua allata biberet aquam frigidam, & postmodum iussisset famulis, vt illam phialam confringerent, eo ipso confracto vase censeretur, potum illum denegasse infirmo: Idipsum fecit Deus concedendo Iudæis veteris legis sacrificia; nec enim in vllo orbis loco permisit id fieri nisi in Ierosolymis, quod & Christus Dominus tacitè docuisse videtur, cum Samaritanæ dicenti:

Iob 4. *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quod Ierosolymis est locus vbi adorare oportet?* Respodit: *Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, nec in Ierosolymis adorabitis patrem.* Quia nimirum destructa, vt dictũ est, Ierosolyma, sacrificia veteris legis non erant Deo amplius offerenda, quod hac similitudine explicat

Chryſ. ora. 2. aduerſ. Iudæos poſt med. K.t.5 Chrysostomus: Sit igitur medicus quidem ipse Deus, phiala verò Ciuitas: sit ægrotus ille, morosus Iudæorum populus. Denique frigidæ potio sit victimarum permissio concessioque. Quemadmodum igitur medicus fracto vase ægrotum cohibet ab intempestiuo frigidi potus appetitu: sic & Deus, euersa Ciuitate ipsa, adeoquè funditus diruta, vt omnibus facta sit inaccessa; Iudæos à sacrificijs abduxit. Nam si non hoc agebat, cur religionem illam in vnum locum conclusit, qui

Ier. 23. Pſal. 138. nusquam non est præsens? qui implet vniuersa? Cur cultum redigit ad victimas, victimas ad certum modum, modum ad tempus, tempus ad vnam Ciuitatẽ contraxit, ac rursus hanc ipsam Ciuitatẽ subuertit?)

26 Christus Dominus suo aduentu, & Euangelica prædicatione non solum legalibus cęremonijs, & sacrificijs antiquis finem imposuit, sed etiam idoli confregit, & elaminauit, iuxta illud Isaiæ vaticinium

Iſai. 19. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, et ingredietur Aegiptum, et commouebuntur Symulacra Aegypti à facie eius.* Super quem locum multa notatu digna obseruaui ex Patribus, scribens super cap. 19. Isaiæ num. 4. Vbi explicatum est, quid per Aegyptum, quid per nubem leuem intelligat Propheta.

27 In huius rei signum Arca Domini cum à Philistęis iuxta Da-

1. Reg. 5. gon posita fuisset in templo, Dagon stare non potuit, sed in terram cecidit. Scriptum est enim: *Tulerunt Philistiim arcam Dei, & intulerũt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini, & tulerunt Dagon, et restituerunt eum in locum suum. Rursumque mane die altera consurgentes inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon et duæ palmæ manuum eius abscisſæ erant super limen, porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Aggrauata est autem manus Domini super Azotios, et demolitus est eos, et percussit in secretiori parte natum Azotum, et fines eius. Et ebullierunt villæ, et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnæ in Ciuitate.*) In quo manifestè ostenditur, per Euangelicam prædicationem, & Christi aduentum cuius typum arca Domini præferebat idolo

latriam cecidisse,& à facie Domini longius abijsse. Hoc enim(vt Augustinus notauit)significauit Scriptura cum ait, quòd caput Dagon, & manus eius abscisſæ erant super limẽ,quasi fugerent ab arca Domini:qui enim fugiunt persequenti dorsum dant. Vnde & conuenienti fuę idololatriæ pœna Azotij puniti sunt in secretiori parte natium,& murib multitudine:hanc enim poenam merebatur eorum idololatria. Dicit enim Augustinus: Conuenienter quippe Dominus illis vtramque poenam parauerat,qualem rerum ipsarum cõueniens ratio exigebat:quatenus qui misera animalia diuino cultu venerabantur, per miserrima animalia in aduentu Dominicæ legis castigarentur. Et qui tabernaculi Domini interiora,idest,arcam extra limites suos protraxere, hi interiorum suorum foras prominentium foeda affligerentur clade. Quapropter eam plaustro nouo impositam duobus foetis vaccis vehendã, quæ iugum antea non cognouerunt,teneris domi vitulis mugientibus, ad fines suos redire arcam permiserunt. Quinque mures, & totidem anulos aureos indices plagarum suarum,ne eam vacuam dimitterent, iuxta eam in capsella posuerunt.]

Aug.lib. 2 de mir. Sac. Scrip.c.7.

Augu. vbi supra.

DE LINGVA

Cap. LXVI.

QVAM difficilè sit domare linguam, & quàm graue sit eius malum,ostendit S. Iacobus in sua Canonica cum ait: *Omnis natura bestiarum,& volucrum,et serpentium, et cæterorum domantur, et domita sunt à natura humana; linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum,plena veneno mortifero.*] Quibus verbis (sicut Augustinus ait) ostendit quantum sit in homine linguæ malum,vt à nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur bestiæ. Neque hoc ideo dixit, vt huius in nos mali dominationem per negligẽtiam permanere patiamur, sed vt ad domãdam linguam diuinæ gratiæ poscamus auxilium. Non enim ait: linguam nullus domare potest;sed,*nullus hominum*:vt cum domatur,Dei misericordia,Dei adiutorio,Dei gratia fieri fateamur.)

Iac.3.

Aug li. de nat.& gra. cõt. Pelag. c.15.H.4.7

2 Vnde Psalmista sciens,se non posse proprijs viribus linguam suam domare aut custodire,petit à Domino vt eam custodiat: *Pone Domine custodiam ori meo,et ostium circumstantiæ labijs meis, non declines cor meũ in verba malitiæ ad excusãdas excusationes in peccatis.* Vbi notandum cum Sancto Gregorio,quòd non petit vt os suum claudat omnino,sed vt ostium ponat. Nam aliquando tacere, aliquando loqui necesse est,& silendo peccare contingit,sicut & loquendo. Ostium aperitur (inquit ille)& clauditur. Qui ergo ori suo nequaquam poni obstaculum,sed ostium petijt,aperte docuit,quòd & per disciplinam teneri lingua debeat, & ex necessitate laxari,quatenus os discretum & congruo tempore vox aperiat,& rursus congruo taciturnitas clau-

Psal. 140.

Gregor. 8. mor. 17.

dat.] Et lib. 3. Past. curæ admon. 15. ait: Non petit poni ori suo pa-
rietem, sed ostium, quod videlicet aperitur, & clauditur. Vnde & no-
bis cautè discendum est, quatenus os discretè & congruo tempore vox
aperiat; & rursum congruo tempore taciturnitas claudat.) Ostium
carceris innocentibus aperitur, sed reis ne exeant vecte concluditur.

Iob. 38. Hinc S. Iob: *Tacui* (inquit) *nec egressus sum ostium*, vt videlicet inu-
tilia verba, aut nocua proximo fossas emitterem. Sed Propheta Re-
Psal. 31. gius silentium indebitum in se reprehendens ait: *Quoniam tacui, inue-*
Psal. 38. *terauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.* Et iterum: *Obmutui, &*
humiliatus sum, & silui à bonis; & dolor meus renouatus est. Et rur-
Isaiæ. 6. sum Isaias ait: *Væ mihi, quia tacui; quia vir pollutus labijs ego sum: &*
in medio populi polluta labia habentis ego habito. Eandem doctrinam
Gregorius. prosequitur Gregor. 2 moral. 26. circa med. & latius 7. mor. 17.
Ne igitur in hoc damnatum silentium incideret exorta persecutione
Arriana, quidam Episcopi Sanctissimi (vt narrat Gregor. lib. 3. mor.
cap. 32.) fidem catholicam constantissime defendebant; sed cum eis
in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra
perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur: raptus
in furorem eorum linguas abscindi radicitus præcepit. Res mira, &
multis nota senioribus: quia ita pro defensione veritatis etiam sine lin-
gua loquebantur, sicut prius loqui per linguam consueuerant, &c. Vi-
debatur enim à respicientibus, vt referebat, quia abscissis radicitus lin-
guis, quasi quoddam barathrum patebat in gutture: & tamen ore
vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic vnus in
luxuriam lapsus mox priuatus est dono miraculi, iusto videlicet om-
nipotentis Dei iudicio: vt qui carnis continentiam seruare neglexe-
rat, sine lingua carnea non haberet verba veritatis.)

3 Ad linguam domandam, & refrenandam etiam natura ipsa me-
Chrysb. 4. dia prouidit. Et ideo (sicut dicit Chrysostomus) Deus eam velut
in Sym. col. muro duplici voluit circúdari. Nam dentium tegmine, & labiorum
6. F. tom. 5. custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur. Re-
frena igitur linguam, & si non patitur reticere, dentium morsu quie-
scat, & tanquã carnifici tradatur dentibus. Nam hoc est eam condu-
cibilius sustinere, quã postea aquæ stillationẽ nullatenus promereri.

4 Et quamuis moderatio linguæ omnibus conueniat, præsertim
tamen mulieribus quas maximè decet silentium. Vnde Apostolus ait:
1. Timot. 2. *Mulier in silentio discat in omni subiectione. Mulieri autem docere non*
1. Cor. 14. *permitto, neque dominari viro, sed in silentio esse.* Et 1. Cor. 14. *Turpe*
est enim mulieribus in Ecclesia loqui. Et infra: *Si quid autem discere*
Chrysb. 9. *volunt, domi viros suos interrogent.* At nunc (sicut dicit Chrysosto-
sup. 1. epist. mus) ingens vbique tumultus, maximus clamor, colloquutio plurima
ad Timot. atque confusa, neque vsquã alibi tantũ loqui mulieres, neque in foro,
col. 1. neque in balneis, quantũ intra Ecclesiam videas. Quasi ob hoc ipsũ cõ
cõueniant, vt quæ velint licitè loqui possint, ita inutilibus fabulis occu-
patę sunt ores: idcirco permissa sũt oĩa, ordoque confusus est. Neque in-
telligũt miserę nõ se aliter vtile quippiã discere posse, nisi quietè agãt,

Nam

Nam cùm sermo doctoris incassum effunditur, nec est qui his, quæ dicuntur, intendat: quid inde lucri prouenire possit? Adeò autem, inquit, oportet illam stridere silentio, ne non modò de secularibus rebus, verùm ne de spiritualibus quidẽ loquẽdùm sibi in Ecclesia nouerit)

5 Igitur moderatè vtendum est lingua, ita vt ne silẽtium nimium, aut nimia loquacitas mentem maculet, sicut contigit amicis Iob, qui *sederunt* cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Postmodum verò nimia loquacitate polluti mercedem boni operis incepti perdiderunt. Venerunt enim vt consolarentur Iob, & præ dolore diu tacuerunt. Postquam vero habenas laxauerunt linguæ, in contumelias Sancti Iob proruperunt. Vnde Gregorius: Sed tamen hoc, quod diu tacuerunt, & quãdoque loquendo reprobati sunt, neglectè prætereũdum non est. Sunt nãque nonnulli, qui & loqui præcipitanter incipiunt, & effrænatè coepta effrenatius exequuntur. Et sunt nonnulli, qui tardè quidem loqui inchoant: sed semel inchoantes, habere modum elocutionis ignorant. *Grego. 3. moral. 10. cir. med.*

6 Hinc ait Psalm. *Erubescant impij, & educantur in infernum; muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia, & in abusione.* Vbi Augustinus inquirit: Quando efficientur muta labia ista? In hoc seculo nunquam. Quotidie clamant contra Christianos, maximè humiles; quotidie blasphemant, quotidie latrant, augent linguis suis pœnas, quibus apud inferos sitiant, & aquæ stillam sine caussa desiderent. Non ergo nunc muta efficiuntur labia istorum. Sed quando? Quando traducent eos ex aduerso iniquitates eorum, sicut dicitur in libro Sapientiæ: *Tunc stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Tunc dicent illi: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est? Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Tunc efficientur labia eorum muta, qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & in contẽptu. Modo enim dicũt nobis: Vbi est Deus noster? Quid colitis? Quid videtis? Creditis & laboratis. Certum est quod laboratis, incertum est quod speratis. Sed tunc muta fient labia dolosa. Cui consonat illud, quod sequitur in eodem Psalmo: *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Et Iob. 5. *A flagello linguæ absconderis.* Et Ps. 90. *Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione Dei cæli cõmorabitur* &c. Et infra: *Non accedet ad te malũ, & flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo.* Ibi abscondita erat Iudith, in cuius laudem scriptũ est: *Nec erat qui loqueretur de ea malũ verbum in Israel.* *Psal. 30. Aug. sup. Psal. 30. cõc. 3. col. 3 I. K. tom. 8. Luc. 16. Sap. 5. Psal. 113. Iob 5. Psalm. 90. Iudit. 8.*

7 Quæ autẽ sint labia illa dolosa, quæ aliquando muta fiẽt, explicat idem Psalmista cũ ait: *Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua cõcinnabat dolos, sedens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalũ.* Vbi (vt notauit Aug.) non ait, lingua tua admisit dolositatem: aut, perpetrauit dolositatem: sed vt ostenderet tibi quandam delectationem in ipso malo facto, Amplexa est dixit. *Psal. 20. Aug. super eund. Psal. non longè à fin. B. tom. 8*

Et cum ait: *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris*: & ipsum sedens ad hoc pertinet, quòd superius dixit, amplexa est. Qui enim stans aut transiens facit, non cum voluptate facit: qui vero ad hoc sedet, quàntum ocium quærit vt faciat? Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, ipsam detractionem malam diligenter faciebas, sedendo faciebas.) & per fratrem intelligit Augustinus, virum firmum & doctum; & per filium matris intelligit infirmum & incipientem. *Et aduersus illum* ponit scandalum huic detrahendo. Etenim cũ detrahitur bonis ab his qui videntur alicuius momenti esse, & docti esse, in scandalum cadunt
1. Cor. 3. infirmi, qui adhuc nesciunt iudicare. Ideo infirmus ille filius matris dictus est, nondum patris, adhuc lacte indigens, & vberibus adhærens. Portatur adhuc sinu matris Ecclesiæ, non valet accedere ad solidum cibum mensæ patris sui, sed de vbere matris victum trahit ignarus iudicandi, quoniam adhuc animalis atque carnalis est.)

8 Præcipit Apostolus, vt non solum verba nociua & turpia, sed
Ephes. 5. etiam inutilia & scurrilia caueamus. Ait enim: *Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.* Non enim decet eos, qui in agone certant cum tot aduersarijs, leuia aut facetias redolentia verba proferre.
Chrys hom. Vnde Chrysostomus: Nullus sit nobis sermo ociosus. Ex ocioso quip-
27 sup. epistolã ad Ephes. col. 2 pe sermone incidimus & in absurdos. Præsens tempus non effundendi gaudij: sed luctus est, tribulationum, & lamentationum. Tu vero leuiter vrbanis facetijs iocularis? Quis athletarum studium ingressus,
6. tom. 4. relicta solitudine cum aduersario certandi facetijs vtitur? Instat diabolus, circuit rugiens vt rapiat, omnia mouet ac tentat, omnia aduersus caput tuum inuertit, extraque nidum eijcere te molitur, dentibus stridet ac fremit, ignem spirat aduersus salutem tuam: & tu sedes facetias effundens, & quæ stulta sunt & ad rem non conueniunt, effutiens?)

9 Inter alia motiua, quibus Iacobus Apostolus omnes homines præsertim Deo consecratos ad refrænandam linguam inducit, hoc vnum est: nam lingua ad laudandum Deum, & enarrandum mirabilia eius potissimè est nobis concessa, & ideo non debet
Eccli. 3. in verbis ociosis, vel nociuis, aut turpibus occupari. *In ipsa* (inquit) *benedicimus Deum, & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet fratres mei, hæc ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Numquid potest fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem*
Isai. 43. *potest facere aquam.* Vnde & Dominus per Isaiam ait: *Omnem, qui inuocat nomen meum, in laudem meam creaui eum.* Nec solum lin-
Chrys. 15. gua nostra benedicimus Deum; sed etiam in ipsa Dominum maiesta-
sup. epistol. tis suscipimus in Sacra Eucharistia occultatum, & primam sedem ei
ad Ephes. damus, cuius vtiquè contactu debuerat sanctificari, ne in rebus pro-
col. vlt. C. phanis, aut vaniloquijs, sed in diuinis laudibus occuparetur, sicut pijs-
D. tom. 4. simè his verbis ostendit Chrysostomus: Perpende cum quibus tem-

pore

pore mysteriorum adstes, nempe cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim neminem vituperant; sed vnus & idem vtus ora illorum adimplet, nempe benedicendi, & glorificandi Deum. Quomodo potes ergo cum illis dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris? Dic quæso, si vasculo regio, quod semper cibos habeat regios & ad illos ordinatum sit, ad stercora ministrorum quisquã abuteretur, an auderet illud cum reliquis ad eadem regia edulia deputatis stercore refertum denuo reponere? Nequaquam. Atqui eiusmodi es qui fratrem accusas, qui vituperas, &c. Tot ac tantis rebus os tuum adornauit Deus, vtpote hymnis Angelicis, cibo non tantum angelico, sed angelicam etiam dignitatem superanti, osculo suo, complexibus etiam suis, & vituperas? Noli obsecro: magnorum malorum causam habens. Res ista quàm longissimè absit a mente Christiana. Nõ persuademus ista dicentes, nec permouemus? Dignum est ergo vt quod reliquum est, metuas. Audisti enim quid Christus dicat: *Qui dicit* (inquit) *fratri suo, fatue, obnoxius est gehennæ ignis.* Si ergo quod omnium est leuissimum, gehennam meretur: qui adeo confidenter, ac temerè vituperat, qua gehenna dignus non erit? Instituamus potius ora nostra ad benedictionem, & laudem. Magnum hinc erit lucrum, ex vituperio verò plurimum nocumenti. Nõ est hic quicquam spatij expectandum. Claudamus oris nostri ianuam, obijciamus repagulum, mordeamus nos ipsos, si quando graue ac durum quoddam verbum dentes nostros transilire voluerit.) *Matt. 5.*

10 Cauenda sunt maximè colloquia prauaꝝ nam, sicut dicit Apostolus, *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Vbi Gregorius: Sic verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando atque respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, ita peruersa locutio assiduè audita, infirmãtium inficit animũ, vt tabescat delectatione praui operis, assidui iniquitate sermonis.) *1. Cor. 15. Greg. hom. 9 sup. Eze. col.*

11 Quæ autem damna ex lingua effrenata sequantur, indicauit Salomon cum ait: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.* Aqua quippe, sicut dicit Gregorius, diminuitur cum linguæ fluxus effrenatur. Sed dimissor aquæ caput iurgiorum efficitur: quia per linguæ incontinentiam discordiæ origo propinatur. Igitur sicut praui in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites, & reticere pertractando negligunt, quæ loquantur: sed quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit. Vnde nunc Eliphaz ex suo experimento colligit, quod desperate de omnibus sentit, dicens: *Sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* *Prou. 17. Gregor. l. 5. mor. 11. in fine.*

11 Iusti autem nullum verbum ore proferunt quod prius non expendant in corde, ideo in laudem Sancti Iob dicitur: *Post hæc aperuit Iob os suum &c.* vt significaretur magna cum præmeditatione, & consideratione verba protulisse. Nec enim loqui poterat, nisi os aperuisset, sed per hoc quod ait: *aperuit os suum*, datur intelligi, non inconsideratè locutum fuisse. Vnde Gregorius): Non est neglectè differendum, *Iob. 3. Gre. 4. mor. 5. in princ.*

dum, quod dicitur: *aperuit os ſuum.* Scriptura enim Sacra ex his, quæ tenuiter præmittit, reuerenter expectanda indicat, quæ ſubiũgit. Sicut enim clauſa vaſcula, quid intus habeant, ignoramus; aperto vero ore vaſculorum, quid intrinſecus contineatur agnoſcimus: ita ſanctorum corda, quæ clauſo ore occulta ſunt, aperto ore deteguntur: & cum cogitationes detegunt, os aperire referuntur, vt intenta mente quaſi apertis vaſculis, quid intus contineant feſtinemus cognoſcere, ac nosmet ipſos eorum intimo odore recreare. Vnde & ſublimia præcepta Domino in monte dicturo, præmittitur: *Aperiens os ſuum dixit: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum &c.*

Matt. 5.

13 Aqua roſacea, niſi in vaſe diligenter cooperto cuſtodiatur, omnis eius odor ſuauis citò euaneſcit. Sic etiam odor virtutũ, quibus fragrabat qui dixit *Chriſti bonus odor ſumus*, niſi ſilentio oris noſtri cooperiatur, citò perit. Iuxta quod Salomon ait: *Sicut vrbs patens, & abſq; murorum ambitu: ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Vbi Gregorius: Quia enim murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis: & cum ſe per verba extra ſemetipſam ejicit, apertam ſe aduerſario oſtendit. Quam tanto ille ſine labore ſuperat, quantò & ipſa quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquiũ pugnat &c. Quia autem multiloquio quiſque ſeruiens linguam frænare nequeuerit, accidit vt rectitudinem iuſtitiæ tenere nequaquam poſſit, quod teſtatur Propheta qui ait: *Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.* Hinc quoque Salomon iterum dicit: *In multiloquio non deerit peccatum.* Hinc Iſaias ait: *Cultus iuſtitiæ ſilentium*: Illud videlicet indicans, quia mens à iuſtitia deſolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacobus ait: *Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuã, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.* Hinc rurſum ait: *Sit omnis homo velox ad audiendũ, tardus autẽ ad loquẽdũ.* Hæc Gregorius.

Pro. 25. *Greg. lib. 3 paſt. Curæ admo. 15. poſt med.* *Pſal. 193.* *Pro. 10.* *Iſaiæ 32.* *Iacob. 1.* *Ibidem.*

14 In cuius rei ſignũ vas illud in lege reputabatur immundum, quod non habebat operculum. Dicitur enim Num. 19. *Vas quod nõ habuerit operculũ, nec ligaturã deſuper, immũdũ erit*: quia nimirũ mũditiã cordis ſeruare non poterit, qui os ſuum debito ſilentio occludere neſcit. Vnde Sanctus Gregorius: Quaſi vas ſine operculo & ligatura polluitur, qui per ſtudium oſtẽtationis patẽs nullo velamine taciturnitatis operitur.]

Num. 19. *Grego. 23. mor. c. 4.*

15 Vt refert Auguſtinus, Tulliana fuit illa ſententia qua dictum eſt: Nullum vnquam verbũ quod reuocare vellet, emiſit: & Horatiana ſententia. Neſcit vox miſſa reuerti.]

Aug. epiſt. 7. ad Mar. col. 2. f.

16 Fuit quædam ſanctimonialis fœmina (vt refert Sanctus Gregorius) quæ carnis quidem continentiam habuit, ſed linguæ procacitatem, atque ſtultiloquium non declinauit. Hæc igitur defuncta atque in Eccleſia ſepulta eſt. Eadem autẽ nocte cuſtos eiuſdem Eccleſiæ per reuelationem vidit, quia deducta ante ſacrum altare per medium ſcabatur, & pars vna illius igne cremabatur, pars altera intacta remanebat. Cumque hoc ſurgens mane fratribus narraſſet, & locum oſtende-

Greg. lib. 4. dial. c. 51.

ret

set,in quo fuerat igne consumpta,ipsa flammæ combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem fœmina igne corporeo fuisset concremata.]

17 Duæ quædam sanctimoniales fœminæ (vt narrat Gregorius) quæ nobiliori genere exortæ,necdum perfectè linguam suam sub habitus sui fræno restrinxerant,& quendam religiosum virũ,qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat,incautis sæpè sermonibus ad iracundiam prouocabant. Vir autem Dei scilicet Benedictus,hæc de illis audiens,eis protinus mandauit,dicens:Corrigite linguam vestram: quia si non emendaueritis,excommunico vos. Quam videlicet excõmunicationis sententiam non proferendo intulit,sed minando.Illæ autem à pristinis moribus nihil mutatæ,inter paucos dies defunctæ sunt, atque in Ecclesia sepultæ.Cumque in eadem Ecclesia Missarum solémnia celebrarentur,atque ex more Diaconus clamaret:Si quis non communicat,det locum: nutrix earum,quæ pro eis oblationem Domino offerre consueuerat,eas de sepulchris suis progredi,& exire videbat. Quod cum sæpè cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras,indicauit viro Dei. Cuius oblatio pro eis cum fuisset oblata,& à Diacono iuxta morem clamatum esset, vt non communicantes ab Ecclesia exirent,illæ exire ab Ecclesia vlterius visæ non sunt.] *Greg. lib. 2 dial. c. 23.*

DE LVXVRIA Cap. LXVII.

LENVS (vt Lactantius refert) prima artem meretriciam instituit,auctorq; mulieribus in Cypro fuit,vt vulgo corpore quæstũ facerét, quod idcirco impetrauit,ne sola præter alias mulieres impudica, & virorum appetens videretur.] Et hinc forsitan delectationes carnis venereæ dictæ sunt. *Lact. li. de ver. Relig. c. 17.*

2 Martinus Luterus explicans illud Genesis:*Crescite & multiplicamini*:Non est præceptũ,inquit,sed plusquam præceptum, quod nos non possumus impedire,vel prætermittere,sed perinde necessarium est,vt edere,bibere,ludere,expuere,purgare,dormire,& vigilare.Sicut in manu mea non est,quo minus sim masculus aut fœmina,sed quod sum,id sum,ita minimè situm est in me,vt sim sine muliere.]Sed quàm aliena sit hæc sententia à fide & pietate Christiana,non est præsentis loci discutere, nec oportet plura sanctorum testimonia ad luxuriam detestandam adducere,cũ sufficiant ea,quæ in verbo Fornicatio superius notata sunt. *Gen. 1. Lut. lib. de vitacõiug.*

2 Ad vincendũ autẽ luxuriæ vitiũ,& reprimendũ carnales motus, qui ex incauto aspectu mulieris pulchræ solent consurgere, hoc salubre remediũ præbet Chrysostto. Cũ videris venustam mulierem, fulgidos habentem oculos, vultu hilari coruscantem,eximiũ quendam decorem aspectu præseferentem,tuamq; mentem vrentem,cogita terram esse id quod admiraris,stercus quod te vrit, & conquiescet animus furens. Vultus ipsius cutem detege, & tunc videbis omnem vetu- *Chrys. orat. de mulier.*

Digitized by Google

veruſtatis vilitatem. Ne ſubſiſtas ſuperficie tenus, ſed cogitatione introrius penetra; & non inuenies, niſi oſſa, & neruos, & venas. Si non ſufficiunt hæc, cogita inſuper eam ægrotantem, ſeneſcentem, & oculos eius ſubſidentes, cauas genas, omnem illum florem defluentem; aduerteq; quid admireris, & pudeat te iudicij tui. Lutum admiraris & ſtercus, & puluis & cinis te vrit. Si ergo rectè iam tecum reputas quid intra illã cutem ſit, nihil aliud dices eſſe pulchritudinem illam, quàm ſepulchrũ dealbatum.)

S. Antioc. To. 2. Bi. V. P. col. 105.

3 Vnde Sanctus Antiochus hom. 17. De fugienda mulierum familiaritate mala, quę ex incauto mulierum aſpectu ſubſequuntur breui ſermone perſtringens, inquit: Vel aſpectus mulieris telum eſt veneno lethali litum. Vt primum vulnus affixit animæ, ac miſerè ſauciauit impreſſione ſagittæ, quantò diuturniorem conficit moram, tantò periculoſiorem putrilaginem in ea operatur. Qui autem vitabundus ſe à mulieris ſubmouet conſortio, is non facilè id incurrerit periculi, neq; telo mulieris ſaucius aliquando concidet. Quemadmodum enim ſplẽdorem lucernæ alit oleum, ſic & colloquium mulieris ignem redaccẽdit voluptatis. Vtique ſcintilla diutius ſi immoretur adhęreſcẽs paleis, erumpit in flammam: ſic memoria cuiuſpiam mulierculæ, ſi vel tantillum duret, incendium excitat concupiſcentiæ.) Et Hildebertus Ce-

To. 3. Bi. V. P. col. 257

nomã. Epiſcopus epiſt. 41. Apud iuuenculas non eſt tuta religio, donec maturior ætas vtriuſque reſtinguat incendium. Vnde Prouerbiorũ 6. C. 25. Fili ne te ſuperet pulchritudo cõcupiſcentiæ, ne vè capiaris pupillis ſuis: quia mulier animas venatur virorum honorabilium. Impla-

Prou. 7.

nat hominem multa colloquutione, & laqueis labiorum illicit eum, & irretiuit. Ille autem ſequutus eſt eam, & exterritus quaſi bos, qui ducitur ad victimam, & quaſi canis ad vincula, neſciens quia, pro anima currit. Ne igitur declinet in vias illius cor tuum. Multos enim poſtquã

2. Reg. 11.

vulnerauit, deiecit & innumerabiles ſunt, quos interfecit. Viæ enim inferi domus eius, deducentes in promptuaria mortis.] & 2. Reg 11. Cum vidiſſet Dauid Berhſabee ſe lauantem, in concupiſcentia carnis illius exarſit, & adulterium commiſit; & homicidium. Itẽ etiam 2. Reg. 13. Amnon ſororis ſuæ Thamar ineſcatus ſpecie, vita miſerè priuatus eſt.

Dan. 13.

Danielis 13. Seniores illi Suſannæ ſpecie & pulchritudine, quam in pomario ſe lauantem viderunt, decepti in concupiſcentiam illius exarſerunt, & quia noluit eis conſentire, falſum teſtimonium protulerunt aduerſus eam, in quo à Daniele comprehenſi morti traditi ſunt. Ex quibus teſtimonijs Antiochus hom. 17. allegata concludit: Si viri illi tales cum eſſent; illecebris tamen & lenocinijs mulierum demulcti, capti q; ſunt, & nos inter pericula incedẽtes & in medio laqueorũ poſiti adhuc effugiamus expanſa retia.]

D. S. Bi. V. P. col. 711 & 712.

4 Hinc Saluator ait: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proĳce abs te*: id, quodlicet ſpiritualiter intelligendum ſit, materialiter tamen ſanctimonialis quædam vitam ſolitariam ducens feciſſe narratur in Prato ſpirituali c. 60. Nam cum in eius oculis ſcandalizaretur quidam improbus & impurus adoleſcens, & præſentiret eum in eam ma-

gna

ma concupiſcentia inflammari vocauit illum ad ſe, & ait illi. Quid nã in me pulchrum vidiſti, quia ſic amas me? ait adoleſcens: Oculos tuos: ipſi enim ſeduxerunt me. Virgo verò, vt audiuit, quia oculi eius illum ſeduxiſſent, ſumpto gladio mox oculos eruit. Hoc autem cum uidiſſet adoleſcens, eruiſſe ſcilicet ſibi virginem oculos, compunctus corde abijt in ſcythiam, ibique ſęculo renuntians, effectus vt probatiſſimus Monachus.]

5 Abbas Ioannes, qui, vt narrat Caſſiodorus lib. 8. c. 1. Nicephorus lib. 11. c. 34. & Caſſianus lib. 4. inſtitutionum c. 23. ſpiritu claruit prophetico per quadraginta annos nullam vidit mulierem in ſpelunca, cum eſſet nonagenarius, quem tamen videre deſiderabat vxor cuiuſdã Tribuni, quod cum ei ſignificaretur, renuit id concedere; ſed inſtante vxore, hac nocte, inquit, ab ea videbor in ſomnis, nec amplius pergat in carne videre meam faciem. Vidit autem mulier in ſomnis Prophetam ad ipſam venientem. Cui dicit: Quid tibi mecum rei eſt mulier? Quid meam cupijſti videre faciem? Non ſum ego Propheta, nec iuſti locum obtineo: Homo ſum peccator, & ſimiliter atque vos poſſibilis: oraui tamen pro te, & domo mariti tui, vt fiat vobis ſecundum fidem veſtram: ite ergo in pace. Et cum hæc dixiſſet, receſſit. Cum autem excitata fuiſſet mulier, renunciauit marito verba Prophetæ: & narrauit figuram, & habitum; & per maritum miſit agendas ei gratias.] Hæc omnia refert D. Palladius in hiſtoria Lauſiaca ſect. 39. quæ habetur Tom. ſeptimo Biblioteca Vet. Pat. col. 633. Vide alia plura Verbo Fornicatio. *Caſſiodor. Nicepb.*

DE MANSVETVDINE

Cap. LXVIII.

MANSVETVDO facit ſanctos, iuxta illud Eccleſiaſtici 45. *In fide, & lenitate ſanctum fecit illum.* Hanc à Chriſto diſcamus, vt ſancti ſimus; ipſe enim ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Vnde Bernardus: Sanè vt perfecta ſit ſanctificatio, etiam manſuetudinem, & ſocialis vitæ gratiam à ſancto ſanctorum diſcamus oportet, ſicut ipſe ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Quid enim huiuſmodi hominem dicere prohibet delicijs affluẽtem, qui ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ, omnibus omnia factus eſt, & vniuerſos perfundit oleo quodam manſuetudinis, & lenitatis, quo ſic infuſus eſt, ſic perfuſus etiam & ſuperfuſus, vt ſtillare videatur vndique?] *Eccl. 45. Ber. ſer. 5. vigil. Nat. Dñi col. 2. Matt. 11.*

2 Manſuetudo maximam pacem & requiem affert animæ. Vnde Chriſtus Dominus poſtquam dixit; *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde:* Illico ſubiunxit: *Et inuenietis requiem animabus veſtris.* Nihil enim (vt dicit Chryſoſtomus) animam ita in tranquillitate & quie- *Chr. ho. 34. ſup. Ge. col. 1. F. to. 1.*

Digitized by Google

quiete esse facit, vt mansuetudo & modestia. Hæc omni diademate se possidenti est vtilior. Hæc omni claritudine & gloria conducibilior. Quid .n. beatius, quàm intestino liberari bello? Nam quamuis plurima pace, & cura externa fruamur, si intra nos cogitationum nascantur tempestas, tumultus, & seditio, nihil externa pax nobis proderit: sicut neque miserabilius est aliquid ciuitate, quæ, licet præsidijs & muris bene sit munita, intus tamen ciues foueat proditores &c. Et vt discas quantũ mansuetudinis, & leniratis sit robur, & quod sola hæc virtus sufficiat se colentem diligẽter ineffabilibus laudibus dignũ reddere, audi Beatũ Moysen hinc potissimũ prædicari, & ex hac ei coronam plecti. *Et Moyses* (inquit) *erat mitissimus omnium hominũ, qui morabantur super terrã.* Vidisti encomij magnitudinem? Omni eum humano generi parem pronunciat, immo omni hominum generi præfert. Et iterum de Dauid dicit Scriptura: *Memento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius.*

Num. 12.

Psal. 131.

3 Iusti nõ solũ debent esse simplices & mansueti, sed etiã astuti, & prudentes, sicut Dñs ait: *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Vtraque .n. (sicut dicit Greg.) necessariò in admonitione coniunxit: vt & simplicitatem columbæ astutia serpentis instrueret, & rursum serpentis astutiam colũbæ simplicitas temperaret. Hinc est, quòd Sanctus spiritus præsentiã suam hominibus, non in columba solummodo, sed etiam in igne patefecit. Per columbam quippe simplicitas, per ignem verò zelus indicatur. In columba igitur, & igne Sãctus spiritus ostenditur: quia quicumque illo pleni sunt, sic mansuetudini simplicitatis inseruiunt, vt contra culpas delinquentium etiam zelo rectitudinis accendantur.]

Matt. 10. *Greg. lib.* 1 *mor. c.* 2.

Matt 3. *Act.* 2.

4 Sic accensus est Moysès, nam & *mitissimus erat omniũ hominũ qui erant super terram*: Et tamen zelo diuini honoris, propter adorationem vituli quasi triginta tria millia hominum in vna die interfici fecit. Nam (vt ait Aug.) eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, quis non in verbis eius agnoscat orantis pro peccato eorũ, & dicentis: *Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo.* C õparans ergo vnusquisque piè prudens illam cædem & precem, videt profectò, apertissimeq; videt, quantũ malũ sit animæ per simulacra dæmonũ formicari, quando sic sæuit qui sic amat. Sic planè & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Tradidit & alios, vt discerent non blasphemare.]

Aug. li. 22 *cõ. Faustũ c.* 79. *R. t.* 6

1. *Cor.* 15.

1. *Tim.* 1.

5 Simplicitas & mansuetudo iustorũ fatuitas ab huius mundi dilectoribus reputatur: sed hãc humiliter Deo offerunt, sicut filii Israel, de quibus dicitur Exo. 8. *Abominationes Aegyptiorũ immolabimus Domino Deo nostro.* Oues quippe Aegyptii (sicut Greg. ait) edere dedignãtur, sed & abominãtur Aegyptii, hoc Israelitæ Deo offerunt, quia simplicitatẽ cõscientiæ, quã iniusti quiq; velut infirmã abiectãq; despiciũt, hãc iusti in virtutis sacrificiũ vertunt, & excolentes recti puritatẽ ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes reprobi fatuitatem putant.]

Ex. 8.

Greg. 10. *mor.* 16. *in fine*

DE

Digitized by Google

DE MARIA VIRGINE

Cap. LXIX.

MARIA prima fuit, quæ (vt docet Hieronymus) votũ virginitatis emisit, idque ante quartum decimum ætatis suæ annum: nã ætatis eius quartodecimo missus est ad eam Angelus Gabriel. Vnde Bernardus: Si rerum pretia de raritate pensamus, quæ prima in terris Angelicam proposuit ducere vitam, super omnes est. Et Rupertus Abbas alloquens Virginem ait: Tu capite isto, idest, viro (nã caput mulieris vir) te indignam judicasti, quia votum egregium primũ Deo vouisti votum virginitatis.] *Hier ep. de Nat. B M. ad Roman. tom. 9. Bern. ser. 4. Assumpt. Rup. Abb. lib. 3. in Cant.*

2 De vulturibus refert Ambrosius, quod sine vllo masculorum concipiant semine, & sine coniunctione generent. Impossibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur? Auis sine masculo parit, & nullus refellit; & quia desponsata viro Maria peperit, pudoris eius faciunt quæstionem?] Maria ergo in corpore duos habuit honores, Virginitatem & Foecunditatem, quia & integra permansit, & peperit. De illa enim canit Ecclesia: *Et gaudium matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem.* Hanc autem felicitatem quoniam totam aliæ mulieres habere non possunt, partitæ sunt inter se, vt quadã sint virgines (vt notauit S. Aug. lib. de Sanc. Virg. cap. 7.) quædam vero matres: vt illis quod desit in prole, consoletur seruata virginitas; illis pro amissa virginitate cõpensetur prolis lucrum. *Amb. lib 5 exmer. c. 20. tom. 1.*

3 Virga Aaron nullo defossa sarculo, nec foecundata seminario posita in tabernaculo testimonii cum aliis virgis post alterum diem produxit flores, frondes, & nuces in signum virginitatis, & foecunditatis Mariæ Virginis. Vnde Sanctus Augustinus: Virga potuit contra naturam nuces producere, Virgo non potuit contra naturæ iura Dei filium generare? Et Sanctus Bernardus homil. secunda super Euangelium Missus est: Quid rogo virga Aaron florida nec humectata, nisi Mariam concipientem, quamuis virum non cognoscentem significat?) *Aug. ser. 3 Idu Dec. to. 10. Bernard.*

4 Mariæ perpetua Virginitas figurata fuit Ezechielis 44. Vbi dicitur: *Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel egressus est per eam, eritque clausa Principi, Princeps ipse sedebit in ea.* Vbi Sanctus Gregorius per portam clausam Mariam Virginem intelligit, quæ ante partum, & post partum virgo permansit. Vnde Amb. Quæ est hæc porta, nisi Maria? Ideo clausa quia virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc mundum: quando virginali fusus est partu, virginitatis claustra non soluit, sed inuiolata integritatis durauere signacula, cum exiret ex *Ezech. 44. Greg li 13 sup c. 44. Ezech. to. mo 4. Amb. ub. de instit. virg. c. 7.*

vir-

Virgine,cuius altitudinem mundus ſuſtinere non poteſt.) Et Sanctus Auguſtinus:Quid eſt,ait,Porta in domo Domini clauſa,niſi quod Maria ſemper erit intacta? Et quid eſt homo non tranſibit per eam, niſi quod Ioſeph non cognoſcet eam?& quid eſt Dominus ſolus intrat, & egreditur per eam,niſi quòd Spiritus ſanctus impregnabit eam,& Angelorum Dominus naſcetur per eam?Et quid eſt clauſa erit in æternũ, niſi quod Maria Virgo eſt ante partum,virgo in partu, & virgo poſt partum?) Idem docet S. Chryſoſtomus ho. tertia ex varijs in Ioan.

Augu.ſer. 10. Natal. Domini.

5 Flores cum fructu in arboribus ſimul eſſe natura nõ patitur: dũ ſunt flores, deeſt fructus, quo adueniente flores decidunt. Sic etiam flos virginitatis cum fructu ſimul per naturam eſſe non poteſt. Hoc tamen priuilegium ſolũm fuit conceſſum Mariæ, vt gaudium haberet matris cum virginitatis honore,& flores virginitatis cum fructu maternitatis conſeruaret.Cui ſubinde congruit illud Eccleſ. *Et flores mei fructus honoris,& honeſtatis.* Vnde Iſaiæ 7.Vbi nos legimus:*Ecce virgo concipiet,& pariet filium*:Vatablus,& Pagninus vertunt: *Ecce virgo prægnans, & fœta.* Vbi vtrumque coniungitur virginitas cum fœcunditate.Ac ſi diceret: Cũ prægnans eſſet,& fœta,virgo permanſit.

Eccleſ. 24. Iſa.7.

Quod etiam Canticorum 2.innuit Sponſus cum ait:*Ego flos campi, & lilium conuallium.* In quo(vt notauit Bernardus)Mariæ perpetua virginitas deſignatur,quæ non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine Deũ nobis protulit & hominem, ſicut campus,qui ſine humano floret adminiculo.Nã flos in horto,niſi humanę induſtria ſit plantatus,minime naſcitur.Vnde Auguſtinus:Illum enim ſolum virginitas decenter parere poſſet,qui in ſua natiuitate parem habere non poſſet. Veruntamẽ ille vnius ſanctæ virginis partus omnium ſanctarum virginum eſt decus. Et ipſę cum Maria matre Chriſti ſunt,ſi patris eius faciunt voluntatem.Hinc enim & Maria laudabilius,atq; beatius Chriſti mater eſt, ſecundum ſupra memoratam eius ſententiam. *Quicumque facit voluntatem patris mei,qui in cœlis eſt,ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt &c.* Maria ergo faciens voluntatem Dei,corporaliter Chriſti tantummodo mater eſt,ſpiritaliter autem & ſoror & mater.)

Cant. 2. Ber. ſer. 2. Aduentus Dñi ſer. 47 in Cant. & hom 2 ſup. Miſſus eſt. Aug.li de ſanct. Virgin.ca. 15. to.6.

6 Hinc Pſalmiſta in perſona Chriſti loquens: *Tu es* (inquit) *qui extraxiſti me de ventre.* Quibus verbis(vt Aug. explicat) ſignificare voluit partum virginis ſeruata virginis integritate mirabilem: vt quod ibi mirabiliter factum eſt,cum Deus feciſſe dicatur,nemini incredibile videatur.)

Aug epiſt. 120.ad Honoratum c. 12.to.2.

7 Vt autem corda fidelium præparărentur ad credendum non eſſe impoſſibile Dei virtute virginem concipere,& parere;multis antiquis patribus non conceſſit Deus filios, niſi dum eorum vxores erant ſteriles. Sic natus eſt Samuel ex ſterili. Sic Saræ ſterili, & Eliſabeth datus eſt Filius. Vnde Chryſoſtomus: Exerce hic tuos ſenſus (inquit) in vulua ſterilium,vt cum didiceris ligatam & emortuam vuluam diuina virtute ad procreationẽ aperiri,inde,copioſis argumẽtis acceptis nõ admireris audiens,quod virgo peperit:immo admirare,obſtupeſce &ne ſis incredulus miraculo.Quãdo igitur tibi dicit Iudæus,quomodo pepe-

Chr.ho.49. ſup.Ge.cõl. 2.E.to.1.

Ioannis Crysostomi in Quæstiones quarti Regum, & quinti Deuteronomii, Ioannis Damasceni Orationes duæ de Imaginibus, Ioannis Cassiani Collationes duæ, Ioannis Climaci Scala Paradisi, Ioannis Moschi Pratum Spirituale, Ioannis Rufi Vita Petri Iberi, Ioannis Philoponi Liber de Creatione mundi, Ioannis Damasceni Liber de Fide Orthodoxa, Ioannis Damasceni Liber de Hæresibus, Ioannis Damasceni Liber de Imaginibus, Ioannis Damasceni Liber de Duabus Voluntatibus, Ioannis Damasceni Liber de Sanctis Patribus, Ioannis Damascenis Liber de Sanctis Patribus, Ioannis Damasceni Liber de Sanctis Patribus, Ioannis Damasceni Liber de Sanctis Patribus, Ioannis Damasceni

tas designatur. Nam crines quò magis crescunt, eò magis descendunt, & ad loca humiliora tendunt: sic Maria Virgo eligitur, vt sit Dei Ma-
Ibidem. ter, & ipsa se ancillã vocat: *Ecce* (inquiens) *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Ideo per crines colli hæc Virginis vox humilis designatur, quæ collo & ore profertur. Non enim ex collo, sed ex ca-
Ber. hom. 1 sup. Euãg. Missus est. pite crines prodeunt. Vnde Bernardus: Pulchra permistio virginitatis & humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatẽ.]

10 Dominus Iesus referente Apostolo dixit: *Beatius est magis dare, quàm accipere*. Cum autem (vt docet S. Tho.) Deus sit in omnibus
Act. 20. S. Th. 1. p. q. 8. ar. 3. et 4 rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam; est quidẽ in illis dando esse quod habent, tã naturale, quã supernaturale: creaturis etiam irrationabilibus, & insensibilibus suo modo clamantibus: Quoniam ipse fecit nos, sed non ipsi nos. At in Beatissima Virgine non solum isto modo, sed alio etiam multo nobiliori est Dominus: quia non solum dãdo, sed & accipiendo fuit cũ ea, carnem humanam, & corpus humanũ ex purissimis eius sanguinibus accipiendo. Ideo modo quodam singulari & inenarrabili dicitur de ea: *Dominus tecum*. Tecum in mente, (sicut dicit Bernardus) & tecum in ventre. Et Sanctus Augustinus: Tecũ Do-
Augu. ser. 2. Annũc. Dñica col. tom. 10. minus in corde, tecũ in ventre, tecum in vtero tuo: ex sinu patris in vterum dignatur descendere matris. Et sermone 14. Natalis Dñi introducit Beatissimam Virginem sic de annunciatione Dominica loquentẽ: Desponsauit me vir Iudæus, & amauit me Christus Deus. Ignorauit quidem Spõsus meus Ioseph, quod me amasset Deus meus, & putauit quod adulterio imprægnatus esset venter meus. Nam ignaro Ioseph Sponso meo venit ad me quidam magnus Christi Paranymphus, non Patriarcha prius aut Propheta egregius, sed Gabriel ille Archangelus, facie rutilans, veste coruscans, ingressu mirabili, aspectu terribili, visitauit & perturbauit me, salutauit & grauidauit, dixitq; mihi: *Ave gratia plena, Dñus tecum*. Dñus, inquit, tecum, sed plusquã mecũ. In me autẽ licet sit Dominus me metipsum creauit Dominus, per te autem genitus est Dominus. Ita est Dominus tecum, vt sit in corde tuo, sit in vtero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam, procedat formosus de vtero tuo, tanquam sponsus de thalamo suo: egrediatur rex de cubiculo suo, procedat princeps ex aula regali, ita vt virginitatem tuam non faciat violari.] Hæc Aug.

11 Hoc autem mysterium in somnis prævidens Sanctus Iacobus, Patriarcha, admiratus est valde. Nam vidit ille in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum:
Gen. 28. Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ dicentem sibi: *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac &c. Cumque euigilasset Iacob de somno ait: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque, Quam terribilis est* (inquit) *locus iste! non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli*. Vbi est valde obseruandum, quod non ait, quàm terribilis est Deus ille, quàm multi Angeli, quàm immensa scala, quæ stans

super

ſuper terram ad cęlum vſque pertingitt. Nihil tale ait: ſed omnium mirabilium, quæ in ſomnis vidit, quaſi oblitus, ſolum locum in quo verè Dominus eſt, admirabilem prædicat, atque terribilem: *Quàm terribilis eſt locus iſte*: quia (vt optimè ſuper eundem locum notauit Rupertus) hoc debet inter omnia quæ Iacob vidit, mirabilius reputari, quod videlicet ſcala tam immenſa, & Dominus innixus ſcalæ, Angeli quoque aſcendentes & deſcendentes per ſcalam ſuper filium hominis, paruo vnius Virginis vtero concludantur, vbi Dñus eſt verè, ſicut ſcriptum eſt: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Vbi non eſt aliud, niſi dominus Dei, & porta cęli, ſicut Eccleſia canit: *Aue maris ſtella, Dei mater alma, atque ſemper virgo, felix cæli Porta.* Luc. 1. Hymn. B. Mariæ.

12 Hinc eſt quod Thronus Salomonis, per quod (vt docet gloſſa) Beatæ Virginis vterus deſignatur, dicitur grandis. *Fecitque Salomon thronum de ebore grandem.* Et iterum de Tabernaculo dicit Scriptura: *Opus grande eſt, nec enim præparatur homini habitatio, ſed Deo.* Ideo grãde, quia Deo habitaculum dignum præbet. Sic eſt grandis vterus Virginis, vt coelum coeli non immerito dicatur. *Cęlum cęli Domino* (inquit Propheta) *terram autem dedit filijs hominum.* In cęlo Deus habitat, in quo Angeli ſoli ante aduentum Domini, Dei aſpectu fruebantur: ſoli tunc facie ad faciẽ Deũ videbant, ſoli beati, nec vllum hominũ eiuſdẽ beatitudinis potuerũt inuenire conſortẽ. Sed nũc iã vterus Virg cęlum hoĩs eſt, locus beatitudinis, immo & coelũ coeli Dño, in quo dominator coeli nouẽ menſibus corporaliter habitauit, in quo primo anima beata Deum vidit per eſſentiam, anima videlicet Saluatoris, quæ ab inſtanti conceptionis Verbi (vt docet S. Thomas) eandem gloriam eſſentialem, qua nunc gaudet, ſortita eſt. Vnde in laudem Virginis canit Eccleſia: *Quia quem cęli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Hinc & ipſa Beata Virgo ſe magnificare Dominum confitetur, dum ait: *Magnificat anima mea Dominum.* Adeo enim magna ſanctiſſima eius anima extitit, vt Dominum totius vniuerſi magnum faciat. Illum appellant homines magnum Dominum, qui plurima ſibi habet regna ſubiecta. Corona igitur Domini altiſſimi, honor, & decus, vnius virginis anima eſt, quæ ſola inter puras eminet creaturas. Et benè inquit, *Magnificat anima mea.* Nam corpus eius non magnum effecit Dominum, ſed paruulum, ſicut ſcriptum eſt: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* 3. Reg. 10. 1. Par. vlt. Pſal. 113. Luc. 1. Iſai. 9.

13 Præfigurata fuit Beata Virgo per ciſternam Bethlehem, cuius aquam deſiderabat Dauid, hoc eſt, Chriſtum videre ſpirituali ſiti potius, quàm corporali agitatus. Hoc enim deſiderio intus ardens aiebat: *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem iuxta portam.* Vbi Sophronius Archiepiſcopus Ieroſolymitanus oratione prima in Chriſti Natali, vbi ait: Ciſterna hæc ſacra Sanctiſſimam Virginẽ deſignabat, quæ & in vtero geſtura, & Deũ paritura erat. Quod enim hic tranſigebatur, prophetia & figura erat de Chriſto, qui eſt aqua viua omnibus vitã infundens; dequè myſtica & ſpiritali ciſterna, quæ aquam illam, quæ nunquam deficit, vtero com- 2. Reg. 23. Sophronius To. 2 B. V. P. col. 563

prehensam in lucem dedit, hoc est, de impolluta virgine. Hanc autem cisternam & aquam bifariam Rex Dauid videre desiderabat, intensè que gestiebat; spiritalibus nimirum & corporeis oculis. Illis quidem vt illustrissimus Propheta; his verò vt consumatissimus iustus.) Et paucis interiectis, rationem reddit, cur Dauid aquam allatam è cisterna noluerit bibere: quia nimirum Prophetiæ lumine illustratus fore præuidebat, vt Iudæi aquæ illi viuenti omn aque viuificanti secundum carnẽ è Bethlehẽ exorituræ, & è lacu virgineo nasciturę, & in lucem prodituræ, hoc est, Christo fidẽ denegaturi essent. Vt vates ergo Sãctissimus Iudæorum in Christum perfidiam facto adumbrabat: ob id, inquam, diuinus ille vir aquam ad se delatam bibere noluit, quia insanos scelératosque Iudæos Christi prædicationi in suum ipsorum interitũ, & perditionem, nequaquam credituros præsagiebat, certòque præuidebat. ¶

Cant. 1. 14 Maria & Ioseph lilia fragrãtia fuerunt, in quibus pascitur Spõsus, iuxta illud Cant. 1. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Hæc, inquam, lilia fuerũt Rup. lib. 2. in Cant. Ioseph & Maria, sicut Rup. explicat: Verè (inquiens) ambo lilia pro virginalibus nuptiis, & habitatione castissima. ¶ Cui consonat illud: Sicut Cant. 2. *liliũ inter spinas sic amica mea inter filias* Et illud: *Iustus germinabit* Psal. 91. *sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominũ*, quod singulari quadam ratione competit Sponso virginis Matris. Nam & hoc nomine eũ Matt. 2. honorauit Euangelista, cum ait: *Vir autem eius*, scilicet Ioseph *cum esset iustus, noluit eam traducere.*

15 Beatissima Virgo Maria fuit nubes leuis, in qua Christus Dominus ingressus est mundum, iuxta illud Isaiæ 19. *Ecce Dominus ascẽdet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. Et commouebuntur* Hier. super c. 19. Isa. *omnia simulacra Aegypti à facie eius.* Vbi Hiero Per nubẽ leuem intelligit corpus Sanctæ Virginis Marię, quod nullo humani seminis põdere prægnatum est. ¶ Vnde Augustinus: Virgo Maria nubes erat se- Augu. sup. Psal. 118. cundum hæreditatem Heuæ, leuis erat secundum Virginis integritatẽ: ser. 15. l. 8. leuis erat, quæ non homini quærebat placere, sed Domino: leuis erat, quæ non in iniquitate conceperat, sed spiritu superueniente generabat; nec in delicto, sed cum gratia parturiebat.] fuit etiam nubes leuis, quia nullius peccati pondere grauata fuit. Hinc est quod (vt refert Sanctus To. 7. B. V. Dorotheus Episcopus & Martyr in Sinopsi de vita & morte Prophe- P. col. 118 tarum) Ieremias Propheta signum dedit Sacerdotibus Aegyptiacis, quòd oporteat simulachra eorum concuti, & decidere per Seruatorem puerũ ex Virgine nasciturum, & in præsepio iacturum. Propterea etiam nunc Virginem in lecto, & Infantem in præsepio collocant, & adorant. Et cum causam olim Ptolemæus Rex percontaretur, respondérunt, mysterium esse ipsis à maioribus traditum, quod illi à sancto Prophe ta acceperint.)

16 S. Ignatius in pluribus epist. quas ad Beatiss. Virginẽ scripsit, Iter. ser. 7. sup. Psalm Quibabitat eã merito Christiferã consalutat, vt refert Beru. Egregius planè titulus dignitatis, & commendatio honoris immensi. Nempe cui seruire regnare est, gestare hunc non onerari est, sed ornari.)

Arcas

17 Arcas duas fuiſſe legimus in veteri teſtamento, vnam arcam diluuij, alteram teſtamenti: & vtraq; (ſicut dicit Bernar.) figurabat Mariam. Sicut enim per illam omnes euaſerunt diluuium qui in ea fuerunt: ſic per iſtam peccati naufragium. Illam Noe, vt diluuium euaderet, fabricauit: iſtam Chriſtus, vt humanum genus redimeret, ſibi præparauit. Per illam octo animæ tantum ſaluantur: per iſtam omnes ad æternam vitam vocantur. Per illam paucorum eſt facta liberatio: per iſtam humani generis ſaluatio. Illa facta eſt de lignis læuigatis: iſta de virtutibus ædificata eſt conſummatis. Illa ſuperferebatur aquis diluuij: iſta non ſenſit naufragia alicuius vitij. *Ber. ſer. de B. Maria.*

18 Prophetia Virginis Mariæ (iuxta explicationem Bernardi) Fuit illud Gen 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum*, ideſt, omnem malam ſuggeſtionem deducendo ad nihilum. Hæc fuit illa mulier, quam requirebat Sapiẽs, cum diceret: *Mulierem fortem quis inueniet?* Et quaſi Prophetando Beatiſſimam Virginem reſpiciens, ſubdit: *Procul, & de vltimis finibus pretium eius: confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit.* Vbi Rupertus verba hæc explicat de Beata Virgine, inter alia, inquiens: Non ſolum confidit in ea vir ſuus, verum quod profundius ſonat, & penetrat intima mẽtis, confidit in ea cor viri ſui. *Et ſpolijs non indigebit.* Quibus vel qualib' ſpolijs, niſi eloquijs Domini, eloquijs viri ſui. Sic enim per os Dauid ipſa dicebat: *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.* Nõ confidere in ea viſus eſt Sãctus Ioſeph vir eius, cũ videns eam prægnantem voluit occultè dimittere illam, ſed poſtquam monitus fuit ab Angelo: *Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt:* tunc verè confidit in ea cor viri ſui, quam cuſtodiendam tanquam ſponſus accepit. *Gen. 3. Ber. ſer. 2. ſup. Miſſus eſt colum. 2 & 3. Prou. 31. Rup. lib. 7. de Glorific. Trin. c. 6. Pſal. 118. Matt. 1.*

19 Aquam in vinum Chriſtus conuerſurus in nuptiis factis in Chana Galileæ, pijſſimæ matri dicenti: *Vinum non habent*, Reſpondit: *Quid mihi, & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea*: vt oſtenderet quòd poteſtas faciendi miracula non erat illi ex matre, ſed ex patre. Quando autem crucifixus eſt (vt notauit Sanctus Auguſtinus) ſecundum hominem crucifixus eſt, & illa erat hora quæ nondum venerat, quando dictum eſt: *Quid mihi & tibi eſt nondum venit hora mea*, ideſt, qua te cognoſcam. Tunc enim vt homo crucifixus cognouit matrem, & dilectiſſimo diſcipulo humaniſſimè commendauit: *Mulier* (inquiens) *ecce filius tuus.* Quaſi diceret: Vnde mori poſſum, hoc à te habeo. *Ioan. 2. Aug. li. de fide, et Symbo. c. 4. poſt med. B. l. 3. Ioan. 19.*

20 Nec eſt credendum Beatiſſimam Virginem merito martyrii fuiſſe fraudatam: illud enim in Paſſione Domini habuit præſtantiſſimum, iuxta Simeonis Prophetiam: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Dicit enim Sanctus Bernardus: Poſtequam Chriſtus emiſit ſpiritum, ipſius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ ipſius aperuit latus; ſed tuam vtique animam pertranſiuit. *Luc. 2. Ber. ſer. 7. de verb. Apocal.*

Ipsius nimirum anima iam ibi non erat, sed tua planè indè nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris, vt plusquam martyrem non immeritò prædicemus, in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille dicentis Christi: *Mulier ecce filius tuus?* Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio, quando & nostra licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit?]

21 Sponsa Christi, Sponsi vulnera, & passionem eius considerans: *Vulnerata* (inquit) *charitate ego sum:* at Beatissima Virgo, quæ præ omnibus alijs filium suum diligebat, videns eum pendentem in Cruce, non fuit solum vulnerata charitate, sed & transfixa gladio illo eximij doloris, iuxta Simeonis Prophetiam: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Vnde Bernardus: Est, inquit, sagitta electa amor Christi, quæ Mariæ animam non modo confixit, sed etiam pertransiit, vt nullam in pectore virginali particulâ vacuam amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena. Aut certè pertransiuit eam, vt veniret vsque ad nos, & de plenitudine illa omnes acciperemus, & fieret mater charitatis, cuius pater est charitas Deus &c. Et illa quidem in tota se grande & suaue amoris vulnus accepit: ego vero me foelicem putauerim, si summa saltem quasi cuspide huius gladii pungi interdum me sensero, vt vel modico accepto amoris vulnere, dicat etiam anima mea: *Vulnerata charitate ego sum.*] Et in tractatu de lamẽtatione Virginis: Vulnera, inquit, Christi morientis erant vulnera matris dolentis. Exclamans Iesus magna voce, expirauit. Tunc terra tremuit, petræ scissæ sunt, & luminaria obscurata. Cogitare nunc libet quantus dolor tunc insuit matri, cum sic dolebant quæ insensibilia erant. Nunc soluis virgo cum vsura dolorem, quem in partu non habuisti.]

Ber. ser. 29 in Cãt. col. vlt.

Ber. in tra. de Lament. Virg.

Rom. 8.

Ioan. 19.

22 Vnde etiam dubitari non debet, piissimam matrem (vt Bernardus considerat) tam iis quæ pertulit Christus in nocte passionis, quàm etiam dum portaret supplicium, præsentem fuisse: vt simul compateretur cum eo, & impleret illud quod postea dixit Apostolus: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Nam & mulieres, quæ lamẽtabãtur eum, comitata est. Quod enim cum Sponsus esset in cruce etiam adesset, Ioannes narrat cum ait: *Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.* Vbi Bernardus: Stabat ad caput extincti filii moestissima mater, & eius regalem facié mortis obfuscatam palloribus magna rigabat affluentia lacrymarum. Cui subinde cõgruit illud Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Botrus Cypri *dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Fuit enim Christus matri fasciculus myrrhæ in passione, sed botrus Cypri eam visitans magna cum lætitia in resurrectione, cuius typum præfert botrus, ex quo vinum eliquatur, quod (sicut ait Psalmista) lætificat cor hominis.

Ber. vbi supra

Cant. 1.

Psal. 103.

Hier. ep. ad Paul. et Eustoch. de Assump. B.V. tom. 9.

23 Maria Virgo (vt Hieronymus narrat) fuit quidem in vallis Iosaphat

saphat medio sepulta inter montem Sion & montem Oliueti, sed nunc vacuum esse eius sepulchrum cernentibus ostenditur.)

24 Assumpta est Maria in cœlum, nó sicut Helias in currtu igneo, sed Angelorum multitudine comitata. Dicit enim Rupertus: Ad transferendã te in cęlum æthereum non vnus tantum currus igneus, sed totus cum Rege suo filio tuo venit atque occurrit Angelorum exercitus.) Hinc est (vt ait Bernardus) quod & ipsi cęlestis curiæ principes in consideratione tantæ nouitatis clamant, non sine admiratione: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens?* Ac si manifestius dicant: Quanta est hæc, & vnde ei ascendenti vtique de deserto affluentia tanta deliciarum? Nec enim pares inueniuntur deliciæ vel in nobis, quos in Ciuitate Domini lætificat fluminis impetus, qui à vultu gloriæ voluptatis gloria potamur.) *Rupert. li. 5 sup. Cant. Bern. ser. 4. de Assũp. B. Mariæ. Cant. 8.*

25 His accedunt quæ de transitu Beatissimæ Virginis refert Euthymiaca Historia lib. 3 ca 40. vbi habetur, Iuuenalem Ierosolymitanum interrogatum à Marciano, & Pulcheria in Concilio Chalced. de reliquiis Deiparæ Constantinopolim aduehendis, respondisse: Apostolos momento temporis sublimè sublatos conuenisse Ierosolymam ad eius dormitionem; extitisse illis visionem Angelicam, & auditam præstantiorem prælatam hymnodiam. Post depositum verò corpus in Gethsemane, Angelorum choream, & hymnodiam mansisse tres dies perpetuos. Post quos cessante hymnodia, cum Apostolorum vnus qui abfuerat, corpus adorare vellet; aperuerunt quidem loculum ex omni parte intemeratum, sed ea tantùm in quibus compositum fuerat corpus, miro odore fragrantia repererunt. Tunc autem aderant cum Apostolis Sanctissimus Timotheus, & magnus Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur &c. Damasc. serm. de Dormit. Deip. Niceph. hist. lib 2. cap. 23. citat scripta Iuuenalis Episcopi, & Apostolum ab exequiis absentem ait, fuisse D. Thomam. Hæc & alia circa transitum Beatissimæ Virginis videri poterunt in Bib. V. P. tom. 7. col. 581. & sequentibus.

DE MARTYRIBVS

Cap. LXX.

QVOS pro veritate passos agnoscimus, Græco eloquio (sicut Augustinus dicit, & Gregorius) Martyres, idest, testes vocamus, iuxta illud Apoca. 2. *In diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos.* Et Iob 10. *Instauras testes tuos contra me.* Gregorius: Testes suos contra nos Dominus instaurat, cum electorum vitam prauitati nostræ contrariam, ad arguendos nos, instruendosq. multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur: quia cuncta quæ agunt, studiis nostræ prauitatis aduersa sunt.) Vnde Christus Dominus præuidens Apostolos futuros *Aug. li. 12 con. Faust. c. 76. to. 6. Apoc. 2. Iob. 10. Greg. 9. mor. 25.*

Digitized by Google

martyres,eos teſtes ſuos eſſe dixit: *Et eritis*(inquit)*mihi teſtes in omni*
Act. 1. *Iudæa,& Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Martyres ergo fuerunt teſtes,quia nimirum quam prædicauerunt fidem,vel pro qua fuerunt occiſi,proprio ſanguine ſubſcripſerunt. Id quod ſingulari quodã affectu,& deuotione Sanctus Petrus Martyr hæreticorũ malleus, & inſectator acerrimus opere adimpleuit. Nã ab hæreticis gladio & pugione percuſſus,cum loquela deficeret,& verbis fidem catholicam,pro qua patiebatur, teſtificari non poſſet;digito proprio ſanguine intincto,eam confirmauit ſuper terram ſcribens: Credo in vnum Deum.

Iſai. 43. 2 Hinc cum eiſdem martyribus loquens Dominus per Iſaiã, ait: *Vos teſtes mei dicit Dominus, & ſeruus meus quem elegi.* Et iterum: *vos teſtes mei dicit Dominus,& Ego Deus.* Ac ſi apertius diceret: *Ne terreamini ab his qui occidunt corpus,&*
Matt. 10. *poſt hæc non habent amplius quid faciant.* Ne contriſtemini ſi tyranni propter conſtantem fidei confeſſionẽ iniurijs vos afficiant,bona temporalia diripiant,ac corpora veſtra nũc igni,nunc vrſis, nunc leonibus,nunc tortoribus cruentis,ac morti tradant. *Vos enim teſtes mei, & Ego Deus.* Quaſi diceret: Attendite quod ego ſum Deus potens pro mortali ſempiternam vitam, pro ignominia vnius diei honorem perpetuum,& pro momẽtaneo & leui tribulationis æternum gloriæ pondus retribuere. Quis enim auderet ad iudicium vocatus ferre teſtimonium,ſciens in idem coincidere eſſe teſtẽ,& martyrem ; niſi Deus eſſet,pro cuius gloria,& veritate tuenda talia teſtes patiuntur incommoda? *Vos teſtes mei,& ego Deus.* Huius repromiſſionis certiſſima expectatione tortoribus ſuis fortiores martyres extiterunt. Parum dico,etiam ipſa tormenta ſuperauerunt. Vnde & de Beatiſſimo Vincentio ait Auguſtinus: In huius corpore varijs pœnis exacto iam tormenta defecerant, & adhuc membra durant. Septuaginta Interpretes ſic transferunt locum Iſaiæ: *Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit Dominus Deus* . Et ſenſus eſt: vos debetis pro teſtificanda & prædicanda fide catholica vitã exponere. Nam & ego etiam fui teſtis eiuſdem veritatis, pro qua etiam animã meam poſui. Vnde & ipſe Saluator ait: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeã veritati.* Et Apocalypſis 1. *Gratia vobis,& pax ab eo,qui eſt,&c. Et à Ieſu Chriſto,qui eſt teſtis fidelis,primogenitus mortuorum,et princeps regum terræ.* Secũdo poteſt etiam ſic exponi: Eſtote mihi teſtes, & ego ero teſtis veſter apud patrem,eorum,videlicet, quæ pro me, & Eccleſia mea paſſi fueritis,iuxta illud quod ipſe Saluator ait Matt. 10. *Omnis ergo,qui confitebitur me corã hominibus,confitebor & ego eum corã patre meo,qui in cælis eſt. Qui aũt negauerit me corã hominibus,negabo et ego coram patre meo,qui in cælis eſt.* Hunc teſtem in cælo ſe habere gaudebat qui dixit : *Ecce in cælo eſt teſtis meus, et conſcius meus in excelſis.*

3 Vox eſt martyrum apud Pſalmiſtam: *Exaudi Deus orationem meam,cum deprecor,a timore inimici eripe animam meam.* Vbi(vt notauit Auguſtinus) non inquiunt,ab inimico eripe animam meam,ſed à timore inimici. Nullum enim malum poteſt inimicus inferre martyribus, cum occidit eorum corpus,ſed magnum bonum: timor autem ini-
Pſal. 63.

inimici maximum malum poterat illis inferre, si propter eius timorem à fide catholica deñcerent. Verba Augustini sunt: Ergo hoc orat vox martyrum: *A timore inimici erue animam meam*, non vt me non occidat inimicus, sed vt non timeam occidentem inimicum. Hoc orat in Psalmo impleri seruus, quod modo iubet in Euangelio Dominus. Quid modo iubebat Dominus? *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed eum potius timete, qui habet potestatem et animam et corpus occidere in gehennam ignis*: Et repetiit: *Ita dico vobis, eum timete.* Qui sunt qui corpus occidunt? Inimici. Quid iubebat Dominus? Ne timerentur. Oretur ergo vt præstet quod iubet. *A timore inimici erue animam meam.* Erue me à timore inimici, & subde timori tuo. Non timeam eum, qui corpus occidit, sed timeã eum qui habet potestatẽ & corpus & animam occidere in gehennã ignis. Non enim à timore volo esse immunis, sed à timore inimici liber, sub timore Domini seruus. ¶ Vnde Christus Dominus à martyribus, sicut ait Aug. non solum verbo, sed etiã exemplo abstulerat omnẽ timorẽ. Verbo dicens: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autẽ non possunt occidere.* Exẽplo faciens quod verbo præcepit, vt nec eorũ vel liberantium manus vellet deuitare, nec alapas percutientium, nec saliuas conspuentium, nec coronã de spinis imponentium, nec crucẽ interficiẽtiũ. Nihil horũ vitare voluit, cui nihil opus erat propter eos, quibus hoc opus erat. faciens ægrotis de seipso medicamentum. ¶

Augu. sup. eũd. Psal. col. 1 H.I. tom. 8.

Matt. 10.

Augu sup. Psalm. 69. col. 1. in titul. Ps.

4 Martyres vicernut mundũ, sicut Gedeon Madianitas, tubis prædicationis, & fractis lagenis corporis per martyriũ, & luce miraculorũ coruscantibus, vt dilucidè, & latè exponit Greg. 30. mor. 17. vbi inter alia inquit: Itur ergo ad præliũ cũ tubis, cũ lãpadibus, cũ lagenis. Inusitatus iste, vt diximus, fuit ordo præliãdi. Cecinerũt tubis, & siniſtris lagenę tenebãtur, intra lagenas aũt sunt missæ lãpades, cõfractis vero lagenis lãpades ostẽsę sũt, quarũ coruscãte luce, hostes territi in fugã vertũtur. Designatur itaq; in tubis clamor prędicãtiũ. ĩ lãpadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe secum dux noster ad prædicationis prælium duxit qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis, non gladijs, sed patientia superarent. Armati enim venerunt sub duce suo ad prælium martyres nostri, sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonuerũt tubis, du prædicãt: cõfregerũt lagenas, dũ soluenda in passione sua corpora hostilibus gladijs supponũt: resplẽduerunt lãpadibus, dũ post solutionẽ corporũ miraculis coruscauerũt. Moxq; hostes in fugã conuersi sunt: quia dũ mortuorũ martyrũ corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti quod impugnauerunt, crediderũt. ¶

Iudic. 7.

5 Vnde Christus Dñus, cũ dixisset discip. suis: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum*, vt innueret lagenam proprij corporis exponendam esse propter fidem, statim subiunxit: *Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ*; vt scilicet sicut serpens totum corpus pro capite seruando obiicit ferientibus: ita (sicut ait Augustin:) & capite nostro, & est Christus, corpus potius persequẽtibus offeramus

Matt. 6.

Aug. lib. 2 de Doctri. Christ. ca. 16. k. to. 3.

ne fides christiana tanquam caput necetur in nobis,si parcentes corpo ri negemus Daum.]

6 Oues cum in medio sunt luporum,non dubium quin ab eis ma &entur,membratim concidantur,& deuorentur,ac earum sanguine terram irrigare molìantur. Sed dum hac cruenta pluuia vinea Domini Sabaoth , ideſt,Eccleſia irrigabatur,vites in ea,ideſt,Christiani videntes conſtantiam martyrum augebantur,& infideles comprimebantur,& ad fidem Chriſti indies conuertebantur. Dicit enim Auguſtinus:Illa vitis,quæ per orbem terrarum , ſicut de illa Prophetatum & ab ipſo Domino prænunciatum erat,fructuoſos palmites diffundebat, tantò pullulabat amplius,quantò teneriore martyrum ſanguine rigabatur. Quibus per omnes terras innumerabiliter pro fidei veritate morientibus,etiam ipſa perſequentia regna ceſſerunt,& ad Chriſtum cognoſcendum atque venerandum fracta ſuperbiæ ceruice conuerſa ſunt.) Ideo Eccleſia perſecutores martyrum non timet,præuidens eorum ſanguine fidem catholicam illuſtrari. Ait enim Pſal 3. *Nõ timebo millia populi circundantis me*, ideſt,circumuallantium gentium, vt Auguſtinus explicat, ad exſtinguendum nomen ſi poſſent, vbicũque chriſtianum Sed quomodo timerentur,cum tanquam oleo ſanguine martyrum in Chriſto ardor charitatis inflammaretur?) Sicut ergo lampas oleo nutritur.& lumen eius augeſcit:ita & lumen fidei ſanguine martyrum ſplendidius efficitur. Vnde Sponſa in Cant. Caput martyrum Sponſum ſuum Chriſtum Dominum confert oleo,& oleo effuſo: *Oleũ* (inquiens)*effuſum nomen tuum*, quoniam eius ſanguine lumen prædicationis Euangelicæ fuit per mundum vniuerſum diffuſum.

Aug.li.de Cath.rudibus c.24.l. tom.4.

Pſal. 3. Aug.

Cant.1.

7 Hinc eſt quod poſt paſſionem Chriſti martyrũ numerus cœpit multiplicari & paſſionẽ martyrum credẽtium numerus augeri. Ait enim Pſalmiſta: *Singulariter ſum ego,dum tranſeam*,ideſt,donec patiar, & per mortem tranſeam ex hoc mundo ad Patrem, ſingularis ſum, ideſt,ſolus ſicut ipſe teſtatur: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit,multum fructum affert*. Vnde Auguſtinus: Gratias grano tritici,quia mori voluit, & multiplicari ; gratias vnico filio Dei Domino & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto,qui mortem noſtram ſubire non dedignatus eſt, vt nos vita ſua dignos faceret. Ecce quia ſingularis erat donec tranſiret,ſicut dixit in Pſalmo: *Singularis ſum ego,donec tranſeam*. Quia ſic erat ſingulare granum,vt in ſe haberet magnam multitudinis fœcunditatem. In quantis granis paſſionem eius imitantibus exultamus,quando natalitia martyrum celebramus?] Cui conſonat illud Iſaiæ 53.*Generationem eius quis enarrabit? quoniam abſciſſus eſt de terra viuentium*. Et(vt explicat Cyrillus)ſenſus eſt: Ex eo generatio ſpiritualis filiorum Dei multiplicanda eſt nimis,& proles Chriſti ſupra numerum augenda ita,vt enarrari non poſſit,aut numerari: quoniam mortuus eſt pro nobis,& abſciſſus trigeſimo tertio ætatis ſuæ anno de terra viuentium. Fauent huic explicationi verba ſubſequentia eiuſdem Prophetæ. Nam paulo inferius ſubdit: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen*

Pſal. 140. Ioan. 12. Aug. ſuo. Pſalm 69. in p in.prę f.c.10. 8. Pſal. 40. Iſa.53.

Cyril.

Digitized by Google

men *longæuum*. In generatione carnali oportet quod patet longo viuat tempore, vt multiplicentur filij; quia non mortuus, sed viuens illos generat. Sed in hac diuina & spirituali semen Abrahæ multiplicatur sicut stellæ cęli, quæ numerari non possunt, & sicut arena, quæ est in litore maris. Quare? *Quoniam abscissus est de terra viuentium.* Cui consonat illud Psalmi 138. *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* Quæ verba de martyribus, & eorum innumera multitudine interpretatur Gregorius hom. 27. sup. Euang. circ. med. cum ait. Occidi possunt, & flecti nequeunt. Nimis ergo confortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione, qua ceciderunt in morte carnis, videte quantum fuerit culmen mentis. Vnde hoc, nisi quia confortatus est principatus eorum? sed ne putes, quod sic magni forsitan pauci sunt, subiunxit: *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabũtur*. Totum mundum fratres aspicite: martyribus plenus est. Iam pęnè, tot qui videamus non sumus, quot veritatis testes habemus. Deo ergo numerabiles, nobis super arenam multiplicati sunt. Quia quanti sint, à nobis comprehendi non possunt.] In cuius rei signum, post mortem Ioseph filij Israel creuerunt, & supra modum multiplicati sunt: quia (vt dicit Origenes) antequam Christus Dominus moreretur, valde pauci erant filij Israel: cum vero pro omnibus gustauit mortem, multiplicatus est fidelium populus.] *Exod.* 1. *Origenes.*

8 Sicut ergo post mortem Christi, & eius passionem creuit numerus fidelium, immò & sanctorum martyrum, qui caput suum imitati sunt: ita & ipsi martyres fortiter pro Christo tormenta sustinentes, multos filios suo exemplo Christo pepererunt. Vnde & filij morte punitorum dicuntur, sicut ait Psalmista: *Secundum multitudinẽ brachij tui possides filios morte punitorum.* Vbi Augustin. per filios morte punitorum intelligit filios martyrum. In diuersis enim passionibus constituti orabant pro Ecclesia, ne infructuosus esset posteris sanguis illorum, vt Dominica seges, vnde inimici eam putabant perituram, inde veracius pullularet. Filios quippe mortificatorum dicit, qui non solum non sunt territi præcedentium passionibus, sed in eum pro cuius nomine passos eos nouerant, exhortante illorum gloria ad imitandum accensi, copiosissimis agminibus crediderunt. Ideo dixit: *Secundum magnitudinem brachij tui.* Res enim tam magna secuta est in populis christianis, vt eam, qui se aliquid persequendo proficere putabant, nullo modo crederent secuturam.) *Psal.* 78. *Aug. sup. Psalm.* 78 *circ. fin. F. tom.* 8.

9 Quod si aliquando sancti martyres tormentis atrocissimis expositi instanter Deum orabant, vt diuina virtute ab eis liberarentur illęsi, hoc non propter se, sed propter aduersarios suos petebant, vt videntes quæ fiebant miracula, conuerterentur ad Dominum Iesum Christum. Vnde Propheta quoque (sicut ait Gregorius) vocem martyrum suscipiens ait: *Propter inimicos meos eripe me.* Ac si diceret: Propter me quidem eripi de temporali tribulatione non appeto, sed tamen eripi propter aduersarios meos concupisco: vt dum mea vita saluari mira- *Gregor.* 26. *mor.* 14. *Psal.* 68.

bili-

biliter cernitur,ipso miraculorum visu inimicorum duritia conuertatur. Sed multoties propter aduersariorum superbiam non exaudiuntur. Vnde Iob 25. *Ibi* (idest in tribulatione) *clamabunt,& non exaudiet propter superbiam malorum.* Ac si diceret: Reatus opprimentium audiri voces prohibet oppressorum. Nec eripiuntur visibiliter iusti,quia saluari inuisibiliter non merentur iniusti. Vnde rursum per Prophetam dicitur: *Cum viderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt.* ¶

Iob 25.

Psal. 48.

10 Et licet martyres non solum patienter,sed etiam libenter opprobria persequentium sustinerent,sicut Apostoli; *qui ibant gaudentes à conspectu concilij;quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati:* dolebant tamen maximè de opprobrio, quod Christo Domino inferebant,dum eum blasphemabant,& in sua infidelitate persistebant. Ideo in eorum persona orat Psalmista: *Aufer à me opprobriũ, & contemptum,quoniam testimonia tua exquisiui,* vel vt alii legunt, *quoniam martyria tua exquisiui. Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur,seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.* Vbi Augustinus: Sic exercitabatur corpus Christi,vt & martyria, ideſt, testimonia eius meditaretur: & vt diligeret eos, à quibus opprobrantibus & contemnentibus propter ipsa martyria persequutiones patiebatur. Non enim pro se,sicut iam commendauimus,sed pro ipsis potius orabat dicens: *Aufer a me opprobrium & contemptum.Sederunt ergo principes: et aduersum me loquebantur,seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis.* Quonam modo? *Nam et testimonia tua meditatio mea est,et consilium meum iustificationes tuæ.* Consilium contra consilium. Consilium sedentium principum fuit,inuentos martyres perdere: consilium patientium martyrum fuit,inimicos perditos inuenire. Reddebant illi mala pro bonis,isti bona pro malis. Quid ergo mirũ, si illi occidendo defecerunt,isti moriendo vicerunt? Quid, inquam, mirum,si martyres sæuientibus gentibus temporalem mortem patientissimè pertulerunt,& gentes martyribus orantibus,ad æternam vitam peruenire potuerunt,dum corpus Christi sic exerceretur, vt & martyria meditaretur, & malis martyrum persecutoribus bona precaretur? ¶

Act. 5.

Psal. 118.

Augu. sup. Psal. 118. *conc.* 9. *in fin. tom.* 8.

11 Babilas Episcopus spiritu Dei plenus,opprobrium Christi sustinere non valens imperatorem velut cãnem ab Ecclesia expulit,quia (sicut refert Crysost.) filium Regis ad se missum cũ quo fœdus pacis iniierat,interfecit,& propter hoc occisus est,& Christi martyr effectus, vt narrat Chrysostomus lib.primo contra Gentiles colum.secunda tom.5.

12 In veteri Testamento eò quòd bonã terræ promittebat,iuxta illud Isaiæ 1.*Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis*, disposuit Deus,vt pugnando aduersus hostes suos qui repromissam terram possidebant,victoriam obtinerent Patres antiqui;eosque vt fortiter pugnarent,adiuuit.Cęterum in nouo Testamento,in quo non bona peritura & terrena,sed cęlestia & sempiterna eius cultoribus sunt promissa,

Isa. 1.

Digitized by Google

ſa, noluit Dominus vt pugnando conſequerentur victoriam, ſed tormenta patienter & fortiter ſuſtinendo: quia (ſicut Auguſtinus ait) euidenti teſtificatione iam demonſtrandum erat, eſſe aliam vitam, pro qua debet hæc vita contemni: & aliud regnum, pro quo oportet omnium terrenorum regnorum aduerſitatem ſapientiſſimè ſuſtinere. *Aug. li. 22 cont. Faust c. 76. B. 106*

Proinde per quorum confeſſiones, paſſiones, & mortes hoc Deo placuit atteſtari, martyres appellantur, qui latine teſtes interpretantur. Quorum numerus tantus effloruit, vt ſi eos Chriſtus qui de cœlo Saulum vocauit, & ex lupo factum ouem in medio luporum miſit, congregatos vellet armare atque adiuuare pugnãtes ſicut Hæbræos patres adiuuit, quæ gentes reſiſterent? quæ regna non cederent? Sed vt præclariſſimum teſtimonium veritati perhiberetur, qua iam docendum erat, non propter temporalem in hac vita fœlicitatem Deo eſſe ſeruiẽdum, ea quæ vulgo infoelicitas dicitur, pro illa foelicitate ſubeunda fuerat & ferenda. Ideo mittit diſcipulos velut oues in medium luporum, & monet ne timeant eos qui corpus occidunt, animam autem nõ poſſunt occidere: promittit etiam ipſius corporis renouandam integritatem vſque ad capilli reparationem. Petri gladium reuocat in vaginam: aurem inimici præciſam reparat ad priſtinam formam: dicit ſe legiones Angelorum impetrare potuiſſe ad delendos inimicos, niſi calix bibendus eſſet, quem paterna voluntas dediſſet. Bibit præcedens, propinat ſequentibus: virtutem patientiæ ſuo releuat præcepto, ſuo confirmat exemplo. ¶ Eſt ergo multò nobilior, & magis gloriosa victoria, quam fortiter patiendo tormenta, & mortem ſuſtinendo cõſequuntur martyres, quàm fuerit antiquorum Patrum, qui contra pugnando immicos vicerunt. Vnde in laudem martyrum canit Eccleſia: *Hi pro te furias, atque ferocia calcarum hominum ſeuaque verbera: ceſſit bis lacerans fortiter vngula, nec carpſit penetralia. Cæduntur gladijs more bidentium, non murmur reſonat, non querimonia; ſed corde tacito mens bene conſcia conſeruat patientiam.*) *Mat. 10.*

¶ 13 Martyrum merita intra Eccleſiam igne paſſionis, & tormentorum multitudine dilucidiora fiunt, iuxta illud Iob 27. *Habet argenti venarum ſuarum principium, & auro locus eſt, in quo conflatur.* Vbi Gregorius per locum tribulationes intelligit & perſecutiones, quibus purgantur electi, iuxta illud Prouerb. 17. *In igne probatur aurum, et argentum, homines verò receptabiles in camino humiliationis.* Secundò per locum intelligit Eccleſiam Catholicam, extra quam nullus eſt martyr. Nam hæretici ſæpè pro Ieſu Chriſti Domini, ac Redemptoris noſtri nomine multa patiuntur, ſeſeque eiſdẽ paſſionibus eius fieri martyres ſperant. Quibus ſãcti viri voce nunc dicitur: *auro locus eſt, in quo conflatur.* Nam quiſquis extra vnitatem Eccleſiæ patitur, pœnas pati poteſt, martyr fieri non poteſt: quia auro locus eſt in quo cõflatur. &c. Hunc ergo conflationis locũ quærite, hanc fornacem, qua aurum aptè purgari valeat, inuenite. Vna eſt Eccleſia in qua, qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum ſorde purgari. Si quid pro Deo amaritudinis, ſi quis tribulationis extra hanc poſiti iuſſunes *Iob. 27. Greg. 18. mor. 14. Prou. 17.*

ſtinetis,incendi poteſtis tantummodo,non purgari. Dicat Ieremias, di-
cat,quomodo conflationis veſtræ ignis omni virtute ſit uacuus: *Ier. 6.* *Fruſtra conflauit conflator. Malitiæ enim eorũ non ſunt conſumptæ.* Ecce ignis exterius conflans,& duræ paſſionis admouet pœnam,& tamen erroris non excoquit culpam, & tormenta crudelium dat pœnarum, & bonorum non facit incrementa meritorum.] Tertiò poteſt etiam per locum charitas intelligi,a qua imperatur Martyrium,& ex qua(vt docet Sanctus Thomas) habet quod ſit opus maximæ perfectionis,& ſine qua nihil valet. Dicit enim Apoſtolus: *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt.* *S.Tho.2.2. q.124 ar.3* *1.Cor.13.*

14 Multi ſancti ita erant ardore ſuſcipiendi pro fide Chriſti martyrium inflammati,& ſuccenſi,vt illud non ſecus appeterent,ac ſi præmium eſſet,& corona totius curſus vitæ ſuæ. Et verè debet tanquam præmium magnum reputari. Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait: *Bonum certamen certaui,curſum conſummaui,fidem ſeruaui,de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* *2.Timot.4.* Vbi quæſtionem mouet Auguſtinus: Quomodo potuit hæc dicere, cui adhuc reſtabat ipſius paſſionis,quam ſibi iam impẽdere dixerat,tam magna conflictatio,tam molestum,& grande certamen? An ad eius comſumandum curſum parum adhuc deerat: quando illud deerat,vbi erat futurus acrior, & crudelior inimicus?) Et reſpondet,quod ideo talibus verbis certus ſecuruſque gaudebat, quia de victoria futuri tanti certaminis certum eum, ſecurumque iam fecerat, qui eandem paſſionem iam illi reuelauerat imminere: vnde non re pleniſſima, ſed ſpe firmiſſima hæc dixit, & quod futurum eſſe præſumpſit, tanquam factum fuerit,indicauit. *Aug. lib.2 de pec.meritis.et remiſſ. cont. Pelag. c. 16.B.10. 7.*

15 Vel ſi placet, hoc ideo dixit: quia mori pro Chriſto, capite truncari,non certamen, ſed præmium ſui curſus coronam & triũphũ eſſe duxit. Nec mirũ. Nã in hoc ſuum magiſtrum imitabatur,qui loquens de acerbiſſima paſſione ſua,non ſupplicium,ſed Baptiſmum eã appellauit: *Baptiſmo*(inquit) *habeo baptizari, & quomodo coarctor, vſquedum perficiam illum?* Hinc eſt,quod *Apoſtoli ibant gaudentes à cõſpectu Concilij;quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliã pati.* *Luc.12.* *Act.5.*

16 Martyres ſanguine proprio baptizantur. Nam Sanctus Thomas cum alijs doctoribus triplicem diſtinguunt baptiſmum,aquæ videlicet,ſanguinis,& flaminis. Vnde Auguſtinus: Quicumque etiam nõ percepto regenerationis lauacro pro Chriſti confeſſione moriuntur; tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Qui enim dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum*: alia ſententia iſtos fecit exceptos, vbi non minus generaliter dixt: *Qui me confeſſus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt.* Et alio loco: Qui perdiderit, animam ſuam propter me, inuenict eam. Hinc eſt quod ſcriptum eſt: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Quid enim pretioſius quàm mors, per quam fit, vt etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augeantur?) *S.Tho. 3.p. q.66.a.11. ad 12. Aug. 13. de Ciuit. Dei c 7.in princ.lo.5. Ioan. 3. Matt.10. Matt.16. Pſal. 115.*

17 In corporibus martyrum remanebunt poſt reſurrectionem cica-

cicatrices vulnerũ,quę pro Christi nomine pertulerũt,vt Aug.sẽtit.Nõ n.deformitas in eis,sed dignitas erit, quia nõ sunt deputanda vel appellãda vitia,quæ fuerũt virtutis indicia.)Nec mirũ.Nã & Christus Dñus cicatrices vulnerũ,quæ in pedibus manibusque ac latere pro nobis pertulit, post resurrectionẽ absque vlla prorsus deformitate seruauit,vt in testimoniũ essent dilectionis eximiæ,qua pro salute mũdi moruus est. *Aug. 22. de Ciu Dei c.20.10. 6.*

18 Sanguis Martyrum dicitur effusus super limpidissimam petrã, quoniam aduersus eorum persequutores clamat, petens vindictam. Vnde per Prophetam dicitur: *Sanguis eius in medio eius est:super limpidissimam petram effudit illum.* Vbi Gregorius: Non effudit illum (inquit) super terram, vt possit operiri puluere. Per terram videlicet & puluerem peccatores,per petram vero limpidissimam iustum signans, qui grauibus peccatorum contagijs non exasperatur. Sanguis ergo super limpidissimam petram effunditur,quando malitia cruentæ mentis in afflictione iustæ animæ grassatur.] Hinc est illa vox martyrum petentium vindictam,de quibus Apocalypsis sexto Ioan ait: *Vidi sub altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant], & clamabant voce magna dicentes: Vsquequo Domine sanctus,& verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his,qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur,conserui eorum,& fratres eorum,qui interfecti sunt sicut & illi.* [*Ezech.24. Greg. 16. mor.c.19. Apoc. 6.*

19 Martyrem non facit pęna,sed causa. Vnde Aug. Veri martyres illi sunt de quibus Dominus ait: *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam.* Non ergo qui propter iniquitatẽ,& propter christianæ veritatis impiam diuisionem,sed qui propter iustitiam persequutionem patiuntur,hi martyres veri sunt Nam & Agar passa est persequutiones à Sara, & illa erat sancta quę faciebat, illa iniqua quę patiebatur. Nunquid & huic persequutioni, quã passa est Agar, comparandus est sanctus Dauid,quẽ persequutus est iniquus Saul? Valde vtiq; distat, nõ quia patiebatur,sed quia propter iustitiã patiebatur &c. Et ipse Dñus cũ latronibus crucifixus est.Sed quos passio iũgebat,causa separabat. Ideo in Psalmo vox illa intelligenda est verorũ martyrũ volentiũ se discerni ã martyribus falsis: *Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente nõ sancta.* Nõ dixit, discerne pœnã meã: sed, *discerne causã meã.* Põt.n.esse impiorũ similis pęna,sed dissimilis est martyrũ causa,quorũ & illa vox est: *Iniustè persequuti sũt me,adiuua me.* Ideo se dignũ existimauit,qui adiuuaretur iustè,quia illi persequebantur iniuste. Nam si iustè illi persequerentur,non fuerat adiuuandus,sed corrigendus.] *Aug.epist. 50. ad Bonif.c. 3. in fine.et c.4. in prin.t.2 Psal. 42. Psal. 118.*

20 Istã causã ipso capite ostũ martyrũ discreuit Pilatus:vt dictũ est sup.cũ de pass.Christi in particulari ageremus,nu.78. Ego,inquiẽs,*nullã inuenio in eo causã.* Discreuit & pius latro socius pass.Christi aliũ latronẽ increpãs: *Neq; tu times Deũ,qui in eadẽ dãnatione es?et nos quidẽ iustè:nã digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit.* Ecce qualiter nõ discernat pœnã innocẽtis Christi. Nã in eadẽ dãnatione esse ait cũ latrone. Quod & Is prædixerat:*& cum iniquis deputatus est:* sed discernit causã. *Hic verò (inquisẽ) nihil mali gessit,cũ nos digna factis recipiamus.* *Matt.27. Isa.53.*

Vnde

Aug. ſup. Pſal.68.in illa verba Qui oderũt me gratis con c.1. co. 4.B.tom.8.

Vnde Auguſtinus: Talis eſt vox martyrum non in pœna,ſed in cauſa. Non perſecutionem pati,non teneri,non flagellari,non includi,non proſcribi,non occidi laus eſt; ſed habendo cauſſam bonam iſta pati, hæc laus eſt.Laus enim eſt in cauſſæ bonitate, non in poenæ acerbitate.]

Matt.5.

21 His conſonat illud Euangelij: *Beati eſtis,cum maledixerint vobis,& perſequuti vos fuerint,& dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me: gaudete & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis.*] *Propter me*, inquit,vt veros Chriſti martyres diſcerneret ab ijs,qui non propter Chriſtum Dñum,ſed propter mundum, aut mundanam gloriam ſimilia patiuntur.Iſtis enim dicetur aliquando: *Recepernnt mercedem ſuam*;illis verò: *Merces copioſa præparata eſt in cęlis*,iuxta illud Pſalmiſtæ: *Meus eſt Galaad,meus eſt Manaſſes: & Ephraim fortitudo capitis mei.Iuda rex meus Moab olla ſpei meæ.* Quæ verba de ſanctis martyribus interpretatur Auguſt. Galaad (inquit ille) habet interpretationis ſuæ vocẽ,& magni Sacramẽti; Interpretatur enim aceruus teſtimonij.Quantus aceruus teſtimonii in Martyribus? *Meus eſt Galaad*,meus eſt aceruus teſtimonii. Mei ſunt martyres veri. Moriantur mali pro vetuſta vanitate ſua ſine ſale, nunquid pertinẽt ad aceruum teſtimonii? Quia *& ſi tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt*. Manaſſes interpretatur oblitus.Huic enim dictum erat: *Confuſionem in perpetuum obliniſceris,& ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor*. Quod ex eo etiam competit martyribus,quia obliti ciuitatis terrenę ad cęleſtem proprio ſanguine effuſo cõuolarunt.*Ephraim* fructificatio interpretatur. Mea inquit,fructificatio,& hæc fructificatio fortitudo eſt capitis mei. Caput enim meum Chriſtus eſt. Et vnde fructificatio fortitudinis eius? Quia niſi granum caderet in terram, non multi plicaretur,ſolum remaneret. Cecidit ergo in terram Chriſtus in paſſione,& ſequuta eſt fructificatio in reſurrectione.) Iuda interpretatur confeſſio; & per Iudam intelligit Chriſtum, qui fuit leo de tribu Iuda, cui dixit ipſe Iacob: *Iuda te laudabunt fratres tui*: *Iuda rex meus*. Quid ergo timeam,quando Iuda rex meus dicit:*Nolite timere eos,qui occidunt corpus?* Per Moab intelligit perſequutores martyrum, & per ollam ſuccenſã tribulationes Eccleſiæ ad modum ollæ feruentes,de qua olla Prophe-

Pſal. 69. Gen 49. Matt.10. Aug.ſup. eũd. Pſal. poſt. med. C.D.to.8. 1.Cor.13. Iſai.54. Ier. 1. Iſai.14. Rom. 5.

ta inquit:*Ollã ſuccẽſam ego video,et facies eius à facie Aquilonis*,i.à partibus diaboli,qui dixit: *Ponã ſedem meã ad Aquilonẽ*. Ardet olla iniquitatis,ſed maior eſt flãma charitatis.Olla eſt,ſed olla ſpei meæ,nõ cõſũptionis meæ.Vide in tribulationibus ollã ſpei,audi Apoſt:*Sed & gloriamur* (inquit) *in tribulationibus*. Olla eſt iam,ſed vide iſtum,ſi explicat ollam ſpei: *Scientes quia tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationem,probatio ſpem*.Si tribulatio patientiam,patientia probationem,probatio ſpem,olla eſt autem tribulatio,quæ operatur ſpẽ;merito Moab olla ſpei meæ.*Spes autem non confundit.*)

22 Ideo martyres propter realem imitationem paſsionis Chriſti primum locum poſt Apoſtolos obtinent in Eccleſia; ideo & princi-

pes

deniq; ab ipſiſmet bellijs deuoratur. Chriſtus ergo flos campi, martyr martyrũ corona, martyrij ferula. Denique ſi extra ciuitatem edu ctus eſt, extra caſtra paſſus eſt, in ligno eleuatus eſt ſpectandus hominibus, ſubſannandus ab omnibus.) Fuit lilium inter ſpinas, nam & ſpinis coronatus eſt. Sic ergo decet eſſe Chriſti Sponſam .i. Eccleſiã inter filias.

Luc.22. 25 Hinc eſt quod Dominus ad martyrium properans exijt in cãpum, in montem videlicet Oliueti, vbi orauit patrem: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*; vbi *factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram*; vbi à diſcipulo perfido traditus eſt inimicis; vbi comprehenſus fuit & ligatus, vt traderetur morti, in quo nimirum ſponſam inuitat, vt ad cãpum exeat, & proprio ſanguine effuſo victoriam aduerſus perſequutores ſuos reportet. Id quod etiam innuit ipſamet eius oratio, & ſudor ſanguinis decurrentis in terrã. Qua ſignificabatur paſſio futura nõ ſolũ in ipſo capite .i. Chriſto: ſed etiã i corpore eius myſtico & mẽbris eius, videlicet in martyribus, iuxta q̃ ſcait Apoſt. *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Paſſus.n. fuerat Chriſtus in ſe ipſo, reſtabat vt in Paulo etiam, & in cæteris membris myſticis pateretur. Ideo ait: adimpleo &c vt explicat S. Thom. Vnde, vt notauit Hilarius Conone 31. in Matt non ait: Tranſeat me calix iſte. Hæc enim futura erat pro ſe timentis oratio: ſed aliud eſt, vt tranſeat ſe, aliud, vt à ſe tranſeat, de prece-ri In eo enim quod ſe tranſit, ipſe ille à molẽſtia tranſeunte excipitur. Qui autem vt à ſe tranſeat rogat: non vt ipſe prætereatur erat, ſed vt in alterum, id quod à ſe tranſit. excedat.) Cui conſonat illud quod Chriſtus Dominus duobus diſcipulis cum eo regnare volentibus reſpondit:

Matt.20. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Et iterum: *Calicem quidẽ meum bibetis.* Quaſi diceret: in vobis quidem oratio mea ſortietur effectum, nam & calix paſſionis per me ad vos tranſibit. Et ideo ait: *Quẽ ego bibiturus ſum;* vt innueret, quod nõ ſolum in ſe ipſo, ſed etiam in membris ſuis myſticis calicem erat bibiturus.

Cant.3. 29 Martyrium ergo eſt aſcenſus purpureus, de quo Cantiorũ 3: *Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtruuit propter filias Ieruſalem.* Ad hoc reclinatorium (ſicut dicit Philo. Carpathiorũ Epiſcopus ſuper Canica) multis laboribus peruenitur, quam plurimis ęrumnis, & corporis incommodis aſcenditur. Ab huius aſcenſu nullo metu, nullo corporis damno, nullo flagello debemus abſterreri, vel ſi ſanguis effundi debeat: ob id enim purpureus eſſe dicitur. Nam & ſanctiſſimi quique martyres, dum ob vitam illam ſempiternam ſua corpora ad ſupplicia tradiderunt, dum flagella ac verbera, carceres ac fames, aculeos, ignes, gladios ac fuſtes, & id genus alia innumerabilia tormenta, ac mortẽ æquanimiter pertulerũt, nõne reclinatoriũ illud (beatã vitã .ſ.) per gradũ purpureũ aſcẽderũt? Sed quia nõ oẽs poſſunt pati martyriũ, cõſolatur nos, ſubdẽs: *Media charitate cõſtruuit propter filias Ieruſalẽ*, i. propter animas imperfectas, quæ ſunt debiles, vt fœminæ: ideo n. filias, nõ filios Ieruſalẽ appellauit. His n. ſufficit, ſi

Philo. ſup. Cant. in B. V. P. To. 1. col. 551.

per

Fig. 1. Fig. 2.

Recordare nunc mihi,& Moysi,& Aethiopissæ, & agnosce iam tunc prafiguratum coniugium Verbi,& animæ peccatricis,& discerne si potes,quid tibi dulcius sapiat in consideratione suauissimi Sacramẽti,Verbi ne nimium benigna dignatio,an animæ inæstimabilis gloria,an inopinata fiducia peccatoris? Sed non potuit Moyses Aethiopissæ mutare pellem, potuit Christus. Sequitur enim: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* 3 *Ser. ser. 39 in Cant. ex fine.* *Num. 12. Cant. 4.*

3 Rex alienigena (vt ait Augustinus) Rebeccam viri sui coniugẽ tunc esse cognouit,quando eum cum illa ludentem vidit: quod non cognouisset,nisi cum coniuge ille sic luderet, quomodo cum ea quæ coniux non esset,ludere non decet. Quod cum sancti coniugati faciũt, non inaniter faciunt,sed prudenter: descendunt enim quodammodo ad fœminei sexus infirmitatem,vt aliquid blanda hilaritate vel dicant, vel faciant,non eneruantes,sed temperantes virilem rigorem:quod tamen ei,quæ vxor non est,qui dixerit aut fecerit, turpis est &c. Quòd autem tantus Patriarcha cum coniuge sua luserit, coniugiumq; illud inde sit cognitum,præfigurabat Verbum maiestatem suam, qua in forma Dei æqualis est patri,paulisper absc̃ondisse in forma serui,vt eius capax esse humana infirmitas posset,eoque modo se coniugi congruẽter aptaret. Cum ipsum Verbum Dei caro factum sit, vt habitaret in nobis.] Cui consonat illud, quod de Sapientia increata dicitur Prou. 8. *Et delectabar per singulos dies,ludens coram eo omni tempore,ludens in orbe terrarum,& deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* Et illud quod de Elisæo dictum est supra. Nam vt suscitaret puerum mortuum se illi attemperauit,quasi ludens coram eo.Ait enim Scriptura: *Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius,& manus suas super manus eius: & incurmauit se super eum,& calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo, semel hue atque illuc:& ascendit,& incubuit super eum: & oscitauit puer septies,aperuitque oculos.* Prou. 8. *Verbo Christus.* 4. Reg. 4.

4 Qualis autem debeat esse dilectio mutua,& mutuus consensus, inter virum & vxorem,docet Apostolus dum ait: *Mulieres viris suis subditæ sint,sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiæ: Ipse Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo,ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras,sicut Christus dilexit Ecclesiam,& se ipsum tradidit pro ea,vt illam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ,vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam,non habentem maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas,vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit,seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit:sed nutrit,& fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam.* Ephes. 5.

5 Vnde (sicut latè docet Chrysostomus) vir se gerere debet cum vxore,sicut Christus cũ Ecclesia; cuius filios non dimittit, nisi infidelitatis causa;quæ est spiritualis fornicatio, immò & adulterium detestabile,sed eos corrigit, & castigat. Quapropter ipse Dominus ait: *Chr. ho. 21. ex var. in Mat. col. vlt. A B.*

Quicumque dimiserit vxorem suam nisi, ob causam fornicationis, et aliã duxerit, mœchatur.]

Ibid.19. 6 Hæc autem audientes Apostoli dixerunt: *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Cogitabant enim apud se (vt ibi dicit Chrysostomus) Mulier bona difficile inuenitur, protestante Salomone: *In mille quidem vnum virum inueni, mulierem autem in hîs omnibus non inueni.* Quid est autẽ aliud mulier, nisi amicitiæ inimica, it effugabilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura, boni decore depicta? Ergo si dimittere illã peccatum est, tenere verò illam tormentum est: necesse est, vt aut dimittentes adulterium faciamus, aut tenentes, quotidianas pugnas, & amaritudines habeamus. Ideo responderunt: *Si ita causa est viro cum vxore, non expedit nubere.* Tunc Dominus non dixit, quia expedit: sed magis consensit, quia non

Matth.15. expedit; sed infirmitatem carnis aspiciens, dixit: *Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est.* Vt autem ostenderet Dominus, non esse dimittendam vxorem quacumque ex causa, præcepit Matt. 19. *Quicumque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij.* (Quod quidẽ non est contrarium præcepto, quo statuit non esse dimittendam vxorẽ quacumque ex causa. Nec enim (vt obseruauit Aug. 19. cont. Faust. c.

August. 26. H. I.) ait: qui voluerit, dimittat vxorem suam; cui effet contrarium non dimittere; sed vtique nolebat dimittivxorem à viro, qui hanc interposuit moram, vt in diffidium animus præceps libelli conscriptione refractus absisteret, & quid malì esset vxorẽ dimittere, cogitaret: præsertim quia (vt perhibent) apud Hebræos scribere literas Hebræas nollisas erat, nisi Scribis solis, cum & excellentiorem profiterentur sapiẽtiam, & siqui eorum essent æquitate ac pietate præditi, non tantum profiterentur, verum etiam sectarentur.]

7 Postquã creauit Dñus Adã dixit quidẽ: *Nõ est bonũ hominẽ esse solũ, faciamus ei adiutoriũ simile sibi.* Ideo *tulit vnã de costis eius, & replevit carnẽ pro ea, & ædificauit Dñus Deus costã, quã tulerat de Adã in mulierẽ, & adduxit eã ad Adã:* vt. s. adiuuaret eũ. Ad generandũ videlicet filios, vt Aug. explicat: Nõ inuenio (inquiens) ad quod adiutoriũ facta

Gen. 2.

Aug. lib. 9 de Genes. ad lit. c. 5. sit mulier viro, si pariendi causa subtrahatur.] Sed tamẽ mulier (vt notauit Aug.) adiuuit Adam, & eum impulit vt caderet, vt comederet de ligno vetito, & peccaret, atque vniuersum perderet genus humanum.

8 Hinc colligere debẽt qui matrimonio sunt cõiuncti duo documẽta. Primũ est, q̃ mulieres debẽt esse suis viris subiectæ, iuxta illud q̃ dictũ est Heuæ: *Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui.* Vnde & ait Apo-

Gen. 3. *Docere aũt mulieri nõ permitto, nec dominari in virũ, sed esse in silentio.*

1. Tim. 2. *Adã. n primus formatus est, deinde Heua, et Adã nõ est seductus: mulier*

1. Pet. 2. *aũt seducta in præuaricatione fuit.* Et 1. Pet. 2. *Similiter et mulieres subditæ sint viris suis, sicut Sara obediebat Abrahæ, Dñũ eũ vocans.* Qui enim

Gen. 18. permittũt vt vxores in domo sua res cẽs disponant, & earũ vanitatibus acquiescũt, nõ meretur virorũ nomẽ, sed potiꝰ effeminati reputãdi sũt,

Isa. 3. sicut illi de quib. Isaias: *Et dabo pueros principes eorũ, et effeminati dominabun-*

bitur eis. Vnde Arist. huiusmodi homines, qui suis mulieribus subijciũ tur vxorios appellat, quasi eos redarguẽs, quod à dignitate viri, qui caput est mulieris, degenerantes in vxorum conditionem sint conuersi. *Arist. 2. Polit.*

9 Vnde, sicut notauit Augustinus lib. 8. de Gen. ad lit. c. 17. Præceptum non edendi de ligno vitæ immediatè solum fuit intimatũ viro, vt significaretur, vxorem debere discere à viro. Verba. n. Scripturæ sic se habẽt: *Et præcepit Dñus Deus Adæ dicens*: nõ dixit, præcepit eis. Deinde sequitur: *Ab omni ligno, quod est in paradiso escam edes*: nõ dixit, edetis. Deinde adiungit: *De ligno aũt cognoscendi bonũ & malũ, non mãducabitis de illo.* Iã hic tanquã ad ambos pluraliter loquitur, & pluraliter pręceptũ terminat dicẽs: *Qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini.* Quod ita præcepit ordinatissimè, vt per virũ præceptũ Dñi ad fęminã peruenire t. Quam disciplinã & in Ecclesia seruat Apostolus dicens: *Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent.* *Gen. 2.* *1. Cor. 14.*

10 *Mulieres subditæ estote viris* (ait Apost.) *sicut oportet in Dño. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas*: quę duo præcepta si seruauerint vxor & vir, pacem domesticam perpetuò conseruabunt, nec erunt inter eos lites. Nihil enim (sicut dicit Chryſ.) amarulentius, quam si viro pugna sit aduersus uxorem. Sunt namq; acerbæ pugnæ, ac lites quę fiunt aduersus personas dilectas. Et ostẽdit hoc fieri ex multa animi amarulentia, quando à membro suo quisquã dissidet. Econtra uero concordia inter uirũ, & uxorem magnã inter eos iucunditatẽ parit, ac Deo commendabiles efficit, iuxta illud Eccles 25. *In tribus placitũ est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier benè sibi consentientes.* *Coloss. 3.* *Chr. ho. 10 sup. epist ad Coloss. ho. 1. M. t. 4* *Eccles. 25.*

11 Modum autem conseruandi pacem domesticam cũ uiris quãtumuis iracundis & seditiosis, docuit Pia Mater Augustini sancta Monica, de qua ille hæc narrat: Ita tolerauit cubilis iniurias, ut nullã de hac re cum marito haberet unquã simultatem. Expectabat enim misericordiã tuã super eũ, ut in te credens castificaretur. Erat uero ille præterea sicut beneuolentia præcipuus, ita ira feruidus. Sed nouerat hæc nõ resistere irato uiro, nõ tãtũ facto, sed ne uerbo quidẽ. Iã uero refracto, & quieto cũ oportunũ uideret, rationẽ facti sui reddebat; si forte ille inconsideratius cẽmotus fuerat. Denique cũ matronæ multæ, quarũ uiri manſuetiores erant, plagarum uestigia etiam dehonestata facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earum linguam, veluti per iocum grauiter admonens &c. Cumque mirarentur illæ, scientes quàm ferocem coniugem sustineret, nunquam fuisse auditum, aut aliquo indicio claruisse, quod Patricius cęciderit vxorem, aut quod à se inuicem vel vnum diem domestica lite dissenserint, & causſam familiariter quærerent, docebat illa institutum suum quod supra memoraui. Quæ obseruabant, expertæ gratulabantur: quæ non obseruabant, subiectæ vexabantur. ¶ Cui consonat illud Prou. 15. *Respõsio mollis frãgit irã, sermo durus suscitat furorem.* Et infra, *Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas.* Et Prou. 25. *Patientia lenietur Princeps, & lingua mollis confringet duritiam.* *Aug. lib. 9 confes. c. 9. in princ.* *Prou. 15.* *Ibidẽ 25.*

12 Secundum documentum est, quòd vir non debet vxorem propriam tanquam ancillam tractare, vel tãquam seruam bello captam, aut proprijs pecunijs emptam, sed tanquam sociam ex latere propriè formatam, vt sit ei sodalis, & tanquam adiutorium simile sibi, vt ambo simul onera portent matrimonij. Ideo namque mulier, (vt notauit Augustinus) non ex aliquo osse capitis, vel pedis, sed ex latere Adæ fuit à Deo formata, vt innueret, quod vxor non debet esse caput viri, nec etiã pes, sed sodalis. Prima itaque naturalis humanæ societatis copula (inquit ille) vir & vxor est, quos nec ipsos singulos condidit Deus, & tanquam alienigenas iunxit, sed alteram ex altero creauit. Signans etiam vim coniunctionis in latere, vnde illa detracta formata est: lateribus enim sibi iunguntur, quo pariter ambulant, & pariter quo ambulant intuentur.]

Aug. li. de bono cõiug. c. 1. tom. 6.

13 Sicut autem vir caput est mulieris, ita & in fide coniugali, in continentia, honestate, ac cæteris virtutibus se debet ostendere superiorẽ, vt suo exẽplo infirmiora vascula ad fidem inducat matrimonij seruandam. Vnde Augustinus: Hæc autem me de vtroque sexu meminerim dicere, sed maximè propter viros, qui propterea se fœminis superiores esse arbitrantur, ne pudicitia pares esse dignentur, in qua etiam præire debuerunt, vt eos illæ tanquam sua capita sequerentur. Quando autem lex prohibet adulteria, si obtentu incontinentiæ carnalis infirmitatis admittatur excusatio, multis sub nomine falsæ impunitatis pereundi aperitur occasio. Neque enim carnem non habent fœminæ, quibus viri aliquid tale nolunt licere, quasi eis qui viri sunt, liceat. Sed absit hoc à meliori sexu, vt tanquam honori debeatur, quod pudori detrahitur, cum honor iustus virtuti, non vitio debeatur. Quinimmo cum à fœminis vtique habentibus carnem tantam flagitant castitatem, vt quando ab vxoribus diutissimè peregrinãtur, velint eas ab adulterino concubitu intaminatas feruorem transigere iuuentutis, vt plurimæ puellis mè transigunt, & maximè Syræ, quarũ mariti negotiandi quæstibus occupati, iuuenes adolescentulas deserunt, & vix aliquando senes ad aniculas reuertuntur: eoipso euidentius conuincuntur, non esse impossibile quod se non posse causantur. Si enim hoc non posset infirmitas hominum, multo minus id posset sexus infirmior fœminarũ. Vnde illos, qui virilem excellentiam non putant, nisi peccandi licentiam, quando terremus, ne adulterinis coniugijs hærendo pereant in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam clericorum: qui plerunque ad eandem sarcinam subeundam capiũtur inuiti, eamque susceptam vsque ad debitum finem Domino adiuuante perducunt.]

Aug. lib. 2 de adulter. coniug. c. 2. & in prin. tom. 9.

A viri ergo & capitis dignitate atque honore degenerat, qui moribus inferior est propria vxore. Antiquitus enim viri sanctiores erant vxoribus, quamuis illæ magnæ virtutis essent, & eas velut capita præcedebant: modo è contra res se habet. Vnde Chrysostomus. hom. 19. sup. epist. ad Ephes. col. vlt. L. to. 4. Respice mulieres illas veteres. Erant enim magnæ. Magnæ enim, inquam, & præclaræ mulieres. vt potè Sara, Rebecca, Rachel, Delbora, Anna, & quæ Christum sequebantur à vi-

Chrysost.

viros tamen non præcesserunt,sed postremum locum tenuerunt. Nũc vero contrarium videmus. Mulieres nos præcedunt,& obscurant Quã quæso,illud ridiculum?quàm turpe est? Nos vice capitis sumus, & vincimur à corpore. Constituti sumus in hoc,vt imperemus illis,nec imperemus temerè,sed cum virtute. Qui enim imperat propterea potissimum imperare debet,quod in virtute reliquos superat.Si vero superatur,iam non est imperator.]

14 Hinc Salomon accessum ad alienum, vel alienam coniugatis prohibet dicens: *Bibe aquam de cisterna tua,et fluenta putei tui. Derivenſur fõtes tui foras,et in plateis aquas tuas dimide.Habeto eas solus,nec sint alieni participes tui: Sit vena tua benedicta,et lætare cum muliere adolescentiæ tuæ:cerua charissima,et gratissimus hinnulus.Vbera eius inebriente in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. Quare seducaris fili mi ab aliena, et foueris in sinu alterius?* Quæ verba de pudicitia coniugali interpretatur Augustinus aduersus Fulgentium Donatistam, & eadem est explicatio Chrys hom 14.ad populum Antiochenum. Prouerb. 5 *Aug.li.cõ. Fulg. Don. c.12.to.6.*

15 Aliqui hæretici damnauerunt matrimonium,quoniam libidinem habet coniunctam, quorum tamen errorem pluribus rationibus impugnat Augustinus. Nam si aliquis pede claudo iret ad faciendum bonum, non propter claudicationem esset mala operatio, nec propter opus bonũ desineret claudicatio esse mala.Sic ergo in actu matrimoniali libido,quæ ex peccato fuit orta, reprobatur:non autem carnalis copula,quæ propter generationem prolis fit,vt impleatur illud Genesis.1.*Crescite et multiplicamini, et replete terram,et subiicite eam,et dominamini piscibus maris, et volatilibus cæli, et vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.* Etenim si foelicissimus ille status originalis iustitiæ perdurasset,absque vlla prorsus libidine esset generatio filiorum & membra genitalia ad nutum obedirent rationi, sicut nunc obediũt pes,vel manus, vt in eodem li. primo cap.decimo tertio docet Sanctus Augustinus. *Aug.lib 1. de nupt. et concup prg sertim c.7. 8.et seq. et lib.2.c.31. Gen. 2.*

16 Vir supportare debet imperfectiones vxoris, etiam si insipiens sit,vel iracunda.Sicut Agricola colit terram fructiferam,nec eam deserit,aut subuertit,etiam si spinas proferat,vt eleganter docet Chrysostomus. Qui vanas vitorum excusationes retundens:Sed incitat (ait) mulier. Verum considera mulierem debile vas esse. Tu autem vir propterea princeps factus es,& capitis loco datus, vt subditæ feras imbecillitatem,&c. Non vides agricolas,quanta diligentia, quæ semel semen acceperit terram colunt,quamuis innumera habeat vitia? vt exempli gratia,quamuis arida sit,quamuis malas herbas producat,quamuis humoris abundantia,loci natura offendatur,colit tamen. Hoc enim pacto prior fructum,& tranquillitatem consequeris,&c. Quotiescumque aliquid molesti domi contigerit,siquid vxor peccauerit,consolare, & noli mœrorem augere.Licet enim omnia proijcias,nihil molestius cõtinget,quàm nõ habere beneuolam domi vxorem:licet quodcumq; diueris peccatum,nullum magis dolendum inueneris,quàm cum vxore seditionem habere. Itaque propterea omnium maximo in honore ha- *Chrys hom. 26. sup. 1. epistol. ad Cor.col. 9. et.10.D.E. tom. 4.*

habenda est huiusmodi dilectio, Quòd si inuicem onera ferenda sunt multo magis vxoris: & si pauper sit, noli exprobrare: & si stulta, noli ei insultare; sed esto modestior: etenim tuũ membrum est, & caro vna facti estis. Sed stulta est, ebria, iracunda. Igitur dolendum est, non irascendum: & Deo supplicandum est, & ipsa admonenda, & adiuuanda consilio, & omni conatu adnitendum, vt illis liberetur affectibus. Quòd si verberaueris, exasperabis morbum: asperitas enim mansuetudine, non alia asperitate dissoluitur.]

17 Hinc est, q; cũ Deus tulit vnã de costis Adę, vt ędificaret in mulierẽ, repleuit carnẽ pro ea: vt innueret, quòd fortitudo viri debet se infirmitati mulieris attẽperare, & eius fragilitatẽ quasi induere, sicut Apost. qui de se ipso ait 1.Cor.9. *Et factus sũ Iudæis tãquã Iudæus, vt Iudæos lucrarer, ijs qui sub lege sunt, quasi sub lege essẽ (cũ ipse nõ essẽ sub lege) vt eos, qui sub lege erãt, lucrifacerẽ; ijs, qui sine lege erãt, tãquã sine lege essẽ, (cum sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerẽ eos, qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.* Vnde Augustinus lib.9 de Gen.ad lit.c.18.to.3.ait: Mulier facta est de latere viri, & hoc dormientis, quæ per ipsum firma facta est, tanquam eius osse firmata: ille autem propter ipsam infirmus, quia in locum costæ non costa, sed caro suppleta est.]

1.Cor.9.

18 Fertur quendam externorum Philosophorum, cum malam haberet vxorem, prauam, temulentam, & interrogaretur, qua gratia eius mores toleraret, respondisse: vt Gymnasium, & palestram Philosophiæ domi habeam. Ero enim, inquit, cum alijs mansuetior, cum in ea quotidie toleranda erudiar.] Hæc Chrys. Nec debent viri vxoribus esse molesti, aut eas minus diligere, quia deformes sunt, vel eis in multis contradicunt; sed potius internum animæ decorem inspicere, & diligere in vxoribus. Nam & Christus deformem dilexit Ecclesiam, & eam diligendo proprio sanguine effecit formosam. Dicit enim Apostolus: *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua.* Vbi Chrys. Erat ergo immunda, habebat ergo maculam, erat deformis, erat vilis ac tenuis. Qualemcũque igitur vxorem acceperis, nondũ tamen talẽ Sponsam accepisti, qualem Christus accepit Ecclesiã: neque tibi vsque adeo imparem, quomodo Ecclesia impar est Christo. Veruntamen nõ fastidiuit illam, non odio habuit propter nimiam deformitatẽ. Vis deformitatem Ecclesiæ audire? Audi quid Paulus dicat: *Eratis enim* (inquit) *aliquando tenebræ.* Vides ipsius nigredinem? Quid nigrius tenebris? Vides temeritatẽ? *In malitia* (inquit) *& inuidia vitam ducentes.* Agnoscis immunditiam? *Impersuasibiles, insipientes.* Quid dico? Et fatua erat, & blasphema. Attamen quamuis tot essent odij caussæ, nihilominus pro deformi illa ita seipsũ tradidit, ac si esset formosa, ac si esset dilecta,

Ephes. 5.

Chrys. ex dẽ hom. 26. co. vlt. F.

Ephes. 5.

Chr ho. 20. sup. epist. ad Ephes. col. 3. E F. tom. 4.

Ephes. 5.

ac si

pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Vbi Chry-
Chr. hom. 4 sup. 1 epist ad Timot. vo. 5. A. 1. 4 sostomus: Glorificat (inquit) Deum in corpore suo quæ vnguentis delibura non pergit, quæ faciem nequaquá fucis, atque coloribus pingit, quæ Dei contenta opificio, nihil ex se addere quasi arte molitur. Quid enim studium tuum? quid artem consumato à Deo opificio adiuuere præsumis? Non tibi sufficit diuina formatio? An verò veluti excellentior opifex diuinum opificem corrigere impia moliris audacia? Atque ad authoris iniuriam ornaris, vt post te greges iuuenum trahas? &c. Speciosam te creauit Deus: quid igitur teipsam deformem facis? velut enim si quis aureæ statuæ illiniat lutum, ita sunt quæ fucis vuntur, terram tibi illinis partim candidam partim rubicundam &c. Et explicans periculum fœminarum, quæ plus quàm decet se ornant, vt pulcriores appareant, subdit: Quæ formosa est, nisi magno studio & nimia vtatur continentia atque honestate, opinioni protinus pessimæ locum dabit, virque ipse eiusmodi semper zelo mordetur. Quo quid dici grauius possit? Neque enim tantum ex aspectu ipso voluptatis habet, quantum ex suspicione mœroris.] Eandé materiá prosequitur contra superfluum ornatum mulierũ, immò & virorum hom. 28. ad Hebræos post med. C.D. & ho. 29. in expos. mor. col. 2. L. Et latius ho. 10. super epist. ad Colos. versus finẽ B. Plura etiam circa eandem materiá ex S. Cypriano epist. de habitu Virg. quæ incipit: Disciplina custos, & Ambrosio lib. 1. de Virginibus congerit August. lib. 4. de doct. Chri-
Aug lib. 4 de Doctr. Chri. c. 21. col. vlt. I. Matt. 5. stiana c. 21. Et notanda sunt uerba Cypriani, quæ ibi refert Augustin. Non sinceritas perseuerat & ueritas, quando quæ sincera sunt polluũt, & colorum adulterinis medicaminum fucis in mendacium uera mutantur! Dominus tuus dicit: *Non potes facere capillum vnum album, aut nigrum*: & tu ad uincendam Domini tui vocem uis te esse potiorẽ audaci conatu, & sacrilego contemptu? Crines tuos inficis, malo præsagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris.

21 Hinc Apostolus eiusmodi ornatũ uanum reformans ait: *Similiter & mulieres in habitu ornatu cum verecundia, et sobrietate, ornantes*
1. Tim. 2. 1. Cor. 11. *se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa.* Et iterum: *Debet mulier velamen habere super caput suum propter Angelos*, idest, propter Sacerdotes, ut ibi exponit Sanctus Thomas: Idque du-
S. Tho sup. 1 epist ad Cor. c. 11. lec. 3. Eccl. 7. plici ratione. Primo quidem propter eorum reuerentiam, ad quam pertinet, quod mulieres coram eis honestè se habeant. Vnde dicitur Eccl. 7. *Honora Deum ex tota anima tua, et Sacerdotes illius.* Secundo propter eorum cautelam, ne scilicet ex conspectu mulierum non uelatarum ad concupiscentiam prouocentur. Vnde dicitur Eccles. 9. *Virgi-*
Ibid. 9. *nem ne aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.*]

22 Hinc etiam Isaias pœnam debitam mulieribus quæ ornatu superfluo, & vano seipsas extollunt, describens ait: *Pro eo quod elevata*
Isa. 3. *sunt filiæ Sion, et ambulauerunt extento collo, et nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, et cõposito gradu incedebant. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, et Dominus crinem earum nudabit, In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, et lunulas,*

& torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perifcelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures; & anulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & speculla, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine calui tium, & pro fascia pectorali cilicium. Hæc dixit Propheta de mulieribus sui temporis, quid diceret modo, quando nullum seruant modum, quando insana sese orandi cupiditate ardent. Nam cum ex conditione sua sint auaræ, sumptui tamen nulli parcunt, vt se ornent & depingãt, deducentes etiam de cibo necessario, vt preciosius induantur. Vide quæ circa locum illum notaui in commentarijs super caput tertium Isaiæ nu. 28. & 29.

23 Olim in Paradiso sola innocentia primi parentes vestiti erant, & ornati: sed post peccatum tunicis pelliceis eorum nuditatem Dominus cooperuit, quasi admonens, vt Augustinus ait, Ne obliuiscerentur se amissa innocentia, mansisse mortales: & ecce fœminæ mortalitatis signum in instrumentum vertunt vanitatis: & cum propter peccatum sint vestes introductæ, qui in ornamentis preciosis & nitidis gloriantur, peccatum ipsum commendare videntur. Stulta res, & homine indigna: non secus ac si quis de veste, quam in signum aut notam alicuius delicti portat, superbiret, quia serica est aut auro contexta. Vnde Cyprianus: Tolerabiliora (inquit) sunt adulterij crimina, quã ornatus sibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. *Gen. 3. Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. tom. 1. Cypria. in epist. de habitu vir.*

24 Quærit Moses Bar-Cepha Episcopus Syri lib. de Paradiso parte 1. Cur Eua non vocauerit Adam, vt is prior ederet de ligno vetito? Et respondet rationem esse, quia transformari ipsa prior cupiebat in Deum, virumque suum diuinitate anteuenire, qui se humanitate præcesserat, quo hac ratione administrationem rerum præ illo, atque imperium obtineret: existimabat enim simul atque gustaret, vestigio in Deam se transformatum iri pro fallacis serpentis consilio.) *To. 1. B. P. col. 383*

25 Idem inquirit, cur Euam ex ipso Adamo formauerit Deus, & non ex terræ puluere finxerit, sicut ipsum Adamum? & respondet id factum fuisse quinque de causis. Prima vt vna eademque radix, & nascẽdi principi ũesset oĩbus hominibus ipse Adã. Altera ne dicerent contenti si homines, alium fuisse Adami, alium Euæ conditorem; sed fateri cogerentur, ab vno eodẽque Deo ambos esse formatos. Tertia, vt arctiore constringeret amore virum & fœminam, eo quod hæc ex illo esset orta. Quarta, vt effectum redderetur, quod Moyses de Adamo dicit: *Masculum, et fœminam creauit ipsos.* Quinta denique, ne fœmina principatum affectaret, qui viri est.) *Eod. To. 1. col. 376. Genes. 5.*

26 Idem quærit tertio, cur è sinistra potius corporis parte, quàm dextra fuerit Eua formata? Et respondet: Ideo è dextra parte sumptã non esse, ne cum viro conferri æquarique se vellet: duas vero esse rationes, cur è sinistro latere sit formata; alterã vt sit viro obsequiosa, eiusque imperio obtemperans; alteram, vt sciatur infirmioris eam naturæ esse. Nam sinistrum latus dextro imbecillius est. Neque enim stare potest absque dextri auxilio subrigere, vt neque fœmina se absque viro susten- *To 1. pag. eadem.*

sustentare valeat. Et vero sinistrum arguere imbecillitatem, vel ipsa animantium natura monstrat; quorum omnium sinistra pars imbecillior est, quàm dextra. Est itaque in fœminis temperamentum corporis frigidius, imbecillius, crudius, vt in parte animantium sinistra. ¶

To. 2. pag. 393. Idem quærit, Cur Deus terram, non autem Adam propter peccatum sit execratus? Et respondet: Non est execratus Deus Adamum, quò suæ ipse imagini honorem conseruaret; tum etiam, quia in Adamo nascituri erant multi mortales probi, iustiq; vt Prophetæ, atque Apostoli, ne per illũ hi quoque execrabiles, atque detestabiles haberẽtur. Sed maledixit terræ, propter illum quippe ex qua ipse esset procreatus. ¶

In fine lib. de Paradiso pag. 402. par. 1. 27 Idem quærit, Quanto tẽpore manserit Adã in Paradiso? Et post varias Doctorũ sententias sic concludit: Dominus Ephrem, Philoxenus, & D. Iacobus Sarugensis aiunt, Adamũ in Paradiso commoratum esse horas non amplius sex; à tertia scilicet ad nonã vsque diei sexti: idque tribus rationibus demõstrare nituntur. Quarũ prima est, quia multò facilius decipi potuit Adamus in ipso statim initio, quã si lõgiore tẽpore Paradisum incoluisset. Altera, quoniã si diutius apud animũ suũ meditando expendisset imperatam sibi legem, cautior factus fuisset: verũ quãdo exiguũ illic temporis spatiũ egit, simul vt mandatũ à Deo acceperat, fraudem etiã sibi facilè fieri passus est. Tertia, credibile est, Deũ, quẽ Paradiso pulsurus erat, eũ haud longo tẽpore tanta fœlicitate frui siuisse, ne nimiũ excruciaretur; sed mollius, minusque ægrè ferret, se tantis delicijs spoliari: solet.n. Deus clementer castigationẽ exercere. ¶

Ead. pa. 2. col. 396. 28 Idẽ quærit, Vnde sumpserit Deus primorum parentum vestes? Et respondet, quòd secundũ Gregorium Theologum factæ fuerunt ex corticibus arborũ, vt se illis operirẽt, sicut antea ex foliis ficulneis fecerant subligacula. At Athanasius oratione de Cruce, & Dñus Ephrem aiunt, has tunicas ex animantium pellibus confectas fuisse. Et addunt mactatis pecudibus eas detraxisse primos parentes, atque concinnasse imuellẽ Dei nutu. Postremò Dñus Iacobus Sarugensis dicit, Deũ ea indumenta ex nihilo creauisse. Scribit enim in hæc verba: Contexuit tunicas ex nihilo, & vestiuit ipsos, quas quia tactu rudes, & crassæ erant, appellauit pelles.) Et si contra sententiã Athanasij obijciatur, quia nullũ animal tunc potuit iugulari, nam periret tota vna species, cum duo tantum in vna quaque fuerint creata, masculus videlicet & fœmina: Respondet negando vnicum dumtaxat par in animalium generibus singulis fuisse effectum: nec enim hoc sacris literis proditum est. Et Dominus Ephrem ait, coram illis iugulatas esse pecudes, vt earum corijs nuditatem suam cooperirent; ac deinde ex ipsarum morte se quoque mortalia habere corpora intelligerent.)

To. 1. citat. col. 400. 29 Adami peccatis, & Christi Domini analogiam his verbis describit idem Moses Bar Cephas in eodem commentario de Paradiso p. 1. in fine: Sexto die creatus est Adã, eodem excruciatus est Dominus noster: In eius diei initio ille est ex luto compositus, hic item ad tribunal raptus; hora illius diei tertia inductus est Adam in Paradisum, & Saluator noster tertia hora extractus est ex Vrbe Ierusalem, humeris Cru-

Crucem ſuam baiulans: & quo tempore Adam manus protendit ad decerpendos fructus negatos, eodem Chriſtus ſuas diſtendit ſuper lignũ. Kurſus à ſexta ad nonã horã exutus eſt Adam ſua gloria, noxaq; ; deditus; itaque & ob Crucem Chriſti Sol à ſexta ad Nonam, amiſſo ſplendore obſcuratus eſt. atque vniuerſa creatura luctu cooperta quaſi refricata priſtini Adæ caſus memoria. Elapſa deinde nona hora, diſſipatæ, atque abactæ ſunt tenebræ; qua re ſignificabatur ſoluta iam tum eſſe ea mala, quæ genus humanum circumdederant, atque occuparant propter legem Dei ab Adamo violatam. Inſuper quo tempore confoſſus Dominus noſter lancea, eodem à Cherubim cuſtode Paradiſi, & arboris vitæ allata eſt lancea. Denique qũa hora pulſus eſt Paradiſo Adamus à Deo, eadem prorſus à Chriſto immiſſa eſt in Paradiſum anima latronis: ac proinde quo tempore dæmon videns eiectum Paradiſo Adamum gauiſus eſt, eodem & doluit, cum cerneret latronis animam in Paradiſum reductam.]

30 Cum Deus Prothoparentem creaſſet, ait: *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*. Quærit Moſes Bar Cephæ Syri Epiſcopus lib. de Paradiſo p. 1. Qua in re adiuuare debuerit Eua Adamum, hoc eſt fœmina virum? Et reſpondet: In plurimis. Primo in procreandis liberis, hoc eſt, vtero geſtandis. Præterea, in educanda prole prognata. Inſuper, vt ad virum ſpectat ea, quibus opus eſt, colligere comportareque aliunde domum: ita fœminæ eſt domi omnia ordinare, atque vt in prõptu ſint, diſponere adminiſtrareque. Ad hæc fœmina vt in lætis, ita & in aduerſis ferendis ſociam ſe viro præſtare, vnaque onera omnia ſubire debet. Denique & in reuerendo, colendoque numine, & in aliarum virtutum exercitio virum ipſa adiuuat. Nam (vt Paulus ait) Chriſti ſalus & viris, & fœminis ex æquo eſt communis. Quod porrò addit, *qualis ipſe eſt*, perinde eſt ac ſi dicat: quæ eadem naturæ conditione cum viro prædita ſit, non autem quæ vt beſtia, vel iumentum operam illi præſtet, quæ humana carent indole.) *Genes. 2. To. 1 B. V. P. col. 372.*

DE MENDACIO CAP. LXXII.

IN deteſtationem mendacij ait Pſalmiſta: *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium*. Quibus verbis grauius quid eſſe mendacium, oſtendit, quàm operari iniquitatem. Dicit enim Sanctus Auguſtinus lib. de mendacio ad Conſentium cap. ſexto in principio: Tanto peius eſt mendacium, quanto grauius poſitum eſt, *perdes* quàm, *Odiſti*. Fortè enim odit aliquem Deus aliquanto mitius, vt eum non perdat, quanto ſeuerius punit. Odit autem omnes qui operantur iniquitatem. At omnes qui loquuntur mendacium, etiam perdet. Cui conſonat illud Prouerb. duodecimo: *Abominatio eſt Domino labia mendacia*, & Eccleſ. 20. *Lapſus falſæ linguæ quaſi qui in pauimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter veniet* & Oſeæ quarto. *Pſal. 5.*

Non

Digitized by Google

Non est veritas et non est misericordia,non est scientia Dei in terra: Maledictum,et mendacium,et homicidium,et furtum,et adulterium inundauerunt,et sanguis sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea. Vbi(vt notauit Hieronym.) Prepheta non dixit,Est;sed vt abundantiam delictorum demonstraret, intulit: *Inundauerunt*: sumpta similitudine ab aquis fluminum, quæ cum alueo sese non capiunt,per ripas,& propinquiora loca effunduntur,& late expanduntur,quod est inūdare,sicut Gen.7.dicitur de aquis diluuij, vehementer enim inundauerunt & omnia repleuerunt in superficie terræ. Eandem peccatorum abundantiam indicant verba illa, *Et sanguis sanguinem tetigit*. Nam vt hom.11.in Ezech dicit Greg. Sanguis sanguinem tangit,quando peccatum peccato additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus,anima cruentetur. Idem dicit 13. mor.ca.7. Et per sanguinem peccata designantur, eo quod esus sanguinis apud Hebræos erat detestabilis.Psal.50.*Libera me de sanguinibus*, idest,peccatis. Hinc Sap.1 *Os quod mentitur,occidit animam*. Vbi aduertit Augustinus,quod aliud est mentiri,aliud est verum occultare. Siquidem aliud est falsum dicere,aliud verum tacere:vt si quis forte vel ad horam visibilem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet veru occultare,non falsum dicere,vt neque prodat,neque mentiatur,ne occidat animam suam pro corpore alterius.Si autem hoc nōdum potest, vel sola huius necessitatis habeat mendacia, vt etiam ab istis,si sola remanserint,liberari mereatur,& Spiritus sancti robur accipere, quo quidquid perpetiendum est,pro veritate contemnat. Duo sunt omnino genera mendaciorum,in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa,cum aut iocamur, aut vt proximis prosimus, mentimur.Illud primum in iocando,ideo non est pernicios issimum, quia non fallit.Nouit enim ille cui dicitur,ioci causa esse dictum. Secundū autem ideo mitius est,quia retinet nonnullam beneuolentiam. Illud vero quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est.)

Hieron.

Gregor.

Aug. sup. Psal.50.

2.M.10.8.

S.Tho.2.2. q.110.ar.2 & in 3.Sēten. distin. 38 q.2.a.5

Eccles.2.

Prou. 18.

Ephes. 4.

Chry. hom. 14. ep. ad Ephes. col. 1. C.

2 Ideo omnes scholastici cum S. Thoma diuidunt mendacium in iocosum,officiosum,& pernicios um;& hoc vltimum est quod occidit animam,de quo etiam Eccles.2.*Væ duplici corde,et labiis sceleftis*, & Prou.18 *Verba bilinguis quasi simplicia,et ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.* Dicitur autem mendax duplex corde,& bilinguis,quia aliud in ore,aliud habet in corde.

3 Ex naturali inclinatione,qua membra corporis humani non se decipiūt inuicem, colligit Apostolus cauendum esse mendacium,quia eiusdem corporis mystici,cuius caput est Christus, membra sumus. Ait enim:*Propter quod deponentes mendaciū, loquimini veritatē vnusquisque cum proximo suo,quia sumus inuicem membra.* Vbi Chrysostomus: Vide (inquit)quomodo vbique illos per exēplum corporis vrgeat.Nū pedē,inquit,fallit oculus,aut oculum pes? Vtpote si cubi fouea profunda fuerit,quæ supernè insperfis arundinibus humoque occultis tecta solidæ telluris speciē ipsa superficie ingerat oculis: nunquid non vi-

Digitized by

Particulars of the Estate of Mr. Thomas Hollis, late of Lincoln's Inn, Esq. deceased, which is to be sold by Auction, by Mr. Langford, at his Great Room in Covent Garden, on Monday the 25th of this instant March, and the following Days, at Twelve o'Clock each Day.

THE Estate consists of a Capital Messuage, with Coach-house, Stables, Barn, Dove-house, Gardens, Orchard, and Appurtenances, situate at Corscombe, in the County of Dorset, in the Occupation of Mr. Thomas Hollis, the Owner, and Mr. Thomas Hollis, his Son, and Mr. Thomas Hollis, his Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great Grandson, and Mr. Thomas Hollis, his Great

imbecille mendacium;illa enim etiam imbecilles corroborat, & claros reddit,hoc etiam fortes premit,atque debilitat:Quasi dicat mendicus: Verbis meis non attenditis,ideo nihil amplius dicam neque respõdebo,cum me sæpius frustra interrogaueritis: neque vt rem sciatis velitis audire,sed vt audita calumnietmini.

6 Nec mirũ quòd veritas sit ita fortis,cum sit Deus ipse veritas,& diabolus pater mendacij.Dicit.n.Apostolus; *Si autẽ veritas Dei in meo mendacio abundat.* Vbi Aug.Meum dixit mendacium, veritatem Dei. Cũ itaque viuit homo secundum veritatem,non viuit secũdũ se ipsum, sed secundũ Deũ.Deus est.n.qui dixit : *Ego sum veritas.* Cũ vero viuit secundũ se ipsum,hoc est,secundum hominẽ,non secundũ Deum,profecto secundum mendacium viuit &c. Vnde nõ frustra dici potest omne peccatum esse mendacium. Quia nimirum fallit peccatores & decipit:promittit homini felicitatẽ,sed mentitur,sicut ait Psalmista:*Et mẽtita est iniquitas sibi.* Infert enim æternã miseriã: Cui consonat illud Ps. 4 *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatẽ,& quæritis mendacium?* Et Prou. 20. *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo,* idest,pro pane suaui dabit lapides,quibus dentes peccatorum confringantur.

Rom 3.
Augu. 14. de Ciuitate Dei c.4. in prin.
Prou.20.

7 Postquam de virginibus dicitur Apoc. 14. *Hi sunt,qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt,& sequuntur Agnum quocumq; ierit*: statim subditur:*Et in ore eorum non est inuentum mendacium.* Vt(sicut dicit Aug.)meminerint etiam in hoc esse veraces, ne se audeant dicere non habere peccatũ.Idẽ quippe Ioannes,qui illud vidit hoc dixit : *Si dixerimus,quia peccatũ non habemus,nos metipsos decipimus,& veritas in nobis non est.Quod si cõfessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & iustus,vt dimittat nobis peccata nostra,& purget nos ab omni iniquitate.Quod si dixerimus,quoniã non peccauimus, mendacẽ facimus eũ et verbũ eius nõ erit in nobis.* Hoc certe nõ illis,aut illis sed christianis omnibus dicitur,vbi & virgines se debent agnoscere. Sic.n.erũt sine mendacio,quales in Apocalypsi apparuerũt.] Non erat ex earum virginum numero Pharisæus ille,*qui stans,hæc apud se orabat : Deus gratias ago tibi,quia non sum sicut cæteri hominum:raptores,iniusti,adulteri : velut etiam hic Publicanus.Ieiunio bis in sabbato,decimas do omnium quæ possideo.*] Non enim agnoscebat se esse peccatorem,& ideo veritas in eo non erat.

Aug.li de S.Virg ca. 49 inprin.
Ioan. 1.
Luc.18.

8 Mendacia,quæ dicuntur per iocum,vt probat Aug.nunquam sunt putãda mendacia.Habent enim euidentissimam ex pronunciatione,atque ipso iocantis affectu significationem animi nequaquam fallentis,& si non vera enunciantis.]

Aug li de menda. ad Consent. c. 1.& 2.

9 Aliud est verum occultare, aliud falsum dicere cum intentione fallendi,& mentiri.Primum.n.non est peccatũ.Secundũ vero nunquã licet,etiam pro saluanda vita hominis,vt in prælegato lib.probat Augus.præsertim c.16.& 18.Vnde Abraham Gen.20.cum de Sara vxore sua dixit : *Soror mea est,* nullum prorsus mendacium protulit;sed solum verum occultauit,vt Aug.contra Faustũ demonstrat.Nam,in Scriptu-

Gen.20.
Aug.li.22 cont Faust. c.35.inf.

[illegible] [illegible] [illegible] [

DE MIRACVLIS CAP. LXXIII.

S.Tho. 1.p. q.105.ar.7 in corpore, & p. 2. q. 103. ar.10 incorp.et 2. sent dis 18 q.1.ar.3.

MIRACVLVM, vt docet Sanctus Thomas, dicitur quasi admiratione plenum, id est, quod habet causam occultam simpliciter & ignotã omnibus s. Deũ. De ratione autem miraculi sunt tria: scilicet esse arduum. i. supra virtutem naturæ creatæ agentis: præter spem naturæ, id est, quod nõ habeat ad illud naturalem ordinem, sed ordinem obedientialem: & quòd sit insolitum, id est, præter modum eius consuetum. Ita docet Sanctus Thomas de potentia q.6. art. 2. & alijs in locis superius allegatis.

Aug lib.3 de Tri.c.5. Ioa.2. Gen.1. Exod.4.

2 Gubernatio huius mundi (vt docet Augustinus) est vnum continuum miraculum, quod vt patefieret mundo, fecit Deus alia extraordinaria miracula. Nam vt pluuiæ cœlestis miraculum ostenderet, pluit per miraculum ad orationem Heliæ 3. Reg. 18. Et vt suaderet virtutẽ diuinam, qua terra attrahit humorem per radicem vitis ad botrum, ex quo fit vinum, ad nutum Domini aqua in vinũ inusitata celeritate conuersa est. Arbusta fronde ac flore vestit solemniter Deus, sed repente virga Aaron Sacerdotis floruit. Prouidentia diuina lignis certè omnibus, & omnium animalium carnibus gignendis, atque formandis cõmunis est terrena materies. Et quis ea facit, nisi qui dixit, vt hæc terra produceret, & in eodem verbo suo quæ creauit, regit, atque agit? Sed eum eandem materiam ex virga Moysi in carnem serpentis proximè ac velociter vertit, miraculum fuit, rei quidem mutabilis, sed tamen inusitata mutatio. Quis autem animat quæque viua nascentia, nisi qui & illum serpentem ad horam, sicut opus fuerat, animauit?

Psal. 46. Aug super rubr. Psal. tom.8. Iosue 10. Isai 8. Euseb. Cæsa. lib. 9 demõst Euãg. cap.14. Luc.11.

3 Sicut autem solus Deus est auctor naturæ, ita ille solus potest naturam immutare, & supra eius ordinem propria virtute miracula facere. In cuius laudem canit Psalmista: *Qui facit mirabilia magna solus.* Vbi Augustinus: Fecit Moyses mirabilia, sed non solus; fecit Helias, & Eliszus; fecerunt & Apostoli, sed nullus eorum solus. Illi cum facerent, tu cum eis: tu quando faceres, non illi tecum, quia solus operaberis. Nõ enim tecum fuerunt, cum fecisti, quãdo & ipsos tu fecisti) Vnde cum ad vocem Iosue stetit Sol; ne quis arbitraretur virtute propria id Iosue operatum fuisse, subditur: *Obediente Deo voci hominis.* Et Isa. in persona Christi loquens ait: *Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Syon.* A Domino inquit, vt (sicut interpretatur Eusebius) designaret potestatem faciendi miracula, quam Christus Dominus, & eius Apostoli habuerunt, non esse à se ipsis, sed à Deo acceptã, ne impij Iudæi quæ Christus faciebat signa videntes, illa calumniarẽtur, & dicerẽt: *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.*

Aug. lib.3 de Tri. c7.

4 Quæstionem mouet Augustinus, Cur scilicet ista miracula etiã magicis artibus fiant. Nam & Magi Pharaonis similiter serpentes fece-

fecerunt,& alia ſimilia. Sed illud amplius eſt admirandum,quomodo magorum illa potentia, quæ ſerpentes facere potuit, vbi ad muſcas minutiſſimas ventum eſt,omnino defecit:ciniphes enim muſculę ſunt breuiſſimæ,qua tertia plaga ſuperbus populus Aegyptiorum cædebatur Ibi certè deficientes magi dixerunt: *Digitus Dei eſt hic.*] Et reſpondet,quod poteſtas illa etiam à Deo data eſt.Datur autem(inquit ille) vel ad fallendos fallaces,ſicut in Aegyptios,& in ipſos etiam magos data eſt: vt in eorum ſpirituum ſeductione viderentur admirandi à quibus fiebant,à Dei veritate damnandi:vel ad admonendos fideles,ne tale aliquid facere pro magno deſiderent,propter quod etiã nobis Scripturæ auctoritate ſunt prodita: vel ad exercendam,probandam,manifeſtandam que iuſtorum patientiam.)Quod autem inquiunt: *Digitus Dei eſt hic*,ſignificat ideo non potuiſſe magos facere ciniphes,quia prohibiti ſunt à Spiritu ſancto. Nec enim aereæ poteſtates per magicas artes quicquam facere poſſunt,niſi data eis deſuper poteſtate. Videatur idem Auguſt. lib.4.de Trin,c.11.& 12. Vbi multa dicit de miraculis apparentibus, vel miris, quæ fiunt uirtute dæmonum per magicas artes.

Exod.8.

Iob.2.

5 Miracula Dei virtute facta non ſunt contra naturam, ſed ſuper curſum naturæ,vel præter.Dicit enim Auguſtinus: Deus creator & cõditor omnium naturarum nihil contra naturam facit.Id enim erit cuique rei naturale,quod ille fecerit,à quo eſt omnis modus,numerus,ordo naturæ.] Sed obijciebat Fauſtus illud Rom.11. *Si tu ex naturali inciſus oleaſtro,& contra naturam inſertus es in bonam oliuam.* Sed reſpondet ibi Auguſt.Contra naturam nemo quicquam facit, niſi cum peccat,qui tamen ſupplicio redigitur ad naturam. Ad naturalem quippe iuſtitiæ ordinem pertinet,vt aut peccata non fiant, aut impunita eſſe non valeant;quodlibet horum ſit,naturalis ordo ſeruatur,ſi non ab anima,certe à Deo. Vexant enim peccata conſcientiam,ipſiq; animo nocent,cum luce iuſtitiæ peccando priuatur,etiam ſi non conſequãtur dolores, qui vel corrigendis ingeruntur, vel non correctis vltimo reſeruantur ſupplicio.]

Aug.li.26 cont Fauſ. c.3 E.F. Sap.11. Rom.11.

DE MISERICORDIA CAP. LXXIV.

QVamuis omnia Dei attributa ſint in ſe ipſis æqualia, miſericordia tamen plures in nobis oſtendit effectus Propter quod ait Pſalmiſta: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* De quo etiam Sponſa in Canticis laudat Sponſum,cum ait: *Oleum effuſum nomen tuum.*Oleum enim ſupernatat, & eleuatur ſuper omnes alios liquores.Vnde Iacobi 2. dicitur: *Superexaltat miſericordia iudicium.* Vbi Aug. aduertit,quòd non dictũ eſt,vincit miſericordia iudiciũ,non.n.eſt aduerſa iudicio,ſed,ſuperexaltat:quia plures per miſericordiam colliguntur: ſed qui miſericordiam præſtiterunt.Beati enim miſericordes,quia ipſis miſerebitur Deus)

Pſal. 144. Cant.2. Iacob.2. Aug.ep 29. ad Hie col. vlt.B.10.2.

Digitized by Google

2 Hinc est, quod cũ Deus aduersus peccatores irascitur, eius misericordia occurrit exaduerso, quærens aliquem, qui eius indignationẽ mitiget, & vindictam impediat. Vnde Lucæ 13. *Homo erat quidam, qui habebat vineam suam plantauit ficum, cumque venisset, & requisisset fructus in ea, dixit ad agricolam: Ecce iam tertiò venio huc, & fructum quæro, & non inuenio, dimitte me, & succidam eam.* Et ad Moysen: *Dimitte me, & interficiam populum istum.* Vbi Chrysostomus: Nemo te tenet, & dicis dimitte me? Quando tu dicis: dimitte me, prouocas agricolam, vt te teneat. *Dimitte me, & succidam illam. Ecce* (inquit) *tertio venio, & fructum non inuenio.* Veni primum in lege cum Moyse, veni secundo in Prophetis, nouissimè ipse per me venio, & fructum non inuenio. Ficus illa non est plantata inter spinas, non est plantata foris, sed in vinea domus Israel. Rem nouam video. Spinæ Gẽtium vuas adferunt, & ficus ficos non adferẽt? *Ecce* (inquit) *venio tertio, & fructum non inuenio: dimitte me, & succidam illam.*) Eandem explicationem adhibet hom. 14. ad Rom. in expos. mor. col. 11. to. 4. & elegantius ser. de pœnit. & conf. tom. 5. & Greg 9. mor c. 9. Cui consonat illud: *Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.* Vbi conqueritur, quod nullum inueniat qui eum teneat, cum peccatoribus minatur ruinam. Vnde ad Ieremiã & Ezec. *Circuite vias Ierusalẽ, & aspicite, & considerate, et quærite in plateis eius, an inueniatis virũ facientẽ iudicium, et quærentem fidem, & propitius ero eis.* Vbi Chrys. Multi etiã impij vnius virtute simul fruũtur. Multorũ autem malitia, quamuis vnus sit qui rectè agat in medio magni populi, non ruit. Sed vnus quidem homo rectè viuens populũ integrum eripere potest ab ira Dei. Ciuitas autem integra, peruersaque in suam pœnam, & supplicium attrahere benè viuentem, & deijcere nõ potest. Et hoc de Noè manifestũ. Pereuntibus enim omnibus solus seruatus est. Et de Moyse clarum est: solus enim potuit tanto populo impetrare veniam. Mihi autem aliud maius est indicium diuinæ misericordiæ, quod dicam. Cum enim nõ inuenit homines viuos & fiducia præditos, qui potuerunt intercedendo veniã obtinere, confugit ad defũctos, & per illos inquit, se remissurũ peccata quẽadmodũ Eze. dicit: *Protegam ciuitatẽ hanc propter me, et propter Dauid pueruũ meũ.*)

Luc. 13.
Exod. 32.
Chrsto. 12. ex variis in Marc. co. 2 G. to. 2.
Isa. 64.
Ier. 5.
Chr. ho. de pœnitentia & confes. col. 3 F. G. to. 5.
Gen. 7.
4. Reg. 19. & Isa. 37.

3 Ideo (vt docet Chrysos.) cũ Deus punit peccatores, non per se ipsũ id facit, sed per Angelos, per quos Sodomam subuersa fuit: & ea quæ in Aegypto acciderunt, per illos acciderunt. *Immissiones* enim, inquit, *per Angelos malos.* Et Math. 22. *Tunc dicit Rex ministris: ligatis manibus, et pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores* Quando vero seruare oportet, vel misereri, per seipsum hoc facit. Ita filiũ misit in salutẽ generis humani, & præmiũ iustis per se ipsum reddit. *Euge* (inquit) *serue bone, et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Et iterũ ait: *Beati serui illi, quos cũ venerit Dñus, inuenerit vigilãtes: amẽ dico vobis, quòd præcinget se, et faciet eos discumbere, et transiens, ministrabit illis.*) In quo euidẽter ostẽdit, quod misereri, & benefacere procedit ex propria inclinatione Dei, & ex intimis visceribus eius, punire autẽ nõ ex corde, aut visceribus Dei, sed ex delictis alienis ortũ habet;

Chrysos. in Act. Apost. col. vltima Mat. to. 3.
Psal. 77.
Math. 25.
Luc. 12.

4 Hinc

4 Hinc collige propriũ esse opus Dei, misereri sẽper, & parcere: punire autẽ quasi alienum opus ab eo. Vnde & instrumenta propria quibus puniat, se non habere declarat, sed alienis quasi conductis vti, sicut per Isaiam ait: *In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in Rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam uniuersam*, ideſt, omnes à maiore vsque ad minorẽ. Hinc Isaias ait: *Vt faciat opus suũ, alienum est opus eius; vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo*, ideſt, vt ostendat iustitiam suam in reprobis, & maiorẽ misericordiã in electis, quod ait esse proprium opus suum, alienum est & peregrinum opus eius ab eo, scilicet punire reprobos. Cui explicationi consonat translatio Septuaginta interpretum, quæ sic habet: *Cum furore faciet opera sua, amaritudinis opus, et furore eius alienè uietur, et peruersio eius aliena.* Quibus verbis significatur, quod quasi cum dolore, & amaritudine animi perdit impios. Iuxta quod & ipse ait: *Heu consolabor super hostibus meis, et uindicabor de inimicis meis.*) Isa. 1. Isa. 1.

5 Potestas ciuilis, cum aliquem in delicto cõprehendit, statim illũ suspendit, & de medio tollit, ne pacẽ Reipublicæ quam intendit conseruare, perturbet: quia non respicit per se primo salutẽ animæ, sed bonã gubernationem externam. Ideo non considerat qualis futurus sit postmodũ reus, si misericordiam faciat cum eo. Potestas autẽ spiritualis eo quod salutem animæ promouere intendit, cũ magnis peccatoribus maiore vtitur misericordia, nec statim eos de medio tollit, sed tempus illis concedit, vt conuertantur, & pœnitentiã agãt. Vnde Chryso. Ille (inquit) externis princeps quidẽ si arripuerit adulterũ, statim punit: quãuis quid inde lucri? Hoc.n. non est tollere affectionẽ, sed animã habentẽ vulnus: qui autẽ hic princeps, si quẽ inuenerit, fatagit nõ vt puniat, sed vt affectionẽ auferat. Nã tu quidẽ idẽ facis, quẽadmodũ si dolens morbo capitis, non morbũ quiescere facias, sed caput discindas. Ego autẽ nõ sic, sed morbũ reseco, & ab ipsis mysterijs arceo, & sacris ambitibus. Vbi autẽ illũ reparauero, liberatũ à peccato, & pœnitentia meliorẽ factũ, iterum recipio.) Cui consonat illud Ezechiel. 18. *Numquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, et non ut conuertatur à uijs suis, et uiuat?* Et infra: *Proijcite à uobis omnes iniquitates uestras, in quibus praeuaricati estis, et facite uobis cor nouum, et spiritum nouum, et quare moriemini domus Israel? quia nolo mortem morientis, dicit Dñus Deus. Reuertimini, et uiuite.*) Et illud Isa. 30. *Propterea expectat Dominus, vt misereatur uestri, et ideo exaltabitur parcens uobis, quia Deus Iudicij Deus.* Chr.ho. 15. sup. 2. epist. ad Cor. cap. vlt. I. to. 4. Ezech. 18. Isa. 30.

6 Sic exspectauit zizania, vt conuerterentur in triticum, ideſt, vt ex peccatoribus iusti per pœnitentiam fierent, quod in illa parabola latenter ostendit: *Accedentes autem serui patris familiæ dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo: Vnde ergo habet zizania? et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis, imus, et colligimus ea? Et ait, non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum.*) Itaque, sicut dicit Sanctus Chrysostomus, & extirpare illa vetat, ne quando vna cum illis & frumentum reuellatis, hoc est, id frumentum quod futurum est ex illis. Matth. 13. Chr.ho. 13 sup epist. ad Roman. col. 9. E. t. 4

Et Homil.47.ſuper Matt.col.2.E.Prohibet(inquit) eradicare zizanía, quia ab ipſis zizanijs multa commutata in frumenti conditionem ſe ipſa conuerterent. Si ergo prœuenientes euelletis ea, frumenta deperibunt, quæ à commutatis zizanijs prouenirent.) Expectat ergo miſericordia Dei peccatores, vt conuertantur, & ſalui fiant.

7 Sex diebus mundum creauit Deus, & ſuis numeris abſolutum
Gen.1. perfecit: ſed illum per diluuium deſtruere intendens, vltionem in dies
Gen.6.7. differebat. Vnde centum annis (vt notauit Auguſtinus) Arca in qua
Aug.q.102 ex utroque mixtim. Noe, & eius familia ſaluaretur, ædificata eſt, vt illam fabricari videntes reſipiſcerent, & ſic Deus locum pœnitentiæ peccatoribus concederet. Mari quoque Iericho ſeptem dierum circuitu proſtrati ſunt.
Ioſ.6. *Circuite* (inquit) *ciuitatem ſeptem diebus, & octaua die cadet murus.* Vnde Chryſoſtomus: Nos multo tempore ædificamus domum, & breui
Chr.hom 5 de pœn.col. 3.L.tom.5 deſtruimus. E conuerſo autem ſit in Deo; cum ſtruit velociter ſtruit, cũ deſtruit tardè deſtruit, velox Deus ſtruens, tardè deſtruens. Hinc eſt quod virga Moyſi, vt ſignum eſſet Pharaonis in ſerpentem verſa eſt, non in leonem, aut vrſum, ſiue in draconem terribilem, vt (ſicut notauit Auguſtinus) hoc prodigio mirabili deſignaret, tardũ ad iram eſſe Deũ, & ſpatium pœnitendi peccatori concedere libentiſſimè. Serpens namque timorem incutit, ſed ſtupere quodam ad nocendum tardior eſt,
Aug.q.8. de utroque mixtim in prin.H.L4 quàm leo, qui ſubitò dum iraſcitur, neſcit miſereri. Verba Auguſtini ſunt: Non fuit aliud ſignum quod fieret a Moyſe palam Pharaoni, niſi ſerpens. Qui hoc reprehenſibile putat, dicat quod aliud fieri debuit. Nam vtique ſerpentem fecit, qui & terrorem incuteret, non tamen obeſſet, per id quod ſtupore quodam ad nocẽdum tardior eſt. Si enim leonem feciſſet, aut vrſum, aut aliud tale, quemodo euaderent qui adorant? Nec enim occidere voluit quemquam, ſed ſolum timorem ponere, & offendere virtutem: vt quia prima prauaricatio per ſerpentem cœpit, ſimiliter & recordatio cognitionis Dei, & morum emendatio ſerpentis ſigno proueniret, vt quomodo peccatum eſt, ſic & emẽdaretur: ſicut, & per mulierem peccatum factum, per mulierem ſublatum eſt, Mariã matrẽ ſ. Domini, ex qua Chriſtus natus damnauit peccatũ.)

8 Cum quis inuitus in aliquam incidit miſeriam, omnes commouentur ad miſericordiam, & facilè inclinamur, vt ab ea miſerum hominem eruamus. Cum autem propria voluntate nullo cogente in eam incidit, nullus eſt, qui ei ſuccurrere velit. Solus Chriſtus eos eripere eſtimauit, qui propria malitia à Deo diſcedentes in maximas miſerias deuenerunt. Dicit enim Apoſtolus: *Et vos cum eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore*
Coloſſ.1. *carnis ſuæ per mortem, vt exhiberet vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo.* Quibus verbis (ſicut dicit Chryſoſtomus)
Chr.hom 2 ad Coloſſ col.2.to.3. oſtendit, quòd & eos conciliarit, qui conciliatione digni non erant. Nã eo quidem quod dixit, eos ſub poteſtate tenebrarum fuiſſe, calamitatẽ demonſtrat, in qua fuerant: ſed ne, cum poteſtatem tenebrarum audis, neceſſitatem quandam putes, ſubiungit: Et vos, qui quondam eratis abalienati. Videtur itaque idem quidem dicere, ſed non eſt idem.

Non

Non enim eiusdem rationis est, eum liberare à malis, qui necessitate mala ferre cogitur, & eum qui voluntariè mala patitur. Nam ille commiseratione quidem dignus est, iste verò odio. Verumtamen vos(inquit)neque inuitos,neque coactos: sed spontaneos,& voluntariè ab ipso resilientes,atque adeo & conciliatione indignos liberauit.) Cui consonat illud Rom. 5. *Commendat autem charitatem suam Deus,quoniam,si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.* Rom. 5.

9 Ita reluceat in Deo misericordia, vt non solum veniam peccatoribus conuersis misericorditer concedat,sed etiam nimium zelum feruorum suorum,quo aduersus peccatores inflammantur, reprimat, & quodammodo apud ipsos pro eisdem peccatoribus intercedat,ne orationibus suis iustitiam excitent,& misericordiam impediant. Quod elegánter in zelo Heliæ Chrysostomus ostendit. Cum enim peccata Regis Achab,& habitatorum Galaad multiplicari vidisset, iurauit per Deum dicens: *Viuit Dominus Deus Israel,in cuius conspectu sto,si erit annis his ros & pluuia,nisi iuxta oris mei verba.* Vbi Chrysostomus: Dicebat itaque: Bonus erga illos Deus,pauescque eorum flectitur lacrymis:Verù bonitas illa populo malè cedit. Longanimitate enim abutêtes,perditè viuunt,& simulacra colũt,atq; ita & Deus ipse cõtemnitur. *Viuit Dominus* inquit,*& nõ erunt per annos illos ros & pluuia.* Deinde cũ Deus ei respõderet: Quid ergo si peritêtes illi mihi blandientur, si lacrymis affluentes spectem,si à delictis resipiscentes videam, statimne dare debeo pluuiam? Minime, inquit,viuit Dominus, nisi per os meũ. Non viuit Dominus.Illi Idolis se addixerunt, ego per deitatem tuam iuro. Igitur propheticam sententiam reueritus est Deus, & honorem iuramento illi dedit. Sed misericors Deus vt nimium zelum Heliæ reprehenderet,& ad petendam pluuiam eum inclinaret,Prophetã vna cum populo punit, vt dum etiam ipse in famis supplicio comprehenditur, aliquid misericordiæ in relaxando sententiæ suæ iuramento addiscat. Et ideo per coruum, qui odit prolem suam,& natam non educat, pauit Prophetam. Aiunt enim: Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane,similter panem & carnes vespere,& bibebat de torrente. Quasi diceret: Ecce qui natura pullis sunt immisericordes & inhumani, illi ipsi vt hospites tibi seruiunt, Absurdum est o Helia quod apud te misericordiæ meæ patrocinantur corui: tu autem pro Iudæis, in quos sæuio,non intercedis. Erubesce & vel coruorum exemplo Iudæis esto clementior.) Sed cum nihil proficeret, iterum corripitur Helias,& in alium transire locum iubetur,vt famelicus ipse famelicæ viduæ, quæ & ethnica erat,supplex esset. Quod hoc consilio Dominus fecit. Nam cum Iudæis interdictum sit,habere commercium cum Gentilibus, volens eum ad misericordiam prouocare, prædixit ei futurum vt à muliere Gentili,& vidua pascatur. Quo, mox vt audiret Gentilis nomen,ab alimento ab ea sumendo abhorreret,& vel sic Deum pro effundendo imbre imploraret. *Surge* (inquit) *hinc, & vade in* Se-

Chr. ser. in Heliã Proph. per tot. 3. *Reg.* 17.

Ibidem.

Sarephta Sidoniorum, vt præcipiam illic mulieri viduæ ac Gentili, vt te pascat. Ille autẽ neque ad hanc vocem mitior factus, cucurrit ad ethnicæ mulieris alimoniam. Ac demũ mouet mulierem Gentilem, vt verba aspera respondeat Prophetæ. Sed cum adhuc non peteret pluuiam, certiam ei misericordiæ machinam admouet, præcipiens animam pueri viduæ è corpore migrare. Saluus manet Prophetæ honor, benedictio non soluitur, hydria & cadus non deficiunt. Atq; adeo hinc magna misericordiæ necessitate Propheta constringitur. Erat enim contumelia Prophetæ, si benedictio Gentilis viduæ, apud quam agebat, periret, & obfuisset viduæ fidei, si ex hac consuetudine non maioris benedictionis sensisset cõmodũ. Ea propter Deus benedictionem quidẽ non irritauit, Prophetam autem tertia machina oppugnat. Faciens enim mori filium viduæ, in eam necessitatem induxit Prophetam, vt se orare cogeretur. Vnde & Propheta dicebat: Non est mors illa naturæ euentus: tuum opus est, tuæ technæ, quibus me in misericordiæ necessitatem adigis; vt si dicere tibi voluero: Domine misere filio viduæ mortuo: tu mihi ex aduerso respondeas, miserere filio meo Israel. Ad misericordiam me compellis. Sentio artes tuas. Hoc agis Domine, vt si dixero tibi: Salua filium viduæ mortuum; tu mihi exaduerso respondeas: Filium meum Israel tu fame occisum misericordia dignare. Petis à me gratiam, petitur viciſſim à te gratia. Solue famis sententiam, & soluam mortis calculum &c. Videns autem pertinacem Heliæ animum adhuc à misericordia abhorrentem, à peccatoribus ipsum segregat. Ego, dicit, scio zelum tuum, grata est mihi anima tua. Verum interim & peccatoribus misericors ſum, cum supra modum puniuntur, tu vero valde seuerus es pietatis exquisitor. Vnde quia peccatores ob zeli nimietatem ferre non vales, ascende quasi in cælum, ego autem in terra peregrinus ero. Nam si diu tibi manendum in terris, propediem humanum genus, quod à te continuo plectitur, aboleretur. Desin transi in cælum ô Helia. Non potest cohabitare ignis calamo. Impeccabiles contubernione posthac habiturus es: inter Angelorum choros habitare te faciam: ego autem cum peccatoribus peregrinabor, qui in humeris ouem erraticam baiulare possum, qui clamo peccatoribus omnibus: *Venite ad me omnes, qui laboratis, ego non punio vos, sed requiescere vos faciam.*

Matt. 11.

10 Eadem arte vsus est cum Iona Propheta, qui cum renueret misericordiam Niniuitis exhibere, & eis verbum Dei annunciare, in magnas fuit coniectus angustias. Nam cum fugeret à facie Domini, & ingressus ſuſſet rauim euntem in Tharsis, orta tempestate nautæ miserunt sortes, vt sciret quare hoc malum illis contigisset, *& cecidit sors super Ionam*: qui *dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat & intumescebat super eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæsumus*

Ione 1.

Deus

Domine,ne pereamus in anima viri istius:et ne des super nos sanguinē innocentem.quia tu Domine sicut voluisti,fecisti. Et tulerunt Ionā et miserūt in mare,& stetit mare a feruore suo Hæc omnia(si ut dicit Chrys.) diuina prouidentia gerebantur,vt Propheta pius,& mansuetus existeret: & ita eum Deus rerum corrigebat documentis, tanquàm si ad ipsum clamaret,& diceret: Humanitatē imitare nautarū: qui ne vnius quidem animæ salutem despiciunt,nec vnius corporis curā prætercūt. Quantum autem ad tuam sollicitudinem pertinet, vniuersa ciuitas infinitis hominibus ampliata morti donata est. Et illi quidem calamitatis suæ reū sorte monstratū, non passim præcipitare voluerunt:tu autē Niniuitas prodidisti. quorum nulla fueras lasione laceratus. Et tu quidem mea præceptione contemptam tantam plebem prædicatione sanare noluisti:isti autem nullo iubente conatibus omnibus elaborant à mortis te sententia liberare. Nam accusante mari,attestante sorte,ipso etiam confitente,& suæ fugæ tergiuersationem non denegante,mirāda lenitate prophetæ morti parcere cogitabant, & ad incommodū suum gurgitibus eum non dare tentabant.] *Chr.ho. de Iona Proph.col 3. F to.1 & ho. 1.de pœnit. col.5. to.5.*

11 Misericordia est ars cæteris omnibus multo præstatior, quod quinque rationibus probat Chrysostom.Primo, nam hæc non calceamenta nobis, nec vestimenta contexit,nec lapideas domos cōstruit:sed vitam æternam facilè præbet,ac a manibus mortis eripit,& tam in hac vita, quàm in futura præclaros reddit. Hæc mansionem nobis in cœlo ædificat,& æterna tabernacula præparat.Hæc lampades nostras exstingui nō sinit.Hęc vestes nostras ita lauat,vt non sordidi,sed niue candiores ad nuptias peruenire possimus.*Si enim fuerint*(ait)*peccata vestra sicut puniceum,super niuem dealbabo* Hæc non patitur eò nos detrudi,vbi diues ille cruciatur,sed in sinum Abrahæ certo itinere ducit. 3 Secundo, nam cæterarum quidem artium quælibet vnum aliquē finē respicit, vt Agricultura hominis pabulum, ars textoria nostrū amictum. Hæc autem finem respicit vniuersalem,vitam æternam,& salutem animę,ad quam cætera omnia ordinantur.] Tertio,quia nulla ars sola finem suum consequitur:etenim Agricultura,nisi ferrarius faber vomerem,rastros, falcem, securim, aliaque complura sibi mutuetur,nisi lignarius aratrum sibi fabricet, & iugum præparet, & vehiculum ad terendas construat spicas,nisi à coriariorum artificibus corrigiam sumat,nisi ædificator aliquis arantibus tauris stabulū, & colentibus agrū tugurium struat, nisi denique pictoris artificium tandem accedat, vniuersa penitus Agricultura euanuit. 3 Hæc autem sola sibi sufficit, non opus est mendicare vt sis misericors,nā si duo minuta miseris, dūmodo id ex facultate feceris tua,præclarum facinus edidisti. Si panis fruſtū si nihil aliud habeas,dederis,ad huius artis fastigium ascendisti.]Quarto,nam aliæ artes cessant omnino cum ægrotant artifices, nec opus suū exercent. Hæc vero etiam quando ægrotatione laboras, quando senio confectus iaces, operatur, & tecum similiter ab hac vita egreditur,nec te vnquam solum deserere patitur.] Quinto, nam misericordia apud tribunal Christi nos patrocinatur, & efficaciter ab iniurijs *Chr.ho.53. sup.Matth. to.3.M.1.* *Isa.1.* *Luc.6.* *Luc.12.*

& calumnijs aliorum defendit, quod alij aduocati efficere non possunt. Nam illi ad mortalium tribunalia venientes ab iniuria nonnullos defendunt, & nonnunquam iniuriantibus patrocinantur: hæc vero ad tribunal Christi accedit, nec ipsa solum patrocinatur, vt pro eis sententiam ferat: sed & si millies homo peccauerit, coronat tamen eum, & laudibus effert.) Hæc fere omnia repetit hom. 5. de penitentia col. 5.

Chr ho. de miseric. & duab. muli. vid in pri. tom. 5.

12 Tria sunt, vt ait Chrysostom. quæ in misericordię opere optãda sunt christiano, vt possit facere, vt velit, vt compleat. Vt possit, ideſt, vt substantia faciendi non desit. Vt velit. hoc est, voluntas adsit, qua faciat, quia substantia non deest, qua fiat. Tertium est, vt compleat, ideſt, vt quæ possit & velit sine dilatione perficiat. His enim tribus opus tantum tamque præclarum impletur. Nam sunt qui possunt facere, sed nolunt; sunt qui volunt, & non possunt; sunt qui volunt & possunt, sed differendo non faciunt. Cæterum qui potest facere, oret vt velit; & qui vult facere, oret vt possit, & qui in vtroque paratus est, det operam vt misericordiam instanter efficiat, ne quod vult & potest, differendo non compleat.] Cui consonat illud Tobiæ 4. *Ex substantia tua fac eleemosynam: & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguũ libenter impertiri stude*] Quòd si panem integrum donare pauperi nõ vales, partẽ tribue, fruſtum porrige. Sanctum Iob imitare, qui ait: *Si comedi buccellam solus, & nõ comedit alienus ex ea* A dimple illud Isaiæ: *Frange esurienti panem tuum* Quòd si forsitan panem non habeas, possideas autem vestimentum, quo nudum operias, tribue illi Quòd si nec vestimentum tibi sit, domum tamen habeas, saltem in aliquo eius angulo præpara lectulum peregrino. Ideo namque (vt rorauit Augustinus) subiunxit: *Et egenos vagosque induc in domum tuam. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris*. In quo affectum, & promptitudinem animi, qua misericordia exhibenda est, insinuauit vt sciamus, quòd sicut *nemo vnquam carnem suam odio habuit sed nutrit, et fouet eam*: ita fouendi sunt pauperes, & nutriendi velut caro propria, iuxta illud Domini præceptum: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum*. Et illud: *Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorẽ diligit Deus*.

Tob. 4.
Iob 31.
Isa. 58.
Aug. ser 62 de tempore tom. 10.
Ephes 5.
Luc. 10.
2. Cor. 9.

13 Vnde, vt doceret Apostolus misericordiam continuam ex visceribus compassionis miseriæ proximi debere procedere, ait ad Colossenses 3. *Induite vos ergo sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ*. Vbi Chrysostomus homil. 35. ad Pop. in princ. aduertit, quod non dixit, miseremini simpliciter, sed induite vos: vt sicut vestimentum semper nobiscum est, sic & eleemosyna. Nec simpliciter dixit, misericordiam: sed, *viscera misericordiæ*: vt naturalẽ imitemur amorem. At nos contraria facimus, & si quis vnum quidem petens obolum accedat, contumelijs & conuicijs infectamur, ac impostorem vocamus Non horres homo, & erubescis, impostorem propter panem vocans? Si verò talis & impostoram facit, propterea cui mi-

Colos. 3.

misericordia tribuatur dignus est, quod ita fame premitur, vt talem subeat personam. Quin hoc & nostræ crudelitatis est redargutio. Nam quoniam facilè dare non sustinemus, innumeras coguntur artes excogitare, vt inhumanitatem nostram fallere possint, & emollire sauitiam.)

14 Quòd si nihil prorsus habeas, quo releues pauperem, bonam voluntatẽ illi offer, sicut illi, de quibus Apostolus ait: *Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt.* 2. Cor. 8. Galat. 4. Et iterum: *Testimonium enim perhibeo vobis, quòd si fieri posset oculos vestros eruisseis, & dedissetis nobis.* propter hunc charitatis affectum, & bonam voluntatem mittendi supra facultatem in gazophilacio munera, laudauit Dominus (vt notauit Chrysostomus) illam viduam pauperem. Ait enim: *Respiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophilacium diuites. Vidit autem, & quandam viduam pauperculã mittentem minuta duo, & dixit: verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit.* Luc. 21. Chrysost.

15 Deus ad saluandum est velox: ad miserendum promptus: *Ecce iste venit saliens in montibus* (ait Sponsa) *transiliens colles; similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque cernorum:* Sed ad puniendum tardus. Nos (sicut dicit Chrys.) multo in tempore ædificamus domũ, & ipsius structuræ quidem multum temporis, parum vero destructionis. E conuerso autem fit in Deo: cum struit, velociter struit: cum destruit, tarde destruit &c. Sex in diebus Deus cœlum, terramque fecit, magnitudines lateraque montium, campestria, montes, flumina, paradisum, visibilem omnem cultum, & virtutem: mare hoc magnum, & spatiosum, insulas, maritima loca, omnem hunc visibilem mundum, & & qui in eo est ornatum, sex in diebus consumauit: quæ in eo sunt animalia rationalia, & irrationalia, omnemque visibilem cultum sex in diebus fecit. Hic igitur tàm velox in construendo, cum cœperit vnius demoliendæ vrbis consilium, inuentus est bonitate tardus. Vult Iericho demoliri, & dicit ad Israel: *Circumite eam septem diebus, [et] octaua die cadet murus,* &c. Montes transferre & in mare potes, atque vrbem vnã non vis destruere repugnantem, sed dies septẽ tribuis excidio? Quare? Num potentia imbecillior? sed clementia diutius tolerat. Cant. 2. Chry. ho. 5. de pœn. col. 5. M. Gen. 1. Iosue 6.

17 Sex diebus mundum creauit Deus, & suis numeris absolutum perfecit: sed illud per diluuium destruere intendens, vltionem in dies differebat. Vnde centum annis (vt notauit Augustinus) arca in qua Noe & eius familia saluarerur, ædificata est, vt illam fabricari videntes resipiscerent, & sic locum pœnitentiæ peccatoribus concederet. Gen. 1. Gen 9. 7. Aug. lib. 2 ex vtroque mixtim.

17 Cum Moyses missus fuisset a Deo, vt filios Israel de manu Pharaonis, & Aegyptiaca seruitute liberaret, tale dedit illi signum, vt omnes scirent quòd à Domino fuisset missus. Dixit autem ad Moysen: *Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: virgam. Dixitque Dominus:* Exod. 4.

Proïce

Page
Report of Secretary 1
Report of Treasurer 2
Report of Auditor 3
Report of Superintendent 4
Report of Committee on Finance 5
Report of Committee on Buildings and Repairs 6
Report of Committee on Text-Books 7
Report of Committee on Rules and Regulations 8
Report of Committee on Evening Schools 9
Report of Committee on Manual Training 10
Report of Committee on Music 11
Report of Committee on Drawing 12
Report of Committee on Penmanship 13
Report of Committee on Physical Culture 14
Report of Committee on Sewing 15
Report of Committee on Kindergartens 16
Report of Committee on Truancy 17
Report of Committee on Evening Lectures 18
Report of Committee on Public Library 19
Report of Committee on Public Schools 20
Report of Committee on Public Lectures 21
Report of Committee on Public Lectures 22
Report of Committee on Public Lectures 23
Report of Committee on Public Lectures 24
Report of Committee on Public Lectures .....

bans durum,& asperum,peccatores videlicet, vt Bernardus explicat, de quibus scriptum est:*Coagulatum est sicut lac cor eorum.*In quibus vti que lactis puritatẽ corrupit fermentũ malitiæ,coagulũ iniquitatis.Nec solũ ouis est,sed etiã apis,quæ (sicut ibi dicit Ber.)habet mellis dulcedi nẽ,habet etiã aculei pũctionẽ.Apis verò est,quę pascitur inter lilia,quę floriferam inhabitat patriam Angelorum.Vnde ad Ciuitatem Nazareth,quod interpretatur flos,aduolauit, & ad suaueolentem perpetuæ virginitatis florẽ aduenit,illi insedit,illi adhæsit.Huius apis mel,& aculeum non ignorat,qui misericordiam ei,& iudicium cum Propheta de cantat. Attamen ad nos veniens solum mel attulit,& non aculeũ,idest, misericordiam,& non iudicium,ita vt suadentibus quandoque discipulis,vt Ciuitatem,quę susciperе eum noluit,pręciperet igne consumi,respondерit,filium hominis non venisse vt iudicaret,sed vt saluaret mundum. Non habebat aculeum apis nostra : quodammodo deposuerat illum,quando tam indigna patiens,misericordiam exhibebat,& nõ iudicium.Sed nolite sperare in iniquitate,nolite peccare in spe.Habet.n. apis nostra quandoque assumere aculeum suum , & acriter nimis infigere illum in medullas hominum peccatorum.)

Psal. 118. Ber ser. 2. de Aduẽt. col.2. Psal. 100.

21 Vnde idem Bernardus: Sunt,inquit, alij qui sperant quidem in Domino,sed frustra : quia sic de misericordia eius sibi ipsi blandiuntur,vt à peccatis suis non emendentur . Vana est omnino spes ista, & hæc confundit,eo quod charitas desit.Contra hos Propheta: *Maledictus* (inquit) *qui peccat in spe.* Et alius : *Bene placitum est Domino super timentes eum,& in eis qui sperant super misericordia eius.* Dicturus, *qui sperant*,signanter præmisit,*super timentes eum* . Frustra si quidem sperat,qui contemptu suo gratiam à se repellit,& spem suam prorsus euacuat.)Hæc Bernardus .

Ber. ser. 1. sup. Psalm. Qui habitat col. 1. Psal. 146.

22 Misericordia, vt docet Bernardus, est vnguentum confectum ex miserijs omnium proximorum oculis pietatis inspectis,quo vngitur post mortem totum corpus mysticum Domini Iesu . Marci 16. *Maria Magdalenæ,et Maria Iacobi , & Salome emerunt aromata,vt venientes vngerent Iesum*:quo unguento Christus Dominus eius pauperes vngi ipsius infirma mẽbra cupit,fomentis accuratioribus releuari. Optimum re vera vnguentum (inquit ille)in cuius comparatione cætera nec respicere se ostendit,qui ait:*Misericordiam volo & non sacrificium* &c. An non odore misericordiæ Tabitha etiam in morte fragrabat? Et ideo cito de morte conualuit, quia prævaluit odor vitæ.]Vnde qui misericordiæ opera negligunt, vel in alijs reprehendunt,inter illas computandi sunt,quas Scriptura loquitur, *Muscas morituras, quæ perdunt suauitatem vnguenti*,vt loco prælegato dicit Bernardus.

Ber.ser.12 in Cant. Marc. 16. Ose. 6. Act.9. Eccl.10. Matth. 4.

23 Hoc vnguentum misericordiæ coniungi cũ ieiunio Dñus præcepit dicens : *Cum ieiunas unge caput tuũ*.i. Christũ,eiusq; pauperes misericordia recrea,vt exponit Chr. In vnctione capitis (inquit ille) misericordiã significari cognoscimus. Vnde vngere caput proximo est, misericordiã facere:q̃ misericordia in pauperẽ facta refertur ad Deũ, q caput viri sũ Apostolus intelligitur,ipso Dño dicẽte:*Quãdiu uni ex minimis meis feci:*

Christo. 10. ex variis in Mat. Med. P.10.2. 1.Cor. 11. Matt.25.

Mat. 24 Of the Ecclesiastes. 1

Mat. 24 Of the Ecclesiastes. 1

Mat. 24 Of the Ecclesiastes. 1

Ad quod dicendum, quod ad hoc, quod aliquis
dicatur esse in actu, duo requiruntur, scilicet
quod habeat formam, et quod habeat operationem
consequentem formam. Et ideo dicendum,
quod ad hoc, quod aliquis dicatur esse in actu
primo, sufficit quod habeat formam, sicut
scientiam vel potentiam; ad hoc autem, quod
dicatur esse in actu secundo, requiritur quod
habeat operationem consequentem formam.
Et ideo dicendum, quod ad hoc, quod aliquis
dicatur esse in actu primo, sufficit quod habeat
formam, sicut scientiam vel potentiam; ad hoc
autem, quod dicatur esse in actu secundo,
requiritur quod habeat operationem consequentem
formam.

DE MORTE. CAP. LXXV.

MORS dicitur Parca per Antiphrasim, quia neminem parcit sicut lucus, quia non lucet: ita Augustinus. Vide Antiqui differentium temporum humanæ vitæ, vt docet Augustinus, significari excogitarunt per tria fata incolo, & fuso, digitisque filum ex lana torquentibus, propter tria tempora: præteritum, quod in fuso iam netum, atque inuolutum est; præsens, quod inter digitos nentis traijcitur: futurum in lana, quæ colo implicata est, quod adhuc per digitos nentis adsursum, tanquam per præsens, ad præteritum traijciendum est. ¶ Sed Parca, idest mors telam, seu filum vitæ cũ minus speratur succidit, iuxta illud: *Succisa est velut à texente vita mea: de mane vsque ad vesperã finies me.*

Augu. 20. cont. Faus. cap. 9. 10. 6

Isaiæ. 38.

2 Memoria mortis ad piè viuendum ita est homini necessaria, vt eam Deus à principio primis parentibus cõmendaucrit, dicens: *In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini.* Sed diabolus è contrario statim curauit mortis memoriam ab eorum mentibus penitus delere, subdens: *Nequaquam moriemini.* At misericors Dominus alia via mortis memoriam eorum mentibus imprimere studuit. Nam cum Adã foliis ficus suam vellet cooperire nuditatem, noluit Deus, vt foliis, sed tunicis pelliceis operirentur: vt (sicut dicit Augustinus) semper reminerent in memoria se esse mortales: nihil enim sic reuocat homines à peccato, quemadmodum imminentis mortis cogitatio. Vnde Sap. air: *In omnibus o operibus tuis, memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Et Thren. 1. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.* Quasi diceret: Ideo sordibus peccatorum maculata est vsque in finem (qui significatur per pedes, eo quod vltima pars hominis sunt) quia finis sui, mortis videlicet, non est recordata.

Gen. 3.

Aug. lib. 2 de Genesi cap. 24.

Eccl. 7.

Tren. 3.

3 Quod autem ex peccato mortis pœnam homini Deus inflixit, signum potius clementiæ fuit, quàm seueritatis, & iustitiæ, vt his verbis docet Sanctus Augustinus: Quod vero corpus hominis cum ante peccatum esset in suo genere optimum, post peccatum factum est imbecillum, & morti destinatum, quamquam iusta vindicta peccati sit, plus tamen clementiæ Dei, quam seueritatis ostendit. Ita enim nobis suadetur à corporis voluptatibus, & ad æternam essentiam veritatis amorem nostrum oportere conuerti. Et est iustitiæ pulchritudo cum benignitatis gratia concordans, vt quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti sumus, amaritudine pœnarum eruditamur. Hæc Aug. ¶ Idem docet Sanctus Chrysostomus homilia decima super Epistolam ad Romanos columna quarta. Cuius verba sunt: Non solum nihil nocumenti accepimus à morte huiusmodi, & condemnatione, si sapuerimus, sed mortales effecti lucrum etiam fecimus: primum hoc videlicet, vt mortali in corpore non peccemus: deinde vt infinita habeamus Philosophiæ argumenta.

Aug li. de vera relig. cap. 15. in prin. to. 1.

Chr. ho. 10. sup. epist ad ad Ro. M. col. 4. to. 4.

Nam

Digitized by

Nam & modum vt ſeruemus,& temperantes,compoſiti, ac ſedatiſimus,itéque vitioſitate omni liberati,& præſentanea,& expectata mors ſuadet. Cum hiſce autem,ſeu potius ante hæc ipſa,& plura alia attulit bona. Hinc enim tum martyrum coronæ,tum Apoſtolorum præmia. Ita Abel iuſtificatus eſt,ita Abraham mactato filio,ita Ioannes propter Chriſtum interemptus.Ita pueri tres,ita Daniel. Si enim voluerimus, non mors modo,ſed ne ipſe quidem diabolus nocumento eſſe nobis potuerit.]

4 Hinc eſt,quòd mors corporis non vera mors, ſed vmbra mortis dicitur à Zacharia Lucæ 1. *Illuminare his, qui in tenebris,& in vmbra mortis ſedent*, & Iſaiæ 9. *Sedentibus in tenebris, & vmbra mortis lux orta eſt eis.* Vbi,ſicut dicit Gregorius,vmbra mortis mors carnis accipitur;quia ſicut vera mors eſt,qua anima ſeparatur à Deo: ita vmbra mortis eſt,qua caro ſeparatur ab anima. Vnde rectè voce martyrum per Prophetam dicitur: *Humiliaſti nos in loco afflictionis,et operuit nos vmbra mortis.* Quos enim conſtat non ſpiritu, ſed ſola carne mori,nequaquam ſe vera morte, ſed vmbra mortis ſe dicunt operiri. Et li.33. moral.cap.3. Vmbra,inquit, mortis electos Dei opprimit, cum mors carnis,quæ imago mortis æternæ eſt,ab hac eos vita diſiungit: quia ſicut illa animam à Deo: ita hæc ab anima ſeparat corpus. Vel certè vmbra eos mortis opprimit,quia de antiquo hoſte ſcriptum eſt: *Nomen illi mors.* Vmbra ergo mortis ſunt omnes reprobi, quia illius nequitiam elationis imitantur,eiuſque imaginem, quaſi vmbram exprimunt,dum eius in ſe malitiæ ſimilitudinem trahunt. Qui electos Dei operiunt, dum contra illos in atrocitate perſecutionis temporaliter conualeſcunt.]

Luc.1. *Iſa.9.* *Gre.4.moral.17 prin lo poſt prī. aliàs 20.* *Pſal.43.* *Apoc.6.*

5 Quibusdam affectibus, vt ait Auguſtinus, & quadam amicitia anima corpori coniungitur, ſecundum quam amicitiam nemo carnẽ ſuam odio habet. Sociata namque illi, licet eius ſocietate prægrauetur, ineffabili tamen cõditione diligit illud, amat carcerem ſuum, & ideo libera eſſe non poteſt. Doloribus eius vehementer afficitur. Formidat interitum,que mori non poteſt. Timet defectum,quæ per naturam nõ poteſt deficere. Sed Geneſis 6. dixit Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine,quia caro eſt,eruntque dies illius centũ viginti annorum. Quæſtionẽ mouent Sancti Doctores. qualiter hoc verum ſit, cũ etiam poſt diluuium quàm plurimi vixerint plus cẽtum viginti annis. Etenim de Noe dicitur Gene.9 *Et impleti ſunt omnes dies eius,nõgentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt.* Et ca 25. *fuerunt autẽ dies Abrahæ centum ſeptuaginta quinque anni, & deficiens mortuus eſt in ſenectute bona.* Et reſpõdent,quod vt ex ipſo contextu apparet,ſenſus illorum verborum eſt, quod ab illo die vſque ad tempus diluuij, inquo omnes (paucis exceptis) mortui ſunt,fuerunt intermedij centũ viginti anni. Diſpoſuit autẽ Deus ſumma ſapientia,vt quorundam vita breuiori, quorundam longiori tempore duraret:nam id expedit ad pulchritudinem vniuerſi huius ſæculi, qui temporalium rerum varietate contexitur,quod Sanctus Auguſtinus lib.2.quæſt.Euangelicarũ quę-

Aug li de ſpiritu, & anima cap. 14.10.3. *Gen.6.* *Gen.9.*

49.explicat ſumpta ſimilitudine ab oratione, q̃ decedentibus & ſuccedẽtibus ſyllabis peragitur, atque perficitur. Ex quibus quædam ſunt longæ, quædam breues. Id quod etiam in cãtu figurato videre licet, ad cuius conſonantiam requiritur, vt quædam ſyllabæ longiori, quædam breuiori durent tempore: ita in vita humana, quidam de vtero transferuntur ad tumulum, quidam in pueritia, quidam in iuuentute, quidam in virilitate, quidam in ſenectute, quidam in decrepita ætate decedunt, prout ſupremus gubernator diſponit.

6 Si Adam non peccaſſet, non vtique moreretur. Etenim nos, ſicut dicit Apoſtolus, *ingemiſcimus habitationem noſtrã, quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes; ſi tamen veſtiti, non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati: eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita.* Proinde, vt ait Auguſtinus, ſi non peccaſſet Adam, non erat expoliandus corpore, ſed ſuperueſtiendus immortalitate, & incorruptione, vt abſorberetur mortale à vita, ideſt, ab animali in ſpiritale tranſiret. Neque enim metuendum fuit, ne dum forte diutius hic viueret in corpore animali, ſenectute grauaretur, & paulatim veteraſcendo perueniret ad mortem. Si enim Deus Iſraelitarum veſtimentis, & calceamentis præſtitit, quòd per tot annos non ſunt obtrita, quid mirum ſi obedienti homini eiuſdẽ potentia præſtaretur, vt animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam ſtatum, quo ſine defectu eſſet annorum tempore, quo Deus vellet, à mortalitate ad immortalitatem ſine media morte venturus.] Quod etiam confirmat, quia nec Enoch, nec Helias per longam ætatem ſenectute marcuerũt, quia fortaſſe in Paradiſo paſcuntur, ſicut Adam priuſquam propter peccatum exinde exire meruiſſet. Habebat enim & de lignorum fructibus refectionem contra defectionẽ, & de ligno vitæ ſtabilitatem contra vetuſtatem.]

2.Cor.5.

Au.1.de pec. merit. et remiſſ c. 2.in fin. et c.3 10.7.

] *Mors regnauit ab Adam vſque ad Moyſen*, ideſt, à primo homine vſque ad ipſam legem. Nam lex non potuit regnum mortis auferre, ſed hoc regnum mortis deſtruxit Chriſtus. Regnum enim mortis (ſicut dicit Sanctus Auguſtinus) vult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, vt eos ad vitam æternam, quæ vera vita eſt, venire non ſinat; ſed ad ſecundam etiam, quæ poenaliter æterna eſt, mortem trahat. Hoc regnum mortis ſola in quolibet homine gratia deſtruit Saluatoris, quæ operata eſt etiam in antiquis ſanctis, quicunque antequam in carne Chriſtus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebant.] Regnauit, inquã, etiã in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ. i. qui nõ peccauerũt actualiter, ſed ſolum originaliter, vt ei ſimiles crearentur, ſicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, ex morituro morituri, damnatoque damnati, vt ibi dicit Sanctus Auguſtinus. Eandem explicationem proſequitur libro ſecundo de nuptijs, & concupiſcentia cap. vigeſimo ſeptimo. Vbi confert verba inducta cum alijs eiuſdem Apoſtoli. *Vſque ad legem peccatum in mundo fuit*, ideſt, quia nec lex potuit

Au l.1.de pec. merit. et remiſſ c. 21.in pri.

auferꝛ

peccatum, de morte corporis, ac totius hominis, & de morte æterna, quæ secunda dicitur. Itaque nó tantum primæ mortis partem priorē, vbi anima priuatur Deo: nec tantum posteriorem, vbi corpus priuatur anima: nec solum ipsam totam primam, vbi anima & à Deo, & à corpore separata punitur, sed quicquid mortis est vsque ad nouissimam, quæ secunda dicitur, & qua est nulla posterior, comminatio illa complexa est.] Cui consonat illud Apocalypsis 2. *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda*, dicit, à morte æterna, quam ideo secūdam appellauit, quoniam supponit primam, qua per peccatum Deus recedit ab anima, & anima à corpore. Prima mors (sicut dicit Augustinus) animam nolentem pellit de corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore.

Apoc. 2.

Aug. 21. de Ciuita Dei c 3. circ med. l. 10. 5

Aug. sup. Psal. 101. conc 2. post med. K. to. 8

11 Morte interueniente vna generatio hominum succedit alteri, sicut dicitur Eccl. 1. *Generatio præteriit, generatio aduenit, terra autem in æternum stat.* Vbi Augustinus, Generationes hominum docet sic esse in terra, tanquam in arbore folia, sed in arbore oliuæ, vel lauri, vel cuiuscunque alterius, quæ toto tempore fronde vestita est: sic tanquam folia genus humanum terra portat, plena est hominibus, sed cum alijs morientibus, alij nascendo succedunt: semper enim arbor illa vestita viridi ornata est. Sed subter attēde, quã multa calces arida folia; sed tñ Dauid ait: *In generatione, & generationē anni tui*; quia nimirū in cęlo erit vna sanctorum generatio ex omnibus generationibus collecta.]

Psal. 32.

Iob. 30. Psal. 88. Grego. 20. mor. 25 in princi. alias 26. Matt. 17.

12 Mors omnes filios Adæ sub se comprehendit. Dicit enim Iob 30. *Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.* Et Psal. 88 *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem?* Quasi dicat, nullus. Nam, vt ait Gregorius, etsi ad cęlum raptus Helias esse perhibetur, mortē tamen distulit, non euasit. De ipso quippe ore veritatis dicitur: *Helias quidem venturus est, & restituet omnia.* Veniet enim restituturus omnia; quia ad hoc nimirū huic mundo restituetur, vt & prædicationis munera impleat, & carnis debitū soluat.]

Heb. 6.

13 Mors futura est certa, quia *Statutum est hominibus semel mori*, sed hora est incerta, vt homo sit sēper paratus. Vnde & Saluator nos admonet dicens: *Vigilate, quia nescitis, qua hora filius hominis venturus est.* Sicut enim homo non potest scire diem natiuitatis suæ, ita nec mortis.

Matt. 24

Iob. 38.

Iuxta quod ait Dominus ad Sanctum Iob. *Sciebas tunc quod nasciturus esses, aut numerum dierum tuorum noueras*, subaudi, vt ego, qui me nasciturū noui, qui & ante humanitatis ortum in diuinitate semper substantialiter vixi. Sic explicat Gregorius 29. moralium 11 Sicut ergo Christus priusquã de virgine nasceretur, ortum suum cognouit, & quia præsciuit, disposuit: ita etiam horam mortis suæ, quam disposuit præscriuit teste Euangelista, qui ait: *Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Cui consonat illud Psalmistæ: *Sol cognouit occasum suum.* i. Christus qui est Sol iustitiæ, præcognouit horam mortis suæ.

Greg. Ioan. 13. Anastas. Ep. Nic. q. 17. in Scripsur. tom. 1 Bib. V. P. col. 47. & seq.

14 Iusto Dei iudicio multi violenta, atque inopinata morte rapiũtur: cęterum, sicut latius ostendit Anastasius Episcopus Nicenus, nec om-

S. MATTHÆUS EVANGELISTA.

MATTHÆUS, qui & Levi, Alphæi filius, natus Nazareth Galilææ, Publicanus, Capharnaum habitavit. Post Christi ascensionem Judæis prædicavit, deinde in Æthiopiam profectus, ibi Evangelium scripsit, & Hebraicis literis edidit. Ad extremum in Persida martyrium passus, sepultus est.

Matthæus, who is also called Levi, the son of Alphæus, was born at Nazareth in Galilee, and was a Publican, and lived at Capernaum. After the ascension of Christ he preached to the Jews, and then went into Æthiopia, where he wrote his Gospel, and published it in the Hebrew language. At last he suffered martyrdom in Persia, and was buried there.

dies sui pereundo transeunt, sed ex quotidiana mercede boni operis apud iustum iudicem, & postquam transacti fuerint, reseruantur &c. Plenus dierum moritur: quia subsequente luce ex mercede quotidianorum operum, deposito corruptionis pondere, ad incorruptioné spiritalis patriæ mutatur. Plenus videlicet dierum moritur, cui labentes anni non transeunt, sed statim actuum retributione solidantur. Plenus dierũ moritur, qui per hæc transeuntia tempora id quod non transit, operatur. Vnde Apostolis dicitur: *Operamini non cibũ, qui perit, sed qui permanet in vitam æternã.*] Hinc est quòd Sap. 4 dicitur de Iusto, qui ætate immatura rapitur: *Consumatus in breui, explenit tempora multa*: quia nimirum plenus bonis operibus moritur. Econtra verò dies impiorũ dicuntur vacui, quia fructum bonorum operum non proferunt. Vnde eorum nomine ait Iob: *Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.* Et Isaiæ 29. *Et sicut somniat esuriens & comedit, cũ autẽ fueris expergefactus, vacua est anima eius: Et sicut somniat sitiens, & bibit, et postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, et anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerũt contra mõtem Sion.* Et Petrus Apostolus postquam fideles ad virtutum opera excitauit, statim subdit: *Hæc enim si vobiscum adsint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione.*

Sap. 4. Iob. 7. Isai. 29. 2. Petri. 1.

4 Per mortem colliguntur iusti, velut lilia ex horto, vt in odorem suauitatis offerãtur Deo. Dicitur enim Isa. 57. *Viri misericordiæ colliguntur; quia non est qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus est iustus.* Et Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Vbi Greg. Dilectus in hortũ suũ ad areolã aromatum descendit: quia Ecclesiam visitans, ad eos maiori gratia venit, quos sanctis operibus, & virtutũ exemplis bonæ famæ odorem ex se proximis emittere cognoscit. In hortis pascitur, cum multarũ animarũ virtutibus delectatur. Lilia colligit, quando perfectos quosque ab hac vita succidit.]

Isaiæ 57. Cant. 6. Greg. ibi.

5 Iusti, quia vitam plenam ærumnis, & doloribus ducunt finẽ operis desiderant, vt per mortem requiescant à laboribus suis, deo in mortis memoria occupantur, & eam expectant, sicut mercenarius præstolatur finem operis sui. Vnde Eccles. 41. *O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, et cui de omnibus cura est, et incredibili, qui perdit patientiam.* Et Ioannes Apostolus suo, & omnium electorum numine, cum audisset: *Etiam venio cito. Amen* subiungit: *Veni Domine Iesu.* Et cum Christus Dominus Matthæi vigesimo quarto, sermonem instituisset de consummatione seculi, *accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis quando hæc erunt? et quod signum aduentus tui, et consummationis seculi?* Vbi Chrysostomus: O animabus laborantibus dulcis est finis. Viator libenter interrogat, Vbi est mansio? Mercenarius frequenter computat, quãdo annus cõpletur. Agricola semper tempus messis expectat. Ne

Eccle. 41. Apoc. vlt. Chr. ho. 48. imperf. in Matth. in princip. L. tom. 2.

Liber

Doluit,inquiens,in eius interitu,videlicet Abſalom,quia nouerat in quas pœnas tàm impiè adultera, & parricidalis anima raperetur. Nãque alio prius filio,qui innocens erat,pro quo ægrotante affligebatur, moriente lætatus eſt.] Et li.2.cont.2.epiſt. Gaudentii cap. 14. oſtendit plus eſſe lugendos impios mortuos,quàm viuos. Plus quippe impius Abſalom patrem Sanctũ Dauid extinctus,quàm rebellis afflixit. Viuũ namque eum comprehendi cupiebat;vt qui malitia graſſabatur, pœnitentia ſanaretur. Erat ergo ille perſecutor patris, non ſolum populũ Dei diuidendo,nec ſolum contra Dei legem, & contra legitimum patris regnum arma portando,atque bellando,ſed multò amplius perſecutus eſt cor paternum,in illa impietate moriendo. Denique ille pater optimus peſſimum filium,quem non deſperando non defleuerat viuũ,

Ber.ſer. 26 ſup. Cant. co.vlt.F.G ſpe finita fleuit occiſum.] Et Sanctus Bern.Planxit meritò Dauid ſuper parricida filio,cui perpetuo ſciret obſtructum exitum de ventre,

2.Reg.17. Luc.19. mortis mole criminis &c.Abſalõ fili mi(ait Sanctus Dauid)fili mi Abſalom.Saluator quoque uidens Ciuitatem Ieruſalẽ,& prævidens ruinam,fleuit ſuper eam.)

Aug. 13. de Ciuitate Dei cap. 4. tom. 5. 8 Quærit Aug Cur ab his,qui per gratiam regenerationis ſunt abſoluti à peccato,non auferatur mors,ideſt,pœna peccati? Et reſpõdet, id factum fuiſſe diuina prouidentia propter tres rationes. Primo, Quoniam ſi regenerationis Sacramentum continuò ſequeretur immortalitas corporis,ipſa fides eneruaretur, quæ tunc eſt fides, quando expectatur in ſpe, quod in re nondum uidetur. Secundo, Vt in ſanctis martyribus mortis timor ſuperaretur, cuius profecto certaminis eſſet nulla victoria,nulla gloria,quia nec ipſum omnino poſſet eſſe certamẽ,ſi poſt lauacrũ regenerationis iã sãcti nõ poſsẽt morẽ perpeti corporalẽ. Tertio, Nã cũ paruulis baptizandis ad Chriſti gratiam potius homines currerent,ne a corpore ſoluerentur Aquæ,ira non inuiſibili præmio probaretur fides:ſed iam nec fides eſſet,confeſtim ſui operis quærendo,& ſumendo mercedem.Nunc vero maiore,& mirabilio re gratia Saluatoris in vſus iuſtitiæ peccati pœna conuerſa eſt. &c. Sic per ineffabilem Dei miſericodiam & ipſa pœna vitiorum tranſit in arma virtutis, & fit iuſti meritum etiam ſupplicium peccatoris. Tunc enim mors eſt acquiſita peccando, nunc impletur iuſtitia moriendo, & ſic tantam Deus fidei præſtitit gratiam, vt mors,quam vitæ conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret,per quod tranſiretur in vitam.]

9 Vnde mors iuſtorum potius ſomnus,quàm mors reputãda eſt:

Pſal. 126. Propter quod ait Pſalmiſta: *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: Ecce hæ-*

1.Theſ. 4. *reditas Domini,filij merces fructus ventris.* Et Apoſtolus ait: *Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus,vt non contriſtemini,ſicut & cæteri,qui ſpem non habent.Si enim credimus,quòd Ieſus mortuus eſt,& re-*

Grego. 12. moral. 5. alias 6. *ſurrexit.* Vbi ſicut notauit Greg [Mortem Domini morté vocat; mortem ſeruorum Domini,non mortem,ſed ſomnum nominat;vt infirma corda confirmet,& illum, quem iam reſurrexiſſe nouerant,eis mortuum inſinuare non dubitat: eos verò qui nondum reſurrexerant, vt

ſpem

15 Cum ad martyrium duceretur Apostolus (vt refert B. Linus primus Pontifex lib. 2 de pass. Petri, & Pauli ad Ecclesias Orientales) peruenit ad passionis locum, vbi ad Orientē versus, tensis in cęlum manibus diutissimè cum lacrymis Hebraicè orauit, & gratias egit Deo. Cumquè patrio sermone consumasset orationem, vale dicēs fratribus, benedixit eos. Et ligans sibi de Plautillæ maphorte oculos, in terra vtrūque genu fixit, & collum tetendit. Spiculator vero in altum brachia eleuans, eum tota vi percussit, & caput eius abscidit. Quod postquam à corpore præcisum fuit, nomen Domini nostri Iesu Christi Hebraicè clara voce personauit, statimque de corpore eius vnda lactis in vestimenta militis exiliuit, & postea sanguis defluxit, vitta vero qua sibi ligauerat oculos, cum eam quidam rapere vellent, non comparuit, tanta etiam odoris suauitas fragrauit, & lucis immensitas in momento illius decollationis cęlitus ibi emicuit, vt mortalium oculi splendorem illum sufferre, & humana lingua narrare nequiuerit odorem.) *Lin. 1 hab. b l c q Paris.*

16 Scribit Gregorius in Registro, quod & notauit Petrus de voragine in legenda Sanctorum, corpora D. Petri, & Pauli fuisse in puteum proiecta: vnde cum ossa fidelium deuotione requirerētur, nec discerni posset, quæ nam essent alterutrius, vox audita est è coelis: maiora sunt piscatoris, minora prædicatoris. Obiit autem vterque secundum Nicephorum libro primo cap. trigesimo sexto, anno post salutiferam Christi passionem 37. & 30. Neronis secundum Sophronium.

DE PATIENTIA CAP. LXXXIII.

QVI patienter non sustinent iniurias ipsi sese culpabiles faciunt, & eas confirmant: qui vero patienter, & libenter eas sustinent, victores aduersus iniuriantes euadunt. Quod in Dauid, & Anna ostendit Chrysostomus. *Etenim Semei maledicebat, mittebatq; lapides contra Dauid, & cōtra vniuersos seruos Regis Dauid, & dicebat: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial &c. Dixit autem Abisai filius Saruię Regi: Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. Et ait Rex: Dimitte eū, vt maledicat iuxta præceptū Dñi, si forte respiciat Dñus afflictionē meā, et reddat mihi Dñus bonū pro maledictione hac hodierna.* Ex quibus verbis colligit Chr. hāc animi moderationē non fuisse impotētiā, sed patiētiā. Nā cū id prīceps exercitus cuperet sibi cōmitti, vt ad cōuicīārē trāsiret, eiusq; caput amputaret, nō solū nō pmisit Dauid, verū ēt indignatus est, dicēs: *Quid mihi tecū fili Saruiæ? Sinite illum maledicere.* *Chr. hō. 2ae Annæ col. 4. B.C. tom. 1.*

2 Si-

Digitized by Google

2 Similiter & Anna admodum viriliter magno animo iniurias perferens, magnam adepta est coronam. Nam sicut dicitur 1. Reg 1.

1. Reg. 1. *Cum Heli estimasset eam ientulentam, dixisetque ei: Vsquequo ebria eris? Digere paulisper vinum, quo madet. Respondens Anna Nequaquam (inquit) Die mi, non mulier infelix nimis ego sum, vinumque, & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.* Vbi Chrysostomus: Qui cõtumeliosè, inquit, locutus fuerat; tũ appellat Dominum. Non dixit quod plerique solent homines: Illa ne Sacerdos? Illa qui alios docet? Temulentiam, ac vinolentiam mihi exprobrat? Sed illud spectabat, quomodo suspicionem depelleret, si et falsam. Nos contra, si quando conuicijs appetimur, quum operteret excusare, & in gratiam redire, frequenter excitamus incendium, ac ferarum in morem insilimus in conuiciatores, præfocantes, obstricto collo trahentes, pro dictis supplicium reposcentes. Atqui his ipsis factis suspicionem de nobis confirmamus. Nam si cupis exprobrantibus ostendere te non esse temulentum, ostende per mansuetudinem, ostende per humanitatem, non per contumelias, & conuicia. Nam si percussoris cum, qui te affecit conuicijs, temulentiam tuam condemnaturi sunt omnes.

3 Necessitatem Patientiæ commendans Christus Dominus, ait:

Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Ex hoc enim testimonio id probat Dorotheus Abbas Doctrina 14. comparans patientiam

Dorotheus Abbas to. 2. Bib. V. P col. 452. cum angulo domus: Ante omnia autem procuranda est patientia, & longanimitas: hæ enim anguli domus sunt, quibus ædificium ipsum cõstringitur, & parieti paries annectitur, & copulatur; ita vt rescindi, aut decidere, diuellique alter ab altero nunquam queat. Absque his etiam nemo potest ne vnam quidem in se virtutem perficere. Nisi enim quis in anima fortitudinem habuerit, nihil sustinuerit, nihil vnquam poterit erigere. Hinc ait Dñs: In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras.)

Aug. li. de patient. co. 2. et 2. 10. 4. 4 Duplicem patientiam distinguit Sanctus Augustinus: alteram reproborum, qui vt delicijs, ac bonis fruantur temporalibus, quamplurimas aduersitates, & molestias sustinent, qualis est auarorum patiẽtia, de qua Poeta inquit: *Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames?* Alteram verò sanctorum qui pro virtute, ac æternis bonis consequendis similia sustinent, & hæc est vera patiẽtia, non autem illa. Sicut enim

Aug. eod. lib. c. 6. martyrem non facit poena, sed causa, vt superius dictum est: Ita nec patientem. Causa ergo est, quæ probat patientiam, & eam commendabilem efficit. Vnde Augustinus: Patientia comes est sapientiæ, non famula concupiscentiæ. Patientia amica est bonæ conscientiæ, non inimica innocentiæ &c. Ideo Dominus ait: *In vestra patientia possidebitis animas vestras.* Nõ ait, villas vestras, laudes vestras, luxurias vestras; sed animas vestras. Si ergo tãta suffert anima, vt possideat vnde pereat, quanta debet sufferre ne pereat?) Hæc Aug.

Luc. 21.

Aug. li. de pat. c. 15. E Psal. 61. 1. Cor. 13. 5 Vera patientia (vt docet Augustin.) ab illo est, a quo est vera sapientia, sicut dicit Psalm. *Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso est patientia mea.* Falsa vero patientia ab eo est, a quo est cupiditas. De illa scriptum est: *Patientia pauperum non peribit in finem.*

Et

Et iterum: *Charitas patiens est, benigna est. Charitas omnia sustinet.* Vnde Augustinus: Quantò ergo maior est in sanctis Charitas Dei, tantò magis pro eo quod diligitur, & quanto maior est in peccatoribus cupiditas mundi, tanto magis pro eo quod cócupiscitur, omnia toleramur. Ac per hoc inde est patientia vera iustorum, vnde est eis charitas Dei: & inde est patientia falsa iniquorum, vnde est in eis cupiditas mundi. *Aug. tom. lib. c. 17. G. F. G.*

Propter quod dicit Ioannes Apostolus: *Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in ipso; quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi: quæ non est à patre, sed ex mundo est.* Hæc igitur concupiscentia, quæ non est ex patre, sed ex mundo, quantò fuerit in homine vehementior & ardentior, tantò sit quisque pro eo quod concupiscit, omnium molestiarum dolorumque patientior. Idcirco non est ista patientia de sursum descendens: patientia verò piorum desursum est descendens à patre luminum. Itaquè illa terrena est, ista cœlestis: illa animalis, ista spiritualis: illa diabolica, ista Deifica; quoniam concupiscentia, qua fit vt peccantes omnia pertinaciter patiantur, ex mundo est; charitas autem, qua fit vt recte viuentes omnia fortiter patiantur, ex Deo est. ¶ *1. Ioan. 2. Iacob. 3.*

6 Patientia in aduersis efficit homines glorioſos, & eos aduersus principes tenebrarum harum triumphare facit, & victoriæ palmã reportare. Id quod in Patientissimo Iob elegantissimè his verbis ostendit Augustinus: Aggressus est inimicus & corpus, nec ea quæ hominis extrinsecus inerant, sed ipsum iam hominem in qua potuit parte, percussit. A capite vsque ad pedes ardebant dolores, scatebant vermes, sanies defluebat, manebat in putrido corpore animus integer, horrendosque cruciatus carnis contabescentis inuiolata pietate, & incorrupta patientia perferebat. Aderat vxor, nec ferebat opem aliquã viro, sed in Deum blasphemiam suggerebat. Non enim eam diabolus, cum etiam filios abstulisset, tanquam nocendi imperitus reliquerat: qui quantum esset necessaria tentatori, iam in Eua didicerat: sed modo alterum Adam, quem per mulierem caperet, non inuenerat. Cautior fuit ille in doloribus, quàm ille in nemoribus: ille victus est in delictis, iste vicit in pœnis. Consensit ille oblectamentis, non cessit ille tormentis. Quod etiam Sanctus Iacobus Apostolus agricolæ confirmat exemplo, cum ait: *Patientes igitur estote fratres vsque ad adventum Domini. Ecce agricola patienter expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum.* ¶ Cui consonat illud, quod de semine verbi diuini dixit Christus Dominus in quadam parabola: *Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono, & optimo audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Et de Prædicatoribus Euangelij ait: *Bene patientes erunt, vt annuncient*; ne videlicet despondeant animo, si verbum, quod annunciant, non statim in animis auditorum fructum faciat. *Aug. li. de patient. c. 11. & 12. Matth. 4. Iacob. 5. Luc. 8. Psal. 91.*

7 Ideo timendum est, ne diuturnitate passionum amittatur patientia, sine qua nemo coronabitur, & ideo in media tribulatione à

Deo

Deo expetenda est. Quod & Christus Dominus ostendit, cum in
Psal. 21. cruce pendens clamauit ad Patrem: *De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me; quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.* Mira res. Erat iam Christus Dominus in summa tribulatione, dum penderet in cruce, & ait: *Quoniam tribulatio proxima est*: quasi nullam antea perpessus fuisset. Hanc difficultatem mouet, &
Aug. epist. 120. ad Honor. c. 13. tom. 2. resoluit Augustinus. Quid est, inquit, *Quoniam tribulatio proxima est*. Quasi ei passio adhuc imminueret, cum ipse media passione illa diceret intelligatur, quæ de illo in hoc Psalmo prophetata sunt, &c. Quid est ergo, *Tribulatio proxima est*, in qua media loquebatur? Sed nimirum illud vult intelligi, quia cum caro in doloribus est, & in pœnis profectò anima tunc habet magnum agonem patientiæ, in qua ne deficiat, laborandum, & orandum est.] Electi ergo omnes passiones, & tribulationes, quæ tangunt corpus, pro nihilo habent. Illam verò, in qua est periculum amittendi patientiam, seu tolerantiam, seu deficiendi in tormentis, valde timent. Ideo Christus in cruce nomine martyrum, & sui corporis mystici in passione existentis orat, & ait: *Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxima est*. Clamat martyris anima (ait Augustinus) transfigurata in Christum, cum iam in carne tribulari cœperit, & dicit Deo à quo derelicta est in terrena fœlicitate, sed quæ cum illo est in spe vitæ æternæ: *Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxima est*, Non in aliquo extra me, sed in carne mea est, cui copulor cui cõnector, cuius sensum non habere non possum, vnde me de proximo vrget Vt à patientiæ virtute non deficiam, ne discedas à me; quoniam non est qui adiuuet, neque vnicus, neque propinquus, neque humanus, neque præteritæ recordatio voluptatis, neque aliquid eorum, quæ terrenæ felicitatis ruina fulciunt, neque in animo est meo humana virtus, quia si tu deseris, quæ hominis virtus.]

8 Hinc est, quod Apostolus, vt in patientia, & tolerantia passionum Christi fideles solidaret, illis proponit exemplum Christi, & aliquorum martyrum, qui non solum patienter, sed etiam libenter, & fortiter certauerunt vsque ad mortem pro iustitia. Ait enim Hebr. 12.
Heb. 12. *Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.* Et rursum: *Ideo & nos tantã habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atq; in dextera sedis Dei sedet.* Cui conformat illud Apoc. 3. *Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.* Vide alia plura superius verbo Martyr.
Apoc. 3.

DE

DE PAVPERTATE

CAP. LXXXIV.

QVæsiuit Hilarius ab Augustino, an diuites possint saluari, etiam si non vendiderint omnia quæ habent, & pauperibus dederint, & respondet ad 4.q quod sic; & probat: Nam Abraham, Isaac, & Iacob habuerunt non paruas diuitias, qui tamen salui facti sunt, vt patet Matthæi 9. *Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Dei &c.* Vnde Apostolus: *Præcipe diuitibus huius mundi non superbè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum* Vbi, vt notauit ibi Sanctus Doctor, non ait: Præcipe diuitibus huius mundi, vt vendant omnia quæ habent, dent pauperibus, & sequantur Dominum: sed *non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum.* Ista superbia diuitem illum, qui iacẽtem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto diuitiarum, qua se propter purpuram, byssum, & epulas splendidas beatum putabat, non ipsæ diuitiæ perduxerunt ad inferni tormenta.) Sicut etiam pauperem Lazarum non saluauit paupertas, sed bonus usus paupertatis: quia nimirum patienter sustinuit plagas, quas pertulit. Cui consonat illud Matt. 24. *Erunt duæ molentes in mola*, id est vitam ducent erumnis plenam: *vna assumetur*, quæ patienter labores sustinuerit, *& vna relinquetur*, quæ patientiam amiserit.

Aug. epist. 89 ad Hil. q. 4. col. 10

Matt. 9.

1. Tim. 6.

Luc. 16.

Philip. 4.

2 Hinc Apostolus ait: *Scio* (inquit) *abundare, scio & penuriam pati.* Non ait: abundo, vel penuriã patior sed, *scio abũdare, & penuriã pati.* Penuriã quippe pati, sicut dicit Aug. quorũcũq; hominum est, sed scire penuriã pati magnorũ est. Sic & abundare quis potest. Scire autẽ abũdare, non nisi eorum est, quos abundantia non corrumpit.) Et S. Gregorius: Numquid fratres, ars est aliqua humiliari & abundare, satiari & esurire, abundare, & penuriam pati, vt pro magno se ista scire tantus prædicator, insinuet? Ars omnino, & mira disciplinæ scientia, quæ toto nobis cordis est adnisu discẽda. Quem enim penuria sua non frangit, à gratiarum actione non retrahit, in rerum temporalium desiderium nõ accendit, scit humiliari. Hoc enim loco Apostolus humiliari dicit penuriam perpeti. Nam statim è contrario subiungit: *scio & abundare*: Qui enim acceptis rebus non extollitur, qui eas ad vsum vanæ gloriæ non intorquet, qui solus non possidet, quod accepit: sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit, scit abundare. Qui accepta alimenta non ad ingurgitationem ventris vitat, sed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit, quàm necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate victus agit aliquid vnde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire.)

Aug. li. de bon cõiug. ca. 21 col. 1. G. Greg. hom. 19. super Ezech. circa finem.

3 Quàm grata sit Deo paupertas voluntaria, ex eo apparet; nam Chri-

Christus Dominus eam in suo corpore dedicauit, & signum suæ diuinitatis esse voluit, sicut testatur Angelus instruens pastores: & hoc inquiens) *vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio* Vbi Bernardus: In signum positi sunt panni tui Domine Iesu, sed in signum cui à multis vsque hodie contradicitur. Multi quippe vocati, sed non multi electi, & ideo nec signati. Agnosco certè, agnosco Iesum magnum sacerdotem, sordidis opertum vestibus, dum altercaretur cum diabolo. Scientibus Scripturas loquor, & quibus non ignota est prophetica visio Zachariæ.)

Luc. 2. Bern. ser. 4 in Natali Dñi. col. 1. Zach. 3.

4 In tanto pretio voluntariam paupertatem habuit Saluator noster, vt in die Iudicij sedens pro Tribunali, atqueira succensus aduersus reprobos, pauperes suos fratres vocauerit Matth. 25. *Amen dico vobis quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*; quod & his verbis obseruauit Chrysostomus: O bonitas Christi. Estò quandiu in corpore contemptibilis erat in mundo, fuerat verisimilis ratio, propter similitudinem visionis fratres suos homines appellaret: quid autem dicamus, quod in illa gloria constitutus, adhuc contentus est eos dicere fratres, quibus sufficeret ad laudem, si bonos seruos illos vocaret? Detrahet sibi quod habet, vt illis præstet quod non habent. Ecce homo si ex humili generatur, & Deo præstante ad aliquam ascenderit dignitatem, erubescit generationem suam audire. Si quis dixerit eum illius esse filium, indignatur se ipsum confiteri quod est, vt appareat quod non est: & Christus adhuc gloriabitur fratres suos dicendo, sedens in maiestate? Et meritò, quia veniens in Iudicio gloriæ, non mutauit voluntatem priorem.]

Matth. 25. Chrys. ho 54. imperf. in Mat. co. 4. K. 10. 2.

5 Nec mirum, quòd Saluator noster ita honoret pauperes spiritu. Sunt enim imagines Christi, sicut Saluianus Massilienſis Episcopus his verbis docet: De illis, qui expediti aut omnibus, aut penè omnibus sarcinis Saluatoris viam sequuntur, & Dominum Iesum Christum non sanctitate tantum, sed etiam paupertate imitantur, nihil est quod dici possit, nisi illud tantum, quod etiam Propheta dixit: *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus*. Hos enim ego omnes non aliter, quàm imitatores Christi honoro, non aliter quàm Christi imagines colo, non aliter quàm membra Christi suscipio.]

Saluianus Massilienſis Episcopus lib. 2. ad Eccles. Cath. in Bibliothec. V. P. tom. I. col. 224.

6 Pauperes spiritu se reputant iusti, quia carent diuitijs cœlestis patriæ, in qua repositum habent proprium thesaurum. Illas quippe diuitias, sicut dicit Gregorius, sine cessatione suspirant, de quibus Paulus dicit: *Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis*. Et quia adhuc eas ne quaquam conspiciunt, studiosè interim in ærumna istius paupertatis gemunt. Hanc proculdubio paupertatem Ieremias inspexerat, cum dicebat: *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius &c.* Quisquis enim hæc adhuc visibilia appetit peregrinationis suæ malum non intelligit. & hoc ipsũ quod patitur, videre nescit. Hanc paupertatem Dauid Propheta inuens, ait: *Infirmata est in paupertate virtus mea*. In paupertate etenim

Greg. 34. moral. 3. in princ. Ephes. 1. Thren. 3. Psal. 30.

nim virtus infirmari dicitur: quia lapsus in hac peregrinatione animus, & corruptionis suæ molestijs voluit reuerberatus, hoc q̃ perdidit, cõtẽplari præpeditur. Sed hanc paupertatem reprobi cõsiderare nescunt: quia dum sequuntur ea, quæ conspiciunt, cogitare inuisibilia negligũt quæ perdiderunt.]

7 Summa Dei prouidentia factum est, vt in republica quidam diuites, quidam vero sint pauperes, vt mutua consuetudine coniungantur, & auxilium sibi inuicem præstent. Nam (vt dicit Chrysostomus) si paupertatem abstuleris, omnem vitæ sustuleris cõseruationem, vitamque nostram corruperis. Nec nauta, neque gubernator, non agricola, nec ædificator, neque textor, aut calceamentorum sutor, non faber, nec ærarius, aut coriarius, pistorue, nec alius quis horum erit artificium: qui si non fuerint, omnia nobis transibunt. Nam nunc quidem quasi magistra quædam optima paupertatis necessitas singulis instans ad opera vel inuitos compellit. Si vero diuites omnes essẽt, deberent in otio viuere, & omnia perijssent, atque fuissent corrupta.] Et in discursu totius homiliæ ostendit, quod vtilis sit paupertas, & maiorem habeat, quã diuitiæ, voluptatẽ, & securitatẽ. Nã pauperes maiori corporis valetudine vt plurimũ potiuntur, atque aeris, & aquæ liberius gaudẽt voluptate, & somnus omnibus faucior delicijs, magisq; necessarius, omnique vtilior nutrimento pauperibus est, quàm diuitibus facilior: nec tantum vero facilior, sed etiam sincerior. Nam illis quidem multa deliciæ, citra famem cibus, potus absque siti, carensq; dormitatione somnus in omnibus voluptatem dissoluere consueuerunt. *Chryſ. ho. ſup ordẽ Anno col. 2. M. 40. E.*

8 Pauperes spiritu, qui omnia terrena propter Christum relinquunt, accipient hæreditatem cœlestem. Nam Petro dicenti: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* respõdit Dominus: *Omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Hæc est enim hæreditas filiorum Dei, quam pauperes consequuntur, & possidebunt in æternum adhuc viuente patre, quod (vt obseruauit Chrysostom.) in nullo cõtingit in hæreditate carnali. Necesse est enim patrem mori, vt filius in hæreditate illius succedat. Deus autẽ (inquit ille) post quam substantiã tradidit suis, nunquam moritur, neque relinquit orphanos filios suos, sed & filij quasi perfecti viri possident diuitias eius, & pater semper illos sic tuetur, sic protegit, quasi semper infantes? Vnde Psalmista: *Portio mea Domine sit in terra viuentium.* Vbi nullus moritur, vbi pater hæreditatem, quam filijs repromisit, simul cum illis possidet. *Matth. 19.* *Chr. ho. 22. ex variis in Matth. col. vl. A. 10.* *Pſal. 26.*

9 Non ergo despiciendi sunt pauperes Christi, quibus tàm magna hæreditas reseruata est. Vnde Sanctus Chrysostomus: Attendis pauperem, & despicis: nec recogitas, quoniam homo est sicut, & tu &c. Propter quem vnigenitus filius Dei sanguinem suum fudit, & genus redemit humanum, & vt pauperes non despicerentur, formam serui suscepit: & quia pauperes, & rusticanos, & piscatores elegit Dominus, quos etiam beatos appellat &c. Princeps Apostolorum Petrus su- *Chr. ho. 27. ex variis in Matth. col. vl. B. L.*

per quem Christus fundauit Ecclesiam, vere immobilis petra, & firma confessio, nonne pauper erat, & despectus, & piscator? Sed & Iacobus, & Ioannes similiter pauperes erant, & transiens Saluator, *vidit eos consuentes retia sua*, & non despexit, sed conuocauit, & affatus est eos. O eminentia paupertatis. In tantum pauperes erant, quod retia noua emere non valebant ad capiendum pisces, sed vetera consuebant. ¶

10 Sicut diuitiæ præsentis vitæ non sunt veræ diuitiæ, sed depictæ, & vanæ: sic & paupertas, quam electi sustinent in hoc mundo, non est vera paupertas, sed depicta. Vnde Isaias diuitijs, quæ possidentur in somnis, omnia bona præsentis vitæ cõparauit: *Et sicut somniat esuriens et comedit, cũ autẽ fuerit expergefactus vacua est anima eius etc.* Et Ps. 72. *Ecce ipsi peccatores & abũdãtes in seculo obtinuerunt diuitias.* Et vt ostenderet, nõ esse veras diuitias subdit: *Quomodo facti sunt in desolationẽ, subito defecerũt: perierunt propter iniquitatem suã? Velut somnus resurgentiũ, Domine, in Ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Vbi Augustinus: Fac hominem videre in somnis, se inuenisse thesauros, diues est, sed donec euigilet.] Propter quod ait Sapiens: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Si omnia vanitas, ergo & diuitiæ vanæ, ergo & paupertas vana, & depicta, & non vera paupertas. Vnde (sicut dicit Sanctus Chrysostomus) quemadmodum conspicientes in pariete pictum diuitem, ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despicimus, eo quod quæ videmus, vmbra rerum est, non veritas: sic & diuitiarum, & paupertatis; gloriæ, & ignominiæ, aliarumque rerum omnium, siue tristium, siue lætarum naturam si pernouerimus, liberabimur à turbatione, quæ ex harum vnaquaque in nobis gigni solet. Hæc enim omnia, quauis vmbra fallaciora sunt, nec quicquam habent sublime, neque præclarum: nec splendida, gloriosaque attollere, nec humilia, contemptaque contrahere possunt.]

Ps. 72.

Aug. super eund. Psal. tom. 8.

Chry. ho. 9. exuarijs in Luc. quæ est 4 de Lazaro col. 2. Mom. 2.

11 Pauper securius per viam incedit latronis, quia nudus graditur, neque habet vnde inimicus possit illum detinere, nè progrediatur vltra, non aurum, non argentum, non vestes pretiosas. Sed diues incedit vestitus diuitijs, honoribus, fastu, & gloria huius seculi, per quæ detentus multories à diabolo vlterius non procedit, vt ostendit Sãctus Chrysostomus: Sic quemadmodum eos, qui nudi effugiunt, nemo facilè retinere potest; qui vero vestimenta post se trahit, cum quilibet cito apprehendit: eadem ratione & diues, & pauper existimandus est: nam ille quidem, etiam si capiatur, diffugere facillimè poterit: hic autem & si non teneatur, suis compedibus irretitur, curis innumeris: desideriis, ac perturbationibus reliquis, quippe omnia illa obruunt animum: neque illa solum, verum & alia plurima, quæ ex diuitijs oriuntur. Nam quæ, & difficilius diues modestus erit, quam pauper, & simplicem agere vitam, atque iram euadere longè hic facilius poterit, quàm ille.] Et Sanctus Gregorius homilia quadragesima super Euangelia circa finem. Ne felices putemus eos, quos temporalibus rebus honoratos cernimus. Nimia valde sunt ea, quæ sibi quasi

Chry. ho. 6. ad Titum. col. 4 C. D.

Greg.

in sumptus vitæ præfatis præparant. Multa portant, sed in via breui. Magna est nobis in hoc itinere socia paupertas, quæ animum non angustat, cum deest terrena substantia, de qua æterno iudici rationes ponamus. Liberius ad patrem tendimus, quia quasi in via ponere caremus.)

12 In hoc sæculo plus solent in populo nomina diuitum superborum, quàm pauperum humilium sciri: sed apud Deum e contra res se habet; quia pauperum nomina sciuntur à Deo: diuitum vero ignorantur, quia non approbantur. De illis enim Scriptum est: *Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.* De istis vero, qui vocauerunt nomina sua in terris suis, ait Psalmista: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Vnde Christus Dominus narrans historiam diuitis Epulonis, & mendici Lazari, nomen diuitis non expressit, sed solum nomen pauperis. Ecce enim dicitur: *homo quidam erat diues*, & protinus subinfertur: *& erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Vbi nomen diuitis supprimit, & nomen pauperis expressit: quia, sicut obseruauit Sanctus Gregorius, Deus humiles nouit, atque approbat, & superbos ignorat. Vnde & quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est: *Nescio vos, vnde sitis: discedite à me omnes operarij iniquitatis.* At contra Moysi dicitur: *Noui te ex nomine.* Ait ergo de diuite: *Homo quidam.* Ait de paupere: *Egenus nomine Lazarus.* Ac si apertè dicat: Pauperem humilem scio, superbum diuitem nescio. Illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro.)

Psal. 15. Luc. 16. Greg. hom. 40. in Euangel. Matt. 7. Exod. 33.

13 Pauperes sunt *quasi egentes, multos autem* (sicut dicit Apostolus) *locupletantes.* Non enim ait. Egentes, sed quasi egentes, nam spiritalibus diuitijs, quæ veræ diuitiæ sunt, abundant, nec inquit: Multos autem, quasi locupletantes, sed locupletantes absolutè: nam alios diuites faciunt. Quod mirabili exemplo ostendit S. Gregorius libro tertio dialog. cap trigesimo septimo in principio. Nam quidam Presbyter prouinciæ Nursiæ nomine Sanctulus, cum eleemosynam olei peteret instanter à Longobardis, et illi ex oliuis oleum defluere non cernerent, quantumuis premerentur in prælo; vir Dei videns, quod ex prælo oleum nullo modo exiret, aquam sibi dari petijt, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum suis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta vbertas olei erupit, vt Longobardi qui prius diu in cassum laborauerant, non solum sua vascula omnia, sed vtrem quoque, quem vir Dei detulerat, implentes gratias agerent: quia is qui oleum petere venerat, benedicendo dedit quod postulabat.) Cui consonat illud, quod Sanctus Petrus Apostolus dixit claudo petenti ab eo eleemosynam in porta templi speciosa: *Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Dñi nostri Iesu Christi surge, et ambula.* Qui statim surrexit, & ambulabat. Ecce Apostolus pauper magnificá eleemosynã fecit pauperi, nã plus donauit, quã ille petere. Santatẽ quippe illi cõtulit, quã Reges, & Principes, nec sibi, nec alijs restituere possunt

Greger.

Act. 3.

Date: 2 Jan 1945

Subject: Report of Operations for December 1944

To: Commanding Officer, Base Section Three

1. Operations during the month of December were conducted in accordance with the directives issued by this headquarters on 1 December. Supply convoys arrived at the port on the 3rd, 9th, 14th, 21st, and 28th. All convoys were unloaded within the prescribed time limits.

2. Personnel strength at the end of the month was as follows: officers, 412; enlisted men, 6,847. Replacements received during the month totaled 1,203. Casualties totaled 87, of which 12 were fatal.

3. Motor transport operated a total of 184,000 miles during the month. Vehicle losses totaled 14, of which 9 were due to enemy action. Fuel consumption was within the allocated ration.

4. Recommendations for commendation are submitted for the following personnel: Sgt. J. Kowalski, Cpl. R. Mendez, Pvt. T. Okafor, Pvt. L. Brennan, and Pfc. S. Yamada.

5. No changes in the organization of this section are recommended at this time.

6. Signal communications were maintained without interruption except for a brief outage on the 17th caused by a severed cable.

7. Medical reports indicate the health of the command remained good. Sick call rates were below the theater average.

8. Ammunition expenditures were light. Small arms ammunition issued totaled 42,000 rounds; artillery ammunition issued totaled 1,800 rounds.

9. Engineering projects completed during the month included the repair of 3 bridges and the construction of 2 miles of road.

10. Mail service was irregular. Many letters and packages were delayed in transit.

11. Recreation facilities were established at the rest camp. Attendance averaged 120 per day.

12. Weather conditions were unfavorable for flying operations. Only 4 days were suitable for air support.

13. Requisitions for spare parts were submitted on schedule. Fill rates were approximately 70 percent.

14. Personnel actions processed during the month included 23 promotions, 5 reductions, and 11 transfers.

15. Training exercises were conducted on the 5th and 19th. Participation was satisfactory.

16. Water supply was adequate throughout the month. Two wells were drilled and put into service.

17. Fire prevention inspections were conducted weekly. No major fires occurred.

18. Mess operations served an average of 6,200 meals per day. Food quality was rated satisfactory.

19. Laundry facilities processed 18,000 pounds of clothing during the month.

20. Graves registration personnel recovered and identified 34 remains.

21. Civilian labor employed totaled 210 persons. Wages were paid on the 1st and 15th.

22. Ordnance maintenance shops repaired 96 weapons and 12 vehicles.

23. Quartermaster issued 2,400 blankets and 1,100 pairs of boots during the month.

24. Chaplain services were held on Sundays and Wednesdays. Attendance was voluntary.

25. Inspection of the command by the Inspector General is scheduled for January.

26. Fuel storage capacity was increased by 50,000 gallons with the completion of two tanks.

27. Motor pool dispatchers handled 1,400 requests for vehicles during the month.

28. Signal corps personnel installed 12 miles of field wire.

29. Engineer supply depots issued 800 tons of construction material.

30. Transportation corps operated 3 shuttle trains between the port and the forward area.

31. Quartermaster laundry facilities were expanded to double capacity.

32. Ordnance depot received 500 tons of ammunition during the month.

33. Medical supply depot issued 2,000 units of blood plasma.

34. Graves registration maintained 3 cemeteries in the area.

35. Civilian labor was employed at the port, the depots, and the rest camp.

36. Mail service was irregular. Many letters and packages were delayed in transit.

37. Recreation facilities were established at the rest camp. Attendance averaged 120 per day.

38. Weather conditions were unfavorable for flying operations. Only 4 days were suitable for air support.

39. Requisitions for spare parts were submitted on schedule. Fill rates were approximately 70 percent.

40. Personnel actions processed during the month included 23 promotions, 5 reductions, and 11 transfers.

41. Training exercises were conducted on the 5th and 19th. Participation was satisfactory.

42. Water supply was adequate throughout the month. Two wells were drilled and put into service.

43. Fire prevention inspections were conducted weekly. No major fires occurred.

44. Mess operations served an average of 6,200 meals per day. Food quality was rated satisfactory.

45. Laundry facilities processed 18,000 pounds of clothing during the month.

46. Graves registration personnel recovered and identified 34 remains.

47. Civilian labor employed totaled 210 persons. Wages were paid on the 1st and 15th.

48. Ordnance maintenance shops repaired 96 weapons and 12 vehicles.

49. Quartermaster issued 2,400 blankets and 1,100 pairs of boots during the month.

50. Chaplain services were held on Sundays and Wednesdays. Attendance was voluntary.

51. Inspection of the command by the Inspector General is scheduled for January.

52. Fuel storage capacity was increased by 50,000 gallons with the completion of two tanks.

53. Motor pool dispatchers handled 1,400 requests for vehicles during the month.

54. Signal corps personnel installed 12 miles of field wire.

55. Engineer supply depots issued 800 tons of construction material.

56. Transportation corps operated 3 shuttle trains between the port and the forward area.

57. Quartermaster laundry facilities were expanded to double capacity.

58. Ordnance depot received 500 tons of ammunition during the month.

59. Medical supply depot issued 2,000 units of blood plasma.

60. Graves registration maintained 3 cemeteries in the area.

manus pauperis gazophilacium est Christi. Quod in terra accipit, in coelo reponit. Sic & ipse Dominus dixit: *Quando fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis.* Matth. 25.

17 Hinc Hildebertus Cenoman. Epis. epist. 62. scribens ad quãdam mulierẽ deuotã, cã hortatur, vt in ventre pauperũ diuitias suas deponat, in coelũ absque vllo periculo cũ suis transferendas. Illuc (inquit ille) transferas sãctitatẽ tuã, pro quadrãte talẽtũ inuẽtura. Foelix & fructuosa trãslatio huiusmodi, quã cómissam manibus pauperũ, cũ cẽteno recipies increméto. Nemo sibi thesaurizat, nisi loculos in eorũ manibus euacuet; nemo benè metit, nisi horrea sua vẽtres eorũ efficiat. Et infra: Vnde fit, vt benè speret de Iudice, quisquis pauperũ meretur intercessionẽ: pro quo eorũ voces conualescunt, sententiã non timet capitalẽ. Hos igitur tibi compares, hos facias aduocatos: eorũ inopiæ, copiæ tuæ subueniant: illis ẽgentibus, egere Christum crede.] To. 3. Bi. V. P. col. 280

18 Sunt ergo pauperes nummularij Christi, quibus, quia non dedit ad vsurã seruus ille nequã talẽtũ Dñi sui, sed abscondit in terrã, grauiter reprehensus fuit à Dño eius dicente: *Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo te cõmittere pecuniã meam nũmularijs, & veniens ego recepissem vtique, quod meum est, cũ vsura etc. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentiũ.*] Et rectè quidẽ causſa huius tremendi supplicij assignatur. Cum. n. sicut dicit Timoth. lib. 3. ad Ecclesiã Catholicã, nũmularij Saluatoris pauperes, & egeni rectè intelligãtur: quia pecunia, quæ talibus dispensatur, augetur cũ vsuris absque dubio Deo redditur quicquid egentibus erogatur. Vnde & alibi apertius ipse Dominus distribuere diuites opes mundi, & facere sibi sacculos qui non veterascant, iubet. Sed & in vase electionis suæ idcirco locupletibus diuitias à Domino dari indicat, vt bono opere ditescant.] Matth. 25. To. 5. Bi. V. P. col. 235

Et lib. 2. ad Ecclesiã Catholicã, pauperes esse docet imagines Christi. Sic enim ait: De illis, qui expediti aut omnibus, aut penè omnibus sarcinis Saluatoris viã sequuntur, & Dñũ Iesum Christũ non sanctitate tantũ, sed etiã pauperiate imitantur, nihil est, quod dici possit, nisi illud tantũ, quod etiam Propheta dixit: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus:* Hos enim ego omnes non aliter quàm imitatores Christi honoro, non aliter quàm Christi imagines colo, non aliter quàm membra Christi suspicio.) Et lib. 4. ostendit qualiter Deus egeat non in se ipso, sed in pauperibus, & membris suis, quod probat ex ipso Matt. 25. Eod. Tom. col. 224. Psal. 138. Matt. 25.

Esurij, et non dedistis mihi manducare: sitiui, et non dedistis mihi bibere: nudus fui, et non operuistis me.

DE PACE CAP. LXXXV.

MVLTA sunt bona, sed non iucunda; sicut multa sunt iucunda, quæ non sunt bona. Pax tamen, & concordia inter fratres bonum quoddam est, & iucundum, de quo ait Psalmista: *Ecce quàm bonum, et quàm iucundum habitare fratres in vnum: sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.* Quæ verba de pace, quæ per Christum Dominum nobis data est, intelligit Aug. qui per caput Christum, per barbam Apostolos, & Sacerdotes, per oram vestimenti perfectos fideles in Ecclesia docet non incongruè designari. Etenim ab ipso Christo tanquam à capite sanctum descendit vnguentum, ideſt, sanctificatio spiritalis, quę per totum corpus diffunditur, vnde Act 4 de Apostolis, & primis illis fidelibus scriptum est: *Et erat illis cor vnum, & anima vna in Domino.* Agnosce ergo bonum, & iucundum, fratres habitantes in vnum &c.]

Psal. 132.

Aug. li. 12. conf. lib. Petil. c. 104.

Act. 4.

2 Et vt sciamus hanc pacem nobis communicatam esse per Christum, arcum suum posuit Deus in nubibus coeli, cum statuit non amplius per diluuium vniuersam dissipare terram. Ait enim: *Hoc signum foederis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram.* Vbi Glossa ordinaria docet, per arcum illum Christum Dominum designari: huius arcus virga est diuinitas, corda verò humanitas, cuius passione flexus est rigor diuinitatis & ira, quam ad versus homines conceperat. Mira res. Arcus est instrumentum bellicum, seu belli signum, & proponitur à Deo in signum pacis. Subditur enim: *Cumque obduxero nubibus coelum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor foederis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendum vniuersam carnem.* Et rectè quidem, nam idem arcus fuit signum belli Christo Domino, sed nobis signum pacis: nam, sicut dicit Isaias, *Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Vbi Sanctus Hieronymus: Disciplina, inquit, pacis nostræ super eum, quia quod nos pro nostris debebamus sceleribus, sustinere ille pro nobis passus est. *Pacificans per sanguinem crucis suæ, siue quæ in terra, siue quæ in coelis sunt. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ solsens inimicitiam in carne sua: & liuore eius sanati sumus.*]

Gen. 9.

Glossa.

Hieron.

Coloss. 1.

Ephes. 2.

Isai. 53.

3 Vnde Christus Dominus pacem istam se fecisse, & hominibus reliquisse, ipse testatur Ioannis quarto decimo: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Quo testimonio vtitur Sanctus Augustinus aduersus Arrianos, & alios hæreticos, qui pacem, & vnitatem Ecclesiæ scindere molliun-

Ioan. 14.

Aug. orat. contra quinque Haeres. c. 5.

Aug. c. Ep. fund. c. 6.

liuntur.& auctoritate Michæ quinto, qui cum de Domino loqueretur ait: *Magnificabitur vsque ad terminos orbis terræ, & erit ipse pax*, quam prædicauerunt Angeli dicentes: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, non diuisoribus sanctæ vnitatis, sed hominibus bonæ voluntatis. Ipse est hæreditas, ipse testatur, ipsum quæris diuidere. Quid partiris vnum? Si vnum diuiseris, integrum nihil habebis.] Videantur, quæ superius dicta sunt de Charitate cap. 19. Mich. 5. Luc. 2.

4 Tertij Regum tertio, Duæ mulieres meretrices litigabant coram Salomone super infantem viuum, vna dicebat: *Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est; altera respondebat: non; sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit.* Et cum Rex præcepisset: *Dimidite infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad Regem: (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur.* Talis est contentio inter iustos, & peccatores. Illi diuisionem nolunt, isti diuisionem quærunt: illi vnitatem, & pacem diligunt, isti scissionem, & contentionem, id quod præsertim hæretici faciunt, quorum typum gerebat mulier illa, quæ petijt, vt infans viuus diuideretur. Altera vero, sicut ait Sanctus Augustinus, non permisit diuidi filium suum, & tu diuidis Dominum Deum tuum? Illa & si meretrix, tamen pia; quia mater: tu autem & meretrix, & impia, non vt mater, quod paris, præfocas: quod non paris, congregas. Quomodo alienum lactas, quæ tuum necas? viscera tua duruerunt, illius tremuerunt. Quid dixit? *Date illi puerum, ne diuidatis eum: filius enim meus est.* Sed melius apud illam integrum gaudeo viuum, quàm diuisum lugeam mortuum &c.] 3. Reg. 3. *Aug. lib. ciuitate de quinque Hæres. cap. 6. F.*

5 Milites vtriusque latronis, qui pendebant cum Iesu, fregerunt crura; ad Christum autem cum venissent, non fregerunt eius crura: sed integrum eum reliquerunt nec illum diuiserunt, sicut nec tunicam inconsutilem: vt sciamus, quoniam Christus sui vel suorum diuisionem non patitur. Vnde Sanctus Augustinus: Venit persecutor, & non fregit crura Christi; venit Donatus, & dirupit Ecclesiam Christi. Integrum corpus in cruce inter manus persecutorum est, & inter manus Christianorum non est integrum corpus Ecclesiæ: quia sunt qui seminant inter fratres discordias.] *Ioan. 9. Aug. sup. Psalm. 33. conc. 2. co. 4 L. tom. 8.*

6 Creauit Deus vnum solum hominem, & vnam solam mulierem produxit ex homine, exquo omnes processerunt, non autem creauit à principio plures homines: sed vnum caput omnium: vt (sicut dixit Sanctus Augustinus libro duodecimo de Ciuitate Dei cap. vigesimo primo) eo modo vehementius ei commenderetur ipsius societatis vnitas, vinculumque concordiæ, si non tantum inter se naturæ similitudine, verum etiam cognationis affectu homines necterentur, quando, nec ipsam quidem fœminam copulandam viro sicut ipsum *Aug. li. 1. de Ciu. D. cap. 22. fin.*

Digitized by Google

creare illi placuit, sed ex Ipso, vt omne ex homine vno diffunderetur genus humanũ.] Nec satis est pacem habere cum vno, vel altero, sed cũ omnibus Christus enim (sicut dixit Apostolus) *pacificauit per sanguinem, siue quæ in terris, siue quæ in Cœlis sunt.* Et in alio loco inquit: *Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes,* & ad Hebræos 12. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Et 1. Regum 15. Dauid hanc salutationem per decem iuuenes misit ad Nabal in deserto, cum tonderet gregem suum, quibus dixit: *Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacificè. Et dicetis: Sit fratribus meis, et tibi pax, et domui tuæ pax, et omnibus quæcumque habes, sit pax.* Multi enim dãt pacem domui, sed non omnibus quæ sunt in domo; nam pecunijs, & alijs rebus quæ sunt in domo, bellum mouent intestinum. Vnde Chrysostomus ait: Sicut in corpore, si quædam ex elementis benè quidem & pacificè habeant, reliqua verò dissideant, sanitatem nunquam cõsistere possibile fuerit, sed illa consistet ex omnimoda omnium moderatione, consonantia, & pace. Et nisi omnia quietè, ac bene habeant, atque in terminis suis præscriptoquè maneant, omnia subuertentur: ita & in animo nostro, nisi omnes cogitationes sedatæ sint ac quietæ, pax non erit. Tantum bonum est pax, vt filij Dei vocentur, qui ipsam efficiunt & constituunt, & merito. Nam & filius Dei ad hoc in terram venit, vt quæ in terra sunt, & quæ in cœlis pacificaret. Si vero pacifici filij Dei sunt, qui rouandis rebus studentes dissidia faciunt, filij sũt Diaboli.] Hæc Chrysost.

Coloss. 1. Roman. 12. Heb. 12. 1. Reg 15. Chrys. ho. 3. sup. epist. ad Coloss. post. mediũ E. tom. 4.

7 Pax debet esse perpetua, in cuius signum (vt notauit Aug.) columba, quam ex Arca emisit Noè, rediens ad Arcam attulit ramum oliuæ virentibus foliis in symbolum pacis perpetuę, quæ per ramusculum, cuius folia nunquam decidunt, sed semper virent: cuius oleum non facilè alieno humore corrumpitur, designatur: nam & arborem ipsam frondere perenniter conspicimus. Vnde Ezechielis trigesimo septimo pactum pacis sempiternum esse dicitur. Ait enim: *Et percutiam illis fœdus pacis. Pactum sempiternum erit eis. Et erit tabernaculum meum in eis, et ero eis Deus, et erunt mihi populus.*

Aug. li. 2. de Doctrina Christiana cap. 16. circ. medi. L. 10. 3. Ezech. 37. Gen. 15.

8 Hinc est, quod Geneseos 15. Sanctus Patriarcha Abraham, vaccam, capram & arietem per quæ peccatores & carnales homines designantur, diuisit: turturem vero, & columbam, quæ symbolum iustorum sunt, non diuisit. Aut enim Scriptura: qui *Tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se alternis posuit: aues autem non diuisit. Descenderuntquè volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham.*] Aues ergo non diuisit; vt innueret, quoniam carnales (sicut dicit Augustinus) inter se diuiduntur: spiritales autem nullo modo; siue à negociosis conuersationibus hominum se remoueant, sicut turtur; siue inter illas degant, sicut columba. Vtraque tamen auis est simplex, & innexa significans & in illo Israelitico populo, cui terra illa danda erat, futuros indiuiduos filios promissionis, & hæredes regni in ęterna fœlicitate mansuros. Aues autem descendentes

Aug. li 16 de Ciu. Dei cap. 24. circ. med. to. 5. L.

dentes

dentes ſuper corpora, quæ diuiſa erant, non boni aliquid, ſed ſpiritus indicant aeris huius, paſturam quendam ſuum de carnalium diuiſione quærentes.) Vnde idem Auguſtinus 19. de Ciuitate Dei cap. 5. ait: Pugnant ergo inter sè mali, & mali, boni, & mali. Boni vero, & boni, ſi perfecti ſũt, inter ſe pugnare non poſſunt.)

Aug. li. 19 de Ciuitat. Dei cap. 5. poſt med.

9 Lucæ 12. quidam de turbâ dicit Chriſto Domino: *Magiſter die fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.* Sed Chriſtus noluit diuiſionis auctor eſſe, quia *non eſt Deus diſſenſionis; ſed pacis.* Vnde Auguſtinus: Audi iudicem iuſtum: audi pacem, fugientem litem, quid ait? *Amice quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos?* Vis diuidere pacem: & quæris adire iudicem pacem? Iudex tuus nolo eſſe. Ego pax ſum, litigare non noui: conſentientibus aſſideo, litigantes fugio.)

Luc. 12. 1. Cor. 14. Aug. orat. de quinq; Hæreſions cap. 6. col. 3. G.

10 Tam magnum bonum eſt pax; vt qui eam habuerit, omnia bona cum illa poſſidere cenſeatur. Vnde cum Apoſtoli multa de rebus cœleſtibus, ac donis diuinis annuntiauerint, in multis locis Scripturæ ſolum exprimitur eos annunciaſſe pacem, quoniam ſub illâ omnia quæ deſiderari, & annunciari poterant, continentur. Dicitur enim Iſaiæ 52. *Quam pulchri ſupra montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicãtis ſalutem.* Et Naum 1. *Ecce ſupra montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.* Quæ verba de pedibus Apoſtolorum prædicantium Euangelium per vniuerſum mundum explicant Ambroſius, & Auguſtinus. Nam annuntiando pacem omnia bona annunciaſſe, credendi ſunt. Vnde Chriſtus Dñus poſt reſurrectionẽ apparens diſcipulis ſuis, ait: *Pax vobis.* Vbi Gloſſa, qui pacem (inquit) dedit, vno verbo omnia bona dedit.) Cui conſonat illud, quod de prædicatione Chriſti ait Apoſtolus: *Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, et pacem iis qui propè, quoniam per ipſum acceſſum habemus ambo in vno ſpiritu ad patrem.* Nunquid non annunciauit alia bona, & myſteria, quamplurima? Euangelizauit vtique, ſed omnia ſub nomine pacis ſubintellecta eſſe voluit.

Iſaiæ 52. Naum 1. Ambr. ſuper 1. ep. ad Cor. 11. Aug. 18. de Ciuitat. Dei cap. 31 Luc. 24. Epheſ. 2.

11 Vnde Gedeon, cũ valde timeret propter quãdã viſionẽ Angeli, dixit Dominus ad eum. *Pax tecum, nè timeas, non morieris.* Quaſi diceret: qui pacem habet, nihil timere debet, quod & agnoſcens Gedeon, in huius rei ſignum, ædificauit altare ſui nominis, pacem. Subditur enim: *ædificauit ergo Gedeon altare Domino, & vocauit illud Dominus pax.*

Iudicum 6

12 Hæc omnia intelligi debent de vera pace, & concordia inter fratres, quam iuxti ſeruant: nam pax, & concordia malorum potius diſcordia reputanda eſt. De hac enim dicitur Naum. 1. *Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium.* Talis eſt reproborum concordia, qui dum ſe ad inuicem complectuntur, non ſolum alios, ſed etiam ſe ipſos pungunt, & dilacerant, ac ſubinde tradentur igni, & quaſi ſtipula aruditate plena leui comburentur ardore.

Naum 1.

13 Qua-

Digitized by Google

13 Qualiter autem peccatores se inuicem complectantur, explicat Sanctus Iob aptissima similitudine loquens de corpore Behemot, seu Leuiathan, per quod reprobi designantur: *Corpus illius* (inquit) *quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Vna vni coniũgitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur.* De talibus ait Bernardus: Videas eos ambulare seorsum, conuenire sibi, & sedere pariter, moxquè laxare procaces linguas in detestandum susurrium. Vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis, tanta est libido detrahendi, audiendiuè detrahentem. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam, Herodes, & Pilatus, de quibus narrat Euangeliũ, quia *facti sunt amici in illa die*, hoc est, in die dominicæ passionis. *Conuenientibus sic in vnũ nõ est dominicam cœnam manducare*, sed magis propinare, & bibere calicem dæmoniorum, dum importantibus hinc suis aliorum perditionis virus, aliorum aures intrantem mortem libenter excipiunt.]

Iob 41. — Bern. serm. 24. in Cãt. col. 2. — Luc. 23. — 1. Cor. 11.

14 Hinc est, quòd Romani, postquam templum ædificauerunt Concordiæ, in graues discordias, ut Augustin. refert, inciderunt: vt sciamus, quod concordia inter impios discordias quàmplurimas parit. Ibi enim agit de diuersis generibus belli, quæ post conditam ædem Concordiæ sunt secuta:

Aug. 3. de Ciuitat Dei cap. 26. in principio

15 4. Reg. 9. Cũ *vidisset Ioram dixit, pax est Iehu? At ille respondit, quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent.* Quasi diceret: quæ pax esse poterit, vel securitas, vbi tot committuntur scelera, cum quibus pax non compatitur. Pereant malefactores, & erit pax.

4. Reg. 9.

16 Pax impiorum, quæ est in Ecclesia, deterior est peioribus bellis. De hac pace intelligitur illud Isaiæ 38. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Vbi Bernardus: Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest, ita inualuerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina, & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima; sed in qua pace? Et pax est, & non est pax. Pax à paganis, & pax ab hæreticis, sed non profectò à filijs. Vox plãgentis intempore isto: *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Spreuerunt, & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris.]

Isai. 38. — Bern. serm. 33. in Cãt. in fin. — Psal. 36. — Isai. 1. — Psal. 29.

17 De his valde conqueritur Sponsus, cum ait: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Non ait, inter extraneas (vt notauit Bernardus) non inter ignotas: sed inter filias, inter domesticas, a quibus pungitur, & laceratur. Conqueritur & Sponsa, cum ait: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Vbi Bernard: Et pulchrè filios matris suæ, non enim & patris sui illos vocat, qui non habebãt patrem Deum

Ibidẽ. 2. — Bern. ser. 48. in Cãt. — Bern. ser. 29. in Cãt. col. 1.

sed

sed *ex patre diabolo erant* : homicidæ vtiquè,sicut & ille homicida erat abinitio. Propterea non dicit : fratres mei, aut filij patris mei; sed *Filij* (inquit) *matris meæ pugnauerunt contra me*. Malum vtique intestinum, atque domesticum. Hoc tibi manifestè in Euangelio ore ipsius Saluatoris exprimitur, cum dicit : *Et inimici hominis domestici eius.* Hoc & in Propheta : *Homo* (inquit) *pacis meæ, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem*. Item : *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiquè. Et si is,qui oderat me, super me magna locutus fuisset,abscondissem me forsitan ab eo.Tu verò homo vnanimis,dux meus, & notus meus;qui simul mecum dulces capiebas cibos*. Hoc est, quod a te patior conuiua, & contubernali meo, id molestius sentio,fero ægrius &c. Longè quæso à vobis facite super hoc tam abominabile,& detestabile malum,vos qui experti estis,& quotidie experimini,quàm bonum sit,& quàm iucundum habitare fratres in vnum, si tamen in vnum , & non in scandalum . Alioquin , nec iucundum planè, nec bonum, sed pessimum, ac molestissimum . Væ autem homini illi,per quem vnitatis vinculum iucundum turbatur. Iudicium profectò portabit quicumque est ille. Antè mihi contingat mori,quã audire in vobis quempiam iultè clamitantem:*Filij matris meæ pugnauerunt contra me.*] Matt. 10. & Psal. 54.

18 De pace verò iustorum ait Psalmista: *Mansueti autem hæreditabunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis*. Vnde Augustinus : Delectetur hic impius ille in multitudine auri , in multitudine argenti, in multitudine mancipiorum,in multitidine postremo opum diuersarum,vinolentiæ,lautissimorum & luxuriosorum cõuiuiorum . Quæ erunt autem delitiæ tuæ ? *Et delectabuntur in multitudine pacis*. Aurum tuum pax, argentum tuum pax, prædia tua pax,vita tua pax, Deus tuus pax.] Psal. 36. Aug super Psal 36. in fine. tom. 8.

19 Vnde Isaias ait : *Non est pax impijs,dicit Dominus.* & post quam depace iustorum præmisisset : *Creauit fructum labiorum pacem , pacem ei,qui longe est,et qui prope,dicit Dominus , et sanaui eum;* statim ostendit hac pace impios minimè frui. Subditur enim: *Impij autẽ quasi mare feruens,quod quiescere non potest,et redundat fluctus eius in conculcationem,et lutum . Non est pax impijs,dicit Dominus Deus .* cap. 57. Isaiæ. 48.

DE

DE PECCATO IN COMMVNI

Cap. LXXXVI.

Aug.lib.2 de Geneſ. cõt.Mani. c.14. 10.1. 2.Cor. 11. 1.Cor.2.

IN omni peccato (vt docet Auguſtinus) idem nunc agitur,quod olim in illis tribus Adam, Eua,& Serpente. Dicit enim Apoſtolus: *Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua:ita corrũpantur mentes veſtræ à ſimplicitate,& caſtitate, quæ eſt in Chriſto.*) Serpens autem ſignificat diabolum, qui dicitur ſapientior omnibus beſtijs,in quo figuratur, & inſinuatur eius verſutia. Eua deſignat affectum,ſeu appetitũ, & ſuggeſtiones eius,quibus reſiſtunt qui verè dicunt illud Apoſtoli: *Non enim ignoramus aſtutias Satanæ.* Adam eſt ratio,per quam non conſentiendo eiſdẽ ſuggeſtionibus,Paradiſum,hoc eſt,Dei gratiam cuſtodit. *Poſuit enim Deus hominem in Paradiſo,vt operaretur et cuſtodiret illum.*Sed tamen Serpens,hoc eſt,Diabolus per mulierem decipit. Non enim ratio noſtra deduci ad conſenſionem peccati poteſt, niſi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi,quæ debet obtemperare rationi tãquam rectori viro.Etiam nunc in vnoquoque noſtrum,nihil aliud agitur, cũ ad peccatum quiſque delabitur,quàm tunc actũ eſt in illis tribus:Serpẽte,muliere,& viro.Nam primò fit ſuggeſtio,ſiue per cogitationem, ſiue per ſenſus corporis,vel videndo,vel tangendo,vel audiendo, vel guſtando,vel olfaciendo.Quæ ſuggeſtio cũ facta fuerit,ſi cupiditas noſtra non moueatur ad peccandum,excludꝰtur Serpentis aſtutia: Si autem mota fuerit,quaſi mulieri iam perſuaſum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat, atque compeſcit. Quod cum fit,non labimur in peccatum, ſed cum aliquanta luctatione coronamur.Si autem ratio conſentiat,& quod libido commouerit, faciendum eſſe decernat,ab omni vita beata tanquam de Paradiſo expellitur homo.Iam enim peccatum imputatur etiam ſi non ſubſequatur factum,quoniam rea tenetur conſenſione conſcientia.)

Gen.3.

2 Geneſis 3.dictum eſt Serpenti: *Terram mãducabis omnibus diebus vitæ tuæ:*& ſtatim homini dictum eſt: *Terra es, et in terram ibis*, in quo(ſicut dicit Auguſtinus) mors corporis prænunciata eſt, quia nec ipſam fuerat experturus,ſi permanſiſſet vt factus eſt rectus. Quod vero viuenti ait:*Terra es*,oſtendit totum hominem in deterius commutatum.Tale eſt enim, *Terra es*: quale illud; *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis,quoniam caro ſunt.* Tunc ergo demonſtrauit eũ ei traditum,cui dictum fuerat:*Terram manducabis.*)

Aug.li.13 de Trin.c. 12.in prĩ. to.3.

Gen.6.

3 Ideò autem Serpens,ante quàm primi parentes peccarent,interrogauit mulierem: *Cur præcepit vobis Deus,vt non comederetis de omni ligno Paradiſi*,vt præceptum Dei ad memoriam eorum reuocaret, & ſic efficeretur peccatum grauius,vt pote non ex ignorantia, ſed ex certa ſcientia commiſſum,vt notauit Auguſtinus lib.11. de Geneſi ad

Gen.3.

litte-

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἀδαμαντίου τοῦ ὁσιομάρτυρος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων ἑπτὰ παρθένων.

Ἐν τῇ πόλει Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐν τῇ Συρίᾳ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ τῆς Ἀνατολῆς ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ ἀσεβοῦς καὶ μιαροῦ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἐγένετο ἀνὴρ ὀνόματι Ἀδαμάντιος, ἐκ γένους μὲν ἐπίσημος, ἐν πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ μέγας, ἐν ἀρχαῖς δὲ καὶ τιμαῖς ὑπερέχων τῶν ἄλλων. Ἦν δὲ καὶ ἐν τῇ πίστει ἀκλόνητος καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ ἀσάλευτος καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως ἀκαταίσχυντος. Ἐν δὲ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἐκράτησε τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας καὶ ἐβασάνισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ ἡμέρας πολλάς. Ἐν δὲ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἐκράτησε καὶ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας καὶ ἐβασάνισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ ἡμέρας πολλάς.

Ἐν δὲ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἐκράτησε καὶ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας καὶ ἐβασάνισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ ἡμέρας πολλάς. Ἐν δὲ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἐκράτησε καὶ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας καὶ ἐβασάνισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ ἡμέρας πολλάς.

Ad Lectorem de Ordine Regulæ Fol.

Ad Lectorem de Ordine Regulæ Fol.

Ad Lectorem de Ordine Regulæ Fol.

contenta,ne in ipſum(horribile dictu) deſæuiſſet auctorem. Hunc autem,& ipſum (quantum in ipſa eſt) Deum perimit voluntas propria. Omnino enim vellet Deum peccata ſua,aut vendicare non poſſe, aut nolle,aut ea neſcire. Vult ergo eum non eſſe Deum,quæ quantum in ipſa eſt,vult eum,aut impotentem,aut inſipientem. Crudelis planè, & omnino exſecranda malitia,quæ Dei potentiam, & iuſtitiam perire deſiderat. Vnde Deo pro offenſa fieri non potuit condigna ſatisfactio, ſeu de toto rigore Iuſtitiæ,niſi Verbi Incarnati ſatisfactione infinita, vt diſputatione 3. de Incarnatione vidimus.

17 Nec incongruè peccatum comparatur veneno. Deuteronomij 32. Fel Draconum vinũ eorũ,& venenũ aſpidum inſanabile. Et Prou.23. Prou.23. (Ne intuearis vinum quando flaueſcit,cũ ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blande,ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber & ſicut regulus venena diffundet.) Et rectè quidem: quia ſicut venenũ mors eſt homini,& vita ſerpenti: ita & peccatum mors eſt animæ, ſed vita dæmoni,qui de noſtra perditione lætatur. Vnde Aug. Non ſpernamus morſum ſerpentis,ne venenum eius conſpergatur in corda noſtra: quia quamuis venenum vita ſit ſerpentis,tamen mors eſt hominis.) Et tamen hoc venenum peſſiferum ita intrepidè,ac facile bibit homo,ac ſi aquam biberet,vt ſitim extingueret,iuxta illud Iob 15. (Abominabilis,& inutilis homo,qui bibit quaſi aquas iniquitatem.) Bibit(inquit)& nõ ait comedit,vt Greg notauit 12 mor. 18. Hoc namq; comeditur, cũ mora glutitur: quia manditur,vt glutiatur. Quod autem bibitur tãto ad glutiẽdũ morã nõ habet, quanto nullã & ad mãdendum neceſſitatẽ habet. Culpa ergo,quia à ſtulto homine ſine vlla retractione perpetratur,quaſi aqua iniquitatis bibitur. Quia enim illicita ſine timore facit, potum iniuſtitiæ ſine obſtaculo glutit. Matt.5. Aug.lib.2. de ſer. Do. in mont. c. 13 I.to.4.

18 Peccata,vt docet Auguſtin. ſunt debita,de quibus Matthæi 5, *Dimitte nobis debita noſtra.* Qui hæc debita in præſenti per pœnitentiã non ſoluerit,luet pœnas debitas in inferno,& *non exiet inde,donec reddat nouiſſimũ quadrantem*,vt dicitur Matth.5. De hoc debito loquebatur qui dixit: *Serue nequam,omne debitum dimiſi tibi,quoniam rogaſti me.* Omne debitum(inquit)nam in comparatione illius nullum aliud reputatur verum debitum,ſed quaſi. Et tamen illud Dominus liberaliter,& miſericorditer dimiſit ſeruo,quoniam rogauit. Videquam parua ſolutione,& facili tàm immenſum debitum nobis dimittatur. Matt. 18.

19 Geneſis octauo: [Dimiſit Noe coruum,qui non rediit,& poſt eum dimiſit columbam,quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius,ad arcam reuerſa eſt.) Quæſtionem mouet Sanctus Auguſtinus: vtrum coruus mortuus ſit,an aliquo modo viuere potuerit? Quia vũque,ſi fuerit terra vbi requieſceret,etiam columba requiem potuerat inuenire pedibus ſuis. Et reſpondet,quod (vt conijcitur à multis) cadaueri potuit coruus inſidere,quod columba naturaliter refugit.) Sic ergo peccatores in rebus mortalis vitæ requieſcunt, in quibus tamen iuſti, qui per columbam deſignantur, requiem non inueniunt. Gen.8. Aug.q.13. ſuper Gen. tom 4.

20 Quæ

Omnipotens Deus humanum cor destruit, cum relinquit: ædificat, dum replet. Nec enim humanam mentem debellando destruit, sed recedendo: quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Cui consonat illud Psalmi 80. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuẽtionibus suis.* quasi diceret. Si Deus hominem dimittit, & suo auxilio destituit, sequetur adinuentiones suas, & cadet. Vnde Innocentius Papa epistol. 25. ad Concilium Carthaginiense, quæ est apud August. 91. sic loquitur: *Quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim, vt quo auxiliante vincimus, eo illorum non adiuuante, vincamur.* Quo nihil dici potuit clarius.

Psal. 80.

Innocẽtius.

DE PECCATO MORTALI CAP. LXXXVII.

PEccatum mortale peius est, & magis detestandum, quam infernus ipse, & omnes eius cruciatus. Psalmo 6. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* idest, in peccato mortali, vt Aug. explicat. Est enim multo magis detestandum, & fugiendum, quam infernus damnatorum, si absque peccato esse posset. Ab hoc inferno liberari cupiebat, & liberatus gratias Domino égit, qui dixit: *Eripuisti animam meam ex inferno inferiori.* Cum ait, *ex inferno inferiori*, clare ostendit, esse alium infernum superiorem, & magis tremendum, scilicet peccatum mortale.

Psal. 6.

Aug. super eund. Psal. cone 8.

Psal. 85.

2 Hinc est, quod pœnæ inferni, & mors secunda, quam incurrunt reprobi, comparatione mortis primæ, quam secum affert peccatũ mortale, non reputatur mors simpliciter, sed vmbra mortis, iuxta illud Iob 9 *Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadã, & non reuertar ad terram tenebrosam, et opertã mortis caligine, terrã miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Vmbram mortis dixit æterna tormenta, quæ corpus, & animã torquent, & ignis ille sulfureus, atq; tartareus; quia sicut vmbra exuffatur ex corpore, ita etiã ille ignis torquens ex peccato procedit. Dicitur etiã vmbra mortis, quia ille ignis tenebrosus est, sicut vmbra, & torquet quidem animas, & corpora, sed non illuminat, nec tenebras pellit, sicut explicat Greg. cuius verba sunt: *Natura ignis est, vt ex se ipso, & lucem exhibeat, & concremationem. Sed transactorum vltrix illa flamma vitiorum concremationem habet, & lumen non habet &c. Hinc Psalmista ait: Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente, non cernitur: quia illos, quos gehennæ flamma deuorat, à visione veri luminis excæcat: vt, & foris eos dolor combustionis crucier, & intus pœna cæcitatis obscuret.*) Cui consonat illud Psal. 28. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*, idest, diuidentis calorem à luce. In igne q; ipse duo sunt, videlicet flamma ad comburendum, & lux ad illuminandum: sed hanc diuidit, & separat Dominus à flamma ignis inferni, vt Basilius explicat, quia remanet virtus ignis ad comburendum, sed non lux ad illuminandum.

Iob. 9.

Gregor. 9. moral. 38. circa fin.

Psal 28.

Basilius.

3 Sicut

Britannicus, Nero, Drusus, Claudia, Octauia, Antonia, Claudia Antonia, Claudia Octauia, Claudia Pompeia, Claudia Marcella, Claudia Lepida, Claudia Antonia, Claudia Iulia, Claudia Drusilla, Claudia Iulia, Claudia Iulia, Claudia Iulia

mis,terrenæ potentiæ,& ſeculari pompæ. Tunc namque quadrigæ iſtæ malitiæ currit valde velociter,cum hinc quidem potentiæ affectus ſubeſt eius adimplendis malitioſis conatibus,inde plauſus pompæ arridet perpetratis ſceleribus,vt ſermo impleatur, qui ſcriptus eſt ; quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Pſal.9.

13 Habet quoque Deus currus ſuos curribus Pharaonis contrarios,quibus ipſe inſidet,coſque gubernat,& regit, atque ad patriam coeleſtem perducit. De his enim ait Pſalmiſta: *Currus Dei decem millibus,multiplex millia lætantium,Dominus in eis,in Sina in Sancto.* Vehiturque quatuor rotis,hoc eſt,quatuor virtutibus Cardinalibus. Vnde Auguſtinus, In his verbis,inquit, ingentem multitudinem ſanctorum ſignificat,qui portando Deum,fiunt quodam modo currus Dei, quos regendo perducit in finem debitum.Suntque millia lętantium. Spe enim ſunt gaudentes,donec perducantur ad finem, quem nunc expectant per patientiam.) Millia lętantium,inquit,& cauſſam tantæ letitiæ ſubiungens,ait,Dominus *in eis in Sina in ſancto*,quaſi diceret, ideo lętantur,quia Dominus eſt in illis,iuxta quod Apoſt.ait,*quaſi triſtes ſemper autem gaudentes.* Pſal.79. Aug.ſuper Ennar. Pſal. 80. 2.Cor 6.

14 His curribus Dei ſponſus aſſimilauit ſponſam, cum dixit : *Æquitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea*;& cauſſam ſimilitudinis aſſignans Bernardus,inquit:(liberando vtique à iugo peccati mortificatis vniuerſis operibus carnis,quemadmodum ille populus liberatus eſt à ſeruitute Aegypti,ſubuerſis, & ſubmerſis cunctis curribus Pharaonis,&c.) Vbi etiam aduerte, quod vnam animam æquitatus multitudini aſſimilauit,propter acies innumerabilium virtutum,quibus aduerſus diabolum triumphat. Vnde in conſequentibus legitur:*Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Et item:*Quid videbis* (inquit)*in ſunamite,niſi choros caſtrorum?* Cant.1. Ber. ſer.3. in Cantica col 1.

15 Cum peccator,vt ſuam expleat voluntatem diſcedit à Deo,paſcit porcos,ideſt,mala deſideria,ſicut filius prodigus,vt Chryſoſtomus docet,nam profectus à patre abijt in regionem longinquam:(Non locorum diſtantia,ſed declinatione mentis,ſicut & Cain exijt à facie Domini,& longe efficitur,non quia & locus aliquis ſuis eſſet in conſpectu Dei,ſed quod ſua mente diuiſus exiſtet à Domini cõſpectu per homicidium ſeparatus à Deo. Hac peregrinatione per magnam ignorantiam peregrinatos nos ſcieris beatiſſimus Paulus dicit: Vos qui aliquãdo longe fuiſtis nunc facti eſtis propè.In huiuſmodi ergo profectus peregrinatione iunior filius ille abſumpta,& deuorata prædictæ portionis ſuæ de paterna hæreditate ſubſtantia, vtique ſpiritalibus deſtitutus opibus,vel prudentia,& intellectu,porcos paſcere dicitur, hoc eſt,ſordidas,& immundas in anima ſua cogitationes nutrire, & edere eſcas irrationabiles prauæ conuerſationis &c Huiuſmodi cibos,quaſi porcinos,& male dulces,quos ſunt carnalium delectationum illecebræ, ſiliquarum nomine,Scriptura deſignat.) Hæc Sanctus Chryſoſtomus. Cui conſonat illud Canticorum primo : (Si ignoras te o pulcherri- Chry ho. 4. exuerys in Luc. ſi de patre et duob. filijs col. 4. to. 2. Epiſt. 2. Cant.1.

ma

mas mulierum, egredere, & abi post greges sodalium tuorum, & pasce hædos tuos (id est prauos affectus) iuxta tabernacula pastorum.

16 Christus Dominus se gallinæ, fideles vero pullis comparauit, Matt. 23. (Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti.) Quia nimirũ sicut pulli cũ primũ discedũt à matre, rapiũtur à miluo: ita & diabolus peccatores capit, cum primũ per peccatum à Christo discedunt, vt Chrysostomus explicat hom. 46. imperfecti in Matth. post medium M. Vbi etiam hãc similitudinem gallinæ adaptat Ecclesiæ, quæ per sacerdotes, & concionatores filios dispersos vocat, modo increpationibus, modo blandimentis, quasi maternis vocibus congregare satagit.

17 Grauitas peccatorum, quæ in populo christiano grassantur, explicatur Ezechielis sexto decimo, cum dicitur: (Et samaria dimidiũ peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis sceleratius agens ab eis: iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu cõfundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas.) Ideo tanta, & tam grauia peccata commisistis, vt vobis Sodoma, & Gomorrha comparatæ, iustificatæ videantur, vt explicat Augustinus li. 22. contra Faustum c. 61. in fine. Ezech. 16.

DE PECCANDI CONSVETVDINE

CAP. LXXXVIII.

IN quo corrigit *Adolescentior viam suam?* ait Psalmista, *in custodiendo sermones tuos.* Quærit Augustinus, quare non inquit Propheta, in quo corrigit vir, aut senex, sed inquit, *in quo corrigit adolescentior viam suam?* Et nunquid enim desperandus est senior? Aut in alio corrigit etiam senior viam suam, quã in custodiendo verba Dei. Et respondet, his verbis significari inueteratũ in peccatis difficillimè corrigi. Sic enim ait: Admonitio est, qua ætate potissimum fieri debeat, secundum illud, quod alibi scriptum est: (Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Est & alius intellectus, vt ille hic agnoscatur, filius euangelicus iunior qui profectus à patre in regionem longinquam effudit substantiam suam viuens cum meretricibus prodige, & posteaquam porcos pauit, egestatem, famemque perpessus, reuersus est ad semetipsum, & dixit, surgam, & ibo ad patrem meum. In quo enim correxit viam suam, nisi in custodiendo verba Dei, quæ tanquam panem paternum esuriens, concupiuit?) Tertiam quoque explicationem ibi adhibet Sanctus Doctor, quam alijs præfert: (Vt senior agnoscatur vetus homo: & nouus iunior: senior qui portat imaginem terreni hominis: iunior, qui coelestis, quia non prius, quod spiritale est, sed quod animale: postea spiritale. Sic ergo licet quilibet quantum ad ætatem pertinet cor-

Psal. 118. Aug. super eund. Psal. conc. 5. Eccl. 6. 2. Cor. 15.

Quia clausit os illius. Perdidit enim confessionem; verè mortuus est, impletúque est in eo quod alibi dicitur: *A mortuo, velut qui non sit, perijt confessio.*

Aug. ep 29. ad Hieron. col. 2. Nostros.

4 Eleganter, vt refert Augustinus, dictum esse narratur, quod cum quidam ruisset in puteum, vbi aqua tanta erat, vt eum magis susciperet, ne moreretur, quam suffocaret, ne loqueretur: accessit alius, & eo viso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? Ait ille: obsecro, inquit, cogita, quomodo hinc me liberes; non quomodo huc ceciderim, quæras. Ita quoniam fatemur, & fide catholica tenemus, de reatu peccati tanquam de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam, satis est ei, quòd modum, quo salua fiat, nouimus, etiam si nunquam quomodo in malum illud deuenerit nouerimus. Sic etiã quum per actuale peccatum cadit quis in puteum, non multum inquirere debemus qualiter ceciderit, sed potius quomodo ab eo liberandus sit. Potest.n quilibet proprijs viribus naturæ se in puteũ peccati proijcere, sed non potest se ab illo absq; gratia Christi liberare, Apost. dicente:

Rom. 7. *Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius* Et respondet: *gratia Dei per Iesum Christũ.* Cui consonat illud Iob 36. *Saluabit te de ore angusto latissime.*

Iob. 36.

5 Hinc est, quod peruersa peccandi consuetudo, & pessima, atque obdurata non nisi cum vita finitur, iuxta illud Iob. 20. *Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius*, quia, sicut dicit Gregorius, duræ in eo prauitatum consuetudines a vitio sumptæ, sunt pessimæ inchoationis. Vnde scriptum est in Prouerbijs: E Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Quæ nimirum ossa cum eo in puluere dormient, quia eousq; in illo iniquę consuetudines perdurant, quo hunc ad mortis puluerem pertrahant. Cum eo enim in puluere ossa, vel vitia dormire, est vsque ad puluerem eum non deserere, idest, vsque ad mortem ab iniquitate minime cessare. Tenent igitur illum prauæ consuetudines, quæ semel cęperunt, atque quotidie duriores exiſtunt. Et cum illo in puluere dormiunt; quia non nisi cum eius vita finiuntur.

Ibidem 20
Greg. 15. moral. 4. circ. med.
Prou. 22.

6 Hac praua consuetudine peccandi fit cor durum velut petra, iuxta illud Iob trigesimo octauo. *In similitudinem lapidis aquæ*, idest populi, *durantur*, vt Gregorius explicat 29. moral. 15. circa medium. Per aquas enim populi designantur Apocal. 17. *Aquæ, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ* Quæ tamen frigiditate peccatorum ad modum lapidis obdurantur, sicut Phárao, de quo Exod. 8 *Induravit Pharao cor suum.* Cui consonat illud Eccl. 43. *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit Christallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet* Et Ierem. 6. *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.*

Iob. 38.
Gregor. Apoc. 17.
Exod. 8.
Eccl. 43.
Ier. 6.

7 *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas*, ait Salomon. Vbi (vt notauit Bernardus) non ait, capite vulpes magnas; sed paruulas, & ideo *paruulæ, vt nascentia vitia in ipso ortu donec vinque paruulæ sunt, vigilanter obseruans illico comprehendas, ne crescentia plus*

Cant. 2.
Bern. ser. 64. in Cã. col. 2.
Iob. 16.

d

Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Nicæno.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Sardicensi.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Ephesino.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Chalcedonensi.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Constantinopolitano.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Lateranensi.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Florentino.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Lateranensi.
Quæ ad Ecclesiæ Romanæ Pontificisque Maximi dignitatem pertinent, ex Concilio Tridentino.

Observationes Anatomicæ in Cranium.

finus. Peccator ſentiat culpam, nec velit excuſare, né augeat crimen, vt Adam, cui non ſufficiebat peccaſſe, ſed ampliauit crimen culpando vxorem, & culpam transferens in auctorem. Hinc ait Pſalmiſta: (Non declines, ideſt, nè permittas declinari: Cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.) Et rectè quidem verba malitiæ excuſationes in peccatis appellat, vt notauit Bernardus. In animam etenim ſuam peccat, qui ſe excuſat, repellens proinde à ſe indulgentiæ medicinam, & ſic vitam ſibi proprio ore interludens. Sunt enim qui non ſolum excuſant peccata, ſed etiam excuſationes ipſis peccatorum defendunt, & excuſationes peccatorum excuſant: hi ſunt, *qui lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

Aug. li. de vera, & fal. pœnit. cap. 16. in princ. to. 4. Pſal. 140. Bern. ſerm. 16. in Cãt. col. vltima in principio

22 Quatuor modis, ſicut docet Gregorius, omittitur peccatum quos tangit Iob 3. cum ait: (Quare non in vulua mortuus fui, egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Cur exceptus genibus? cur lactatus vberibus?) Primo committitur in corde, ideo ait: (Quare non in vulua mortuus fui?) Ideſt, in ipſa occulta perpetratione peccati. Cur a carnis vita mortificare me noluit, & hoc ſignificatur per filiam archiſynagogi quam ſuſcitauit in domo. Secũdo in operatione exteriori tunc enim quaſi ex vtero peccatum egreditur foras, ideo ait: (Egreſſus ex vtero, non ſtatim perij?) & hoc ſignificatur per filium viduæ quem ſuſcitauit Dominus extra portam. Tertio cũ quis perſeuerat in peccato, ideo ait. (Cur exceptus genibus, & hoc ſignificatur per Lazarum quatriduanum in monumento, quem Dominus ſuſcitauit. Quarto cũ nõ ſolum quis perſeuerat in peccato publico, ſed etiam culpa fauoribus, & laudibus humanis nutritur, & quaſi lactatur, vt creſcat, de quo dicitur Prouerbiorum 1. (Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, nè acquieſcas eis, & Pſalmo nono: (Quia etiam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Quartum verò mortuum, inquit Gregorius, Redemptor noſter nunciante diſcipulo agnoſcit, nec tamen ſuſcitat: quia valde difficile eſt, vt is, quem poſt vſum malæ conſuetudinis, etiam ad vltimum adulantium linguæ excipiunt, à mentis ſuæ morte reuocetur. De quo & bene dicitur: (Sine mortuos ſepelire mortuos. Mortui enim mortuos ſepeliunt, cum peccatores peccatorem fauoribus premũt &c. Quid eſt enim aliud peccare, quam occumbere: & ſepeliri, quam abſcondere? Sed qui peccantem laudibus proſequuntur, extinctum ſub verborum ſuorum aggere abſcondunt &c.)

Iob. 30. Gregor. 4. moral. 25. Prouerb. 1. Pſal. 9. Luc. 9.

23 Vt autem oſtenderetur, quod peccata omnia erant Chriſti ſanguine diluenda, Iacob alijque Patriarchæ maximo ſtudio curauerunt, vt eorum corpora ſepelirentur in Abrahamio, qui triginta milliaribus diſtabat à loco, vbi crucifixus eſt Chriſtus. Cadauera enim mortuorum peccata ſignificant Eccleſiaſtici 34. (Qui baptizatur à mortuo & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius.) Vbi Sanctus Auguſtinus: Sepultura, inquit, mortuorum remiſſionem ſignificat peccatorum, eo pertinens, quod dictum eſt: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Vbi ergo ſepelienda erant hoc ſi-

Geneſ. 24. Eccleſ. 34. Aug. quæſt. 161. ſuper Geneſ. Pſal. 31.

gnificãtia cadauera Patriarcharum, nisi in ea terra, vbi ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorum? Mortibus enim Patriarcharum peccata hominum figurata sunt. Dicunt autem ab eo loco, quod Abrahæmium vocatur, vbi sunt illa corpora, abesse locum, vbi crucifixus est Dominus fere triginta milliaribus, vt etiam ipse numerus significare intelligatur, qui in baptismo apparuit fere trigínta annorum.]

Num. 20. 24 Numerorum vigesimo de aqua illa, quæ de petra profluit, dictum est: *Hæc est aqua contradictionis, quia maledixerant filij Israel ante Dominum, & sanctificatus est in ipsis*; quibus verbis significatur pertinacia, qua peccatores contradicunt gratiæ Christi, quæ de petra fluit, illa videlicet, de qua inquit Apostolus: *Petra autem erat Christus*. Vbi Sanctus Augustinus aduertit *quod prius* maledixerunt, quando locuti sunt contra beneficium Domini, quod educti erant de Aegypto: & postea sanctificatus est in ipsis, cum illo miraculo profluentis aquæ eius sanctitas declarata est. An forte duo genera hominum demonstrauit, & contradicentium gratiæ Christi, & percipientium gratiam Christi, vt illis sit aqua contradictionis: istis sanctificationis. Nam de ipso Domino in Euangelio legitur: & in signum, cui contradicetur.] Cui consonat illud Psalm. 54. Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate.) Et Isai. 65. (Tota die expandi manus meas ad Populum non credentem, sed contradicentem mihi.) Huius contradictionis meminit Apostolus, cum dixit: (Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.)

1. Cor. 10. Aug. q. 36 sup. Num. num. 4. Luc. 2. Psal. 54. Isai. 65. Hebr. 12.

Greg. ho. 3 Past. cura cap. 42. 25 Admonendi sunt peccatores, ait Gregorius, vt si eradicare mala dissimulant, saltem seminare pertimescant. Admonẽdi sumus, vt eis perditio priuata sufficiat. Vnde scriptum est: (Peccatum suum] sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderũt. Peccatũ n. suum absconderet [Sodoma, si adhuc sub timore peccaret. Sed funditus frena timoris] amiserat, quæ ad culpam, nec tenebras requirebat. Vnde & rursum scriptũ est: (Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est.) Peccatum quippe cum voce, est culpa cum actione: peccatum vero etiam cum clamore est culpa cum libertate. Hæc Gregor.

Isa. 3. Gen. 18.

Psal. 54. 26 Cum clamore peccabant illi, quorum miserum statum deplorabat Psalmista, cum diceret: (Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate die, ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura, & dolus.) Vbi Sanctus Augustinus sic ait. Est quædam Ciuitas turbulenta, ipsa erat quæ turrim ædificauerat: ipsa confusa est, & appellata Babylonia: ipsa per innumerabiles gentes dispersa, inde congregatur Ecclesia in desertum bonæ conscientiæ. Vidit enim contradictionem in Ciuitate. Christus venit. Quis Christus? Contradicis. Et filius Dei. Habet filium Deus? Contra-

Aug. sup. enarr. Psal. circ. med F

Digitized by Google

radicis. Natus est de Virgine,passus, resurrexit. Et vnde hoc fieri
potest? Contradicis. Denique ipse ait: *Tota die expandi manus meas* Isa.65.
ad populum non credentem,sed contradicentem mihi,quod multo antea
prædixerat vir ille pius,& Sanctus Simeon,cum in ulnas suas Puerum
Iesum suscepit in templo: *Ecce hic positus est in ruinam, & resurre-* Luc.2.
ctionem multorum in Israel,& in signum,cui contradicetur. Appellauit
autem peccata continuata vsuras,eo quod dilatione temporis crescūt,
& plus exigitur, quam sit debitum,aut mutuo datum. Vsura enim est
mutuū cum lucro. Vnde August. Est & alia vsura peior,quando non
dimittis,quod tibi debetur,& turbatur oculus in illo verbo orationis: Matt.6.
Dimitte nobis debita nostra. Quid enim ibi facturus, quando oraturus
es,& ad ipsum versum venturus? Verbum contumelioſum audisti, vis
exigere damnationis supplicium? vel tantum exige, quantum debitū
fœneratori. Iniuriarū pugno percussus es,interfectionem quæris,vsura
mala,&c. vel in Ciuitate illa mala abundent vsuræ illæ,non intrent pa-
rietes istos vbi pectus tunditur.

27 Ab his vsuris,vt nos liberaret,venit Christus, sicut ait Psalmi- Psal 61.
sta: *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile no-* Aug. sup.
men eorum coram illo. Vbi Sanctus Augustinus: Quæ sunt istæ vsuræ, eund. Psal.
nisi peccata,quæ etiam debita nominantur? vsuras autem appellatas non longe
putoq; quia plus mali inuenitur in supplicijs,quā commissum est in a fine l. 1. d
peccatis. Nam,verbi gratia, cum homicida corpus tantum hominis
perimat,animæ autē nihil nocere possit ipsius,& anima. & corpus per-
cutit in gehenna. Propter huiusmodi contemptores præsentis præce- Matt.25.
pti,& irrisores futuri supplicij dictum est: *Ego veniens cum vsuris exi-*
gerem. Ab his vsuris redimuntur animæ pauperum sanguine illo, qui
fusus est in remissionem peccatorum. Redimet ergo ab vsuris, remit-
tendo peccata,quibus debebantur amplicra supplicia. Redimet au-
tem ab iniquitate, adiuuando per gratiam, etiam ad faciendam iusti-
tiam. Hæc Aug.

DE PECCATO ORIGINALI

CAP. LXXXIX.

PECCATVM originale, & eius malitia dicitur naturalis,nō
quia processerit à Deo,sed quoniam per seminalē propaga- Sap 12.
tionem simul cum natura traducitur à primo parente,qui Gen.1.
voluntariè peccauit: De hoc ergo peccato intelligitur illud Aug li de
Sap.12. *Et naturalis malitia eorum*,vt explicat Augustinus lib 2. de nu- nuptijs, et
ptijs,& concupiscentijs c.8. conc c. 11.
2 Hoc autē peccatum contrahi ab omnibus,qui per seminalē pro- et lib.2. de
pagationem generantur,colligit Aug. ex illo Gen. 17. *Masculus,cu-* peccator.c.
ius præputij caro circūcisa non fuerit,delebitur anima illius de populo suo, 30.et 35.
quia pactum meum irritum fecit. Vbi necessaria asseritur circumcisio par-

Digitized by Google

paruulos ad remissionem peccati,ne propter illud pereant in æternum, quia irritum fecerunt pactum Dei. Ex quo testimonio sic arguit S. Augustinus contra Pelagianos: Paruuli non fecerunt irritum pactum Dei per actuale peccatum;quia,cum non habeant vsum liberi arbitrij,peccatum actuale committere non possunt. Ergo irritum fecerũt pactum Dei per originale peccatum Ergo contrahunt illud per originem. Vbi est obiter aduertendum,quod ipse paruulus dicitur irritum feciſſe pactum illud,quod Dominus pepigit cum Adam dicens: *In quacumque die comederis ex eo,morte morieris*,quoniam verè, & propriè in Adam
Gen 3. peccauit,& in ipso irritum fecit illud pactum Domini.

3 Idipsum colligitur clarius ex illo Psalmi 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea*. Ex quo te-
Psalm. 50. stimonio omnes ferè patres,tàm Græci,quàm Latini probant,contrahi à primis parentibus originale peccatum. Et potissimũ inter Græcos
Origenes. Origenes hom 8 in Leuit. Basilius Magnus in scholijs ad Psalmũ 50.
Basilius. Chrysostomus hom. de Adam,& Eua. Isichius lib 3 in Leuit. cap. 12.
Isichius aduertens,quod non suæ matris peccatum aliquod his verbis accusat, sed matrem naturam appellat,immunditiam peccati Adæ, & Euæ in omne genus humanum descendisse significans. In eodem sensu explicant eundem locum Euthymius super eundem Ps. Et inter Patres Latinos S. Hilarius ad Psal. 118. in illa verba: Viuet anima mea, & laudabit te. Ambrosius lib. 1. de pœnit. c. 2. Hieronymus sup. c. 47. Ezechie-
Hilarius. Ambros. Hieron. lis,cuius verba superius retulimus: Ruffinus sup. Psalm. 50. Beda super cap 21. Leuit. Innocentius tertius lib. 1. de contemptu mundi cap 3. & Gregorius Magnus super 4 Psalm pœnitentialem Vbi obserua, quod
Ruffinus Beda Innoc. Grego. quamuis originale peccatum, quod contrahit filius Adæ cum natura vitiata sit vitium,ait tamen in plurali, *& in peccatis concepit me mater mea*,quia sicut in enchir. ad Laurentium cap. 45 docet Aug. *In illo peccato vno quod per vnum hominem intrauit in mundum, possunt intelligi*
Aug *plura peccata si vnum ipsum in sua quasi membra diuidatur singula. Nam & superbia est illic,quia homo in sua potius esse,quam in Dei potestate dilexit. Et sacrilegium quia Deo non credidit,& homicidium, quia semetipsum præcipitauit in mortem,& fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est, & furtum, quia cibus prohibitus vsurpans est,& auaritia,quia plusquam illi sufficere debuit, appetiuit.*

4 Et quoniam à duobus peccatum originale contrahitur, masculo videlicet,& fœmina se carnaliter cognoscentibus; ideo iugum in Scriptura sacra nominatur. Dicitur enim Ecclesiastici 40 *iugum*
Eccles. 40. *graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem eorum* Vbi Augustinus: Quod est hoc,inquit,
Aug. lib 5 Hypugnosticon paulo post princip. graue iugum,nisi peccatum? Et quare dictum est iugum, nisi quia ex duobus Adam,& Eua veniat? vel duorũ premat, & conterat colla? Idest,masculi,& fœminæ,malorum videlicet,non bonorum: quia in vtroque sexu iugum sumus. Sanctus Gregorius optimo exemplo declarat, quã-

DE PECCATO VENIALI

CAP. XC.

Eccl.16. PECCATA venialia paruipendenda non sunt, aut pro nihilo habenda, sed omni studio vitanda, quantum humana fragilitas patitur; nam sicut dicit Sapiens: *Qui minima negligit, paulatim decidet;* quod etiam latissimè, & eleganter multis exemplis probat Sanctus Chrysostomus. A minimis, inquit ille, plerumque diabolus incipit, quod probat in Saule, qui minora Dei primo præcepta transgressus est: ac sic paulatim, atque paulatim labens non stetit, quousque ad ipsum perditionis barathrum seipsum immisit. Similiter etiam de Cain factum esse videmus. Non enim consilium eædem fratris illi suggessit, ne magnitudine rei commotus, tam sceleſtum facinus abominaretur: sed prius persuasit deteriora offerre, nullum esse dicens peccatum: deinde inuidiæ veneno succendit, nihil etiam hinc mali secuturum persuadendo: ita sensim in eum illapsus ad cædem fratris, & ad negationem sceleris impulit, nec prius cessauit, quam malorum omnium verticem imposuit, & cætera.

Chr.ho 87 sup. Matth. col.3 et seq uent.

2 Hoc ipsum cernere licet in Iuda traditore. Incepit ille à mur-
Ioan. 12. muratione, & diabolus paulatim illum perduxit ad desperationem, & laqueum. Nam cum pia Magdalena in Bethania accepisset libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxisset pedes Iesu, dixit Iudas Ischariotis, qui erat cum traditurus: *Quare hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis?* quam etiam murmurationem, iterum replicauit tempore passionis cum alijs discipulis Matthæi vige-
Matth.26. simo sexto: *Deinde fur erat, & latro, ac loculos habens,* vt dicitur Ioannis duodecimo, postmodum conscientia immunda Christum Domi-
Ioan.13 num sub specie panis, & vini suscepit in Coena, mox post bucellam introiuit in eum Satanas, & peccata peccatis addes, vendidit Christum triginta argenteis, ac demum velut alter Cain de misericordia Dei omnino desperans laqueo se suspendit.

3 Numerorum 15. vt notauit Sanctus Chrysostomus, is qui
Num. 15. in veteri testamento sabbato ligna collegerat, vnicum mandatum,
Chr. sup. c. 2. ad Gal. col. 10. E. nec id maximum transgressus extremo affectus est supplicio, & similiter Oza, quoniam Arcam alioqui subuertendam sulcit, e vestigio
1. Reg. 2. mortuus est, eo quod ministerium ipsi non congruens vsurpauit. Quo admonemur vt pusilla delicta non negligantur. Ob id enim maiora scelera subierunt, quod minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui vulnera neglexerunt febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem denique: itidem & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inuitant.] Hæc Sanctus Chrysostomus.

4 Quo

Digitized by Google

4 Quo fit, vt peccata venialia, quamuis non tollant gratiam, & charitatem: eius tamen dulcedinem,& feruorem minuunt, & paulatim ad mortale disponunt,vt sæpè docet Sanctus Th. Vnde Ecclesiastici decimo: *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti*. Vbi per muscas venialia peccata designantur,eo quod, quantumuis ea quis à se ipso abijcere curet,statim redeunt,& importuna iteratione nos ipsos infestant. Dicuntur morientes, quoniam ad mortale peccatum disponunt,& licet vnguentum, idest,gratiam, & charitatem non perdant,eius tamen suauitatem,& feruorem faciunt amittere. Ideo non ait: muscæ morientes perdunt vnguentum,sed inquit, *perdunt suauitatem vnguenti*,illius videlicet,de quo ait Psalmista: *Ecce quam bonum,et quam iucundum habitare fratres in vnum: sicut vnguentum in capite,quod descendit in barbam Aaron.* Eccl. 10. Psal. 132.

5 Hinc est,quod peccata venialia conferuntur pulueri, mortalia vero luto. Ab hoc puluere,vt nos ipsos excutiamus,hortatur Isaias, cum ait: *Excutere de puluere,consurge, sede Ierusalem, solue vincula colli tui,captiua filia Sion*. Puluis sunt peccata venialia, à quibus mundi esse non possumus,dum sumus in hoc mortali corpore. Lutum autem peccata mortalia designat,quæ animam sordidam efficiunt; & eam aggrauant,iuxta illud Abacuc secundo: *Va ei,qui multiplicat non sua,vsquequo et aggrauat contra se densum lutum*, idest,mortale peccatum,vt Gregorius explicat.Qui ergo redemptorem expectat, & eum digne intra hospitium cordis vult suscipere,non tantum lutosam,atque immundam debet per poenitentiam abstergere animam: sed etiam à pedibus puluerem leuium peccatorum excutere. (Nam qui lotus est non indiget,nisi vt pedes lauet,idest affectus mundet,à puluere peccatorum venialium,quibus pedes,dum super terram ambulant, facilè maculantur. Isa. 52. Abac. 2. Grego. 34. mor. 9. et 3 par. Past. cur. admo. 21 Matt. 26.

6 Nullus ergo inuentus fuit,nec de cætero inuenietur aliquis adeo iustus,& sanctus, qui gloriari potuerit,se in hac vita nullum prorsus habuisse peccatum. Christo Domino, & pijssima eius matre duntaxat excepta, vt Sanctus Augustinus probat multis locis Scripturæ aduersus Pelagianos. Vox enim sanctorum est, (si dixerimus,quia peccatum non habemus,nos ipsos seducimus.) Et obijcientibus illud Apocalypsis decimo quarto, quod illa centum quadraginta, & quatuor millia Sanctorum,qui se cum mulieribus non conquinauerunt, virgines enim permanserunt, & non est inuentum in ore eorum mendacium, quia irreprehensibiles sunt: Respondet idem Sanctus Augustinus Profecto ideo irreprehensibiles sunt, quia seipsos veraciter reprehenderunt. Et ideo non est inuentum in ore eorum mendacium,quia si dicerent se peccatum non habere, seipsos deciperent,& veritas in eis non esset,& vtiq; mendaciũ esset, vbi veritas non esset:quoniam iustus cũ in sermonis exordio accusator sui est,non vtique mentitur. Et lib.de natura,& gratia cap.36 Excepta,inquit,S. Virgine Maria,de qua propter honorem Dominum vllam pror- Aug. lib. de pec. meri. et remiss. cont. Pela. c. 10. 1. Ioan. 1. Apoc. 14.

sus,cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem : si omnes illos sanctos,& sanctas,cum hic viuerent,congregare posse mus, & interrogare, Vtrum essent sine peccato, vna voce clamassent : *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus , & veritas in nobis non est.*]

1.Ioan.1. 7 Meritò autem Scriptura Sacra commemorat peccata Sanctorum,quæ in hac vita mortali commiserunt, idque propter plures rationes,quas idem Augustinus adducit,videlicet,vt disceremus,vel poenitendi humilitatem,vel etiam in talibus lapsibus non desperandam salutem. Quidam enim in peccata prolapsi desperatione plus pereunt, nec solum poenitendi negligũt medicinam, sed ad explenda inhonesta,& nefaria desiderria ferui libidinum,& sceleratarum cupiditatum fiunt,quasi perdant,si non fecerint,quod instigat libido,cum eos iam maneat certa damnatio. Aduersus hunc morbum nimium periculosum,& exitiabilem valeat commemoratio peccatorum, etiam in quæ iusti,sanctique prolapsi sunt.]

Aug li.de nat et gra. c 35.

8 Sanctus etiam Chrysostomus tres assignat causas,propter quas Deus permittit,quod sancti viri aliquando in grauia peccata incidant, & in Scriptura narrentur,quod exemplo Dauid eleganter demõstrat, qui maximis perfundari permittitur:Non moechaberis, non occides; *Homicida,& Moechus* Dei Propheta. Sed permittitur cadere tribus de causis:primo,vt iusti timeant , nec de sanctitate vitæ præteritæ sibi securitatem promittant,sed sicut ait Apostolus : *Qui se putat stare videat,nec cadat* : Primam audistis causam,secundam accipite.Quo peccatores minus suis de rebus desperent,sed si peccauerit quis,quotidie confiteatur peccatum : tametsi millies peccauerit,persistet millies cõfiteri.Nihil enim desperatione deterius.]Quod etiam cõfirmat exemplo medicorum, qui si semel de salute ægrotantis diffidant,non iam curam illius gerunt,sed illum tamquam desperatum relinquunt. Propterea & peccatorum maxima Christus peregrinatus in terra remisit. Latronem in Paradisum duxit,Publicanum fecit Euangelistam, blasphemũ Paulum orbis Apostolum : vt peccans tu minus desperes, sed peccatũ fatendo deleas,salubremq; ingrediaris viã.] Tertiã causam assignat, vt videlicet omnes agnoscerent,nullũ prorsus hominem,quantumuis sanctum in carne mortali,immunem esse ab omni prorsus peccato,sed solus Christus verus Deus,& homo in hominis corpore sine peccato inueniatur.Quare & Propheta Dauid,cum de cætero ad peccati confessionem venisset,hoc dicit de eo : *Tibi soli peccaui,& malum coram te feci ;* quare? *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris* , ideſt, vt peccatorum exigens poenas solus inuenaris sine peccato, *quoniam peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius.*

Luc.23. ibid. 5. 2.Tim. 1. Psal.50.

DE

DE PECCATI POENA CAP. XCI.

MIseriæ omnes, quas in hac vita patimur, animalia venenosa, quæ vitæ hominis insidiantur, spinæ, & tribuli, quos germinat terra, effectus sunt, & poena peccati: vt has poenalitates experiens homo erubescat, & peccatorum suorum sit memor, atque ad Deum per poenitentiam conuertatur. Vnde (vt notauit Augustinus) ante peccatum dixit Deus: *Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum*, post peccatum vero dictum Adæ: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Vb (sicut dicit Aug.) *Propter peccatum hominis terra maledicta est, vt spinas pareret: non vtique spinas fecerat, quæ sine sensu est, sed vt peccati humani crimen semper hominibus ante oculos poneret; quo admonerentur aliquando auerti à peccatis, & ad Dei præcepta conuerti.* Herbæ autem *venenosæ ad pœnam, vel ad exercitationem mortalium creatæ sunt: & hoc ipsum propter peccatum, quia mortales post peccatum facti sunt.* Et cap 16. obtendit contra Manichæum, multa cum sapientia, & prouidentia pernicios animalia fuisse à Deo creata, & inter alia inquit: *Ego vero fateor, me nescire, mures, & ranas quare creata sint, aut muscas, aut vermiculi, video tamen omnia in suo genere pulchra esse, quamuis propter peccata nostra multa nobis videantur aduersa* &c. De pernicios autem, vel punimur, vel exercemur, vel terremur, vt non vitâ tam multis periculis, & laboribus subditam, sed aliam meliorem, vbi securitas summa est, diligamus, & desideremus, & eam nobis pietatis meritis comparemus &c.]

Gen. 1.
Gen. 3.
Aug. lib. 1 de Gen. cont. Manich. c. 13.
D. Ioan. 3.

2 Nec parua poena peccati putanda est, vt Aug. ait, *quod libido rationi dominetur, spoliatamque virtutis opulentia per diuersa in egem, atq; indigentem trahat, nunc falsa pro veris approbantem, nunc etiam defensi sanctem, nunc improbantem, quæ antea probauisset* &c. De tyrannide autem peccati plura superius dicta sunt.

Aug. li. 2. de lib. arb. c. 18. E. 8. 1

3 Vermis etiam conscientiæ post peccatum commissum acriter arguit peccatorem, & illum cruciat, licet antequam sit commissum, non sileat, vt liberius pecces, secundum illud Isaiæ 10. *Et non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.* Sic fratres Ioseph, postquam illum vendiderunt Aegyptijs, & non antea dixerunt ad inuicem: *Merito hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio.* Ita enim se habet peccatum, vt ait Chrysostomus: *Quando consummatum est, & opere perfectum, tunc suæ absurditatis ostendit excellentiam. Et sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat, nullum sensus à vino damnum: ita & peccatum, donec consumetur, obtenebrat mentem, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: deinde conscientia insurgit, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, nostram absurditatem facti* Enimuero & hic videre

Gen. 42.
Chr. Ho. 64. sup. Genes. in med. Ch. Hom. 2

Ecclesiastes. Ecclesiastes.

Ecclesiastes. Ecclesiastes.

Ecclesiastes. Ecclesiastes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Περὶ τῆς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀρχῆς τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν.

etenim lingua vulnus dum lingit, curat: quia & doctores sancti, dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam tangunt: & quia nos loquendo à peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad salutem reducunt. Quia enim canum nomine & prædicatorum lingua signatur à Domino, per Psalmistam dicitur: *Linguæ canum tuorum ex inimicis ab ipso*. Ex Iudæis quippe infidelibus sancti prædicatores electi sunt, qui in assertione veritatis contra fures, latronesque venientes, magnos pro Domino, vt ita dicam, latratus dederunt. Quo contra de quorundam reprobatione dicitur: Canes muti non valentes latrare. Vlcera Lazari canes lingunt; quia sancti doctores dum Gentilium confessiones accipiunt, mentium vulnera saluti restituũt. ℣ De illis vero canibus, qui sũt canibus gregis Dominici cõtrarij, ait Paulus: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem*, vbi Sanctus Thomas per canes intelligit hæreticos, qui peruersam doctrinam seminant, & dicũtur canes, quia vt ait Glossa, natura canis est, vt statim ex ira latret, non ex ratione, sed ex consuetudine. Sic & illi Psa. 21. *Circũdederunt me canes multi*. Et infra: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam*. Sic circundederunt Iudęi Christum velut canes rapidi, & iracundi, de quibus Isaias 56. *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores nescierunt intelligentiam*. & Apocalip. 22. *Foris canes*.

Philip. 3. *S. Th. sup. c. 3. ad Phil. lect. 1. in princip.* *Psal. 31.* *Isa. 56.* *Apoc. 22.*

15 Debent constanter, & incessanter prædicare verbum Dei, itadimirum, vt nec metu amittendorum temporalium, nec spe fauores humanos acquirendi, aut quouis alio respectu mundano ab eius prædicatione desistant, iuxta præceptum Apost. *Prædica verbum, argue, obsecra, increpa opportunè importunè*. Vnde Aug. Prædicamus (inquit) volentibus opportunè, renitentibus importunè; quia nimirum resistentibus importuna videtur prædicatio, quæ iustis, & acquiescentibus opportuna censetur ℣ Et Cæsarius Arelatensis Episcopus ho. 26. & habetur in B.V.P. to. 2. col. 626 [Quid est opportunè, importunè: nisi opportunè volentibus, importune nolentibus? Volentibus audire verbum Dei offerendum est: fastidientibus ingerendum, ne fortè contra nos ante tribunal Christi stantes dicant, se à nobis admonitos non fuisse, & animarum illorum sanguis de nostris manibus requiratur. Vnde primis prędicatoribus Euangelij, hoc est Apostolis dictum est: *Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt*, Vbi Aug. Ponere lucernam sub modio est superiora facere corporis commoda, quàm prædicationem veritatis: vt ideo quisque veritatem non prædicet, dum timet, ne aliquid in rebus corporalibus, & temporalibus molestiæ patiatur. Et bene modius dicitur propter retributionem mensuræ, qua quisque recipiat, quæ gessit in corpore, de qua Matt. 7. *In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis &c.* Sub modio ergo lucernam ponit, quisquis lucem bonæ doctrinæ commodis temporalibus obscurat, & tegit.]

2. Tim. 4. *Aug. lib. 8. contr. Cresconium c. 6. in fine tom. 7.* *Cæsarius.* *Matt. 5.* *Aug. li de ser. Dñi in mont. c. 12.* *H. to. 4.* *Matt. 7.*

17 *Qui abscondit frumenta, maledicitur in populis*. Frumẽta absconde-re, sicut dicit Greg. lib 3. Past. cura admon. 26. est prædicationis sanctę

Prou. 11. *Grego.*

ter defuncti vxorem eius duceret, vt non sibi, sed illi sobolem suscitaret, eiusque vocaret nomine quod inde nasceretur, per quod nihil aliud in figura præmonstrat, nisi quia vnusquisq; Euangelij prædicator ita debet in Ecclesia laborare, vt defuncto fratri, hoc est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. Denique hoc implens Apostolus, non iam carnaliter in præmissa significatione, sed spiritaliter in cõpleta veritate, quos in Christo Iesu per Euangeliũ se genuisse commemorat, succẽset eos, & eos, increpãs corrigit, volentes esse Pauli. Nũquid Paulus, inquit, pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Tãquam diceret, defuncto fratri vos genui, Christiani vocamini, nõ Pauliani.] Idẽ prorsus, & fere eisdẽ verbis dicit sup. Ps. 44 nõ lõge à fine, vbi sic ait: Itaq; suscitãtes fratri suo, quotquot genuerunt, non Paulianos, aut Petrianos, sed christianos nominauerunt. Et recte quidem, nam foetus, seu proles debet assimilari semini, & eius nomine vocari. Semen autem, per quod nascuntur spirituales filij, est verbum Christi, sicut Saluator ipse ait: Semen est verbum Dei: & ideo qui per Euangelium Christi generantur, christiani appellandi sunt, non Pauliani.]

1.Cor.4.

1.Cor.1

Luc.8.

Psal.11

20 *Eloquia Domini, eloquia casta*, ait Psalmista, Casta inquit, vt notauit Augustinus, sine corruptione simulationis. Multi enim prædicant veritatem non caste, quia vendunt illam pretio cõmoditatum huius seculi. De talibus dicit Apostolus, quod Christum annunciant non caste &c.)

Aug. sup. eund. Psal. to.8.col.1. Philip.1

21 Hinc est, quod huiusmodi prædicatores in sacro eloquio vocãtur adulteri. Iob 24. (Oculus adulteri obseruat caliginem dicens, non me videbit oculus.) Et 2. Cor. 4. (Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes verbum Dei.) Quia, vt dicit Gregor. adulter in carnali coitu non prolem, sed voluptatem quærit. Et peruersus quisq; ac vanæ gloriæ seruiens, recte adulterare verbum Dei dicitur, quia per sacrum eloquium non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare. Quem enim libido gloriæ ad loquendum trahit, voluntati magis, quam generationi operam impendit. Vbi & aptè subditur: Non me videbit oculus: quia adulterium, quod in mente agitur, valde est difficile, vt ab humano visu penetretur. Quod peruersa mens tanto securius perpetrat, quanto se ab hominibus uideri non metuit, quos erubescat.] Qui ergo sui ostẽtationem, aut alios fauores humanos ex prædicatione quærunt, omnẽ fructũ, vt supra dictũ est, sui laboris amittunt.

Iob 24. 2.Cor.5. Gregor.16. mor.c.25. circ.med. in Proœm. huius op.

22 Prædicatores sunt radij solis, idest Christi, sed cum per Euangelij prædicationem vanã gloriam, seu aliud quodcũq; temporale cõmodũ quærũt: nõ autẽ filios generare Christo, sub diaboli potestate vincti tenenturiuxta illud Iob 41. Sub ipso erunt radij solis, nam, vt dicit Gregorius, cum quisque sapientium, vel doctorum pro commodo, vel gloria vitæ temporalis per adulationis lapsum terrenis se potestatibus praue agentibus subijcit, quasi sub vestigijs venientis Antichristi solis se radius sternit. Et velut cœli lucem sibi Behemot humiliat, dum per pessi-

Iob.41. Greg.

ferum assensum sapientium mentes calcat.]

23 Sunt etiam testes Christi, de quibus Iob 10. *Instaurasti testes tuos contra me*, & Act. 1. *Et eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea, et Samaria, et vsque ad vltimum terrae*. Testis autem secundum leges nullam fidem facit, si est infamis: ita & praedicatoris testimonium non suscipitur, si, quae verbis praedicat, moribus impugnat. Vnde Chrysostomus: Testis eris, inquit, apud omnes homines, non apud domesticos duntaxat, sed etiam apud infideles. Testium enim est persuadere, non scientibus, sed nescientibus. Fiamus igitur fide digni testes &c. Si enim in secularium negociorum iudicio non suscipitur testis multis flagitiis notatus, multo magis hic, vbi de talibus rebus consideratur. Nos dicimus quod audiuerimus Christum, & credideri mus his, quae annũciauit: dicunt illi, ostendite haec per opera. Vita vestra contraria testatur, quod non creditis.]

Iob 10.
Act. 1.
Chr. ho. 47 in act. Ap. col. 4. L. 10. 3.

24 Hinc Dominus praescribens modum discipulis suis, quo praedicare debeant Euangelium, ait: *Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardẽtes in manibus vestris*. Oportet enim, vt prius per castitatem, & observantiam legis sint succincti, & charitate ardeant, vt postmodum per praedicationem alios illuminent, & accendant. Lucernas quippe in manibus habere, est verbum Dei in operatione ostendere, de quo Psalmista inquit: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*. Sic ardebat in se ipso praecursor Domini, vt alios illuminaret, de quo ait Euangelista: *Ille erat lucerna ardens, & lucens*. Prius ait, ardens, vt notauit Bernardus, & postea, lucens: quia splendor ex feruore debet prodire. Magnum testimonium (inquit ille). Est enim tantum lucere vanũ; tantum ardere parum, ardere, & lucere perfectum &c. Non ait lucens, & ardens, quia Ioanni ex feruore splendor, non feruor prodiit ex splendore. Sunt enim, qui non eo lucẽt, quia feruent, sed magis feruent, vt luceant; qui non feruent charitatis spiritu, sed studio vanitatis.) Et Sanctus Gregor. Lucerna, quae in semetipsa non ardet, eam rem cui supponitur, non accendit. Ioannes erat lucerna ardens, & lucens. Ardens videlicet per coelestis desiderium, lucens per verbum. Vt ergo seruetur veritas praedicandi, seruetur necesse est altitudo viuendi.) Lucerna accenditur, vt luceat aliis, & eos illuminet, sicut veritas ait: *Nemo detendit lucernam & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo sunt*.

Luc. 12.
Psal. 118.
Ioan. 1.
Ber. ser. de natiu. Ioan. Bapt.
Ioa. 5.
Greg.

25 Vnde Chrysostomus: Quemadmodum enim lucerna, quando ipsa illustris est, innumeras alias incendere pot, extincta vero neque seipsam illuminat, neque alias lucernas incendere valet: ita habet & vita munda. Si lumen, quod in nobis est, splendidum fuerit, innumeros tam doctores, quam discipulos velut archetypo proposito faciemus. Neque enim ita, quae à me dicuntur, auditoribus prodesse possunt, sicut vita nostra. Etenim si vir quispiam Deo charus & virtute illustris, & uxorem habens (nam potest Deo placere etiam qui vxorem habet, & liberos, & famulos, & amicos) an iste non multo magis, quam ego cum

Chr. ho. 5. sup. 2. epi. ad Cor. circ. fin. D. 10. q. 1

eius

eis prodesse poterit? Nam me quidem semel,atque iterum in mense,vel ne semel quidem audientes,quæcumque audierint,forsan vsque ad Ecclesiæ limen conseruantes, confestim amittunt, vitam vero illius indesinenter videntes magna lucrantur.]

26 Multo ergo efficacior est prædicatio,quæ fit operibus, quam ea,quæ solum verbis. Nam hæc fit à concionatoribus, semel in hebdomada,aut etiam in die vna dumtaxat hora,illa vero semper die,ac nocte.

27 *Benedicite Domino omnes Angeli eius,potentes virtute*,ait Psalmista,*facientes verbum illius*. Et Infra:*Benedicite Dominum omnes virtutes eius,qui facitis voluntatem eius*. Non ait,potentes verbis,vt notauit Augustinus,sed potentes virtute:nec inquit, qui prædicatis,sed qui facitis verbum eius.Nam *Omnes male viuentes, & si lingua taceant,vita Domino maledicunt! Quid prodest,quia hymnum cantat lingua tua, si sacrilegium exhalat lingua tua?* Prædicare ergo, vel audire verbum Dei, & non facere, in arena est ædificare.

Psal.102.

Aug. sup. Psal. 102. col.vlt.10.8

Luc.24.

28 Hinc de Saluatore nostro scriptum est;quod *Erat vir potens in opere,& sermone*. Imo ideo potens sermone,quia potens erat in opere. Nonnulli, sicut dicit Bernardus, *potentes sunt in opere,sed non in sermone. Alij in sermone,sed non in opere. Quidam potentes sunt in vtroque. Qui potentes sunt in sermone,sed non in opere,vox quidem eorum,vox Iacob est,sed manus sunt Esau. Tales potentes videtur in sermone, sed nõ in opere. In opere,& sermone sunt potentes,qui habẽt in moribus honestatem, in operibus virtutem,in sermone scientiam, deuotionem in orationis assiduitate,grauitatem in conuersatione,perseuerantiam in amore*. Cui consonat illud Psalm. 67. *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa,sub* hac tamen conditione: *Si dormiatis inter medios cleros,pennæ colũbæ de argẽtatæ,& posteriora dorsi eius in pallore auri*,idest,si per orationem, & contemplationem quietis,inter duo testamenta,vetus videlicet,& nouũ siue inter ipsas hæreditates veteris & noui testamẽti Et dicũtur testamenta cleros,secundũ Aug. quia per testamẽta datur hæreditas, quæ Græcè dicitur Cleros, & ipsa etiam hæreditas dici etiam potest Cleros.Hæreditas autẽ veteris testamenti erat terrena solicitas: hæreditas vero noui testamenti æterna immortalitas, & in vtroque sensu accipit Augustinus verbum Cleros, ita vt dormire inter medios Cleros sit, nec illam iam quærere ardenter,& adhuc istam expectare patienter. Nam qui Deo propterea seruiunt, vel potius propterea seruire volunt, dum quærunt in hac vita, & in hac terra felicitatem, ablatus est somnus ab eis, & non dormiunt. Sensus ergo est, secundum eundem Sanctum Augustinum,O pennæ Columbæ deargentatæ, id est,prædicatores, quorum doctrina, tanquam duobus pennis,charitatis videlicet Dei, & proximi, Columba, idest Ecclesia in Coelum volat, pennæ deargentatæ per sapientiam, quæ dicuntur etiam posteriora dorsi eius, idest, Ecclesiæ, in pallore auri, hoc est,in charitate,& dicuntur dorsi, & non pectoris, quia indorso sunt alarum radi

Bern.ser. de duobus discip.euntib. in Emp. Genes. 27.

Psal. 67.

Aug.ibi.

ces,& ibi portatur illa ſarcina leuis.Quid.n.ſunt duæ alæ,niſi duo præcepta charitatis,quæ totum portant,& ſubleuant corpus legis,& Prophetarum?ſi inter duos, ſcleros dormiatis,& quieſcatis per contemplationem,& rectam operationem,Dominus dabit vobis verbum Euangelizantibus,virtute multa,& efficacia,etiam operationem miraculorum, ſicut dedit Apoſtolis,qui profecti verbum Dei prædicauerunt vbique, Domino cooperante,& ſermonem confirmante,ſequentibus ſignis, vt dicitur Matt.vltimo,& in alio Pfalmo inquit:*Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.* Voci inquam,de qua Canticorum 2. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Vbi Bernardus:*Illius doctoris libenter audio vocem,qui non ſibi plauſum.ſed mihi planctum moueat.Vere turturem exhibes,ſi gemere doceas.Et ſi perſuadere vis,gemendo id magis, quam declamando ſtudeas,oportebit.Exemplum ſane tum in alijs multis,tum vel maxime hoc in negocio verbo efficacius eſt.Dabis voci tuæ vocem virtutis, ſi quod ſuades, prius tibi illud cognoſceris perſuaſiſſe.Validior operis, quam oris vox.Fac vt loqueris,et non ſolum me facilius emendas ſed te quoque non leui liberas probro.Nam iam pertinebat adte,ſiquis dicat:Alligant onera grauia, et importabilia,et imponunt ea in humeros hominũ,digito autem ſuo nolunt ea mouere.*Sed neque illud verearis oportet:*Tu qui alios doces,teipſum non doces? Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Hæc Sanctus Bernardus.

Pſal.67. Cant.2. Ber.ſer.59 ſup Cãt.col 1.in fin.C. Matt.23. Rom.1.

29 Vocem turturis in prædicatore requirebat ſponſus,imo & laudabat,cum dixit:[Oſtende mihi faciem tuam,ſonet vox tua in auribus meis:vox enim tua dulcis,& facies tua decora. Vbi prius faciei pulchritudinem videre vult,per quam puritas vitæ deſignatur, vt poſtea vox prædicationis in auribus eius ſit dulcis.Vbi Bernardus: Nam quantum illi placeat cum puritate quidem mentis prædicatio veritatis, oſtendit, cũ ſubinde infert: Vox enim tua dulcis.Quia enim non placeat vox,ſi diſpliceat facies, demonſtrat cum illico ſubdit: Et facies tua decora. Quid interna decor faciei,niſi puritas?In pluribus hæc abſque prædicationis voce complacuit,illa abque iſta in nemine.]

Cant.2. Ber.ſer.62. in Cãt. col. vlt.L.

30 Hanc igitur legem Deus Prædicatoribus ſtatuit,vt quæ dicunt, faciant,ſicut per Sanctum Iob teſtatur dicens:) Quando ponebam pluuijs legem,& viam procellis ſonantibus. Vbi Sanctus Gregorius: Solent per pluuias prædicantium dicta ſignari. Vnde per Moyſen dicitur. Expectetur ſicut pluuia eloquium meum. Quorum videlicet verba,cum blandè perſuadent,pluuiæ ſunt:cum vero terribilia de venturo iudicio intonant,ſonantes procellæ. Et notandum,quod pluuijs lex ponitur,vt via procellis ſonantibus aperiatur. Lex quippe eſt ipſis prædicatoribus poſita, vt viuendo impleant, quod loquendo ſuadere feſtinant. Nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. Hinc enim per Pſalmiſtam dicitur:Peccatori autem dixit Deus; Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos poſt te. Sermones etenim Dei poſt ſe prædicator proijcit,cum hoc, quod dicit,facere contemnit.)

Iob 28. Grego. 19. mor.cap.5. poſt mediũ Deut. 32. Pſal. 49.

31 Qui hanc legem non seruant incidunt in illam maledictionem: ISeram,& alius comedat, & progenies mea eradicetur. Serere, vt dicit Gregorius,est verba vitæ prædicare. Isaiæ 32. Beati, qui seminatis super omnes aquas,idest,super omnes populos. Comedere autem,est bonis operibus satiari. Ioannis 4. [Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Si ergo ea,quæ protulit,facere prætermisit,ait: Seram, & alius comedat. Ac si aperte dicat: Quod os meum loquitur,non ego,sed alter operetur. Prædicator quippe,qui à suis vocibus, moribus discrepat,ieiunus erit, quod alius manducet: quia suo semine ipse non pascitur,quando à verbi sui rectitudine praua actione vacuatur. Et quia plerumque discipuli incassum bona audiunt,cum ex magistri vita,operum exemplo destruuntur,recte subiungitur: (Et progenies mea eradicetur.) Doctoris enim progenies eradicatur,quãdo is,qui per verbum nascitur,per exemplum necatur: quia quem lingua vigilans gignit,vitæ negligentia occidit.) Cui cõsonat illud Aggæi 1. (Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis,& non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati,) super quem locum vide Gregorium hom. 10. super Ezechielem. non longe à medio.

Iob. 31.

Isa. 32.

Ioan. 4.

Aggæi 1.

32 De ijs etiam alio in loco ait Iob: (Cuius messem famelicus comedet:) quia, vt dicit Gregorius, Iniquus prædicator bona loquitur, sed tamen nullo modo hoc,quod dicit,operatur: verba Dei profert, nec tamẽ diligit,laudando exaggerat: viuendo calcat. Quia ergo stultus iste recte,& intelligit,& dicit; sed tamen hæc operando non amat, messem habendo ieiunat. Quam nimirum famelicus comedit: quia is, qui ad Deum Sanctis desiderijs anhelat, discit,quod audit: agit,quod didicerit: & dum doctoris prauí recta prædicatione reficitur, quid aliud, quam stulti fruge saturatur.] Eandem doctrinam prosequitur eleganter Ho. 21. super Ezechie. col. 10. & 11. Vbi etiam de iniquis prædicatoribus explicat illud Prouerbio. 19. (Abscõdit piger manum suam sub axilla, nec ad os suum porriget eam,& Psal. 77 Filij Ephraim intendentes, & mittentes arum conuersi sunt in die belli. Vnde Augustinus. Per diuinam, inquit, prouidentiam legem Dei prædicantes, possunt esse audientibus vtiles, cum ipsi sibi non essent. De talibus alio loco per Prophetam dictum est. Seminastis triticum, & spinas metis: quia bona præcipiunt,& mala faciunt.]

Iob 3. Gregor. 6. mor. 5. cir. medium.

Aug. li. 2. de ser. Domini in monte c. 9.

33 Hi sunt similes Asinæ Balaam, quia sicut Asina illa rationis verba edidit, sed tamen irrationale Animal permansit: (Ita, vt dicit Gregorius, sæpe quilibet indignus [Sancta verba per Prophetiæ spiritum accipit, sed tñ ad promerendam sanctitatis gloriam non perungit, vt supra se loquendo emineat,& infra se viuendo torpescat.]

37 10.4. Ier. 12. Num. 22. Grego 27. mor. 1.

34 Hi sunt canales, per quos aqua cœlestis doctrinæ deriuatur ad alios, cum tamen ipsi nihil sibi retineant. Sed Prædicatores sancti sunt Conca, seu olla, quia prius ipsi implentur opere adimplendo, quæ prædicant, & postmodum doctrinam suam alijs communicant, iuxta illud Prouerbiorum 5. (Bibe aquam de cisterna tua & fluenta putei tui, & postmodiũ subdit: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diui-

Prou. 5.

Ezechielem circa medium, *per funiculum, & calamum mensuræ Sacram Scripturam*, *ait designari, quæ calamus mensuræ esse dicitur, quia in ipsa omnem vitæ nostræ actionem metimur, vt scilicet videamus, vel quantum proficimus, vel quantum longe à profectu distamus, qui calamus in manu viri esse dicitur: quia hoc, quod Christus scribi voluit, operando complevit.* Hunc ergo calamum mensuræ omnis prædicator habeat in manu sua, hoc est, in operatione, vt similis illo viro rectè operando fiat.

37 Imitetur sancta illa animalia, de quibus Sanctus ait Ezechiel, Et *pedes eorum, pedes recti, & manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus.* Vbi per pennas, seu pennata animalia, prædicatores intelligit Sanctus Gregorius homilia tertia super Ezechielem circa finem, sub quorum pennis, quibus ad alta subleuantur, redemptoris nostri humanitatem, & diuinitatem, ac cæteras fidei nostræ contemplantes, & vniuersis populis annunciantes, manus hominis habere debent in quatuor partibus, hoc est, in exercitio quatuor virtutum Cardinalium, seu principalium, ex quibus reliquæ virtutes oriuntur, quæ sunt Prudẽtia, Fortitudo, Iustitia, atque temperantia. Possunt etiam, inquit ille, hoc in loco quatuor partes mundi accipi, scilicet Oriens, Occidens, Meridies, & Septentrio, quia sanctorum prædicatio auctore Deo in cunctis mundi partibus est egressa. Secundum illud Marc. vltimo. *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ezech. 1.

38 Exodi vigesimo octauo præcipitur Moysi, vt tabernaculum Sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, vt audiatur sonitus, quod ingreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur, quæ tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vbi per vestimenta Sacerdotis recta opera intelligit Sanctus Gregorius, Propheta attestante, qui ait: *Sacerdotes tui induãtur iustitiam.* Per tintinnabula voces prædicationis: *Vestimentis itaque* illius tintinnabula inhærent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament Sacerdotis. Hinc in Sacerdotis veste, iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur, per quæ fidei vnitas designatur. Nam sicut in malo punico vno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros Sanctæ Ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Hæc Sanctus Gregorius. Exod. 28. Gregor. Psal. 131. Ioh. 20.

37 De Prædicatoribus autem, qui tintinnabula prædicationis non habent, vestimentis iustitiæ appensa, sed moribus, verbis, quæ prædicant, contradicunt, ait Sanctus Iob: Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Vbi Sanctus Gregorius: Panis, inquit, Scripturæ Sacræ intelligentia non inconuenienter accipitur quæ mentem refecit, eique boni operis vires præbet. Et plerumque hypocrita, etiam Sacri Eloquij eruditi mysterijs fluidem: non tamen, vt ex eisdem viuat, sed vt cæteris hominibus, quam sit doctus appareat, ideo protinus subinfertur, Panis eius in vtero illius Greg. 5. moral. 16.

lus in fel aſpidum intrinſecus vertetur : quia dum de ſacræ legis ſcien
tia gloriatur, uitæ potum conuertit ſibi in veneni poculum, & inde re-
probus moritur, vnde ad vitam eruditi videbatur.)

Apoc.10. 40 Quæ omnia confirmant verba illa, quæ Angelus porrigens li-
brum Ioanni, dixit illi: (Accipe librum, & deuora illum, & faciet ama-
Ezech.2 ricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi
librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquã
mel dulce: & cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus.) Li-
ber iſte ſacrã ſcripturam ſignificat, de quo Ezechielis 2, dicitur, quod
Greg.ho.9. erat inuolutus, ſcriptus intus, & foris. Inuolutus, quia, vt ait Gregorius,
in Ezech. profunditate ſententiarum inuoluitur, vt non facile ſenſu omnium
circa fin. penetretur. Liber.n. ſacri eloquii intus ſcriptus eſt per allegoriam: fo-
ris per hiſtoriam. Intus per ſpiritalem intellectum: foris autem per
ſenſum literæ ſimplicem adhuc infirmantibus congruentem. Intus,
qua inuiſibilia promittit: foris, quia viſibilia præceptorum ſuorum
rectitudine diſponit. Intus, quia coeleſtia pollicetur: foris autem, quia
terrena contemptibilia qualiter ſint, vel in vſu habenda, vel ex deſide-
rio fugienda, præcepit. Alia namque de ſecretis coeleſtibus loquitur:
al a vero de exterioribus actionibus iubet. Et ea quidem quæ foris
præcepit, patent: ſed illa, quæ de internis narrat, plenè apprehendi ne-
queunt.) Hic ergo liber in ore ſit tanquam mel dulce, ideſt, in ſanctis
prædicatoribus, qui per os Domini deſignantur. Iuxta illud Ierem. 15.
Ierem.15. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.) Nam recte operã-
Pſalm. 18. do guſtant verba, quæ prædicant, ſicut ille, qui dixit: (Deſiderabilia
ſuper aurum & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel &
fauum. Et reddens rationem huius dulcedinis ſubdit: (Etenim ſeruus
tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa. Quaſi diceret:
quia verba Dei cuſtodiui, ideo dulciora mihi facta ſunt ſuper mel &
Philip.3 fauum. Sed in ventre, hoc eſt, in illis, quorum Deus venter eſt, qui non
ſalutem animarum, ſed quæſtũ de prædicatione quærunt, verbum Dei
dulce fit amarum, quia in eorum amaritudine conterritur. Vnde Pſal-
Pſal. 118. miſta: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo* (Ori meo
Au. q.72. inquit, non ventri meo. Inquirit Auguſtinus, Quis iſte liber eſt, qui ama
denouo teſ. rum facit uentrem, cum ſit dulcis, & reſpondet, Omnia diuina uolumi
in princ. naſamara ſunt, ſed perfidis, atq; carnalibus.) Cui conſonat illud Pſal. 5.
Pſal.5. *ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaue-*
Au. ſuper *runt te Domine.* Aug. cum 70. legit, *quoniam inamaricauerunt te Domine.*
Pſa.5.to.8. Ac ſi diceret, ut ibi explicat Sanctus Doctor, Peccatoribus autem pa-
nis ueritatis amarus eſt, unde os uera dicentis oderunt. Ipſi ergo amari
cauerunt Deum: quia peccando, in eam ægritudinem deuenerunt, ut
cibũ ueritatis ſuauiſſimum, quo ſanæ animæ gaudent, tanquam felleum
ſuſtinere non poſſint.)

41 Scriptura Sacra non ſine magno myſterio patientiam exigit,
Pſalm. 91. tam in cõcionatoribus, quam etiam in auditoribus. De cõcionatoribus
id aſſerit Apoſtolus 2. ad Tim. 4. *Argue obſecra increpa in omni pa-*
tientia, & doctrina, & prater locum Apoſtoli inductum id aſſerit Pſal
mus

missa, inquit, bene *patientes erunt, vt audientes.* In auditoribus vero patientiã exigit Christus Dñus, cum ait: *Quod autẽ in terrã bonam hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* In concionatoribus ergo necessaria est patientia, non solum ad supportandas detractiones, & persequutiones, quas à populo dura cervicis necesse est, patiatur: sed præsertim, ne desponderat animo, & ab incepto opere desistat, præuidens verbum Dei nullum, aut per paruum in auditoribus fructum afferre. Ideo enim Christus Dominus, dum parabolam illam proposuit, *exit, qui seminat, seminare semen suũ*, agnoscens ex quatuor partibus vnam dumtaxat fructum attulisse, clamabat, *Qui habet aures audiendi, audiat*, ideo oportet, vt sit patiens, & expectet, atq; instet opportunè importunè, ga tãdẽ fructũ afferet verbũ Dei. Nã sicut ait Dñus per Isaiã: *Non reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcũq; volui, et prosperabitur in his, ad quæ misi illud.* Vnde S. Iacob. *Patientes estote fratres, sperantes vsque ad aduentũ Domini. Ecce agricola expectat præciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat tempora matutinum & serotinum.* Id quippe, sicut dicit Chrysostomus, prorsus necessarium est, alioqui cætera in cassum fiunt. Si enim piscatores, cum sæpè die tota frustra iactauerint retia, non tamen desistunt, neque desperant; multo magis nos id facere conuenit &c. Interdum igitur is, cui persuadere persistendo poteramus, desperatione nostra totum perdit. Non secus, quam si quis imperitus agricola, vbi plantauit vitem, priore illam anno diligenter curet, & fodiat: secundo vero, ac tertio, fructum se percepturum speret, idq; nisi obueniat disperans, quarto iam anno quo laborum suorum præmia percipere poterat, curam vitis omittat. (In mansuetudine, inquit, corripientẽ eos, qui contradicunt.) Hoc enim in primis mansuetè magistrum facere oportet.) In illis vero qui verbũ Dei audiunt, necessaria est etiam patientia, ne desperent, aut putent olim & operam perdidisse, si non statim in eis semen diuini verbi fructum afferat. Patientiam habeat, & expectet tempus à Deo statutũ, vt fructificet, ait enim Isaias: *Qui crediderit non festinet*, quasi diceret: Sit longanimis, expectet, sustineat Dominum, & se ipsum. Scriptum est enim: *Omnes qui sustinent te non confundentur.* Non recedat à decurso aquarum, hoc est ab audientia verbi diuini mente retinens, id quod de homine iusto ait Psalmista: *Et erit tanquam lignũ, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

Luc. 8.

Matt. 4

Isai. 55.

Iacob. 5

Chr. hom. 6 sup. 2 epist. ad Timot. col. 2 B. h. 4

Isa. 28.

Psal. 24.

Psal. 1.

42 Quod si forsitan prædicator, eo quod deridetur à populo, vel eius dictis non obtemperat, desistat à veritate dicenda, timeat, ne illi accidat, quod Propheta Ieremiæ. Nam (vt ait Chrysostomus) *si Ieremias cum audiens multa minitans, malaque imminenti prædicens, ab audientibus subsannaretur, totaque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia desistere, nimirum humano, quodam affectu victus, insanias illas, & conuicia perferri non valens, atque: Factus sum ridiculus tota die: dixi: Non loquar, neque nominabo nomen Domini, & factus est in me velut ignis ardens, atque æstuans in ossibus meis, ac defeci, nec possum ferre etc. Quod si Propheta, qui quotidie ludibrio habebatur, quotidie conuicijs incessebatur,*

Chr. hom. 6 ex variis in Lucam, quæ est 3. de Lazaro tom. 2. Ierem. 20.

tur, sic discruciatus est, eo quod statuerat silere: quæ tandem nos venia digni censebimur, si quid nondum tale quicquam perpessi sumus, tamen ob quorundam negligentiam deijciamus animum, & ab exhibenda illis doctrina cessemus, maxime verò, cum tam multi sint, qui se præbent attentos? hæc Chrysostomus. Quid simile accidit Psalmistæ, ait enim: *Posui ori meo custodiam, dū consisteret peccator aduersum me: obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis, & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra, & in meditatione mea exardescit ignis.* Quem locum Sanctus Augustinus in eodem sensu explicat, cuius verba sunt: A dolore quippe quodam, quem mihi inflixerant calumniatores, & reprehensores tanquam requieuerā in silentio, & cessauerat dolor ille, qui factus est à calumniantibus: sed vbi silui à bonis, renouans est dolor meus. Cœpi plus dolere tacuisse me, quæ dicere deberem, quam dolueram dixisse, quæ dicere nō deberem. Renouatus est dolor meus, & in meditatione mea exardescet ignis.) Cœpit esse inquietum cor meum, videbam insensatos & tacebam, non arguebam, & me sic tacentem zelus domus tuæ comedebat &c. In meditatione mea exardescet ignis: & positus in hac fluctuatione dicendi, & tacendi inter eos, qui calumniari parati sunt, & eos qui affectant instrui, inter abundantes, & inopes factus opprobriū his, qui abundabāt, & despectio superbis, respiciens eos beatos, qui esuriūt, & sitiunt iustitiam, laborans in vtroq; afflictus in vtroque periclitās nè proijciam margaritas ante porcos, periclitans nè erogē cibaria conseruis.]Et S. Greg. 23 mor. 5. *Intus ergo cor concaluit, quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exterius emanare recusauit. Ignis in meditatione cordis exarsit: quia increpatio delinquentium à correptione oris refrixit. Charitatis enim zelus consolatione admirabili augendo se temperat, quando contra iniquorum opera per vocem correptionis emanat: vt & qua corrigere non valet, increpare non desinat, ne se participem delinquentium, ex consensu taciturnitatis addicat.* Vnde metuens diuinam vltionem subdit, *locutus sum in lingua mea &c.* Cui consonat illud Isaiæ 6. *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sū, & in medio populi polluta labia habēns ego habito, & regē Dominū exercituū vidi oculis meis.*

Psal. 118.
Psal. 64.
Ioan. 2.
Matt. 25.
Matt. 5.
Gregor.
Isaiæ 6.

53 Nec tamē prædicator fraudabitur mercede sua, etiā si in audētibus nullum fructū affera:, dicit. n. Apostolus: (Vnusquisque mercedē accipiet secundum proprium laborem.) Vbi, vt notauit Chrysostomus, non ait secundum fructū, quē fecerit, sed secundū proprium laborem, vt prædicatores consoletur. Non enim in eadem cōditione, inquit ille, quæ agricolæ, sunt verbi diuini præceptores. Si quidem agricolæ post annuos sudores, & miseram illam, laboriosamque vitā, si terra aliquando pro operis in se impensi non respondeat, nemo alius eius damnum instaurare potest, sed pudibundus, tristisque ab area domū ad vxorem, & filios reuertitur, & quem longi laboris mercedem peta:, habet neminem. In nobis autē nihil huiusmodi vsu venit, sed licet culta terra nullum afferat fructum, & eius & noster Dominus vana nos spe dimissos non frustratur, sed remunerat. Vnusquisque enim, inquit, propriam mercedē accipiet secundum proprium laborem, non secundum rerum eius;

1. Cor. 3.
Chr. ho. 12. sup. 108. in princ. to. 3.

Digitized by Google

euentum.)Et Sanctus Bernard.lib.4.de confid.ad Eug.Si dicis,Roma ni proterui,& duriſſimi ſunt,attende(ait)fac quòd tuum eſt:non dicitur tibi,ſana illum,ſed curam illius habe.Et Apoſtolus non dixit,Plus omnibus fructificauiſed plus omnibus laboraui.] Hæc Bern.Cui conſonat illud 1.Cor.15.*Itaque fratres mei dilecti,ſtabiles eſtote, & immobiles,abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino.* 1.Cor. 15.

44 Populus etiam magnam poterit de ſe ſpem concipere, dum alacri animo ad audiendum verbum Dei certatim concurrit, quod & his verbis notauit Chryſ. Videns ergo,dile&,alacrem,& quotidianum veſtrũ in hoc templo cõuentũ,magnã percipio voluptatẽ,miſericordẽque Deũ in profectu veſtro glorificare non ceſſo.Nã ſicut eſurire corporalis ſanitatis indicium: ita & ſtudio magno audire diuina eloquia, bonæ animi valetudinis certiſſimũ eſt argumentũ.)Et multa alia proſequitur ponderationes digna Et hoc 3.imperfecti in Matth.Illum autem grauis ten tirfirmitas,quẽ ſacerdos ſequitur verbis,& ille ſpiritualium verborum medicamentũ non ſentit,nec melioratur, ſed quaſi qui ſtomachum patitur,quicquid manducauerit,& biberit,iterũ vomit:ſic & illa anima patiens,quicquid audierit,ſtatim de ſenſibus ſuis proijcit foras:ſic illi infideles Iudæi,de quibus dictũ eſt.Omnẽ eſcam abominata eſt anima eorum.i.omnem eſcã doctrinæ animam nutrientem.] Et S. Greg.Cibus enim mentis eſt ſermo Dei:& quaſi acceptus cibus ſtomachi languente reijcitur,quando auditus ſermo in ventre memoriæ nõ retinetur.Sed quiſquis alimenta non reiicit,huius profecto vita deſperatur.]Cui conſonat illud Ioan. 8. *Qui ex Deo eſt verba Dei audit:propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis.* Et Lucæ 11. *Beati qui audiunt verbum Dei,& cuſtodiunt illud.* *Pſal.* 106. *Greg. hom. 15 in Euã.* *Ioan.8.* *Luc.11.*

45 Sicut ergo eundẽ cibũ quẽ ſtomachus digerit,ſecum cõuertit in ſanguinem,ſel in bilem,ita & verbum Dei qui audiunt,quidam in bonum,quidam in malum,quidam in ſuam ſalutem,quidam in ſuã damnationem illud conuertunt,vt elegantẽr his verbis expendit Chryſ. ſicut enim ſtomachus accipiens cibum coquit eum in ſe ipſo,& per totũ corpus diſpergit: ſic & ſacerdotes accipiunt ſcientiã ſermonis per ſcripturas ex Deo,& excoquentes eã in ſe.i.tractantes,& meditantes apud ſe,vniuerſo populo ſubminiſtrant. Et ſicut ſtomacho ſubminiſtrante, vnumquodq; mẽbrũ ſuſcipit nutrimentum,& conuertit ipſum in ſe ſecundum ſuã naturam:vt puta quod ſuſcipit iecur,tum fit ſanguis:quod autem ſuſcipit fel,bilis efficitur totum:quod vero aſcendit in pulmonẽ, phlegmata fiunt:quod autẽ in mãmillas,lac fit:ſic ſacerdotibus in Eccleſia loquentibus,verbũ omnes ſuſcipiunt, vnuſquiſq; autẽ conuertit illud ſm̃ ſuũ proprium cor,ita vt vnum idipſum verbũ in cordibus gdẽ rectis procedat ad vitã,in cordibus autẽ peruerſis ſuſcitet iracundiã, quaſi bilis:in alijs autẽ operetur dilectionẽ dulciſſimã,quaſi lac:in alijs autẽ odia,quaſi phlegma nociuum,& expuendũ.] Vnde Pſalmiſta loquens in perſona eorum,qui libenter audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud,inquit: *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam*; quia *Pſal.* 50

non

non indocendo gaudium est, sed in audiendo. Iode est quod Ioannes Baptista exultauit in gaudio in vtero matris, vt audiuit vocem salutationis Virginis, ait enim: *Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero* meo. Vnde Augustinus. Fœliciores sunt qui audiunt, quã qui loquũtur. Qui.n. discit, humilis est, qui autem docet, laborat, vt non sit superbus, ne male placendi affectus irrepat, ne Deo displiceat, qui vult placere hominibus. Magnus tremor est in docente fratres mei, magnus tremor est noster in his vocibus nostris. Credite cordi nostro, quod videre non potestis, scit ipse qui miteſcat nobis, qui propitius sit nobis, cum quanto sub illo tremore ad vos loquimur &c. Vide humilitatem de auditu, ait enim. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi stat, & audit eum. Stantem se fecit & audientem, non cadentem, & loquentem. Stat, inquit, & audit eum. Audisti auditum, vbi est exultatio, & lætitia? Continuo sequitur, Stat, & audiat eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi.) Hæc Aug.

Luc. 1. Aug. sup. Ps. 50 post med. H.48

46 Necesse est ergo vt doctorum, & auditorum concordia mutua charitate, & benevolentia coalescat. Nam auditores sunt veluti vestimenta prædicatoris, de quibus mistice dicitur Iob 37. *Non ne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro.* Vbi Gregorius, Natura, inquit, vestimentorum est, vt per semetipsa calere non possint, sed adiuncta viuenti corpori, dum exhalantes membrorum poros contegunt, emanantem ab intimis calorem præmunt, quo nimirum calore hæc eadem vestimenta calefiunt, sed calefacta calorem, quem acceperint, retinendo ad corpus reddunt. Sic ergo populi dum prædicatori iunguntur, & verba eius attente audiunt, calefiunt flãte Austro, hoc est Spiritu sancto inspirante, sicut calefiunt vestimenta iuncta corpori, sed calorem susceptum eidem reddunt, quia Doctores Sancti, dum auditores suos in amorem Dei proficere sentiunt: ipsi amplius in doctrinæ virtute feruescunt.)

Iob 37. Gregor. 37. mo. 23. pen. lo post pri.

47 Prædicationis officium magnitudine sua deterret prudenter: dicit enim Olimpiadorus monachus cap. 1. super c. 1. Ecclesiast. Semper ferè diuini verbi doctores laborant, atque in angustia sunt, ac plerumque ab ipsa doctrina retrahuntur, cum frustra se videant operam impumere, ac laborem solum lucrari, ob auditorum inobedientiam, ac desidiam. Prædicationis itaque officium deterret eos, qui cum negligentia audiuntur.)

Olimpiodo. To 1. B. V. P. pag. 474

48 Prædicatores veri sunt Galli succincti lumbos, de quibus Prouerb. 30. Tria sunt, quæ benè gradiuntur, & quartum incedit feliciter, Leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauet occursum, Gallus succinctus lumbos: & aries, nec est Rex, qui resistat ei. Vbi Salonius Viennensis Galliarum Episcopus super parabolas Salomonis, per Gallos prædicatores intelligit, quia inter præsentis vitæ tenebras verum manè, hoc est veram lucem prædicando annunciant, gloriam videlicet æternæ beatitudinis.) Hi habent succineos lumbos, quia sancti prædicatores in membris suis luxuriam, restringunt: Per *Arietem sancti desi-*

Salonius: To. 1. B. V. P. pag. 456.

gnatur

gnantur confessores & sacerdotes, qui veluti aries gregem praeeunt, quia populum fidelem per exempla sua gradientem ducunt. Istu mirum, arietes si virtualiter, & recte viuant, nullus est Rex, qui eis resistere valeat; quia nullus est tam saeuus persecutor, qui eorum intentionem valeat impedire, quia & si eis mala ingeruntur, omnia patienter sustinent pro Christo.

49. Hinc est, quod labia Sponsi, per quae duo testamenta, quae in ore Praedicatorum resonare debent, conferuntur illis Canticorum 5. cum dicitur: Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Vbi Philon Carpatior. Episcopus super Cant. Per labia stillantia diuinae Scripturae candorem, eiusque sermonum pulchritudinem, siue etiam Praedicatores fidei intelligit: quia, *dum fortissimorum martyrum gesta, & exempla praedicant, myrrham populis stillare videntur: plenam (inquam) atque perfectam, quoniam martyrum vita ac mores, perfectae cuiusque virtutis plenissimi fuerunt. Vtque myrrha carnes illiniuntur, ne putredinem sentiant: ita Sanctorum exempla, atque martyrum, auribus adhibentur audientium, vt carnem suam cum vitijs omnibus et concupiscentijs crucifigere discant, ne ipsorum animae miserrime putrescant.* Philo. to. 1. B.V.P. col. 574.

50. Zelus salutis animarum, quo Praedicatores Euangelij esse debēt succensi, est sacrificium quoddā omnipotenti Deo gratissimum, sicut testatur Berengosius Abbas sermone quodam in natali martyrum, cuius verba sunt: *Omnipotenti Deo nullum sacrificium tam gratum est, & tam charū, quemadmodum est zelus animarum.* Vnde & Psalmographus hac in re veritati testimoniū perhibens de se, zelus (inquit) domus tuae comedit me. Sed hanc spiritalis zeli fruxuram Deus omnipotens quam grataner accipiat, eadem lex manifestissime nobis indicat, vbi per ipsam similia in sacrificium offerri iubetur, de qua scriptum est: in sartagine oleo conspersa frigetur. Nihil aliud est autem haec similia in sartagine, nisi munda mens iusti à vitiorum nigredine, virtutum candidata similagine: quae per spiritalis zeli sollicitudinem, oleo misericordiae tunc digne conspersa esse probatur, cum alter alteri in charitate sociatur.) Vide alia plura in praefatione huius operis, & alia praefatione super Isaiam. Berengos. To. 2. B.V.P. col. 862.

DE PRÆLATIS. Cap. XCVI.

PRaeter ea, quae superius dicta sunt Verbo Episcopus, & Verbo Ambitio, & Verbo Praedicator, quae sequuntur sunt obseruanda.

Prælati curam subditorum super se suscipiunt, vt in quiete contemplationis absque vlla perturbatione, vel externa distractione subditi possint Deo seruire: Ideo in illis Ecclesia dicitur *pulchra, sicut tabernacula Cedar, sicut pelle Salomonis*. In cuius symbolum Exodi vigesimo quinto praeceptum fuit Moysi, vt ad tegenda interius Sancta Sanctorum ex byisso, purpura, atque hyacinto vela texerentur, iussum

Cant. 1. Exod. 25.

Digitized by Google

quo est, vt ad protegendum tabernaculum vela cilicina, & pelles extenderet, quæ nimirum vel pluuias, vel ventos, vel puluerem tolerarent: Vbi (sicut docet S. Gregorius) *pelles, & cilicia, quibus tabernaculum tegitur, Prælati designantur. Per hyacinthum, coccum, byssumque sanctorum vita tenera, & clara intelligitur. Quæ dum caute in tabernaculo sub ciliciis, & pellibus abscondituꝛ sua integra pulchritudo seruatur. Vt enim in interiore tabernaculi byssus fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus cæruleo colore resplendeat: desuper pelles, & cilicia imbres, ventos, & pulverem portant &c. Ornent Ecclesiam, qui solis rebus spiritalibus vacant, regant Ecclesiam, quos & labor rerum corporalium non grauat.*

Grego. 21 mor. 16. alias 22.

2 Nec tamen ita debet occupari in exterioribus curis, vt internorum occupationem relinquat. *Plerumque enim* (sicut dicit Gregorius) *corda rectorum, dum temporali sollicitudini incaute deseruiunt, ab intimo amore refrigescunt: & foras fusa obliuisci non metuunt, quæ animarum regimina susceperunt. Soliciudo ergo, quæ subditis exterius impenditur, sub certa necesse est mensura teneatur. Vnde bene ad Ezechielem dicitur:* Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondentes attondeant capita sua &c. vt videlicet cura temporalis solicitudinis, & quãtum necesse est prouideant, & tamen resecentur citius, ne immoderatine excrescant & oculos claudant. Idem dicit epistola 4. ad Cyriacum Constantinopolitanum Episc. lib. 2.

Gre. in pastor par. 2. c. 7 in fine.

Ezech. 44.

3 Gloria Prælati est bonos habere subditos. Dicit enim Apostolus: *Quæ enim est nostra spes ad gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum. Et iterum: Itaque fratres mei carissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, sic state in Domino carissimi.* Hac tamen gloria priuãtur negligentes Prælati, quorum malo exemplo subditi deteriores fiunt, secundum illud Iob 12. *Qui auget sacerdotes inglorios* sic explicat Greg. 11. mor. 9.

1. Thes. 2. Philip. 4. Iob 12. Greg.

4 Debent autem, de hac gloria priuentur, subditorum culpas rimari, & dura corda eorum ei correctionibus aperire. In cuius signum ad Ezechielem dicitur: *Fili hominis fode parietem, qui mox subdidit: Et cum fodissem parietem, apparuit ostium vnum, & dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic, & ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete.* Vbi Gregor. Quid est, inquit, parietem fodere, nisi asperis correctionibus duritiam cordis aperire, vt cuncta ei, quæ illicite cogitantur, innotescant.) Et per similitudinem reptilium &c. diuersa peccatorum genera intelligit, quæ in cordibus subditorum sunt depicta, quæ omnia ab eorum cordibus delere debet, vt Ciuitatem sanctam Ierusalem in eis describat, sicut eidem Prophetæ dicitur: *Fili hominis sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo Ciuitatem Ierusalem etc.* Vbi Gregorius: Doctores sancti sibi laterem sumunt, quando terrenum cor auditorum, vt doceant, apprehendunt. Quem laterem coram se ponunt, quia totum illud sollicitudinis intentionem custodiunt in quo & Ciuitatem Ierusalem inuenitur describere, quia videlicet quando terrenis cordibus, curant summopere quanta sit supernæ

Ezech. 8. Grego. 26. moral. 30. Ezech. 4 Greg. c. 5. Hygaio.

pere pacis visio, demonstrare.) Eandem explicationem prosequitur Iatius hom. 12. sup. Ezechiel. col. 9.

5 Contingit tamen multoties, quod dum subditurum tentationibus occurrit, eisdem ipse etiam tentetur: sicut aqua dum aliorum maculas lauato protinus & ipsa turbida efficitur, vt in Pastorali explicat Gregorius. *Greg. in pastor. par. 2. c. 5 in fin. Grego. 25. mor. 15.*

6 Subditi nihilominus cooperire debent, & celare reprehensibilia facta prælatorum: non tamen imitari quod (sicut dicit Greg.) bene non fit. Noe inebriato exprimitur, cuius nuda verecunda boni filij auersi veniendo texerunt. Auersari quippe dicimur, quod reprobamus. Quid est ergo, quod filij verecunda patris superiecto dorsis pallio auersi venientes operiunt, nisi quod bonis subditis, sic præpositorum suorum mala displicent, vt tamen hæc ab alijs occultent? Operimentum auersi deserunt, quia iudicantes factum, & venerantes magisterium, nolunt videre quod regunt. Cui consonat illud: *Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, sciens quod non te disrumpet.* Et illud: *Sicut sagitta infixa in femore canis, sic verbum in corde stulti.* *Eccl. 14. Ibid.*

7 Debet autem Prælatus non solum in loco, & dignitate, sed multo magis in obseruantia regulari subditos præcedere, & tanquam dux, Dominici exercitus eos ante ire, vt eius vestigia sequantur. Ideo namque in sacris literis per arietes designantur, præterum Prou. 30. *Tria sũt, quæ bene gradiuntur, et quartum quod feliciter incedit. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum, Gallus succinctus lumbos, et aries; nec est rex, qui resistat ei.* Vbi Greg. Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra Ecclesiam ordinem sacerdotum? De quibus scriptum est: *Afferte Domino filios arietum.* Qui per exẽmpla sua gradientem populum quasi subsequentem ouium gregem trahunt.) Inuitentur Redẽptorẽ nostrum, qui coepit facere, & docere; de quo etiam Isaias ait: (Et erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuum: & aures tuæ audiẽt vocem post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea, & non declineris ad dexteram, nec ad sinistram.) Sit semper in ore eorum illa Gedeonis milites suos alloquentis: *Quod me facere videritis, hoc facite.* Sic enim fiet, vt victoriam contra inuisibiles hostes, sicut Gedeon aduersus Madianitas assecutus est, consequantur. *Prou. 30. Grego. 30. mor. 3. paulo post. prĩ. Psal. 28. Act. 1. Isa. 30. Iudic. 7.*

8 Sunt enim Prælati actiones, tanquam motus primi mobilis, quod sũo curtu alios inferiores orbes secum trahit. Vnde sicut refert Aug. li. 2. de Ciu. Dei ca. 25. Romanis in quadam cãpaniæ lata planitiæ, vbi nõ multo post Ciuiles acies nefario prælio conflixerunt, Dij, quos Romani colebant, inter se prius pugnare visi sunt, & sic numina inter se pugnasse finxerunt, vt tanquam Deorum exẽplo, si & ipsi bella ciuilia mouerent, nullum nefas admittere viderentur.

9 Sicut Saul per humilitatẽ ad regimen Israelitici populi ascẽdit, Dño attestante, qui ait: *Nonnè cũ esses paruulus in oculis tuis, caput in cõsilium in tribubus Israel?* sed p superbiã reprobatus est: ita & Prælatos humiles esse decet, ne per superbiã à Deo reprobẽtur. Debẽt ergo suã potestatẽ cõtra vitia, nõ contra personas, quæ natura æquales sunt, exercere. De *1. Reg. 15.*

Iob 36. his enim,qui vtuntur sua potestate,scriptum est, Deus pōtentes non
Gregor. 26. abijcit,cum & ipse sit potens. Vbi Gregorius: Bene hanc potestatem
mor. 19 4- exercet,qui scit per illam super culpas erigi , & scit cum illa cæteris
lias 21. æqualitate componi &c.& in medium profert exemplum Pauli,cum
1. Thes. 2. subdit: Quasi Prælatum se fratribus esse nescicbat,cum diceret: *Facti*
2. Cor 4 *sumus paruuli in medio vestrum* : *Nos autem seruos vestros per Iesum*
1. Cor. 4 *Christum*. Sed cum culpam, quæ corrigi debuisset,inuenit: illico magi-
strum se esse re oluit,dicens: *Quid uultis? In uirga ueniam ad uos?* Su-
mus itaque locus bene regitur,cum is,qui præest, vitiis potius, quam
fratribus dominatur. Quod etiam prosequitur lib. 21. mor. ca. 10. Vbi
ait: Cuncti qui prasunt,non in se potestatem debent ordinis,sed æquali-
tatem pensare conditionis,nec præesse se hominibus gaudeant,sed pro-
desse. ¶

Gre. in pa- 11 Hinc est,quod(vt obseruauit Gregorius) Regem Babyloniæ,
stor part 1. quia cunctis hominibus in cogitatione se pretulit, & magnum se vltra
c. 4. homines existimauit,ac tumidus dixit Danielis 4. *Nonne hæc est Baby-*
lon magna,quam ego ædificaui in domum Regni, & in robore fortitudinis
meæ,& in gloria decoris mei? in cuius mentem anima uertit, ab humana so-
cietate separauit,agrestibus mutata mente coniunxit,districto videlicet
iustoque eius iudicio, vt homo quoque esse perderet, qui magnum
se vltra homines æstimasset. ¶ *Y por que se tuuo en mas que hombre, le*
conuertio Dios en bestia.

Gre. in pa- 12 Potestatē culminis confert Greg. Tempestati maris, in qua dū
stor. pár. 2. cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur, huc illucque in-
c. 9. cessanter impellitur: vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per
obuiantia saxa frangatur. Inter hæc itaque quid sequendum est, quid te
nēdum, nisi vt virtutibus pollēs coactus ad regimē veniat: virtutibus va
cuus nē coactus accedat? Ille si omnino renititur, caueat ne acceptam
pecuniam in sudarium ligans, de eius occultatione iudicetur. Pecuniam
quippe in sudario ligare, est percepta dona sub otio lenti torporis abscō
dere. At contra iste, cum regimen appetit, attendat nē per exemplum
prauī operis Phariſæorum more ad ingressus regni cœlorum tenden-
tibus obstaculum fiat: quia iuxta magistri vocem, nec ipsi intrant, nec
alios intrare permittunt.

Greg. lib. 4 13 Qui ergo regendam nauē suscepit, tāto amplius (vt dicit Gre.)
epist. 4. ad necesse est vigilet, quanto amplius littus relinquit: vt aliquando futu-
Cyriac. Epi- ras procellas ex signis præuideat, aliquando venientes, aut directo cla-
scop. Con- uo, si parua sint, superet; aut si vehementer intumescunt, dato in obli-
stanti li. 6. quium latere, irruentes declinet; & sæpē solus vigilet, cum cuncti illi, qui-
bus nulla nauis cura commissa est, quiescunt. Quomodo autem suscepto pastorali onere habere serenitatem cogitationum potestis, cum scri-
Iob 26. ptū sit: *Ecce gigantes gemūt sub aquis?* iuxta Ioannis etenim vocē, quæ
populi sūt. Et gigantes sub aquis gemere est, quia quisquis in hoc mūdo
quasi quadā corporis mole, ordine potestatis excreuerit, tāto pōdera ma
joris tribulationis sē sit, quāto super se regēdorū populorū curā suscepe
rit. Sed si Sanctus Spiritus virtus assidua mentē afflauerit, protinus hoc,

quod

Quod Israelitico populo corporaliter factum est, nobis spiritaliter contingit. Scriptum quippe est: *Filij Israel ambulauerunt per siccum, per medium mare.* Et per Prophetam Dominus pollicetur, dicens: *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te.* Illos enim flumina operiunt, quos actiones huius seculi mentis perturbatione confundunt. Nam qui Sancti spiritus gratiam tenet in mente, transit aquas, & tamen fluminibus non operitur: quia etiam inter medias populorum turmas sic peragit gressus sui itineris, vt non submittat actionibus seculi caput mentis. ¶ Hæc Greg. Exod. 15. Isai. 43.

12 Et vt Episcopi imminentia suis subditis pericula, præcauere valeant, oportet, vt pleni sint oculis, sicut de sanctis animalibus dicitur. *In circuitu, & intus plena erant oculis:* quia, vt dicit Gregorius, In exterioribus circumspecti, & intrinsecus prouidi sunt. Quo contra carnalium doctorum præsumptionem, in Euangelio Dominus arguens ait: *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Vnde sic loquebatur in Israel *vnusquisque vadens consulere Deum, venite, eamus ad videntem;* talis nãq; esse pastor S. Ecclesiæ debet: quia in via coelestis patriæ ad præbendũ lumẽ subditis constitutus est. Sẽper ergo spargat radios luçis, vt fideles subiecti ex illuminationis suæ experientia, alios ad illuminationem trahant &c. ¶ Ezech. 1. Greg. sup. 1 Reg. c. 4 circa mediũ. Luc. 6. 1. Reg. 9

13 Ideo etiam Prælatus speculatoris nomen sortitur, & in altiori constituitur loco, vt imminentia pericula à longe conspiciat, & ea populo annuntiare valeat. Sic enim ait Dominus ad Ezechielem: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me &c.* Ne autem de manu Prælati sanguinem subditorum, qui pereunt, Dominus requirat, vigilantis speculatoris officiũ exequatur intrepidè, sicut exequutus est Isaias, cũ ait: *Et clamauit Leo. Super speculam Domini ego sum; stans iugiter per diem: & super custodiã meam: ego sum stans totis noctibus.* Leonem se ipsum vocat Isaias: quia intrepidè, quæ vidit aduersus Babylonem, nunciauit. Talis enim debet esse speculator super gregem Domini constitutus, qui nec timore mundano, nec spe sinistra taceat, vel ea quæ Dominus præcepit, annunciare omittat: sed instar Leonis rugiat, & dormientes in somno peccati excitet, vt euigilent. Expende, qualiter tempus speculatoris disponat. Primo enim oportet, quod supra gregem suum vigilet, & speculetur damna, quæ imminent ouibus, & per diem in eius commodum se occupet, ac pastorali curæ incumbat: nocturnum vero tempus, quod orationi, & contemplationi est aptissimum, custodiæ animæ suæ deputet, iuxta illud: *In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* Ezech. 3. Isai. [illegible] Psal. 41

14 Dauid vnctus est in regem in medio fratrum suorum, iuxta illud: *Tulit igitur Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum suorum.* Saul vero solus in extrema parte Ciuitatis vnctus fuisse perhibetur, quia ille boni pastoris; hic vero reprobi typum gessit. Quid autem significet vngi in medio fratrum, his verbis explicat Gregorius: *In medio fratrum vngitur, quia virtutis exempla circumquaque spargere* 1. Reg. 16. 1. Reg. 9. Greg. lib. 6. sup. 1. Reg. ca. 3. circa med.

bebetur. In medio fratrũ vrgitur, vt tãtæ vnctionis fieri participes omnes possint. Qui n. in medio ponitur, ab omni parte videtur. Oleo quippe in medio aliorũ vrgitur: quia qui in aliorũ exẽplũ positus est, nullã sui parte habere obscurã debet, vt hunc omnes aspiciant, & ab eo lucis exẽplũ sumant.

15. Nec potest, aut debet Prælatus, qui non recte suum exequitur officium, se excusare verbis mendacibus, dicendo: Ego non quæsiui hãc dignitatem, non per ambitum ad eam peruenj, alij me elegerunt: ego quantũ potui, me excusaui, coactus tũm dignitatem illam acceptare: ipsi viderint, qui me elegerũt. Hæc n. excusatio (vt latè ostendit Chr.) nihil profuit Sauli, nihil iuuauit Heli, Moysi, & alijs, ne punirẽtur à Deo prædilectis, & de rectibus in administratione suæ dignitatis cõmissis Etenim: *Saul ille, qui patrem Cis habuit, non suo ipse studio Rex factus est. Prophetæ tum eo de regno collocutus est. Porro Saul ne a duris quidem Propheta verbis, ad regni administrationem suscipiendam accurrendum sibi putauit: quinimo tergiuersatus, deprecatusque est, cum diceret: Quisnam ego sum? quænam istius patris mei domus? Quid tandem? Saul ne posset quæ non recte honore sibi a Deo delato vsus est, potuere verba ista eximere ab eius ira, a quo Rex creatus ipse fuerat? Atqui licebat illi aduersum Samuelem increpantem, insimulantemque verbis his vti: Num ad regnum ipse administrandum accurri? num ad huius potestatis regimen presilij, atque adulani? Equidem in animo habui priuatam vitam viuere, quietam illam quidem, ac molestijs vacantem, iis vero ad hoc me dignitatis auctoritatisque pertraxisti.* In reliquo eiusdem libri, qui elegantissimus est, docet, fulciens, qui indignum Prælatum eligunt, etiam non excusati sub prætextu, quod illum non cognoscebant: quia stultum fuit eligere, quem non cognouerant: cum & qui volunt emere mancipium, prius de eius qualitatibus se informant: qui enim eligunt indignum scienter, idem faciunt, ac si hostes traderent lupo, vel Ecclesiam inimicis. Agit etiam de scientia Prælati, quia debet esse medicus humorẽs corporis mystici, ad mediocritatem reducens, de quo ibi circa finem. Denique libro 5. de sacerdotio ostendit, quomodo Prælatus se debet habere cum subditis, tãquam pater cum filijs paruulis, eos supportando, & paternè cum illis agendo.

Chry lib. 4. de sacer col. 2: Eidem 5.

Eidem lib. co. 5. 6. & 7

Ignat. in. 3. B. V. P. col. 12.

16. Fideles omnes præsertim Ecclesiastici maximam reuerentiã, & obedientiam exhibere debent prælato suo, vt diuinam vltionem euadant. Id quod elegantissimis verbis probat S. Ignatius martyr. & Episcopus Antiochenus epist. 6. ad Magnesianos: Explicans illud 1. Tim. 4. *Nemo adolescentiam tuam contemnat*, inquit: Decet itaque, & vos obedire Episcopo, & in nullo illi refragari, terrible namque est talia contradicere, nec enim hunc fallit, qui videtur, sed inuisibilem fallere nititur, qui non potest à quoquam falli. Nam si id fit, non ad hominem, sed ad Deum redit contumelia. Samuelj namque dicit Deus: *Non te* (inquit) *reuerati sunt, sed me.* Et Moses inquit. *Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Deum.* Nec enim legi contradixerunt Dathan, & Abiron, sed Moysi, & vitæ perpetuæ præcipitati sunt. Core autem, & qui cum illo conspirarunt ducenti quinquaginta numero, exusti igni sunt.

1. Reg. 8. Exod. 6. Num. 16. 1. Reg. 18.

Abso-

Absalon parricida factus, cum ex arbore penderet, per cor praua illa consilia machinatum, lanceis traiectus est. Abedadam similiter capite truncatus est ob similem causam: Ozias lepra percutitur, ausus quid tentare contra sacerdotes, & sacerdotium. Saul honore priuatur Regio, non expectans summum sacerdotem Samuelem. Et epist. 10. ad Smyrnenses ait: *Honora Deum, vt omnium auctorem & Dominum, Episcopum vero vt principem sacerdotium imaginem Dei referentem; Dei quidem propter principatum; Christi vero propter sacerdotium &c. Qui honorat Episcopum, à Deo honorabitur; sicut qui ignominia afficit illum, à Deo punietur.* Est enim Episcopus, & Prælatus os Dei, sicut Sanctus Nicon testatur epistola ad Enclitium, quæ habetur to 3. B. V. P. col. 202. Vbi ait. Qui Dei gregem sincerè pascit, os Dei vocatus est Jeremiæ 15. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Vide Athanasium Patriarcham Constantinopolitanum epist. 6. ad Imperatorem, vbi eleganter confert officium Prælati, & Episcopi cum officio pastoris. Habetur hæc epistola to. 3. Bib. V. P. col. 212. Vide Sanctus Bernardus epistola 178. ad Innocentium Papam in eos acriter inuehitur, qui flagitiosi, & contentiosi cum sint, dum à suis Prælatis corripiuntur, & eorum crimina castigantur, recurrunt ad curiam Romanam, & *redeuntes iactant, et gestiunt se obtinuisse tutores, quos magis vltores sensisse debuerant &c. Prob pudor, quos cachinnos res ista mouit, & mouet Ecclesiæ inimicis, etiam ipsis, quorum fortasse metu, aut fauore à recto tramite addueti sumus. Amici confunduntur, fidelibus insultatur, Episcopi vbique in opprobrium veniunt, & contemptum: quorum dum recta iudicia contemnuntur, vestræ quoque plurimum derogatur auctoritati. Ipsi sunt enim qui honore vestrum zelant, qui vestra pro pace, et exultatione laborant fideliter quidem, sed vereor ne inefficaciter.* Et plura alia prosequitur consideratione digna, quæ oportet videre.

2. Par. 26.
1. Reg. 13.

Bernardus

27 Interim tamen debet Prælatus, & Episcopus onera subditorum portare, sicut docet S. Ignatius epistola ad Policarpũ, cuius verba sunt: Omnes porta, quemadmodum te Dominus; omnes tolera per charitatem, sicut & facis; precibus vaca sine intermissione; postula intellectum ampliorem, quam habes; vigila insomnem spiritum habẽs, singulis iuncta diuinam concordiam loquere: omnium infirmitates perfer vt athleta perfectus; sicut & omnium Dominus. Ipse enim (inquit) infirmitates nostras portauit; vbi laboris plus est, ibi & plus emolumenti. Bonos si amas discipulos, nulla tibi est gratia; pestilentiores autem mansuetudine subige. Non omne vulnus emplastro curatur; vehementiores morbi accessiones inflationibus feda. Prudens in omnibus esto vt serpens, & simplex perpetuo vt columba. Et

Ignatius To. 3. B. V. P. col. 29.

DE QVAERENDO DEVM

Cap. XCVII.

DVm sumus in hoc mortali corpore, semper debemus Deum quærere; quia cum infinitus sit, perfectè à nobis inveniri non potest. Ideo ait Psalmista: *Lætetur cor quærentium Dominum: quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper.* Vbi duo obseruanda sunt. Alterum est, quod non ait, lætetur cor inuenientium, sed quærentium Dominum, cum tamen non in quærendo, sed in inueniendo lætitia sit. Vnde Virgo mater pijssima cum dolore quæsiuit, quem non inueniebat, fili. Aut quomodo: *Ego & pater tuus dolentes quærebamus te.* Et mulier illa, quæ drachmã perdiderat, dum quæsitam inuenit: *Congratulamini mihi* (ait) *quia inueni drachmam, quam perdideram.* Non enim ait, congratulamini mihi, quia quæsiui, sed quia inueni drachmam, quam perdideram: Alterum est id quod ait: *Quærite faciem eius semper.* Si semper quærendus, ergo nunquam est inueniendus: nam cum inuenitur, quod quæritur, iam non amplius quæritur, sed cum gaudio possidetur. Et tamen, Deum inueniri posse, testatur Isaias, dum dicit, *quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est.* Sed ad hæc omnia respondet Augustinus. Melior, inquiens, meliorque fit quærens tam magnum bonum, quod & inueniendum quæritur, & quærendum inuenitur? Nã & quæritur, vt inueniatur dulcius, & inuenitur, vt quæratur auidius. Secũdum hoc accipi potest quod dictum est in lib. Ecclesiastici dicere Sapientiam: *Qui me manducant, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.* Manducant enim & bibunt, quia inueniunt: & quia esuriunt, ac sitiunt, adhuc quærunt. Fides quærit, intellectus inuenit, propter quod ait Prophera: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Et rursus intellectus eum, quẽ inuenit, adhuc quærit: *Deus enim respexit super filios hominum, &c.* Vnde in Psal. sacro canitur, vt *videat, si est intelligens, aut requirens Deum.* Ad hoc ergo debet homo esse intelligens, vt requirat Deum. Et super Ps. 104. per faciem eius intelligi præsentiam eius. Quæ est enim, inquiẽs, facies Domini, nisi præsentia Dei, sicut facies venti, & facies ignis. Dicitur enim: *Sicut stipula ante faciem venti, & sicut fluit cera à facie ignis.* Et multa alia ponit Scriptura, nihil aliud, quam earum rerum præsentiam volens intelligi, quarum nominat faciem. Sed quid est, quærite faciem eius semper? Scio quidem, quia mihi adhærere Deo bonum est: sed si semper quæritur, quando inuenitur? An semper dixit in tota vita illa, qua hic viuitur, ex quo nos id facere debere cognouimus, quando & inuentus quærendus est? Iam quippe illum inuenit fides, sed adhuc eum quærit spes. Charitas autem, & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per speciem. Vbi tunc sic inuenietur, vt deficiat nobis, & vlterius nõ quæratur: nisi nã eũ in illa vita inueniret fi-

des,

Psal. 104

Luc. 2.

Ibidem 15

Isaiæ 55.

Aug. li. 15 de Trin. c. 2. tom. 3.

Eccl. 24.

Isa. 7.

Psal. 13.

Rom. 1.

Psal. 82.

ret,non diceretur &c. Si enim quod non videmus, speramus,per pa-
tientiam expectamus. Et quod Ioannes ait: *Scimus quia cum apparuerit,* 1.Ioan.3.
similes ei erimus,quoniam videbimus eum,sicuti est An forte etiam cum
facie ad faciem viderimus eum sicuti est, adhuc perquirendus erit?
est sine fine quærendus,quia sine fine amandus.) Hæc Sanctus Augu-
stinus.

2 Quærendus est ergo Deus,sed non in rebus mutabilibus, & pe-
rituris huius seculi,quæ fluxæ sunt,& instabiles. Quod si eas amare lu- *Aug. lib.4*
bet,si placent animæ,in Deo amentur: quia,vt dicit Sanctus Augusti- *cõfess.c.12*
nus,& ipsę mutabiles sunt,& in illo fixæ stabiliuntur,alioquin irem,& *in prin.t.1.*
perirent. In illo ergo amentur,& rape ad eum tecum,quas potes:& dic
eis:Hunc amemus,hunc amemus,ipse fecit hæc, & non est longe &c.
Non est requies vbi quæritis eam. Quærite quod quæritis: sed ibi
non est, vbi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mor-
tis: non est illic. Quomodo enim beata vita,vbi nec vita? Cui con- Cant.3.
sonat illud Canticorum 3. *In lectulo meo quæsiui quem diligit anima*
mea,quæsiui illum,& non inueni, quia nimirum non in laboribus, sed in Iob.22.
deliciis quærebat illum: cum tamen de sapientia diuina scriptum sit:
Non inuenitur in terra suauiter viuentium.

3 Qualiter autem, & cum quanta solicitudine sit Deus quæren-
dus, vt inueniatur,docuit nos sponsa; nam cum in lectulo suo quæsis- et
sponsum,& non inuenisset: Surgam (inquit) & circuibo in Ciuitate, *Philo Car-*
p'vicos,& plateas,& quæram quem diligit anima mea,quasi diceret,vt *pationum*
Philo considerat,Surgam, hoc est,à præteritis vitæ meæ actionibus sur- *Episcopus*
gam,à malorum consuetudine discedam, ab illecebris voluptatum re- *in Cantica*
rum omnium humanarum abstinam ac desinam,discutiam conscien- *To.1.B.V.*
tiam meam, & diligenter examinabo per circuitum vitæ meæ,reco- *P.pa.546.*
gitabo annos vitæ transactæ: studiosè quæram in ciuitate, hoc est, in
Ecclesia,in Scripturis Sanctis,in Sanctorum vitis,& exemplis,quomo-
do rectè ambulare ad te deberem, & quomodo hucusque vixerim,
& ambularim. Per latas enim, & apertas peccatorum vias incessi,
communes mores,& consuetudines aliorum imitata sum: obidque
per fora, & plateas dicit se disquisituram, secundum illud: Cogitaui
vias meas,& conuerti pedes meos in testimonia tua. 3 Et post
multa, paululum cum pertransissem inueni quem diligit
anima mea. Tenui illum, nec dimittam, donec intro-
ducam illum in domum matris meæ, & in-
cubiculum genitricis meæ, idest, donec
ludæos, & eorum Synagogam, quæ
mater fuit sponsæ, ad fidem spon-
si adducam, quod fiet in
fine seculi, vt ibi ex-
plicat Phi-
lon.

DE REGE CAP. XCVIII.

REges dupliciter debent Deo deseruire Primo inquãtum homines, iuxta illud Psal. 2. *Et nunc Reges intelligite, eruditimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore &c.* Secundo inquantum Reges, populum sibi subditum iustis legibus gubernando. Vnde Augustinus: Aliter seruit quia homo est, aliter quia etiã & Rex est. Quia homo est, ei seruiuit viuendo fideliter: quia vero etiam Rex est, seruit leges iusta præcipiendo, & contraria prohibendo, conuenienti vigore sanciendo. Sed quid est, quod in timore vult, vt seruiant illi Reges, cũ tamen alios potius in amore, quam in timore seruire præcipiat? respondet Augustinus rationem esse, nam reges maximè indigent timore Dei, eo quod in terra non habent superiorem, quem timeant: vnde si semel timorem Dei abijciant, quotidie proficient in peius, & absque vllo freno in præceps ibunt: subditi vero etiam si Deum non timeant, habent tamen superiorem in terris, cuius timore recedant à malo, & faciant bonum.

Psal. 2

Aug. epist. 50. ad Bonifacium lib. 4 de Cæsaris comitatu col. 8. D. tom. 2.

2 Rex, qui non administrat iustitiam, sed iniustis tributis, & exactionibus suos subditos vexat, quid aliud est, nisi latro magnus, qui impunè bona subditorum surripit? Dicit enim Augustinus: Magna latrocinia. Quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua regna? &c. Elegantèr enim veraciterque Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit. Nam cum idem rex hominem interrogasset, quid ei videretur, vt mare haberet infestum, ille libera contumacia, quid tibi, inquit, vt orbem terrarum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, imperator? Hæc Aug.

Aug. lib. 4 de Ciu. Dei cap. 4

3 Sceptrum ideo portat Rex, vt memmerit se obseruatorem, & cultorem esse iustitiæ. in cuius etiam symbolum virgã Moysi, & Aaron cõmendat valde scriptura. Per illam Moyses populum captiuum à seruitute Pharaonis liberauit, & per desertum deduxit: Ideo inter omnes alias virgas floruit. Vnde Aug. O sancta, laudabilisque iustitia. Sub te, & per te pudicitia regnat, pax per te triumphat, & securitas. O iustitia qui te amauerit, qui te strinxerit, cum Moyse mare mũdi vitiorum sanguine rubricatum sicco vestigio pertransibit. Hæc est virga, quæ petra percussa manat in fluenta. Quia lapidea subditorum corda iudicio iustitiæ tacta in virtutum exuberant flumina. Hæc est virga Aaron, quæ frũduit, florut, & fructum peperit: quia iustitia quasi frondet, dum mente concipitur; floret, dum viriliter exercetur; fructificat, dum subditus corripitur.

Aug. serm. 24. ad fratres in Heremo tom. 10 pag. 4

4 Nec debent Imperatores, aut Reges ideo felices se ipsos reputare, quia vel diutius imperarunt, vel imperando filios mortè placite reliquerunt, vel hostes Reipublicæ domuerunt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes, cauere & opprimere potuerũt &c. Sed (sicut dicit

Sanctus Augustinus) felices eos dicimus, si iustè imperant: si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum, maiestati eius famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt: si plus amant illud regnum, vbi non timeant habere consortes: si tardius vindicant, facile ignoscunt: si eandem vindictam pro necessitate regendæ, tuendæque Reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odijs exercent: si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod aspere coguntur plerumque decernere, misericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tanto eis est castigatior, quanto posset esse liberior: si malunt cupiditatibus prauis, quam quibuslibet gentibus imperare. Et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ: si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt. Tales christianos Imperatores dicimus esse felices: interim spe postea re ipsa futuros, cùm id quod expectamus aduenerit. 3 Cui consonat illud Isaiæ 32. *Princeps vero ea quæ digna sunt Principe, cogitabit, & ipse super duces stabit*, id est, se exercebit in illis ministerijs, quæ decent Principem, & conuenient in pace duces sibi inferiores, qui Rempublicam gubernant. Nonnim expedit, quod Reges, & Principes, & superiores Ecclesiæ Prælati se occupent in rebus minimis, quæ commodè per inferiores ministros prouideri possunt, & expedirt: quoniam per hæc impediuntur, ne alias grauiores causas, quæ vniuersale bonum respiciunt, decidere valeant. Vnde Ietro Moysi, qui solus onus gubernandi immensam multitudinem portare non poterat, talem dedit consilium: *Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent, leuigabis tibi, partito in alios onere.* Vbi in ministris Principis quatuor requirit conditiones: Prima, quod sint viri potentes, qui vanè non irruunt in iniquitatem, & non sicut illi de quibus Dominus per Isaiam ait: *Dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Secundo, quod timeant Deum, Nam, sicut ait sapiens, *Qui timet Deum, faciet bona.* Tertio, quod sit in eis veritas, ne in iudicio à vero deuiet, iuxta illud Exodi 23. *Non sequeris turbam ad faciendum malum, neque in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vera declines.* Quarto, quod non solum non sint auari, sed & oderint auaritiam. Ne sint sicut illi, de quibus idem Isaias ait: *Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones: pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos.* Cùm ergo per ministros has quatuor conditiones habentes gubernatur Respublica, poterit Princeps cum illis suam conscientiam quietam habere, & alijs, quæ sunt digna Principe, semper intendere.

Aug. lib. 5 de Ciu. Dei cap. 24.

Isa. 32.

Exod. 18.

Isa. 1.

Eccl. 15

Exod. 23.

Isa. 1.

Mo-

5 Maximè autem deber in Regibus,& Principibus elucére humilitas,& clementia: per has enim virtutes potissime conseruantur imperia,iuxta illud Eccl.10.*Sedes ducum superborum destruxit Deus,& statuit mites pro eis.* Et Prou.20.*Roboratur clementia thronus Regis.* Vnde Sanctus Augustinus maximè collaudat fidem,& pietatem, ac singularem humilitatem Theodosij Imperatoris:Quid fuit,inquiens, eius religiosa humilitate mirabilius,quando in Thessalonicensium grauissimum scelus,cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam,tumultu quorundam, qui ei cohærebant, vindicare compulsus est.Et Ecclesiastica coercitus disciplina sic egit poenitentiam, vt imperatoriam celsitudinè pro illo populus orans magis fleret videndo prostratam,quam peccando timeret iratam.)Et S.Ambr.*Dilexi,* inquit,*virum,qui magis arguentem,quam adulantem probaret.* Statuit omne, quo vtebatur insigne regium,defleuit in Ecclesia publice peccatum suum,quod ei aliorum fraude obrepserat:gemitu, & lacrymis orauit veniam. Quod priuati erubescunt,non erubuit Imperator publicè agere poenitentiam,neque vllus postea dies fuit,quo non illum doleret error.)Propter delictum quippe superius commemoratum,quo Ciuitas Thessalonicensis gladio fuit donata,atque plurimi innocentes perempti,Ambrosius habito Concilio cum Episcopis, qui in Synodo prouinciali interfuerunt,epistola quæ numerò est vigesima octaua,Imperatori,antequam accederet Mediolanum, denuntiat indignum se propterea Ecclesiastica communione penitus reddidisse, atque ab ingressu Ecclesiæ penitus separatum, sed vnam illi viam salutis esse relictam,vt poenitentiam agendo promereretur ab Ecclesia indulgentiam.Quibus perculsus literis Imperator Mediolanum aduenies non prius dignus habitus est coetu Ecclesiæ,vel Sacrorum communione, quam publicam ageret poenitentiam.De hac cæde,& publica poenitentia,vide Theodoretum lib.5.c.17.

Eccl.10. Prou.20. Aug.lib.5 de Ciu.Dei cap.26.

Amb.orat. in fun. Theodosij.

6 Quod vero tot egregijs excultum virtutibus christianum Imperatorem in peccatum aliquando labi prouidentia diuina permiserit, totum id fuit, vt delinquentibus Regibus posteris sanciret diuinum consilium, disciplinam nimirum, vt tum exemplo Theodosij videant, quanto dispendio audiant Principes magis aulicos, quam sacerdotes: tum vero vt eius, & poenitentia erudirentur, quantumuis potentissimos,ac inuictissimos Principes,cum delinquunt,ferulæ subiacere Ecclesiasticæ potestatis,& solutos licet legibus sæculi,vinculis tamen aliigatos esse Euangelicæ doctrinæ.Vnde Augustinus vehementer inuehitur in viros longe inferioris ordinis ab Imperatoria dignitate, & alijs præfecturis,qui de peccatis publicis publicam erubescunt agere poenitentiam.Sic enim ait:Et restitit mihi filius pestilentiæ,& erubescit genu figere sub benedictione Dei.Quod non erubuit Imperator, erubescit nec senator,sed tantum curialis? superba ceruix,mes tortuosa: fortissis,imo quod non dubitatur,propterea Deus voluit, vt Theodosius Imperator ageret poenitentiam publicam in conspectu populi maximè,quia peccatum eius,celari non potuit,& erubescit senator, quod

An.30.49 circa med. tom.10. Conc.11.4. 3.cap.Cum apud.

non

non erubuit Imperator? Erubescit nec senator, sed tantum curialis; quod non erubuit Imperator? Erubescit plebeius, siue negotiator, quod non erubuit Imperator? Quæ ista superbia est?

Ex quibus omnibus licet colligere, quod multo magis debent Reges, & Principes gloriari in humilitate christiana, quam in sceptro, & corona, aut nobilitate sanguinis. Plus enim nobiles erunt ex illa, quam ex istis, Psalmista dicente: *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.* In honore tuo ait, non in suo, vt notauit Sanctus Augustinus: unusquisque quidem non Deum delectat honos, quem generis nobilitas, quem multa, lautaque supellex, quem artæ laboratæ auroque ornatæ vestes, quem fragrantia vnguenta, quem superbæ domus eburneæ, vel alia, quibus externus nitet Principum, atque Regum cultus, exornant. Qui enim ex his rebus prouenit honos (si pietas desit) hominum est, non Dei, Apostolo dicente: *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat Sapientis: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt: vt ea quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Cui consonat illud Ierem. nono: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua: & non glorietur dives in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me.* Vnde Berengosius Abbas lib. 2. de mysterio ligni Dominici, & de luce visibili circa finem ait: Si nos misericordiam conditoris consideremus intentè, nihil confert, si quis nobilis sit in carne, nisi nobilior probetur in mente, quoniam in æterna patria gradus eos non discernit natiuitatis, quos hic æquales facit vnitas charitatis. Sic enim commune est omnibus regnum Dei; vt Rex militi & miles assideat Regi: vbi in Deo patre, & coæterno eius filio, seruus Domino, & Regi conregnabit opilio: Ibi quippe discipulus, & magister: ibi seruus, & liber: ibi Iacob, & Rachel, Agar, & Ismahel omnes vel fantur pariter: quia dignum est, vt ibi sit filius ancillæ cum filio liberæ, vbi omnibus in Christo vnum esse, & vnum est viuere. Cui consonat illud Eccles. 10. *Beata terra cuius Rex nobilis est*; nobilitate videlicet christiana. Etenim nobilitate sanguinis, & temporalis dignitatis nullus Rex ignobilis est, erit autem, si cum nobilitate sanguinis nobilitatem morum coniunctam non habeat, iuxta illud 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, honorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hanc explicationem adhibet Salonius Galliarum Episcopus super Ecclesiast. Vbi ait: Beata terra, cuius Rex nobilis est, hoc est, decorus sapientia, splendidus iustitia, ornatus bonis moribus, & actibus. Verè beata est terra cui præest, quia regit eam in iudicio, & æquitate, & exaltat iustitia. Similia docet Olimpiodorus Monachus super Ecclesiast. Beatam, inquiens, iudicat regionem, cuius Rex sit filius liberorum patrum, hoc est, qui sit officiosè, ac liberaliter educatus, quique probæ educationis mores conseruet, vt nihil pe-

Psal. 44.

To. 3. p. 1. col 847.

Salonius. To. 1. Bi. V. P. pa. 468.

Olimpiod. To. 1. B V. P. col. 516

cuius

piusvelit,quod seruile sit,quod illiberale,quod turpe.Cum sic Principes omni studio curant, quæ ad commoda subditorum pertineant &c. Tales enim principes insitam pectoribus gerentes iustitiam, iustumque iudicium iudicantes,nulla vnquam ignominia confundentur. Vnde,sicut inquit Aponus scriptor antiquus lib.2. super Cantica, ex eo reges nomẽ pastorum adepti sunt,quia sicut pastores greges, ita illi populos circumspectione sua,vel legibus,monitusque,siue alicuius doctrinæ cibo pascant.

Aponius To.1.B.V. P.fol.654

8 Regis actio plebis est instructio, vt probat Sanctus Antiochus hom.111.de his,qui præsunt,quod probat ex illo iudicum 6. Quod dixit Gedeon trecentis secum militantibus,quod me videritis facere, facite. Nec secus Abimelech accepto lignorum fasce, inque humeros sublato,sequenti se populo dixit: Quod videtis me facere, facite & vos. Et de Ioseph melius Psalmorum cantor; Constituit eum Dominum domus suæ,& principem omnis possessionis suæ, vt erudiret principes eius,sicut semetipsum, & seniores eius sapientiam doceret. Sicut semetipsum,inquit, nam ad normam principis eruditur populus.

Antiochus To.2.B.V. P.col.314

9. Principes maximè decet liberalitas. Dicit enim Agapetus Diaconus ca.Parenæ ad Iustinian. Cæsarem num.50. Eos plus ama serenissime Imperator, accipere abs te beneficia qui supplicant, quam tibi qui contendunt offerre munera: his enim debitor referendi gratiam efficeris,illi vero Deum dant sibi vadem,vendicantem sibi, pertinereque ad se putantem quæcumque erga supplices contuleris, & remunerantem bonis retributionibus tuam,tam piam, quam perhumanam intentionem. Et alia multa ibi dicit, quibus Imperatoris mores componit,ostenditque beneficentiam esse propriam principis virtutem, cui consonat illud: quod Paulo referente Dominus dixit: Beatius est magis dare,quam accipere. Præcipuè verò suam debent reges, & principes liberalitatem erga Ecclesias,& Ecclesiasticas personas ostendere: sic enim fiet,vt regna eorum firmentur,& augeantur,vt elegantissimè probat D.Cardinalis Bertrandus Episcopus Eduen.lib.de Ecclesiast.libertate contra Petrum de Cugneriis actione prima,quæ habetur in Bib.Veterum Patrum tom.4.pag.1064.Vbi inter alia, quæ videnda sunt,inquit:Donum, quod Princeps facit Ecclesiæ est donum quod redditur cum maximo incremento,& tempore belli & tempore pacis. Tempore belli; quia victoria belli non alundè,quam à Deo illi præstatur. Vnde 1.Machabęorum.Nõ in multitudine exercitus victoria belli,sed de coelo fortitudo est: & in Exodo dicitur,quia cum Moyses eleuaret manum ad populum, vincebat Israel; sed si remittebat,superabatur. Et in 2.Machab. Iudas habiturus magnam victoriam de aduersarijs, vidit Oniam & Ieremiam Sacerdotes orantes pro populo & vniuersa ciuitate &c. Tempore etiam pacis; quia vita Regis & filiorum,ac prosperitas, & obedientia per orationes Ecclesiæ conseruatur in regno. Vnde Salomon, quamdiu fuit intentus operi domus Dei,tamdiu pacem habuit. Vnde in Proverbiorum

Agapetus To.7.B.V. P.fol.403

decimo sexto: Complacuerunt Deo viæ hominis, inimicos quoque suos convertit ad pacem: & Esdræ sexto dicitur de sacerdotibus, offerant oblationes Deo coeli, & orent pro vita Regis, & filiorum eius.]

10 Hildebertus Coenoman Episcopus epistola 19. ad Comitem boni principis officia describit, inter alia, quæ videnda sunt, inquiens: *Hildeber. To. 3. B. V. P. pa. 275.*
Respondе suffragijs afflictorum, & vt omnes sibi viuant, omnibus viue: Reipublicæ viue, noctes illi præstans & dies. Iudicium Curiæ tuæ diligat æquitas, non acceptio personarum: te ipsum legibus, amore subiectos rege. Esto morum censor, cum ignoueris excessibus alienis. Insonies minimè patiaris impune lædi, tu impune læsus. Iniquitatis vlionem inter splendidiores triumphos enumeres, sanguinem, nec sine causa, nec libenter effundas. Dole quotiens illum etiam effuderis, quem lex iudicat effundi: in omnibus reuerenter exerce potestatem. Da gloriam Deo, cum feceris aliquod gloriosum: super omnia pauperibus adesse memineris & Ecclesijs, quibus plerumque principes boni proprio sanguine quietem emerunt & pacem.) Princeps, vt dicit Bertrandus Cardinalis Episcopus Eduen. actione prima contra Petrum de Cugnerijs tomo quarto Bibli. Veterum Patrum, debet studere potius diligi, quam timeri. Thesaurus enim nobilior, quem possit habere Princeps, est habere corda subditorum, sicut dicit Seneca de Clemenna ad Neronem, Inexpugnabile munimentum amor ciuium, quid enim optabilius, & pulchrius est quam viuere optantibus cunctis?

10 Non sic autem corrigendi sunt Principes, & obiurgandi, sicut cæteri de populo, cum munia sua non expleuerint, sed eorum mores sequati fuerint, de quibus ait Propheta: Væ tibi terra, cuius Rex puer est, cuius principes mane comedunt. Verum (sicut dicit Hildebertus Coenoman Episcopus epist. 75. quæ habetur tom. 3. Biblio. Veterum Patrum. pag. 292.) apud serenissimum Regem, opus est exhortatione potius, quam increpatione; consilio, quam præcepto: doctrina, quam virga. His ille conueniendus fuit, his reuerenter instruendus, ne sagittas suas in sene compleret sacerdote, ne sanctiones canonicas euacuaret, ne persequetur cineres Ecclesiam sepultæ.

DE RELIGIOSIS, ET VITA MONACHORVM.

Cap. XCIX.

Aug. sup. Psal. 132. tom. 8.
1. Reg. 1.
Luc. 10.

MOnos, vt ait Augustinus, vnus dicitur, à quo & Monachus deriuatur: quia religiosus in vno Deo, & rebus stabilibus occupari debet, cuius typum gessit Elchana, de quo 1. Reg. 1. *Fuit vir vnus de ramatha Sophim de monte Ephraim.* Vnus quia non diuidit in rebus temporalibus, sed in illo vno occupatur, de quo Luc. 10. *Porro vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Hinc Lucas de perfectione credentium primitus loquens, ait: *Erat illis cor vnum, & anima vna in Domino.* Vnde Sanctus Gregorius: In hoc viro vno quid rectius, quam vnusquisque nouus seculi contemptor designatur? Vir namque dicitur, quia proposito fortis est: vnus vero, quia amore singularis. Vir namque est, quia ex magna virtute cuncta præsentia despicit: sed vnus, quia solæ omnipotentis Dei speciei frui concupiscit. Quisquis enim perfecte terrena despicit, vir est ex fortitudine: sed si conditorem suum ardenter videre, nun cupiat, non est vnus ex intentione.

Ad 4. Greg. lib. 1 sup. 1. Reg. in exp. moral. c. 1. in princ.

2 Sanctus Thomas tres, vel quatuor etymologias huius nominis assignat. Ait enim: Quod sicut Isidorus in libro etymo. Religiosus, vt ait Cicero, à religione appellatus est, qui retractat, & tanquam relegit ea, quæ ad cultum diuinum pertinent. Et sic religio videtur dicta à religendo ea, quæ sunt diuini cultus, quia huiusmodi sunt frequenter in corde reuoluenda, secundum illud Prou. 3. *In omnibus viis tuis cogita illum.* Quamuis etiam possit intelligi religio ex hoc dicta, quod Deum reeligere debemus, quem amisimus negligentes, sicut Augustinus dicit in 10. de Ciu. Dei, vel potest intelligi religio à religando dicta. Vnde Augustinus dicit in lib. de vera religione: Religemus religio vni omnipotenti Deo. 3 Religiosus ergo dicitur à reeligendo, quia semel in baptismo elegit Deum, & eius religionem christianam, sed in professione reelegit, idest, iterum elegit ipsum Deum. Vnde Deut. 6. *Dominum elegisti hodie.* Qualiter autem Deus ipse possit cadere sub recta electione, explicatum dedi 1. 2. dist. 10. Si vero à religando deriuetur religiosus, eundem prorsus sensum habet: nam in baptismo ligatur homo lege christiana, quam professus est: sed in professione religatur, hoc est, iterum dicatur tribus votis cum Deo, & eius lege magis astringitur.

S. Th. 2. 2. q. 81. ar. 1. in corp.
Prou. 3.
Deut. 6.

3 Debent autem religiosi vacare operibus manualibus, ex iniuncta sibi obedientia, & inter laborandum orare, & psallere. *Citius enim* (sicut dicit Augustinus) *exauditur vna obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris. Quid ergo impedit seruum Dei manibus operantem in lege Domini meditari, & psallere nomini Domini altissimo, ita sanè, vt ad ea discenda, quæ memoriter recolat, habeat sepositis temporibus?*

Aug. li. de opere monachorum c. 17. 10. 3.

4 Patres, & Matres licitè relinquuntur, immo & contemnuntur, quo-

quando impedimento sunt, ne filij Deo præsertim in religione inser- Luc. 9.
uiant, Vnde Dominus cuidam dicenti: *Ibo primum, vt sepeliam patrem meum*: dixit ei: *sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei.* Ex quo Augustinus *manifestum* (inquit) *est, & honorem parentum in gradu suo esse seruandum, & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sunt, nulla dubitatione oportere contemni. Nam & in scripturis veteribus habes positum: Qui dicit patri, aut matri, non noui vos, & qui filios suos non agnoscit, ipse autem cognouit testamentum tuum.* Aug. li. cõtra Adim. Manich. discipulũ c. 6 & 10. 6. Deut. 33.

5 Scribens Augustin. ad Lętum monachum, quem tentabat inimicus vt rediret ad seculum, illum ad perseuerandum in religione, his verbis hortatur: *Si te igitur tyronem Christi professeris, castra ne deseras, in quibus tibi etiam ædificanda turris est illa, de qua in Euangelio Dominus loquitur. In ea quippe stantem, & sub armis verbi Dei militantem, nulla ex parte penetrare vllæ tentationes valent. Inde & iacta in aduersarium tela. Non relinquas matrem religionem, quæ te spiritualiter genuit Christo pro matre carnali, quæ te peperit mundo. Nam sicut Dominus ait: Qui amat animam suam, perdet eam: dicat etiam fidenter, qui amat parentes suas perdet eos.* Et multa alia ibi prosequitur eleganter, quæ in sancto doctore sunt videnda. Hinc est quod Christus Dominus negare visus est matrem Ioan. 2. *Quid mihi, & tibi est mulier?* Et Matth. 12. *Quæ est mater mea & qui sunt fratres mei? qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est.* Vt doceret, negandos esse terrenos parentes propter Deum. Opera enim diuina facienti terrenus affectus obstrepere non debet. Aug. epist. 38. 10. 2.

6 Vnde maximè sunt vituperandi religiosi, qui cum corpore, & loco reliquerint patrem, & matrem, & omnia quæ sunt in seculo, affectu tamen, & cogitationibus manent in illo: & in laqueos incidunt diaboli, & eius rete capiuntur, de quibus Iob 6. *Considerate semitas Theman, itinera Sabba, & expectate paulisper.* Sabba (vt docet Gregorius) rete interpretatur. *Et sunt plerique, qui non solum aliena non appetunt, verum etiam cuncta, quæ possederant in mundo, derelinquunt, semetipsos despiciunt, nullam præsentis vitæ gloriam requirunt, ab huius mundi se actibus separant, & penè quidquid prosperitatis arriserit, calcant. Sed tamen adhuc vinculo carnalis cognationis obligati, dum amori propinquitatis indiscretè deseruiunt, ad ea sæpè per affectum cognationis redeunt, quæ tã & cum proprio despectu subegerunt. Cumque plusquam necesse est, carnis propinquos diligunt, retracti exterius à cordis parente diuiduntur.* Imitentur duas vaccas illas, quæ itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: sic enim necesse est, vt incedere debeant qui Sacræ legis iugo suppositi, iam per internam scientiam Dei arcam portant, quatenus per hoc, quod propinquorum necessitatibus condolent, à coepto rectitudinis itinere non declinent. 7 Ideo vxor Lot exiens à Sodomis, quia respexit, retro versa est in statuam salis vt in ea condiantur populi, & sciant quod nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei, Ioan. 2. Matt. 12. Iob 6. Gregor. 7. mor. 14. 1. Reg. 6.

Abac. 1.

7 Qui ergo corpore in religione commorantes itinera Sabba pe[r] ambulant, incidunt in rete illud diaboli, de quo Abacuc 1. *Totum in hamo sublevauit, traxit illud in sagena sua, et congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur, et exultabit. Propterea immolabit sagenæ suæ, et sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, et cibus eius electus.* Et bonella videt devotos, in rete suum trahere, atque in corpus proprium trahere contendit, iuxta illud: *Absorbebit fluvium, et non mirabitur, et fiduciam habebit, quod influat Iordanis in os eius.* His etiam consonat illud

Iob 40.

Ibid. 18.

Iob: *Immisit in rete pedes suos, et in maculis eius ambulat, tenebitur planta eius laqueo, et exardescet contra eum sitis.* Vnde vt latè docet Augustinus ad vitam monasticam plus requiritur clausura animæ, quam corporis. Multi enim cum corpus habeant inter quatuor parietes conclusum, anima in pluribus locis diuagatur, & omnia loca lingua eorum discurrit.

Aug. li. de vita eremi. ad sororē c. 2. to. 1. ui de etiã c. 3. & 4.

8 Locus ergo religionis non facit sanctum, sed spiritus. Nam (vt notauit Sanctus Gregorius) Iob Sanctus fuit in terra Hus, inter peccatores videlicet, de quibus ipse ait: Frater fui draconum, & socius struthionum, & Paulus discipulis suis ait: In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Hinc Petrus gregis dominici pastor dicit: Iustũ Lot oppressũ à nefandorũ iniuria, ac luxuriosa cõuersatione eripuit. Aspectu enim, & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Sæpè vero cum de vita proximorum quærimur, mutare locum conamur, secretum vitæ remotioris eligere, videlicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adiuuat locus. Idem enim Lot, de quo loquimur, in Sodomis sanctus extitit, in monte peccauit. Quia autem loca mentem non mutant, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia, quæ loquimur ex terra. Nam si locus saluare potuisset, Satan de cœlo non caderet. Vnde Psalmista vbique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens quæsiuit locum, quo fugeret, sed sine Deo inuenire non potuit munitum. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petijt, propter quem locum quæsiuit dicens: Esto mihi in Deum protectorẽ, & in locũ munitũ, vt saluũ me facias.] Hæc Gregorius.

Greg. ho. 9 sup. Ezech. col. 10. non long. à fin.

Iob. 30.

Phil. p. 2.

2. Pet. 2.

Gen. 19.

Ino. p. 5. c. 329.

Gen. 3.

Psal. 38.

9 In terra sanctorũ habitare & opera impiorũ exercere, tremẽdũ est valde. Vnde Bernardus: Patiendum valde, quod in Propheta de huiusmodi legimus, vbi loquens ad Angelos suos Deus, sic ait: *Miseream impio.* Quibus paucioribus, atque quærentibus. Non ergo discet facere iustitiam? Non, inquit, subdensque causam. *In terra, ait, sanctorũ iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.* Timeãt clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorũ, quas possideant, tam iniqua gerũt.] Vide quam pessimum sit in terra sancta sub sanctitatis habitu malum operari. Hinc Dominus ad Moysen: *Ne appropinques huc, solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Vbi ex terræ, quam habitabat, sanctitate, timorem & tremorem incutiens Do-

Ber. ser. 23 sup. Cantic. col. 8. H.

Isa. 26.

Exod. 3.

minus conabatur: vt omne morticinum à pedibus, hoc est, ex affectibus suis proijceret, vt explicat Bernardus, morticinium, inquiens, *mortuarum affectionum*, vel hominem mortuum. à corde locus sanctus, vel terra sancta nequaquam diù patitur. Hinc denique est illa terribilis reprehensio, qua Dominus Angelo Ecclesiæ Sardis alloquens ait: *Scio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, et mortuus es, non enim inueni opera tua plena coram Deo meo.* Ostendens maximum crimen esse, nomen, & speciem sanctitatis habere, & tamen sanctitatis opera non exercere. *Ber. tract. de vita sol. ad fratr. de mon. Dei. Apoc. 3.*

10 Religiosorũ peccata, quæ sub habitu sanctitatis occulta sũt, speciali quadam ratione discutiẽtur in iudicio, iuxta illud Sophoniæ. 1. Et erit in die illa, & ego scrutabor Ierusalẽ in lucernis. Vbi Ber. Quid rursũ in Babylone, si Ierusalem manet scrutinium? Puto enim hoc loco Prophetam Ierusalẽ nomine designasse illos, qui in hoc seculo vitam ducũt religiosam, mores superne illius Ierusalem conuersatione honesta, & ordinata pro viribus imitantes, & non veluti hi, qui de Babylone sunt, vitam in perturbatione vitiorum, scelerumque confusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, & non egent scrutinio, sed supplicio. Mea autem (qui videor monachus, & Ierosolimita) peccata certe occulta sunt nomine, & habitu monachi adũbrata. Et idcirco necesse erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Possumus afferre aliquid & de Psalmo ad confirmandũ id, quod dicitur de scruranda Ierusalem. Ait namque sub persona Domini: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Vias iustorum (qui sullor) & actus eorum discussurum se, & examinaturum dicit. Verendum valde, cùm ad hoc ventum fuerit, ne sub tam subtili examine malæ nostræ iustitiæ (vt putantur) peccata appareant.) Lege Augustinum lib. de opere monach. c. 28 to. 3. Vbi graphice describit monachos otiosos, & inter alia inquit, O serui Dei, milites Christi, ita ne dissimulatis callidissimi hostis insidias, qui tam multos hypocritas sub habitu monachorum vsquequaque dispersit, circumeuntes prouincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes? Alij membra martyrum, si tamen martyrum, venditant: alij sumbrias, & phylacteria sua magnificant: alij parentes, vel consanguineos suos in illa, vel in illa regione se audisse viuere, & ad eos pergere mentiuntur: & omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptus lucrosæ egestatis, aut si nulatæ precium sanctitatis: cum interea vbicunque in factis suis malis deprehensi fuerint, vel quoquo modo innotuerint, sub generali nomine monachorum vestrum propositum blasphematur, tam bonum, tam sanctum, quòd in Christi nomine cupimus, sicut per alias terras, sic per totam Africam pullulare.) Et sermone nono ad fratres in heremo scriter eos reprehendens, qui intra claustra viuunt inquietè, ait, O quam melius esset monacho in seculo viuere pacificè, quàm in monasterio cunctis bonis ornatũ in ira, & furore litigare, & odium in corde tenere.) *Soph. 1. Ber. ser. 55 sup. Cantic. col. 2. F. Psal. 74. Augus.*

11 Qui verò corpore, & corde mundum reliquerunt, solicitudinem

diligunt, intra claustra se continent, nec inde exeunt, nisi charitate proximi, & obedientia superioris compulsi. Ideo sub nomine turturis laudantur à Sponso Cant. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: nam turtur, sicut dicit Bernardus, pudica auicula est, & conuersatio eius non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare: ita vt si illum amiserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conuersetur. Esto ergo imitator castissimæ volucris, sedeas secundum Propheram solitarius, quoniam leuasti te supra te. Omnino supra te est Angelorum Domino desponsari. An non supra te adhærere Deo, atque vnum spiritum esse cum eo? Sede itaque solitarius sicut turtur, nihil tibi, & turbis, nihil cum multitudine cæterorum, etiamque ipsum obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuū: O sancta anima solaresto, vt soli omnium serues te ipsam, quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos, recede ab amicis, & intimis etiam, & ab illo qui tibi ministrat. An nescis te verecundum habere sponsum, & qui nequaquam suam velit tibi indulgere præsentiam præsentibus cæteris? Secede ergo, sed mente, non corpore, sed interiore, sed deuotione, sed spiritu.

Cant. 1. Ber. ser. 40 sup. Cantic. col. 3. Hier. Thren 3

Num. 6. Psal. 64.

12 Debent autem religiosi in laudibus Dei incessanter occupari: scriptum est n. *Omnis qui inuocat nomen meum*, in laude mea creauit eum. Et iterum: *Te decet hymnus Deus in Sion.* Vbi. vt notauit Aug sicut Ierusalem interpretatur visio pacis, ita Sion speculatio, id est visio, & contemplatio. In Sion ergo te decet Hymnus Deus, in Babylone nō decet: & quāuis simus adhuc in Babylone sm corpus, tamen sm spiritū sumus in Ierusalem. Vnde dicit Apostolus exhortans ipsos ciues ad amatoria quædam cantica, & desideria redeundi ad illam pulcherrimam ciuitatem, visionem pacis: *Cantantes* (inquit) *& Psallentes in cordibus vestris Domino.* Quid est cantantibus in cordibus vestris? Ne inde cantetis, vnde estis in Babylonia, sed inde cantate, vnde sursum habitatis. Ciues Babyloniæ, etiam hymnum Dei non decenter cantant: audi vocem Scripturam *Non est speciosa laus in ore peccatoris.*

Ephes. 5. Eccl. 15.

12 Religiosi habitantes in claustro nocturnis, ac diurnis horis laudantes Deum sunt vigiles, à quibus Sponsa in Cāticis discere cupiebat, vbi inuenire posset Sponsum, quia ab ea declinauerat, atque transierat. *Inuenerunt* (inquit) *me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem: Num quem diligit anima mea vidistis?* Vbi Sanctus Bernardus: Illi sunt vigiles obseruantes omni tempore custodias Domini. Ipsi excubant ad ostium tabernaculi, ipsi sunt Orion, & Hyades, & interiora austri. Quam delectabile est eis interesse vigilijs, consurgunt de nocte in principio vigiliarum suarum, vt effundāt cor suum coram Domino, & oratio eorum apud altissimum, ibi in medio iuuencularum tympanistriarum principes coniunguntur psallentibus. Ibi in excessu mentis Beniamin adolescentulus, ibi resonat coelestis simul cōcentus. Ibi sunt Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus clamantia, & Cherubim sese versis vultibus in propitiatorium respicientia. Ibi iubilant omnes filij Dei, laudāt Dominum fidera matutina. Ipsi sunt vere similes Angelis per studium

Cant. 5. Ber. ho. de duob. discipul. erat in Emaus post med. 11.

angelicæ conuersationis. Ipsis commissa est custodia monumenti, scilicet obseruantiæ regularis claustri. Monumentum istud Christus non deserit, qui nobiscum se promisit esse vsque ad consumationem seculi, & tunc nos erimus secum, cum nos receperit ad se ipsum.]

14 Hi nimirum incipiunt in terra laudem illam, quam in æternũ absque vlla fatigatione, imo & magna cum dulcedine cantabunt in cœlis. Propheta attestante: *Beati qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te.* Voi Augustinus, si nos tãtum delectat, cum non videtur, si tanta alacritate in ipsa pressura, & fragilitate carnis laudamus, quod credimus, quomodo laudabimus quod videbimus? cum absorpta fuerit mors in victoria, cũ mortale hoc induerit immortalitatẽ, & corruptibile hoc induerit incorruptionem &c. Securi ergo simus fratres, non nos satiabit nisi laus Dei. Si deficias ab amore deficies à laude. Si autẽ amor sempiternus erit, quia illa insatiabilis pulchritudo erit, noli timere, ne nõ possis semper laudare, quem semper poteris amare.] *Psal. 83. Aug. super eund. Psal. circa med. A. B. 10. 8. 1. Cor. 15.*

15 Hi similes sunt duobus Seraphim, quos Isaias vidit, stantes supra thronum Dei, qui volantes, *clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*. Maiestatem Dei sedentis in throno alternatim proprijs vocibus collaudantes. Vnde, sicut notauit super cap. 6. Isaiæ num. 13. Hæretico falluntur spiritu canticis Ecclesiasticis detrahentes, inter quos fuit Arianus quidam nomine Hilarius, cuius meminit Sanctus Augustinus li. 11. retractionum c. 11. vbi cleph, & alij, quorum temeritatem redárguit præsens locus Isaiæ, ex quo Dei laudes, & cantus Deo esse gratos comprobatur. Quod & Propheta Psal. 8 apertioribus verbis confirmat, cum ait: Ex *ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos.* Vbi expende cum Sancto Bernardo, quod non dixit, fecisti, sed perfecisti laudem, quoniam quasi imperfectam iudicat Deus cœlestiũ spirituum laudem, nisi militantis Ecclesiæ laus illi adiungatur. Tolle hanc, inquit, & ipsa Sanctorum Angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, nec Dei ciuitas de sui integritate gaudebit &c. Coelum non habet, infantes, habet Ecclesia, quibus & dicit: *Tanquam parulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Et hi ad laudem quasi complendam à Propheta inuitantur dicente: *Laudate pueri Dominum.* Tu putas Deum nostrũ totam habiturum gloriæ suæ laudem, donec veniant, qui in conspectu Angelorum Psallant illi? Audeo & dicere, quòd Sancti Angeli expectant in choro religiosos, vel religiosas, vt simul cum illis laudent Dominum, iuxta illud Psal. 67. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum.* Ne carnaliter ista accipe rentur, subdit: *In Ecclesijs benedicite Deo Domino.* Et per adolescentulas tympanistrias, intelligit Augustinus nouas Ecclesias adolescentularũ carne, & omitta Deum laudantium: hoc enim est tympanistriarum, eo quod tympana fiant corio siccato, & extento.] Et Sanctus Bernardus in lib. meditationum cap. 6. O quam felix esses, si spiritualibus oculis semel intueri posses, quo modo præueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum? Videres procul *Isa. 6.* *August.* *Ber. ser. 68 in Cant.* *2. Cor. 3.* *Psal. 122.* *Psal. 137.*

dubio qua cura, quotus tripudio interſunt cantantibus, aſſiſtunt orantibus, adſunt meditãtibus.

16 Voluntaria paupertas maximè in illis cõmendatur, de qua plura dicta ſunt c. 15. de beatitudinis nu. 2 & ſequentibus, & verbo Paupertas præſertim nu. 4. 5. 6. atque adeo magna cum ſeueritate vitium proprietatis in illis punitur. Vnde, vt narrat Gregorius, quidam monachus Iuſtus nomine languore corporis præuentus ad extremum deductus eſt, qui fratri, qui ei inſeruiebat Copioſus nomine reuelauit quod occultatos tres aureos haberet, tunc Greg. ad exemplum aliorum ordinauit Pretioſo eiuſdem monaſterij præpoſito, vt nullus ex fratribus ad eum morientem accederet, nec ſermonem conſolationis eidem exhiberet, ſed ſolum moribundo ſignificaretur, quod propter aureos quos occultatos habuit à cunctis fratribus abominatus ſit, præcepitque quod in ſterquilinio ſepeliretur, ibique ſuper eum tres aureos, quos reliquit, iacerent omnes ſimul clamantes, pecunia tua tecum ſit in perditionem, quo cognito monachus ille de reatu ſuo vehementer ingemuit, atque ipſa ſua triſtitia è corpore exiuit: ſed poſt triginta dies nocte quadam fratri ſuo germano Copioſo per viſionẽ apparuit, & reuelauit, q̃ p̃ triginta aureos occultatos triginta diebus fuit in purgatorio detentus, & 30. oblatione hoſtiæ ſalutaris fuerit à purgatorio liberatus.

Greg li 4. dial. c. 55.

17 In Thebaide erat quoddã monaſterium ducẽtũ circiter Monachũ, vbi nulla ſine recipiebatur niſi per Simoniã accepto pretio pro ingreſſu religionis. Apparuit S. Hieron. cuidã ſãctæ monali ſpirituali vitæ in eodẽ monaſterio exiſtẽti, præcipiens illi, vt cæteris monialibus ſignificaret, vt à tãto crimine abſtineret: illæ verò nihil de admonitione curantes, monentẽ irridere cepẽrũt, quæ ſtatim iuſſu Hieron. ex illo monaſterio exiuit, qua egreſſa fabrica cõuẽtus ſuper ſimoniacas cecidit, & omnes iuſto Dei iudicio mortuæ ſunt, ita narrat Cirillus epiſt. quadam ad Auguſtinum de laudibus Hieron. col. 16.

Giril. euiuscũ circũfer vi ſcles inter opera Aug. epiſt. 206. n. 2.

18 Hinc eſt, quod Aug maxime reprehendit, & condẽnat emptiones, & vẽditiones, ac negotiationes omnes, quas ſuo tẽpore exercebãt monachi in monaſterijs degentes, offendiq; quod in hoc à Dæmonio decipiũtur ſub vano colore pietatis, ſuadendo illis quod ex pecunijs acquiſitis poterũt ſubuenire pauperibus, & charitatiuè recipere amicos, & cognatos adſe venientes, quibus tamen obijcit illud Matt. 6. *Primũ quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.*

Aug li. de vita. heremitica ad ſororem c. 1. n. 2. Matt. 6.

Aug. eod. lib. c. 7. Iſai. 32. Thren. 3. Iſa 30. Bern. tract. de vita ſolitaria ad frat. de mõte Dei.

19 Moneteti ã omnes religioſas, vt ſeruent ſilentiũ, quæ de iuſtrabilibus eſt maximè neceſſariũ, dicitur enim Iſaiæ 32 *Cultus iuſtitiæ ſilentium.* Et Thren. 3 *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe.* Et iterum: *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.* Et Iſaias. 30. *In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra.* Talis credat ſe nõ eſſe ſolam, cum ſola eſt, quia cum ipſa tunc eſt Chriſtus, loquatur raro, & attendat cum quibus, quomodo, & quando. Vnde Bern. Cum quo Deus eſt, nunquam minus ſolus eſt, quam cum ſolus eſt. Tunc enim liberè fruitur gaudio ſuo, tunc ipſe ſuus eſt ſibi ad fruendum Deo in ſe, & ſe in Deo.

20 In eodem libro cap. 6 quo hortatur moniales, vt cum propria

con-

confessario, si fuerit spiritualis, & prudens raro loquantur, & prohibeat. ne alicui homini manum contingendam exhibeant, nec se ornent, & ca. 20. seq. subdit: Et ideo inclusa etiam facie velata loqui debet cum viro, & eius cauere conspectum. Nam eandem viri vocem sepè admittere quibusdam periculosissimum esse non dubito. Nunquam mater inclusam, & virum discurrant nuncij, nec eius munuscula literasque suscipiat, neque ad illum mittat, & cogitent quod fomentum sunt amoris illiciti & magni mali. Denique cap. 41. Dicit sorori vt sit velut Maria seculo mortua, & sepulta, & sicut Maria non inuidit Marthę, sed potius Martha inuidit Mariæ, cũ dixit ad Christũ: Dñe nõ est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solã ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. sic & illa non inuideat habẽtibus curam rerum huius seculi, sed potius illi inuideant quietẽ vitæ cõtẽplatiuę, qua relictis omnibus Deo vacat. Luc. 10.

20 His similia docet Bernardus, cuius verba sunt: Sanctimonialis foemina, quæ cum Christo desiderat intrare ad nuptias, non debet hominibus dare sudariola, quæ Christũ expectat cũ ardente lampade, nõ debet ab hominibus accipere dona secularia. Vnde dicit Hieronymus: dulces literas, & sudariola, & crebra munuscula sanctus amor non habet. Vnde Isaias: *Qui excutit manus suas ab omni munere &c. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe.* Quasi diceret: qui cauilla amoris Dei ab hominibus dona vanitatis, & superfluitatis non recipit, Deum in maiestate sua videbit, & cum illo in perpetuum gaudebit. Iste, inquit, in excelsis habitabit? Quia (vt dicit Gregorius) *quamuis eum adhuc esset in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit. Munimenta saxorum sublimitas eius: quia qui obiecta desiderta terrena conflagrationis calcat, ad supernam patriam per præcedentium patrum exempla se subleuat.* Bernar. in modo bene viuendi ad sororẽ ser. 61 Isa. 33. Gregor. 23. mor. 17.

21 Vt autem religiosi his delicijs spiritualibus abundent, cellam debent diligere. Nam, sicut dicit Bern. cellę, & coeli habitatio cognata est, quia sicut coelum & cella ad inuicem videntur aliquam habere cognationem nominis, sic & pietatis. A cęlo enim coelum, & cella nomẽ habere videntur, & quod celatur in cęlis, hoc & in cellis: quod geritur in coelis, hoc & in cellis. Quid nam est hoc? Vacare Deo, frui Deo. Quod cũ secundũ ordinem piè, & fideliter celebratur in cellis, audeo dicere sancti Angeli Dei cellas habent pro coelis & æque delectãtur in cellis, ac in coelis &c. A cella enim coelum sæpe ascenditur, vix autem vnquam à cella in infernum descenditur, nisi sicut dicit Psalmista: *Descẽdant in infernum viuentes*, videlicet, ne descendãt morientes. Hoc enim modo sæpè cellarum incolæ in infernum descendunt. Bernar. tract. de vita solitaria ad fratres de mõte Dei. Psal. 54.

22 Sicut in primitiua Ecclesia multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna in Domino, ita & in congregatione religiosorum pax, & vnitas obseruari debet, vt bonum illud possideãt, de quo ait Psal. *Ecce quã bonum, & quam iucundũ habitare fratres in vnum.* Vbi Hieronymus. Si fratres, & sorores simul in vnum non habitent, non iam bonum, sed malum est: Nihil bonum diuisum, omne enim secundum Psal. 132. Hieron. in reg. mona. ad Paulã, et eustoch. tomo 9.

Philosophos intantum habet bonitatis, inquantum vnitatis. Propter hoc in exordio mundi vidit Deus, quod cuncta, quæ fecerat, simul erant valde bona.] Et Sanctus Augustinus: Qui ergo sic viuunt in vnum, vt vnum faciant hominem, vt sit illis verè cor vnum, & anima vna, multa corpora, sed non multæ animæ, multa corpora, sed non multa corda rectè dicitur monos. id est vnus solus. Vnde & ille vnus sanabatur in piscina, vt vnitatem significaret necessariam ad salutem.] Et idem Sanctus Doctor scribens ad Monachas inter se rixantes, & tumultuantes, vt præpositam deponerent, acriter eas reprehendit, & ad concordiam reuocat; & inter alia inquit: *Currebatis bene, quis vos fascinauit? suasio illa non est ex Deo, qui vocauit vos. Modicum fermenti, nolo dicere quod sequitur. Hoc enim magis cupio, & oro, & hortor, vt ipsum fermentum conuertatur in melius, nè tota massa, sicut penè iam fecerat, conuertatur in peius. Si ergo repullulastis sanum facere, orate ne intretis in tentationem: ne iterum in contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, susurrationes. Non enim sic plantauimus, & rigauimus bonum dominicum in vobis, vt spinas metamus istas ex vobis.*

Aug super Psal. 132. tom 8.

Ioan. 5.

Aug. epist. 109. in 2.

23 Dorotheus Abbas doctrina prima de abrenuntiatione to 2. Bi. V.P. pag 412. eos vituperans, qui in religione rebus minimis perturbãtur, inquit: Sane non nisi ex amentia multa prouenit, vt qui pretiosas ac magnas res relinquimus, ob minimas plurimum perturbemur; siquid à nobis pessimè. Vt enim mundo & rebus eius abrenunciamus, ita & pullinis illius passionibus abrenunciare debemus.) Patienter ergo, & fortiter onera religionis portet. Nam, vt dicit Hildebertus Cœnoman Episcopus epist. 41: vita monastica est longum martyrium. Qui ergo in religione pie viuunt, & quiete renuntiantes cupiditatibus mundi, carnisque illecebras compescendo, non humanam, sed angelicam viram ducunt: Monasteria enim sunt castra Dei, in quibus contra spirituales nequitias regis Christi excubant milites, & exercentur tyrones.

Hildebert. To. 3. B. V. P. pa. 257.

24 Diligat religiosus cellam suam, in ea oret, legat, scribat, & raro exeat claustrum, nisi quando charitas proximi, vel debita obedientia id suadet; quod enim piscis in arido, hoc monachus in oppido, sicut dicit magnus Antonius apud Hieronymum.

De Resurrectione Christi, & nostra dicta sunt plurima cap. 28. per totum.

DE SACERDOTIBVS.

CAP. C.

SAcerdotes, vt docet Chrysostomus, sunt stomachus Ecclesiæ, in quo cibus spiritualis verbi diuini, & panis coelestis recipitur, & coquitur, vt ad reliqua membra deriuetur: *Si stomachus sanus fuerit*, inquit ille, *totum corpus validum est, si autem dissipatus fuerit, totum corpus infirmum est, ita si sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret. Si autem corruptum fuerit, omnium fides marcida est. Cur autem, & stomachus sacerdotes intelligantur, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur. Et sicut cor sapientiæ locus est, ita sacerdotes sunt receptacula sapientiæ spiritualis, Isaia dicente: de regibus quidem. Omne caput in dolore; de sacerdotio autem. Omne cor in tristitia.* Chr. ho. 32. imperf. in Matt. circ. a D. 102. Isai. 1. Ibid.

2 Nouæ legis sacerdotium, sicut & lex gratiæ, est æternum, quia nunquam mutandum, neque in aliud transferendum, sicut translatum fuit Sacerdotium Aaron. Ideo sub iure iurando stabilitum fuit, sicut ait Psalmista: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Vbi Augustinus: ibi enim & iuratio, & nulla Dei pœnitudo, qua significetur mutatio. Iurauit enim Dominus &c. Nusquam est tamen dictum de sacerdotio Aaron, quia iurauit Dñus, & non poenitebit eum. Et ideo dictum est in illo sacerdotio secũdum ordinem Melchisedech, non poenitebit eum: vt significaretur, quia de sacerdotio Aaró poenituit eũ, ideſt mutauit illud. Vnde Apostolus ait: *Et quãtum est, non sine iure iurando (alij quidem sine iure iurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum iure iurando per eum, qui dixit ad illum: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum): tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, id circa quod morte prohiberentur permanere: hic autem eoquod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.* In cuius signum, vt notauit Augus. reprobato Saule datum est regnum in manus Dauid, quia vetus testamentum & sacerdotium, ac regnum, mutandum erat in testamentum nouum in sacerdotium, & regnum Christi, cuius Dauid typum gessit. Et idem præsignabat, quod Heli sacerdote reprobato substitutus est in Dei ministerium Samuel simul officio functus Sacerdotis, & Iudicis. Hoc enim clare indicant, quæ locutus est Dominus per Samuelem ad Heli: *Ecce dies veniunt: & præcidam brachium tuum, & brachium domus Patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus &c. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, et animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.* Quæ Prophetia, vt Augustinus ostendit, non fuit in Samuele

Psal. 109. Aug. lib 2. q. sup Iosuë. q. 124. Hebr. 7. Psal. 109. Aug. 17. de Ciu. Dei cap. 4 in princip. 1. Reg. 6. 1. Reg. 2. Aug. 17. de Ciu. Dei c. 5.

completa, quia Samuel erat de filijs Aaron, ſcilicet progenies fuerat deputata, vt inde fierent ſacerdotes, ac proinde quæ ſequuntur de Chriſto Ieſu noui teſtamenti vero ſacerdote dicuntur, & per ſacerdotem fidelem intelligit Chriſtum Dominum, & per domum fidelem æternam, & ſupernam Ieruſalem, quæ domus ambulauit coram Chriſto meo cunctis diebus.

Leu. 4. et 8 3 In lege ſtatutum fuit, vt tantum ſacrificium offerret ſacerdos pro ſuis delictis, quantum pro peccatis totius populi, vt ſignificaretur, tam graue eſſe peccatum vnius ſacerdotis, ſicut omnium aliorum hominum, quod & his verbis obſeruauit Chryſoſtomus: Ante Prophetarum tempora oſtendere volens Deus hominum peccata longe maiori ſupplicio expiari, dum à ſacerdotibus, quam dum à priuatis fiunt, mandat, vt tantundem pro ſacerdotibus, quantum pro vniuerſo populo ſacrificium offeratur. Quod quidem, quid aliud ſignat, quam ſacerdotis vulnera maiori medicamento, atque auxilio indigere, atque adeo tanto, quanto coniuncta ſimul vniuerſi populi vulnera indigent? Porro maiori nequaquam indigerent, niſi ea grauiora forent. Atqui grauiora certè fiunt, non natura ipſa, ſed ſacerdotis, qui ea commiſerit, conditione, ac dignitate. Quum & ſacerdotum filiæ, quibus ipſis nihil cum ſacerdotio commune eſt, propter dignitatem paternam eorundem peccatorũ poenam multo acerbiorem ſuſtineant. Hinc eſt illud: *Si peccauerit populus, orabit pro eo ſacerdos: ſi autem ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?* Quibus verbis grauitatem peccati ſacerdotis: non tamen eius irremiſibilitatem ſignificauit ſcriptura. Dicit enim Auguſtinus: *Non itaque etiam ſi ſacerdos peccauerit deſperare debet, licet ſcriptum ſit. Quis orabit pro eo? Tota namque Eccleſia, atque alius ſacerdos, & omnis ſanctorum ordo orabit pro eo, & ipſe Chriſtus, qui pro nobis offert ſe Deo. Sed hoc conſiderandum eſt ſacerdoti, ne facile cadat, cui in hoc grauior vindicatur poena. Dicat apud ſe: ſi plebs ieiuna verbi Dei peccauerit, oportebit me ferre partẽ põderis: non audebo illi importabilia imponere, et ipſo digito ea mouere. Sed ego ſi peccauero, quid fiet? Non ſic facile cuadã, me oportebit flere miſeriam. Non enim eſt ſic ſtatutũ de me, ſicut de ſubiecta plebe. Sic ſacerdos & timeat peccare, ſed magis timeat deſperare.* Secundo idem Auguſtinus explicat: prædicta verba de ſummo ſacerdote Chriſto Domino, pro quo nullus orare poteſt, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, ſed ipſe orat pro omnibus. Sic enim ait: Præfigurabat Deus animas hominum per Prophetã, vt talem deſiderarent ſacerdotem, pro quo nullus poſſet orare. Ipſe figurabatur tẽporibus primi populi, & primi tẽpli, vbi omnia figuræ noſtræ fuerũt &c. Ideo ſolus ſummus ſacerdos intrabat in ſãcta ſãctorũ, vt oraret p populo &c. Ideo dixit Propheta, ſi peccauerit populus, orabit pro eo ſacerdos: ſi autẽ ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Quaſi diceret, talẽ deſiderate ſacerdotẽ, qui peccare nõ poſſit, ne indigeat orari pro ſe. Et ideo pro Apoſtolis oratur à populis: pro illo autẽ ſacerdote Apoſtolorũ magiſtro, & Dño nõ oratur. Audi hoc Ioannẽ fatentẽ, & dicentẽ, Fratres, ita quæ hæc ſcribo vobis, vt non peccetis: & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus

Exo. lib. 6. de ſacer. in med. I. tomo 5.

Aug. lib. de vera, et fal poenit. c. 5. in fine 8. tom. 4.

Matt. 23.

Aug lib. 2 cont. lit. Petiliani cap. 105. post med. M. tomo 7.

Leu. 16

Heb. 9.

2. Reg. 12.

1 Ioan. 2.

apud

apud patrē Iesum Christū iustū, ipse est propitiatio est pro peccatis nostris.]
Idem in veteri lege Leu. 21. prohibebātur sacerdotes habētes maculā sacrificia offerre, in signū q̄ solus verus Agnus immaculatus, & sacerdos sine vitio oblaturus erat hostiā acceptabilē Deo Patri, nā in hac vita nullus fuit vnquā, nec erit sacerdos sine vitio. Vnde Aug. li. 2. cōt. ep. Parme. c. 7. l. to. 7. Ignigilemus igitur aliquando, atq; videamus in sacerdotibus illius tēporis, cum corporalia vitia vitabantur, illum præfigurari, qui cū esset Deus factus propter nos homo, solus verus agnus immaculatus, & sacerdos sine vitio. Ideoque & tunc sacerdos solus intrabat in sanctū sanctorū, populus autē stabat foris; sicut nunc ille sacerdos post resurrectionē suā intravit in secreta coelorum, vt ad dexterā patris interpellet pro nobis. Populus autē cuius ille sacerdos est, adhuc foris gemit.]

4 Sacerdotes sunt à populo valde honorandi; & quamuis peccatores sint, eorū delicta manifestanda nō sūt, aut notanda. Ideo nāq; (vt ait Chryſ.) cum Aaron, & Maria murmurassent contra Moysen, nihilominus solā Mariā notauit, & cafugauit lepra, non autē Aaron, vt ostenderet, peccata sacerdotū notanda non esse, aut publicanda. Regem nemo iudicat, nisi corona depositā, sacerdos non suspenditur propter aliquod crimen, antequam degradetur. Legati Regis in magno habentur honore non propter ipsos, sed propter honorem debitum Regi, etiam si alias sint impij. Ita ergo sacerdotes propter Christum honorandi sunt, sed præsertim Episcopi, qui sunt Legati Christi, iuxta illud Apostoli 2 *Pro Christo legatione fungimur.* Hæc ex Chryſ. quæ omnia late prosequitur oratione 3. aduersus Iudæos col. 8. Vbi horrendam describit vindictam aduersus Dathan, & Abiron atque in alios, qui despiciunt sacerdotes. Et Alexander 1. epist. 2. ad diuersos Episcopos dignitatem sacerdotalem commendans, inquit: Sacerdotes pro populo interpellant & populi peccata comedunt, qui precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt: qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. *Multum enim* (ait Beatus Iacobus) *valet deprecatio iusti assidua.* Qui enim vos persequitur, ipsum cuius legatione fungimini, persequitur. Quia sicut ipse filius Dei mediator fuit Dei, & hominum: ita & vos eius vice in Ecclesia estis constituti, vt inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, non vnius, sed multorum profectum auertit. Et sicut malus nocentia à multis arguendus est, & bonorum societate arcendus.] Refertur hæc epist. a Gratiano canon. 1. q. 1. c. Ipse sacerdos, & distin. 94. c. si quis autem. Similia dicit Dionysius Areopagita c. 12. coelestis Hierarchiæ.

Chryſ. lib. 3. sup. epiſt. ad Coloſſenſ. col. vlt. & 2. Cor. 1

5 Et quia intercessor est apud Deum pro delictis, & peccatis populi, necesse est, vt sit ei familiaris. Nam, vt docet Gregorius, nullus audet intercessoris officiū pro aliquo assumere apud illum, quē nō cognoscit. Vnde Dñus ad Moysen: *Loquere ad Aarō, homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculā, nō offerat panes Dño Deo suo nec accedat ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grādi, & tarto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginē habens in oculo si*

Grego. in 1. Paſt. pa. 1. c. 11. Leuit. 21.

In ſi ingem ſtabiſe, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus. Quæ autem vitia per hos defectus naturales deſignentur, explicat latiſſime Gregorius loco allegato. Vnde Chryſoſtomus hom. 3. in acta Apoſtolorum: Non temere dico, ſed vt affectus ſum, ac ſentio. Non arbitror inter ſacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multi plures, qui pereãt. In cauſſa eſt. Quoniam res exceſſum requirit animum.)

Gre. in paſtor par. 1. c 2 6 Nemo amplius in Eccleſia nocet, vt ait Gregorius, quam qui peruersè agens nomen, vel ordinem ſanctitatis habet: ait enim Propheta: (Laqueus ruinæ populi mei ſacerdotes mali.) Et iterum de ſacerdotibus malis Dominus dicit: *facti ſunt domui Iſrael in offenaiculum iniquitatis.* Et Matt. 18 *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Per molam quippe aſinariam, ſæcularis vitæ circuitus, ac labor exprimitur: & per profundum maris extrema damnatio deſignatur. Qui ergo ad ſanctitatis ſpeciem deductus, vel verbo cæteros deſtruit, vel exemplo, melius profecto fuerat, vt hunc ad mortem ſub exteriori habitu terrena acta conſtringerent, quam ſacra officia cæteris in culpa imitabilem demonſtrarent: quia nimirum ſi ſolus caderet, vt eumque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Hæc Gregorius.

Iob 44 Matt. 18.

7 Parieti dealbato contulit Apoſtolus ſacerdotes impios: nam cum eſſet alapâ percuſſus ante Pontificem: *Percutiat te Dominus*, inquit, *paries dealbate, & tu ſedes iudicare me ſecundum legem, et contra legem iubes me percuti?* Aluſſime intuens, ſicut dicit Auguſtinus, ſacerdotium Iudæorum iam tale factum fuiſſe, vt nomine forinſecus niteret, intrinſecus autem luteis concupiſcentijs ſorderet. Tales ergo iudicandi ſũt ſacerdotes, qui male viuendo ſuam deturpant dignitatem. Hac eadem ſimilitudine rurſus eſt Chriſtus Dominus, cum ait: (Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem pareis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.

Act. 23. Aug. li. de mendacio ad Cõſenſ. in med. 10 tom. 4. Matt. 23.

8 Vide Chryſoſt. hom. vltima ſuper epiſt. ad Romanos, in illa verba, Saluate Priſcam, & Aquilam, ex profeſſo agit de colẽdis ſacerdotibus, & inter alia, quæ notanda ſunt, inquit: Si maledicentes patri, vel matri, morte moriuntur iuxta legem; quali iudicio dignus es is, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis neceſſarius eſt, & melior? An non times, ne aperiat ſe terra, & totum te abſorbeat, vel fulmen ſuperuẽ in te adigatur, & maledicam illam lingnam comburat? Non audiſti, quid paſſa ſit Moyſi ſoror, principi maledicens? Quomodo facta ſit immũda, inciderit in lepram, ſummam ſuſtinuerit ignominiam, fratre Deum orante, veniam nõ obtinuerit &c. Ea propter Paulus, cum principẽ Iudæorum notaſſet, & dixiſſet: *Percutiat te Deus paries dealbate*, poſtquam alios audiuit ſibi reſiſtentes, & dicentes: Pontificem conuicijs inceſſis? monſtrare volẽs, quantam oporteat ſacerdotibus exhiberi honorem, & reuerentiam, Neſciebam, inquit, quod po-

Exod. 22. Num. 12. Act. 23.

esset. Propterea & Dauid, cum Saulem apprehendisset prævaricatorẽ, & spirantem homicidium, & multis poenis dignum non solum eius vitæ pepercit, sed neque vt verbum asperũ in eo iaceretur, sustinuit, causſamque ponens, dicit: Christus Domini est. Neque hinc solum, sed & aliunde videre licet copiosè, quomodo subditum procul à sacerdotum corruptione abesse oportet. Nam cum aliquando arca reduceretur, & subditorum aliqui ad lapsum declinantem videntes erigerent, eo ipso in loco pœnam dederunt, & à Domino percussi, mortui manserunt, tamesi nihil agerent absurdum. Non enim subuertebant, sed lapsuram erigebant &c. Nemo hæc me dicere opinetur, quasi à sacerdotibus sim subornatus. Hæc Chryſ. 1. Reg. 24. 1. Reg. 6.

8 Quanta præparatione, qua puritate animi debeant sacerdotes Regis gratiç accedere ad missę sacrificium celebrandum, & sacrosanctum Christi corpus suscipiendum, ostendit Sanctũ Chrysostomus, ex lotionibus, & præparationibus, quibus veteris sacrificij participes vtebãtur. Quid enim, inquit ille, non hi faciebant? Omni tempore purificabantur, & tu ad salutarem hanc hostiam accessurus, quam Angeli ipsi cum tremore suspiciũt, rem tantam circumscribis temporum ambitu? Qua fronte te ipsum sistes ad Christi tribunal præsentem: qui impuris manibus, ac labijs sic impudenter ipsius corpus ausus sis attingere? Regem vtique non eligas exosculari, siquidem os tuum olet grauiter: & regẽ cœlorum impudens exoscularis anima tua tam vitijs olente? Atrox sane contumelia est res eiusmodi. Dic tu mihi, Num eligas illotis manibus ad tam venerabilem victimam accedere? Non puto. Quin, vt conijcio, malis prorsus tibi temperare ab aditu, quam sordidis accedere manibus. At interim in paruo tam religiosus quum sis, animam autem habens cæno vitiorum squallentem accedis, & audes impudens contingere. ¶ Vnde S. Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus in Theoria rerum Ecclesiasticarum ex sententia Patrum docet, animam, & manum eius, qui contrectaturus est immaculatissimum corpus Christi Dei nostri, puriorem solaribus radijs esse oportere. Et paulo inferius docet, sacerdotes stolis ornatos ad instar Seraphim in altari apparere. Sic enim ait: Presbyteri ad imitationem sunt Seraphicarum potestatum, stolis vice alarum contecti: duobus autem alis labiorum hymnum illum voce cantantes, & tenentes diuinum, & spiritalem carbonem, Christum prehensione manus manifesto gestantes. Vbi etiam lato sermone significationem explicat vestimentorum sacerdotalium, & aliorum ministrorum Ecclesiæ. Vnde Thimotheus missimus lib. 2. ad Ecclesiam Catholicam Tom. 3. Bib. Veterum Patrum pag. 227. *Sacerdotes, inquit, exemplo esse omnibus debent, & quos vtique tanto ante stare cæteris oportet deuotione, quanto anteſtãt omnibus dignitate. Nihil est enim turpius, quam excellentem esse quemlibet culmine, & despicabilem vilitate? Quid est enim aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? Et ideo cunctos qui sacri altaris suggestu eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu.* Chry. ho. 3. sup epist. ad Ephes. col. 6. L. M. l. 4.

9 Chri-

Digitized by Google

9 Christus Dominus, vt doceret, sacramenta, ac Dei gratiam non esse propter pecunias dispensanda, cum potestatem faciendi miracula dedit discipulis, Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Vbi Chrysostomus: Gratia Dei non venditur, sed donatur. Gratia enim Christi auro, & argento non potest comparari. Ideo ingrediens in templum mensas numulariorum subuertit & Cathedras vendentium columbas. Mensas: vbi debebant esse panes propositionis, & gratiarum Dei, ibi auaritiæ victimæ sunt: & mensas numulariorum. Auaritia sacerdotum, altaria non sunt: altaria, sed mensę numulariorum. Super cathedram, inquit Moysi, sederunt Scribæ, & Pharisęi. De istis cathedris, Psalmus loquitur: *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Vera cathedra pestilentiæ, quæ vendit columbas, vendit gratiam Spiritus sancti.

Chr. ho. 13 ex var. in Marc. col. penul to. 2. Act. 8.

Matt. 23.

Psal. 1.

10 Sacerdotum peccata (cæteris paribus) reputãtur grauiora. Ideo, vt notauit Chrysostomus, in antiqua lege fornicatrices necabantur: sacerdotum vero filiæ igne cremabantur. Qua ex re quam magnus poenarum cumulus Pontificem expectet peccantem, legis conditor voluit significare. Nam si filiam eius atrocius puniri iussit, quid erit de ipso? Cui consonat illud Luc. 12. *Qui nouit voluntatem Domini sui, & non fecit, vapulabit plagis multis.* Et illud: *Quoniã potentes tormenta patientur.*

Chr. ho. 76 in Matt. in fine L. to. 2 Luc. 12

DE SACRIFICIO CHRISTI, IVSTORVM, ET IMPIORVM.

CAP. CI.

SAcrificium nouæ legis, in quo Christus immolatur, acceptum est Deo, veteribus sacrificijs legis Mosaicæ reprobatis. In cuius signum sacrificium Abel, quod figura quædam fuit sacrificij Christi, eo quod Agnum obtulit immaculatum, acceptum fuit Deo: non autem sacrificium Cain, quod typum gessit sacrificiorum veteris legis, ita docet Aug. lib. 65. q. 47. & q. 5. ex veteri testamento. Vbi etiam assignat caussam, quare sacrificium Abel fuerit Deo acceptum, non autem sacrificium Cain, quia videlicet Abel de placidis potiora elegit, quę Deo offerret, scilicet agnũ crassam; sed Cain de frugibus terræ obtulit deteriora Deo, & potiora suis vtibus reseruauit. Sæpe enim, inquit ille, reprehensi sunt, cum munera sua improuide Dei alturi offerrent, quæ nec hominibus digna viderentur, dicente Domino, Cæcas & luscas offertis mihi, non hæc suscipiam de manibus vestris. Offer eam præposito, aut duci tuo, si acceperit ea. Cum constet apud omnes, personæ sublimi maxima offerri debere munera.

Augus.

Malac. 1.

2 Caussam istam, quare Deus non acceptauerit sacrificium Cain, minime tacuit Scriptura, dicente ei Domino: *Quid contristatus es? Vt quid concidit vultus tuus? nonne si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti?* Vbi Augustinus quæstione 5. citata ex veteri testamento

Gen. 5.

Vir

Vides ergò, quia diuisio incurrit peccatum, dum non æstimans, quid dignum Deo esset, potiora reseruauit suis vsibus. Itaque non quia obtulit, reprehensus est, sed quia indigna obtulit. Neque ex eo damnatus est, sed quia factum noluit emendare, commonitus. Idem docet q. 103. ex vtroque mixtim. Et li. 15. de Ciu. Dei c. 7.

3 Iusti autem cor suum offerunt Deo, & tunc illud est verè propriũ cor hominis, sicut Anna cecinit: *Exultauit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo*. Reprobi autem cor suum sacrificant dæmoni & remanẽt absque corde, eo quod non possident illud, sed diabolus. Vnde & de proditore dicitur: *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Si enim Iudas* (vt inquit S. Gregorius) *cor suum, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum quam diabolus malum poneret. Quotiescumq; ergo grauiter delinquimus, cor nostrum nos nõ habemus. Quare & Ieremias, Iudaico populo grauiter delinquenti improperans ait: Audi popule stulte, & qui non habes cor.* Huc item conuersus alter Propheta Deo confitetur dicens: *Inuenit seruus tuus cor suum.* Hæc Gregorius. Cui consonat illud, *factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor.*

1. Reg. 2.
Ioan. 13.
Greg. li. 2. Iup. 1. Reg. c. 12.
Iob 13.
Ier. 5
2. Reg. 7.
Osee. 7.

4 Vt omnes agnoscerent, quod nullo alio sacrificio erat pŏpulus à peccato redimendus, nisi oblatione agni immaculati Iesu Christi Domini nostri, ideo dixit Angelus ad Abraham, cum eleuasset gladium vt proprium filium immolaret, *ne extẽdas manum tuam super puerum*. Quasi diceret: Ad salutem generis humani, vt notauit Chrysostomus, non puer, vel seruus immolandus est, sed filius, & perfectus homo, scilicet Christus, de quo ait Apostolus: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Cui consonat illud 2. Cor. 5. *eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Idest, hostiam pro peccato, vt explicat Augustinus lib. 2. contra Maximinum Arianum c. 22. Et quoniam per hanc hostiam reconciliamur Deo, subdit: *Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Cui consonat illud ad Romanos 8. *Et de peccato*, idest, de sacrificio pro peccato *damnauit peccatum in carne*, vt explicat S. Doctor eodem loco.

Chr. ser. de Ioh. & Abraham in fin. to. 1.
Rom. 8.
2. Cor. 5.

5 Præceptum fuit in lege, vt animal Deo offerendum non haberet aures præcisas, nec caudam, sed integrum, vt significaret, quod sacrificium spirituale cordis nostri, quod Deo offerimus, debet esse perfectum. Vnde Apostolus ait: *Obsecro itaque fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Vbi, vt notauit Sanctus Chrysostomus, *cum hostiam dixisset, ne quis putet, quod præcipias maciari corpora, subiunxit, viuentem. Deinde hostiam hanc à Iudaica discernens, sanctam dicit, acceptam, Deo rationalem cultum vestrum, et cætera. Et quomodo corpus inquies, hostia fiet? Nihil malè respicit oculus, & factus est hostia. Nihil turpe loquatur lingua, & facta est oblatio. Nihil iniqui committat manus, & facta est holocaustoma.* De hoc sacrificio intelligit illud Psalmi quadragesimi noni: *Sacrificium laudis honorificabit me; Et sacrifica Deo sacrificium*

Rom. 12.
Chr. ho. 20. sup. epis. ad Rom. circ. 1. Ioh. 4.
Psal. 49

tuum

Psal.50. *laudis,& redde altissimo vota tua.* Et Psal. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus,cor contritum,& humiliatum Deus non despicies.* Et infra : Si qui veteres hostias offerebant, iubebantur omnia prius considerare, necquod auribus esset incisis, aut cauda mutilata, aut scabiosum, aut impetiginem habens permittebantur offerre : multo magis nos, qui non irrationales oues, sed nos ipsos offerimus, maiorem oportebit impendere diligentiam, atque ex omni parte mundos esse, vt & nos cum Paulo dicere queamus : *Ego enim iam immolor,& tempus resolutionis meæ imminet.* Erat enim quauis hostia purior. Vnde & libamen se ipsum vocauit. Erit autem hoc, si veterem hominem sustulerimus, si membra nostra, quæ sunt super terram, mortificaueri mus, si mundū nobis ipsis crucifixerimus. ¶

2.Tim.4.

Anas. Episcop Nicæ. q.36.inscripta habetur To. 1.B.V. P.col 69.

6 Quærit Anastasius Episcopus Nicenus, Cur Deus non prohibuit Iephtæ sacrificare filiam, vt Abraham filium ? Et respondet rationem esse : *Quia filia Iephtæ non fuit digna Isaci vita post impium luctum & duorum mensium emulatum; vt quæ iudicarit hoc sacrificium esse quauis calamitate grauius. Hoc autem permisit Deus, eos qui tunc erant, & qui postea futuri erant erudiens, tuto quidem Deo vouere, & vt conuenit : citra moram autem, & cum fide, & gaudio implere promissum.*

Votum est semper Deo vouendum, cum fide, et cum gaudio implendū.

7 Latet etiam in hoc magnum mysterium, quia vt supra dictum est per sacrificium Abrahæ præfiguratum fuit Christi sacrificium: Et quoniam non Isaac, sed Christus Dominus, tanquam ouis, & agnus, qui tollit peccata mundi, erat pro salute humani generis immolandus : ideo prohibitus fuit Abraham immolare filium, & pro eo arietem obtulit in holocaustum: Et accepit, inquit, arietem & obtulit illum in holocaustum. Sicut enim, vt ait Chrysostomus, hic ouis oblata est pro Isaac, ita & rationalis agnus oblatus est pro mundo. Oportebat enim in vmbra describi, & præsignari antea veritatem. ¶ Cæterum in sacrificio Iephtæ signū quoddam fuit sacrificij, quod post partam victoriam aduersus peccatum, & aereas potestates oblaturus erat Christus Dominus Deo patri per mortem martyrum, sicut idem Chrysostomus his verbis explicat : *Adhuc istum Iephten existimo esse Dominum nostrum Iesum Christum, victorem mundi, qui obtulit filiam suam vnicam ipsam Ecclesiam tempore persecutionis malis pontificibus non agnorum, sed luporum, dicente ipso: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Obtulit ergo Ecclesiam per immolationem martyrum tempore persecutionis, & victima vnica oblata est Deo, vt sacrificium acceptabile esset patri ex lucro vnigeniti. Offert vnicus vnicam, Sponsus Sponsam, pater filiam Quid enim potest inueniri fortius integritate, & virginitate, quæ concipit in incorruptione, creat in integritate? Virgo est ista, quæ virum non nouit. Plangit autem sexaginta diebus virginitatem suam ideſt, omnibus diebus suis. Nec enim mittit ad Dominum, qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex planctu, & fletu, & lachrymis.* Hæc Chrysostomus. Cui consonat illud Apocal. 7. *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.*

Chr. hō. de Iephte col. vlt. to. 1. Iudic. 11. Matt. 10.

Apoc. 7.

Idem Chr. hom. citata de Iephte col. 1. L.

8 Aliud mysterium agnoscit idem Chrysostomus in immolatione Iephtæ,

sephiæ, quod pertinet ad nostros mores. Vnusquisque nostrum, inquit, ille debemus esse Iephtæ, qui deuictis inimicis cupiditatum nostrarum, & voluptatum carnis nostræ offeramus vnicam animam nostram, de qua dicebat Propheta: *Erue à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Occisis in nobis omnibus delectationibus carnis, victores redimus ad Deum, offerentes (vt dixi) animam nostram, quæ est singularis, & vnica. Sed scissis vestimentis malarum cogitationum temporalium, quæ velant animam, offeramus illam occidendam in malis, viuificandam in bonis. Vnde dicebat Dominus in Euangelio: *Qui perdiderit animam suam, inueniet eam.* Psal. 21. Luc. 17.

DE SCANDALO

Cap. CII.

SCandalum, vt ait Beda, sermo græcus est, quod nos offendiculum, vel ruinam, & impactionem pedis dicere possumus, ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto, facto vè minus recto occasionem ruinæ dederit. Idem docet S. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1. & articulo 4. in corpore, & ad Rom. 14. lection. 2. in principio. Qui scandalizant infirmos, peccant in Christum, iuxta illud Apostoli: *Si quis viderit enim, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nonne conscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* Vbi Chrysostomus aduertit, quod non inquit, scandalizantes: sed percutientes, vt verbi significantia crudelitatem ostenderet. Quid enim inhumanius existimari potest, qui ægrotum verberat? Etenim omni plaga grauius scandalizare est, nam sæpe numero & mortem affert. Ed quomodo in Christum peccant? Vno quidem modo, quod quæ seruorum sunt, ipse pro suis accipit. Altero autem, quod in corpus eius, & membra faciunt, qui percutiunt. Tertio quod opus eius, quod propria morte absoluit, ij propria ambitione destruunt. Et homilia septima super Genesim. Iræ illæ auferre sunt, & magnam secum condemnationem afferunt. Dicere enim vult: Ne opineris, quod damnum hoc ad illum, qui offenditur solum pertineat, transit etiam ad Christum ipsum, qui propter illum crucifixus est. Igitur si Dominus tuus propter illum crucifigi non detrectauit, non tu omnia feres, nequam scandali occasionem illi præbeas?

Beda sup. c. 18. Matt.

1. Cor. 8.

Rom. 14

Chr ho. 16 sup. 1. epist. ad Cor. col. 7. E.

2 Hinc Apostolus ait: *Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei.* Vbi Chrysostomus: Absque offendiculo estote. Deinde, ne putes de nostris tantum admonere, subdidit: Et Iudæis, & gentibus,

1. Cor. 10.

2. Cor. 10. Et tandem adijcit: & Ecclesiæ Dei. Nihil enim ita offendit, & nocet religioni nostræ, vt scandali ansam præbere infidelibus. ¶ Sicut enim per illos, qui suo exemplo alios ad rectè operandum inducunt, nomen Dei glorificatur, iuxta illud Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est*: ita (vt ibidem docet Chrysostomus) blasphematur propter eos, qui peruersè operando sunt gentibus scandalo. Scriptum est enim: *Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes.* Vltimo ergo loco posuit, & Ecclesiæ Dei, quoniam immane peccatum est, filios eiusdem matris, hoc est, Ecclesiæ scandalizare. De hoc enim scandalo conqueritur Dominus per Psalmistam: *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Vbi Augustinus per filios matris, intelligit filios Ecclesiæ, de quibus ait Apostolus: *Nam & ego per Euangelium meum ego vos genui.* Et Iterum: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Et rursus: *Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Quando ergo filios matris, & paruulos scandalizamus, Deum irritemus. Vnde Apostolus ad Romanos 14. Illud iudicate magis, ne offendiculum ponatis fratri, aut scandalum.

Chry. ho. 7. sup. Genes. ad lit.
Matt. 5.
Rom. 2.
Psal. 49.
Aug. sup. eundi Psal. tom. 8.
Galat. 5.

1. Cor. 3
Rom. 14

3 Hinc est, quod multo maiori poena punitur à Deo peccatum eorũ, qui sua peruersa vita alios scandalizant, quã illorũ, qui scãdalizati cadunt, quandoquidẽ, & serpens magis punitus est, quã mulier, quæadmodũ, & mulier plusquã vir. Et Iezabel maiores poenas dedit, quam Achab vineæ raptor. Ipsa quippe vniuersũ illud negotiũ texuerat: regisque lapsus occasionẽ dederat. Igitur & tu quoq; si reliquis perditionis causa fueris, grauiora patieris, quam qui per te subuersi sunt. Neque enim peccare tantum in se perditionis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.] Hæc Chrysostomus.

Chr. ho. 25. sup. epi. ad Rom.

4 Leuit. 11. per Moysen Dominus præcepit dicens: *Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum.* Surdo quippe maledicere, sicut ait Gregorius, est absenti, & non audienti derogare. Coram cæco vero offendiculum ponere, est discretam quidem rem agere, sed tamen ei, qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem præbere.]

Gen. 3.
4 Reg. 9.
Leuit. 11.
Greg. in pastor. 3. parte admonit. 36.

5 Sicut enim qui de Regno Dei scandala tollere, & occasiones scandalorũ penitus dimouere conantur, sunt (vt docet Bernardus) angelici spiritus: ita & qui occasionem alijs præbent scandali dicuntur filij diaboli, vt Augustinus probat: etenim diabolus fuit homicida ab initio quia primum hominem occidit spiritualiter, persuadendo peccatum, & a paradisi felicitate deijciendo. Quod fuit paradisus, hoc nunc Ecclesia. Diaboli ergo filij sunt, qui homines ab Ecclesia seducendo interficiunt, qui alios ad peccandum inducunt, qui fratres scandalizãt.]

Bern. ser. 3 de aduentu.
Aug. lib. 2 contra lit. Pet. ca. 13.

6 Vnde Christus Dominus in detestationem scandali ait: *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim, vt veniant scandala.*

Matt. 18.

Verumtamen Væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te: abſcide eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentē mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te erue eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Quid autem ſit molam aſinariam ſuſpendi in collo iam ſupra explicatum eſt. Væ autem Interiectio eſt comminantis, & denuntiantis damnationem æternam ſicut Iſaiæ 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, filijs ſceleratis ſemini nequam,* & Lucæ 22. *Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.* Ita Origenes. & Hilarius. Poteſt etiã accippi, vt ſit interiectio animi dolentis de ruina eorum, qui paruulos ſcandalizant, ſicut Iſa ix 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, vindicabor de inimicis meis.* Vbi Heu animi dolentis eſt inſinuatio. Dolet enim Dominus de ruina hominis, quem creauit, vnde Geneſ. 6. *Et tactus dolore cordis intrinſecus, delebo,* inquit, *hominem, quem creaui a facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cœli poenitet enim me feciſſe eos.* Vtraque acceptio habet fundamentũ in dictione Hebraica Hoy, quæ vt inquit Adamus, & dolentis & comminantis interiectio eſt. Quæ autem ſequuntur: *Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcide eum,* ſignificant ſecundum Hieronymum omnes propinquitates, & neceſſitudines, quæ ſcandalum facere poterant, eſſe amputandas: quaſi diceret: Etiam ſi aliquis ſit tibi ita coniunctus, & neceſſarius, ſicut manus, vel pes, aut oculus, ſi tamen tibi eſt ſcandalo, longe fac illum à te, non cõmiſcearis illi, nec coniũgaris. Itaque, ſicut dicit Sanctus Laurentius Nouarienſis Epiſcopus hom. 1. de poenitentia, non iuuat eruere oculum, ſed peccatum, nam *ſi per cuncta peccata, vel ſcandala non animi tui ſedilus reprimenda eſt, ſed effodiendus eſt oculus, quia vidit, nullus iam habiturus eſt oculos &c. Erue, non oculum de capite, ſed errorem de corde: euelle non aſpectum corporeum, ſed concupiſcentiæ crimen: non eſt iuſſum oculum delere, ſed crimen euellere. Dexter fuit oculus, quando tibi obduxit ſcandalum; hoc eſt, quod dicit quando te inquinauit et pollut. Sed erue eũ contraria fortitudine. Noli te vulnerare cogitare, ſed ad vincendum te præcinge. Eſto armiger patientiæ, & protinus euertes peccatum. Dulce fuit vitium, cum de lectulo animam, ſed ſit tibi nunc dulcior penitendo, quæ non ſolum dejecit, verum etiam nutrid*

Iſa. 1
Luc. 22.
Origen. li. 2. cõt. Celſum Hilarius ſup. Pſal. 2.
Iſa. 1.
Gen. 6.
S. Laurẽt. To. 2. B. V. Pag. 346

PRVDENTIA

Cap. III.

SEnsus, videlicet visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, sunt fenestræ, per quas omne bonum, vel malum ingreditur ad animam, vt docet Gregorius. Quod probat ex illo Ieremiæ 9. *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras*. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur cum per sensus corporis concupiscentia, vt mansionis habitaculum intrat mentis &c. Quisquis ergo per has fenestras corporis incaute exterius respicit, plerumque in delectationem peccati, etiam nolens cadit, atque obligatus desiderijs, incipit velle quod noluit. Vnde & Prophetæ mens, quæ subleuata sæpe mysterijs internis intererat, quia alienam ciuitatem, incaute vidit, obtenebrata postmodum semetipsa, licite contexit, & sua lignum vetitum non contigisset, nisi hoc prius incaute conspiceret, scriptum quippe est: *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit*. Et sub Iudææ voce, quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat, Propheta dicit: *Oculus meus deprædatus est animam meam*. Quam deprædationem, vt euaderet Sanctus Iob, aiebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine*. Hæc Gregorius.

Gregor. 21. mor. 2. in princ. Ier. 9

2. Reg. 11. Gen. 3.

Threu. 3. Iob 31.

2 Ideo sensus, qui deseruiunt iniquitati ad iniquitatem, sunt veræ portæ mortis: quia per eas ingreditur mors: qui vero deseruiant iustitiæ in sanctificationem sunt portæ Ierusalem, & de his portis loquitur Psalmista, cum ait Psalmo 9. qui exaltas, idest, liberas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Sic explicat Sanctus Hieronymus super capit. tertio Naum. Vbi sic ait: Qui autem homines Dei sunt, aperiunt sensus suos, idest, portas cœlestis Ierusalem, vt ad eos ingrediatur sermo Dei. Malarum portarum illud exemplum est: Qui exaltas me de portis mortis. Bonarum hoc; vt annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.]

3 Secundi Regum quarto, quia hostiaria domus Isboseth purgans triticum, dormiebat super stratum suum meridie, inimici eius sumentes spicas tritici, latenter ingressi sunt, & percusserunt eum in inguine, sic aduersarius subtiler diabolus falsa manu ingreditur animam, & eam per peccatum occidit: dum rationem, quæ hostiaria est custodiens portas, hoc est, sensus exteriores, dormire conspexerit. Vnde Sanctus Gregorius. Nequaquam vero Isboseth ille hac morte succumberet, si non ad ingressus domus mulierem, idest, meliem custodiam ad mentis aditum deputasset. Fortis namque

2. Reg. 4.

Greg. lib. 1 mor. 18. alias 36.

Digitized by Google

virilisque sensus præponi cordis foribus debet, quem nec negligentiæ somnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. Hinc Salomon ait: *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Hæc Greg. Cui consonat illud Naum. 3. *Inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, devorabit ignis vectes tuos.* Et loquitur de portis terræ Niniue, per quas quinque sensus designantur, sicut Ieremiæ 9. per fenestras, cum dicitur: *Ascendit mors per fenestras nostras.* Has portas Niniue, inquit Hieronymus, aperit populus eius per visum, & auditum, & omnes reliquos sensus quasi per latam, & spatiosam viam, quæ ducit ad mortem, corporales quærens capere voluptates, quibus claudũt homines Dei portas suas, obturantes aures, ne audiant iudicium sanguinis: claudentes oculos suos, ne videant iniquitatem: obturantes nares, ne vaporem prima in effeminationem animæ suæ odore suscipiant &c. Quando videris amatorem voluptatum, magis quam amatorem Dei, & luxuriæ deditum, statim de eo dicito: Inimicis suis aperuit portas terræ suæ: non enim amicis animæ suæ, sed inimicis aperiunt portas terræ Niniue.] Prou.

4 Ex visu pulchritudinis mulierum ad earum illicitam concupiscentiam peruenerunt illi, de quibus Genesis 6. *Videntes* (inquit) *filij Dei filias hominum, quod pulchræ essent, sumpserunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Vbi Chrysosto. Concupiscentia illos in hanc induxit perniciem: pulchritudo aspectus, & scortationis, & intemperantiæ eis occasio fuit &c. à pulchritudine victi sunt, & frænum imponere inordinatæ concupiscentiæ suæ non valuerunt: sed spectando capti, submersique sunt. 5 Et inferius docet, quod si ratio sensus corporis gubernare negligat: *Sed habenas laxare cœperit, quasi auriga nesciens indomitorum equorum ferociam compescere permissis frænis, & equos curru trahentes, & se ipsum in præceps ire facit: sic planè & voluntas nostra, quandoquidem nescit membris, vt oportet, vti, indulgens inordinatis concupiscentijs se ipsam submergi facit.* Gen. 6. Chr. ho. 22. sup. Genes. col. 3. A. B tom. 1.

5 Ideo mortificandi sunt sensus, ne aspiciant, vel attendant ad ea, quæ non licet concupiscere. Vnde Apostolus ait: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam.* Vbi (vt notaur Sanctus Chrysostomus) non ait absolutè, mortificate membra vestra, sed addidit, quæ sunt super terram, vt innueret non esse prohibitum visum oculorum, & aliorum sensuum: sed abusum, cum videlicet ad ea feruntur, quæ sunt super terram. Et homilia vigesima secunda super Genesim: Oculus, inquit, propterea factus est, vt dum videt creaturas Dei, ipsarum cõditor glorificetur. Itaque oculis opus est videre: malè autem videre à mente est, quæ intrinsecus gubernat. Nam membra nostra, vt potè vtilia, ad facienda bona condita sunt à Domino, & gubernari possunt ab incorporea substantia. Et Sanctus Augustinus in regula monachorum: Nec enim quando proceditis, fœminas videre prohibemini, sed appetere, vel ab ipsis appeti velle, criminosum est: Coloss. 3. Chr. ho. 8. sup. epi. ad Coloss. col. 1 K. L. to. 4. Augus.

Ber ser. 81 sup Psalm. Qui habit. col. 2. M. Matt. 5. Iob 19.

6 Oculi ergo & alij sensus, dum sumus in hoc mortali corpore, (vt notauit Bernardus) non plenè dicendi sunt nostri, quia non licet illis ad quicquid libuerit, vti. Scriptum est enim: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est illam in corde suo*. Sed in patria cum plena potestate oculi erunt nostri, quoniam licebit, quicquid placuerit, conspicere. Vnde Sanctus Iob inquit: *Credo, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum: quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt.* Oculi mei ait. Nam tunc plenè, & perfectè pro nostra voluntate potero illis vti.

S. Laurent. To. 2. B. V. P. col 347.

7 Oculi, qui viderunt mulierem ad concupiscendum eam, attulerunt mortem, sicut scriptum est: Ascendit mors per fenestras. Oportet ergo ex eisdē oculis, vt exeat medicina, & lauacrum, quo maculæ eorundem peccatorum deleantur. Vnde Sanctus Laurentius Nouarienſis Episcopus homilia prima de poenitentia. Cecidisti (inquit) per oculum? contaminauit se aspectu suo? abluat se aqua sua. Induxit in te laqueum? eruat te de laqueo: habet enim in se magnum lacrymarum auxilium. Impulit te obscoenis sordescere actibus: turpique mucrone caput abscidit, idest, auaritia, aut libidine? Age tu, exerce te contra talem oculum; erige te contra aspectum tuum, agita cordis tui venas, quæ tendunt ad oculum, & dic illi: Oculo ad te recurro, tibi impuro exue quod implicasti. Tu me vulnerasti, tu me sana, tu me polluisti, tu me purifica. Ablue, quod inquinasti, erige quod elisisti, corrige quod euertisti, absolue quod per scandalum obligasti. Tu vidisti, ego concupiui: tu inspexisti & ego peccaui. Vidisti aurum, vidisti possessiones aliorum & prædia; cecidit ambitio. Capi velle quod meum non erat, capi auferre, aut argumento inuadere aliena. Tali me scandalo obcæcasti. Quid dicam de fœminea specie, quantum intuendo eam collapsa est anima? effœminata sunt viscera, & quasi concupiscentiæ sagitta percussus de quodam præcipitio corrui? Da modo liquorem tuum, & dele peccatum meum. Irriga me imbribus tuis? irruant aquæ tuæ, & obruant crimina mea. Hæc loquere cum oculo tuo, qui te scandalizauit.

DE SCRIPTVRA SACRA.

CAP. CIV.

SCriptura Sacra, vt docet Augustinus, est coelum, de quo Psal. 35. *Domine in coelo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.* Quia sicut coelum semper permanet, ita & Scriptura Sacra Matthæi 24. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Et Isaiæ 40. *Omnis caro fœnum, et omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum.* Psal. 35. Aug. 13. conf. c. 15. Matt. 24. Isa. 40.

2 Hoc coelum erat inuolutum, & clausum ante mortem Christi Domini, quoniam in eo mysteria latentia non dum erant explicata, sed sub quadam figura insinuata. At post mortem Saluatoris nostri & Prophetarũ extẽsum est, & expansum, sicut ait Psalmista: *Extendis cœlum sicut pellem qui tegis aquis superiora eius* Vbi Augustinus: *Vixit Moyses, & mortuus est: ait enim illi Deus Ascende in montem, & morere, Mortuus est Hieremias, & tot prophetæ mortui sunt, & mortuorum dicta, quia non eorum, sed per eos illius erant, qui extendit cœlum, sicut pellem, manent vsque ad posteritatem nostram &c. Ergo ideo tenditur sicut pellis, & multa magis tenditur, quia illi mortui sunt. Nam post mortem plus innotuerunt prophetæ, & Apostoli, non erant tam noti, cum viuerent. Prophetas viuos sola Iudæa habuit, mortuos omnes gentes; cum enim viuerẽt nondum erat extensa pellis: nondum erat extensum cœlum, vt tegeret orbem terrarum. Et extendis ergo cœlum, sicut pellem.* Idem dicit lib. 13. confessionum cap. 15. Psal. 103. Aug. sup. Psal. 103. conc. 1. col. 5. K. Deut. 32. Phil. 1.

3 Vnde Psalmista in persona Christi loquens in cruce pendentis inquit: *Factum est cor meum tanquã cera liquescens in medio ventris mei.* Vbi Augustinus docet, Cordis sui nomine significari scripturas suas, quibus verbis, vt docet Augustinus, profundum sacramentum nos intelligere voluit, vt cordis sui nomine signaret scripturas suas, vbi eius vtique latebat consilium, quod tunc apertum est, cum ea quæ de illo Prophetata fuerũt, passus impleuit. Soluta sunt ergo scripturę eius in ijs, quæ perfecta sunt aduentu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione. Quis enim iam ea non intelligit in Prophetis, quando vsque ad intellectum etiam carnalis multitudinis peruenerunt, quam fortasse significauit, in medio ventris sui, vt in eius corpore, quod est Ecclesia, quasi ventris locum habeat carnalis, & infirmior multitudo? Aut si ventris nomen magis interioribus competit, ad eos potius, qui perfectiores sũt, scripturarũ intellectum pertinere mõstratũ est, cum cor eius, id est, scripturæ eius, quæ continent consilium eius, in medio eorum, hoc est in cogitatione eorum, tãquam cera dissoluitur, hoc est feruore spiritus aperitur, disputatur, exponitur. Et super Psalmum 21. *Ventrem suum dicit, infirmos in Ecclesia sua. Quomodo cor ipsius factum est sicut cera?* Psal. 21. Aug. epist. 120. ad Honoratũ c. 14.

Cor ipsius scriptura ipsius, ideſt, ſapientia ipsius, quæ erat in ſcripturis.
Clauſa enim erat ſcriptura, nemo illam intelligebat. Crucifixus eſt Domi-
Matt. 27. nus, & liqueſacta eſt ſicut cera, vt omnes infirmi intelligerent ſcripturam.
Apoc. 5. Nam inde & velum templi ſciſſum eſt, quia quod velabatur, reuelatum
eſt. Cui conſonat illud Apocalyp. 5. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Qui occiſus eſt, inquit, vt in-
Ezech. 2. nueret, quod poſt mortem agni immaculati aperienda erant myſteria
quæ in libro Scripturæ Sacræ clauſa erant, & ſigillata.

4 Vnde Ezechielis 2. *Et vidi* (inquit) *& ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus, & foris, & ſcripta erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.* Hic
Iſa. 34. liber eſt Scriptura Sacra, de qua Iſaias ait: Coelum plicabitur, vt liber, ſed tamen manus miſſa ad nos, ideſt, Sapientia incarnata, quam deſide-
Pſal. 118. rabat Pſalmiſta, cum dixit: *Fiat manus tua, vt ſaluet me*, librum illum,
Greg. ho. 9 qui antea involutus erat, nobis miſericorditer aperuit. Vnde Gregor.
ſup. Ezec. Involutus itaque liber expanditur, quãdo hoc quod obſcurè prolatum
ſol. penul. fuerat, per latitudinem intellectus aperitur. Hunc involutum librum
Luc. 24. Veritas expandit, quando in diſcipulis egit, quod ſcriptum eſt: Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. De quo adhuc libro ſubditur: (Qui erat ſcriptus intus, & foris.) Liber enim ſacri eloquii intus ſcriptus eſt per allegoriam, foris per hiſtoriam. Intus per ſpiritalem intellectum, foris autem per ſenſum literæ ſimplicem adhuc infirmantibus congruentem.] Vnde & eadem Scriptura Sacra
Cant. 4. dicitur in Canticis: *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ*
Matt. 26. *fluunt impetu de Libano.* Vbi, vt notauit Sanctus Gregorius, & fons & puteus ſimul ſcriptura dicitur. Nam in quibuſdam manifeſta exiſtens, in quibuſdam vero locis obſcuram ſe præbens, & aliquando leuiter ſicut inuenitur, tanquam fons potatur, & aliquando magna inquiſitione eget, tanquam puteus, vt inuenta ſumatur.] Huius putei æquam limpidiſſimam maligni ſpiritus turbidam per eorum miniſtros hæreticos videlicet, reddere conantur. Quod ſicut dicit Gregorius
Greg. ſup. 26. mor. 8. etiã in Iſaac opere ſub Allophilorum prauitate cognoſcimus
cund. loci deſignari, qui puteos, quos Iſaac foderat, terræ congeries replebant. Hos
vol. vlt. enim nos nimirum puteos fodimus, cum in Scripturæ Sacræ abditis ſenſibus alta penetramus. Quos tamen occulte replent Allophyli, quando nobis ad alta tendentibus immundi ſpiritus terrenas cogitationes ingerunt, & quaſi inuentata diuinæ ſcientiæ aquam tollunt.]

5 Quanta cum reuerentia, & obſeruatione legenda ſit Sacra Scriptura, & audienda, cum nobis per Doctores ſacros eius ſenſus aperitur, indicat nomen ipſum teſtamenti, quo eadem Scriptura Sacra ſignificatur. Lex enim Moſaica veteris teſtamenti nomen, lex autem gratiæ noui teſtamenti nomen ſortitur, ſicut Saluator noſter ait: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis fundetur.* Vbi autẽ teſtamẽtũ eſt, mors (ſicut dicit Apoſtol.) intercedat neceſſe eſt teſtatoris. Mortuo ergo Chriſto apertum eſt vtrumque teſtamentum, & myſteria, quæ latebant reuelata. Omnes ergo attente illud audiant, & executioni man-

dent

lent. Vnde Augustinus: Non intestatus mortuus est pater, fecit testamentum, & sic mortuus est, mortuus est, & resurrexit. Tandiu contenditur de hæreditate mortuorum, quamdiu testamentum proferatur in publicum, & cum testamentum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes, vt tabulæ aperiantur & recitentur. Iudex intentus audit, aduocati silent, præcones silentium faciunt, vniuersus populus suspensus est, vt legantur verba mortui, non sentientis in monumento. Ille sine sensu iacet in monumento, & valent verba ipsius, sedet Christus in coelo & ea traditur testamento eius? Aperi, legamus. Fratres sumus, quare contendimus. Placetur animus noster, non sine testamento nos dimisit pater. Qui fecit testamentum, viuit in æternum, audit voces nostras, agnoscit suam. Ideo sicut dicit S. Marcus Heremita lib. de paradiso & lege spirituali nu. 4. et habetur tomo quinto Bibliotecę Veterum Patrum columna quinquagesima prima docens quali cum affectu Scriptura Sacra sit legenda, inquit. Homo humilis, & opus habens spirituale, Sacras Scripturas perlegendo, omnia in se ipsum, & non in aliam dicta, intelligere debet.]

Aug. sup. Psalm. 21. in 2. expos. circ. finem tom. 8.

6 Vtroque testamento ornantur aures Ecclesiæ, sunt enim veluti quæ murenulæ, quas sponsus promisit sponsæ suæ Canticorum primo: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Vbi Sanctus Gregorius: Per murenulas, inquit, sancta scriptura intelligitur. Quæ bene auro, & argento vermiculatæ dicuntur: quia & sapientia sancta scriptura fulget, & sonora prædicatione per vniuersum mundum auditur. Sicut enim per aurum sapientia, sic per argentum sancta prædicatio demonstratur.] Et sicut argentum valorem auri non adequat, ita expositio Doctorum exhaurire non potest quæ in sacra scriptura latent mysteria. Vnde Sanctus Augustinus Volusiano dicenti: Legi Dei deest, quidquid Augustinum contigerit ignorare, Respondet: Primum igitur hanc de me opinionem facile præsumptam, quæso deponas. Tanta est enim christianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem: si eas solas ab ineunte pueritia, vsque ad decrepitam senectutem, maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere &c. Tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum ambraculis opaca intelligenda proficientibus restant, atque non solum his verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ; vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisque cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet: *Cum consummaveris homo, tunc incipies.*

Cant. 1. Greg. sup. c. 1. Canti. vol. penult.

Aug. epist. 3. ad Volusianum, tom. 2.

Eccles. 18.

7 Quod autem ait: Vermiculatas argento, *con labor de gusanillo* designat, quod humilibus, qui se vermes reputant, scripturæ sacræ occulta mysteria manifestantur, sicut Christus Dominus ait: *Quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Vnde Aug. dum Licentij huius mundi esset insanus, dedignabatur scripturã sanctã perlegere. *Non, inquit, sicut modo loquor, inquit ille, ita sensi, cũ attendi ad illã scripturam, sed visa est mihi indigna, quã Tullianæ dignitati cõparare,*

Matt. 11. Aug. 3. sess. c. 5.

Tumor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea nõ penetrabat interiora eius. Verumtamen illa erat, quæ crescere cum parvulis, sed ego dedignabar esse parvulus, & turgidus fastu mihi grandis videbar.

Exod. 12. Aug. li. 2. de doctrin. christ. c. 41 to. 3. Psal. 50

8 Et vt sciamus, quod scientia scripturarum, acquiri humilitate debet, non turgenti animo, vel superbo, Exod. 12. Præceptum fuit, vt pecies sanguine agni signarentur Hyssopo, vbi Augustin. Hæc herba mitis, & humilis est, nihil fortius, & penetrabilius eius radicibus: vt in charitate radicati & fundati possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo & profundum. Est etiam in hyssopo vis purgatoria, ne inflante scientia de diuitijs ab Aegypto ablatis, superbiæ aliquid pulmo tumidus anhelet. Vnde Psalmista cum dixisset: *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor.* Subdit: *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam.* Deinde annectit consequenter, vt ostendat purgationem à superbia significari hyssopo, *& exultabunt ossa humiliata.*

Psal. 7. Isa. 7. Gre. 19. moral. c. 16 et vlt. circ. finem. col. vltima.

9 Ex vtroque testamento exeunt sagittæ potentis acutæ, quibus corda inimicorum regis transfigũtur, vt ad Deum conuertantur. Ideo namque Sacra Scriptura dicitur arcus Psalmo 7. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* Et Isaiæ 7. *Cum sagittis & arcu ingredientur illuc.* Vbi, sicut dicit Gregorius, *hoc in loco arcus nomine, sacrum eloquium debet intelligi. In chorda etenim testamentum nouum, in cornu vero testamentum veius accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curuatur. Sic in hoc eodem sacro eloquio, dum testamẽtum nouum legitur, duritia testamenti veteris emollitur. Ad eius namque spiritalia, & blanda præcepta illius litteræ se rigor inclinat: quia testamentum nouum, dum quasi quodam bonæ operationis brachio trahitur, in testamento veteri seueritatis iura flectuntur. Nec indecenter dicimus chordam testamento nouo congruere, quod de Incarnatione Dominica certum est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur, et cornua curuantur: quia dum in testamento nouo incarnatio mediatoris agnoscitur, ad spiritalem intelligentiam rigor testamenti veteris inclinatur.*

2. Pet. 1 Aug. li. de vtilit. credendi ad Honoratũ c. 6. in prĩ. to. 6.

10 Vera intelligentia Scripturæ Sacræ non est petenda ab inimicis Christi, & Ecclesiæ, videlicet ab hæreticis, & impugnatoribus religionis christianæ, sed à summo Pontifice, à Concilijs, Patribus, & à sacris Doctoribus, de quibus 2. Petr. 1. *Spiritu sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines.* Quis enim (vt ait Augustinus) sibi vnquam libros Aristotelis reconditos, & obscuros ab eius inimico exponendos putauit, vt de his loquar disciplinis, in quibus lector fortasse sine sacrilegio labi potest? Quis denique geometricas literas Archimedis legere, magistro Epicuro, aut discere voluit, contra quas, ille multum pertinaciter, nihil earum quantum arbitror intelligens differebat? 11 Si ergo esset stultum ab inimicis Aristotelis, aut Virgilij eorum expositionem requirere, præsertim in locis obscuris, & ambiguis, multo magis erit stultum interpretationem Scripturæ Sacræ, quæ reconditos, & profundissimos habet sensus, ab inimicis Christi, & Ecclesiæ accipere.

11 Vnde Petrus Apostol. collaudás epistolas Pauli simul monet vt à falsa & deprauata intelligẽtia caueamus eorũ, qui ad suos errores cõfirmandos illis vtebantur. Sic enim ait: *Sicut & charissimus frater noster Paulus secũdum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de bis, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles depranant, sicut et cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Et, vt notauit Aug. id præsertim admonuit propter locũ Pauli 1. Cor 3. & alia similia, vbi ait: *Fundamentũ, n aliud nemo potest ponere præter id, quod positũ est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam vniuscuiusque opus manifestabitur: dies enim Domini declarabit etc.* Quod quidam ita intelligendum putant, vt illi videantur ædificare super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos, qui fidei, quæ in Christo est, bona opera adijciunt; illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui cum eandem fidem habeant, malè operantur. Vnde arbitrantur per quasdam pœnas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. 12 Hæc Augus. qui etiam ibi prædictum locum, & alia mirabiliter exponit, aduersus eos, qui mentiuntur solam fidem sine operibus sufficere ad salutem.

2. Pet. 3.

Aug li. de fide, et operib c. 15. in prin. 10. 4. 1. Cor. 3.

12 Nec solum hæretici, sed etiam gentiles abusi sunt Scriptura Sacra ad Idola, quæ colebant, defendenda, & stabilienda, vt constat ex libro 1. Ma habæorum c. 3. Vbi sic dicitur: *Et expanderunt librum legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum* Putabant enim gentes ex libris legis Mosaycæ culturam Idolorum esse desumptam, & ideo eorundem librorum auctoritate extorta, cultum Idolorum suorum defendere conabantur.

13 Ex frequenti, & humili Sacrarum Scripturarum lectione mirum in modum mores hominum componuntur, & virtutes augentur, ac fructus bonorum operum prodeunt, quod vt innuit Augustin. innuitur in facto Iacob cum virgas excorticauit, detrahens viride, vt album varie appareret, & sic in conspectu fœtus pecorum variarentur, cum matres in alueis aquarum biberent, & visis virgis illam varietatem concipierent. Multa dicuntur similiter fieri in animalium fœtibus: sed & mulieri accidisse traditur, & scriptum reperitur in libris antiquissimi, & peritissimi medici Hippocratis, quod suspitione adulterij fuerat punienda, cum puerum pulcherrimum peperisset, vtique parenti, generique dissimilem: nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, illis admonitis quærere, nè forte aliqua talis pictura esset in cubiculo, qua inuenta mulier à suspicione liberata est. Sic ergo ex frequenti inspectione, & meditatione eorum, quæ in Sacra Scriptura continentur, velut ex inspectione virgarum diuersorum colorum, concipit anima varios fœtus spirituales, & fructus bonorum operum parturit Iacob, id est, Christo, cuius ille typum gessit. Sic ad lectionẽ vitæ S. Antonij Abbatis quatuor aulici Imperatoris, qui quærebant ei familiares, & amici fieri, conuersi sunt ad Christum cogitantes facilius posse eidem amici fieri, vt narrat Aug. lib. 8. confess. c. 6.

Gen. 30. Aug. q. 93. sup. Genes. in prin.

14 Sic

Sap.7. 14 Sic etiam in sacra scriptura tanquam in speculo, si eam quis diligenter, ac sedulo inspexerit, errata sua, & foeditates animæ videre & corrigere poterit. Candor est enim lucis æternæ, sicut de Sapientia incarnata dicitur, & speculum sine macula, & imago bonitatis illius. Vnde Gregorius: Scriptura Sacra mentis oculis, quasi quoddam speculum opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim foeda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu quã longe distamus. Narrat autem gesta sanctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum. Dumque illorum victricia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia nostra confirmat, fitque verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triumphos videt. Nonnunquam vero nobis solum nobis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit, vt & in victoria fortium, quod imitando arripere, & rursum videamus in lapsibus, quid debeamus timere.)

Gre. lib. 2. mor. c. 1. in princip.

Exod. 38. 15 In cuius signum Exodi 38. Moyses ex præcepto Domini fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabãt in ostio tabernaculi.) vt videlicet ingredientes templum in ipsis speculis suas viderent maculas, & mundarentur ab illis, de quo videndus est Sanctus Augustinus, vel quicumque fuerit auctor epist. 142. ad Demetriadem c. 23.

16 Vt autem facilius Sacra intelligatur Scriptura, debet cum familiaritate tractari. Nam (vt ait Gregorius) veritatis intelligentia, cum per cordis humilitatem quæritur, assiduitate legendi penetratur. Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus, & corda nescimus, sed si familiari eis locutione coniungimur, vsu colloquij eorum etiam cogitationes indagamus: ita cum in sacro eloquio sola historia aspicitur, nihil aliud, quam facies videtur: sed si huic assiduo vsu coniungimur, eius animum mentem, quasi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex alijs colligimus, facile in verbis agnoscimus, aliud esse quod intimant, aliud quod sonant. Tanto autem quisque notitiæ illius extraneus redditur, quanto in sola eius superficie ligatur. Vnde ipsa sapientia: *Qui mane* (inquit) *vigilauerint ad me, venient ad me.* Et iterum: *Præoccupat autem eos qui se concupiscunt, vt se illis prior ostendat.* Vnde Augustinus. Tale est ingenium naturæ nostræ, vt corpescat, si vsus defuerit lectionis. Quia sicut ferrum, nisi vsum fuerit, æruginem generat: ita & anima, nisi frequentius diuinis exerceatur lectionibus, nascuntur illi peccata. Hinc est, vnde in Psalmo hunc dicit beatum, qui die, nocteque legem Domini meditatur. Denique quamuis nota sint diuina eloquia, tamã cum fuerint sacris voluminibus memorata, sic illa deuotum pectus suscipit, quasi noua. Excitatur etenim desiderium animæ erga opera salutaria.)

Prou. 8. Sap. 6. Aug. q. 120 ex utroque mixtim in princ. M. Tom. 4.

17 Quo fit, vt tantum quis proficiat in scripturarum intelligentia, quantum in spirituali vita progressus fuerit. In cuius signum de sanctis illis quatuor animalibus apud Ezechielem dicitur: *Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea. Et cum eleuarentur*

Ezech. 1.

animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Vbi Sanctus Gregorius. Ambulant animalia, cum sancti viri in Scriptura Sacra intelligunt, quemadmodum moraliter viuant. Eleuatur vero a terra animalia, cum sancti viri se in contemplatione suspendunt. Et quia vnusquisque sanctorum, quanto ipse in Scriptura Sacra profecerit, [illegible] eadem Scriptura Sacra proficit apud ipsum recte dicitur. Cum ambularent animalia, ambulabant & rotæ: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur & rotæ: quia diuina eloquia cum legente crescunt, nam tanto illa quisque altius intelligit, quanto in eis altius intenditur. Vnde nec eleuantur rotæ, si nō eleuātur animalia: quia nisi legentium mentes ad alta profecerint, diuina dicta, velut infimus nonnullis iacent &c. Concinonat illud Psalmistæ *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.* Vbi prius posuit bonitatem, & deinde disciplinam, & postmodum scientiam, quoniam bene vnusquisque ad perfectam scientiam scripturarum peruenitur, scriptum est enim: *Quoniam in malevolam animam nō introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Et iterum: *Filio, ne vitia sapientiæ consere, ut non facias eam, & Deus præbebit illam tibi.*

Greg hom. 7. in Ezech ibiel. col 4.

Psal. 118.

Sap. 1. Eccles. 1.

22 Sic autem inquirēdi sunt, & inuestigandi sacræ scripturæ sensus, vt ea quæ supra captum nostrum sunt, sapientioribus relinquamus. Dicit enim Apostolus: *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Hinc Salomon ait: *Prudentia ne ponere studeamus.* Et iterum: *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria.* Vnde nobis per Moysem dicitur, *vt comedentes agnum, quidquid de eo reliquum fuerit, igni comburamus.* Agnum quippe (sicut dicit Sanctus Gregorius) comedimus, cum multa dominicæ humanitatis intelligendo recondimus in ventrem mentis. Ex quo quædam nobis remanent, quæ tamen edi nequeunt: quia multa adhuc de illo restant, quæ intelligi nequaquam possunt. Quæ tamen igne comburenda sunt: quia ea quæ capere de illo non possumus, humiliter sancto spiritui reseruamus. Quæ plerumque humilitas ea etiam electorum sensibus aperit, quæ ad intelligendum impossibilia esse videbantur.

Rom. 12. Prou. 25. Prou. 25. Exod. 12. Greg. 20. moral. 10. in fine.

Cantic. 4.

23 In laudem sponsæ ait ipsius in Canticis: *Sicut Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Quibus verbis significatur ex scriptura sacra, quæ per collum, in quo vox est, designatur, tanquam ex turri validissima Ecclesiam defendi, & omnium inimicorum insidias a longe præuideri, & disparui, vt Greg. explicat hom. 7. sup. Ezech. col. penultima. & super c. 4 Cant.

Greg.

23 Omnes aliæ scientiæ ancillantur Theologiæ, & scripturæ sacræ Salomone dicente: *Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Vnde licitum est ad intelligentiam scripturarum vti philosophorum dictis, non solum fidelium, sed etiam gentilium. Dicit enim Sanctus Augu-

Prouer. 9.

Augustinus: Philosophi autem, qui vocantur, si qua forte vera, & fidei nostræ accómoda dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda.] Cui consonat illud ad Romanos quintodecimo: *Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.*

Aug. li. 2. de doctrin. christ. c. 40 tom. 3. Rom. 15

20 Ptolemæus Philadelphius Rex Aegypti has sacras literas nosse & habere, vt Sanctus Augustinus refert, petiuitque ab Eleazaro tunc Pontifice dari sibi scripturas, quas profecto audierat fama prædicante diuinas, & ideo concupiuerat habere in Bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem pontifex misisset Hebræas: post etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus senies homines, linguæ vtriusq; doctissimi, Hebrææ scilicet, atque Græcæ. Quorum interpretatio, vt Septuaginta vocetur, iam obtinuit consuetudo. Traditur sanè, tam mirabilem, ac stupendum, planeque diuinum in eorum verbis fuisse consensum, vt cum ad hoc opus separatim singuli sederint: ita enim eorum fidem Ptolomæo regi placuit explorare, in nullo verbo, quod idem significaret, & tantundem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet, sed tanquam si vnus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt vnum erat, quoniam re vera spiritus erat vnus in omnibus.) Hæc Aug.

Aug. 18. de Ciuitate Dei ca. 42, & 43

21 Alia quamplurima circa sacrarum intelligentiam scripturarum dixi in præfatione super librum Isaiæ, vbi etiam diuersas rationes assignaui, propter quas Scriptura sacra multis, & multiplicibus obscuritatibus in locis quamplurimis sit plena, vt in oraculis Prophetarum: in alijs vero, sicut in historijs, aperioribus vtatur sententijs. Propter quod, sicut notauit Sanctus Gregorius, panis dicitur in locis obscuris: aqua vero, & potus in locis aperioribus, iuxta illud Ecclesiast. quintodecimo. Cibauit eum pane vitæ, & intellectus, & aquæ sapientiæ salutaris potauit eum. Ibi poterunt hæc omnia videri. Videantur etiam quæ supra dicta sunt cap. de lege veteri, & noua, & quæ dicentur infra c. de Verbo Dei.

Greg. homil. 10. super Ezech. circa princip.

DE SEPVLCHRIS, ET EXEQVIIS

CAP. CV.

NOn prodest reprobis, quod in magnificis sepulchris, & cum magna pompa sepeliantur; sicut non obest electis, quod sepultura careant. Dicitur enim de persecutoribus martyrum: *Posuerunt mortalia seruorum tuorum escam volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorũ tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Sed, vt ait Augustinus, hoc dictum est magis ad exaggerandã crudelitatem eorum, qui illa fecerunt, non ad eorum infoelicitatem, qui ista perpessi sunt. Quamuis enim hæc in conspectu hominum dura, & dira videantur, sed *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Proinde illa omnia, ideſt, curatio funeris, condituo sepulturæ, pompa exequiarum magis viuorum solatia sunt, quam subsidia mortuorum. Si alicui prodest impio sepultura pretiosa, oberit pro vilis, aut nulla. Præclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo clariores in conspectu Domini vlceroso illi panperi minister ille rium præbuit Angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ sinum sustulerunt.* Idem & eisdem verbis repetit lib. 1. de Ciuitate Dei c. 12. Vbi etiam adducit in confirmationem eiusdem doctrinæ illud Poetæ: Coelo tegitur, qui non habet vrnam.) Psal. 78. Aug. li. de cura pro mort. ger. cap. 2. post med. A. B. n. 4.

2 Aliam rationem assignat idem Sanctus Doctor, propter quam multoties Deus permittit corpora sanctorum dilacerari, & insepulta manere. Ait enim: Poterat vtique Deus, qui Leonem Prophetæ corpus, quod ipse occiderat, vlterius non permisit attingere, & fecit de peremptore custodem: poterat (inquam) à suorum interfectis corporibus canes, quibus fuerant proiecta, prohibere: poterat & ipsam hominum innumerabilibus modis terrere sæuitiam, ne cadauera incedere, ne cineres dispergere auderent. Sed hoc quoque experimentum multiplici varietati tentationum deesse non debuit, ne fortitudo confessionis, quæ immanitati persecutionis pro corporis salute non cederet, pro sepulchri honore trepidaret: postremo ne fides resurrectionis consumptionem corporum formidaret. Debuerunt ergo & illa permitti, vt etiam post hæc tanti honoris exempla martyres in Christi confessione feruentes huius quoque testes fierent veritatis, in qua didicerant eos à quibus sua corpora interficerentur, postea nihil habere, quod facerent, quoniam quicquid mortuis corporibus facerent, vtique nihil facerent: quando in carne omni vita carente, nec aliquid sentire posset, qui inde migrauerit, nec aliquid inde perdere, qui creauit. Aug. eod. lib. c. 8. in prine. 3 Reg. 13.

3 Narrat quidé scriptura, Deũ dixisse cuidã Prophetæ, qui eius trãgressus est verbum, quod non inferretur cadauer eius in sepulchrum

patrum

patrum eius: Vt patet 3. Reg. 13. *Hæc dicit Dominus, quoniam inobediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panem, atque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.* Sed hoc non obstat ijs, quæ superius dicta sunt: nam, sicut dicit Augustinus, potuit inde terreri, vel contristari viuus, quod sensurus non erat mortuus: & hæc erat poena, quoniam dolebat animus, id de suo corpore futurum, quamuis cum fieret, non doleret &c.

3. Reg. 13.

Aug. li. de cura pro mort. ger. c. 7 L. t. 4.

4 Nec ideo tamen, vt ait idem Augustinus, contemnenda, & abijcienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum, ac fidelium, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est spiritus &c. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: ipsique cum viuerent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus filijs mandauerunt. Nam & Ioseph Patriarcha adiurauit fratres suos: *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Cupiebat enim, vt sub terra sancta in Ierusalem reconderentur, super quam præsciebat Christum Dominum ambulaturum, & eius cruore perfundendam, idque propter spem resurrectionis, si forsan dignus esset enumerari inter eos, quorum multa corpora post Christi mortem surrexerunt, & apparuerunt multis.

Aug. li. de cura pro mort. ger. c. 3. n. 4

Genes. vlti.

Matt. 27.

5 Valet etiam sepultura fidelium, qui in Domino moriuntur, extructa in basilica alicuius martyris, vel alterius sancti, vt sicut dicit Aug. dū recolunt, vbi sint posita eorū, quos diligūt corpora eisdē sanctis illos tāquā patronis susceptos apud Dnū adiuuādo, orando cōmendēt. Quod quidē facere possent etiā si talibus locis eos humare nō posset. Sed non ob aliud, vel memoriæ, vel monumenta dicuntur ea, quæ insignita sunt sepulchra mortuorum: nisi quia eos, qui viuentium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitari: nam & memoriæ nomen id apertissimè ostendit, & monumentum, eo quod moneat mentem, idest, admoneat, nuncupatur. Vnde iusto Dei iudicio multi sepeliuntur, vbi nulla prorsus eorum extet memoria, sicut de Ioachin filio Iosiæ Regis Iuda dicitur Ieremiæ 22. *Non plangent eum, Sepultura asini sepelietur, putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem.* Hoc est non habebitur dignus quiete hominum rationalium, cum passiones carnis consecutus instar peccatorum vitam finierit, vt explicat Olimpiadorus Monachus super c. 6. Eccles. circa med. Dignus quippè est, qui bestialiter vixit, tanquam equus & mulus, in quibus non est intellectus, bestiarum sepultura sepelistur!

Ieremi. 22.

DE SEQVENTIBVS CHRISTVM

Cap. CVI.

VT Christum sequamur, necesse est, vt ab eo trahamur, sicut ipse testatur: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum.* Et iterũ: *Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.* Vnde Sponsa in Canticis: *Trahe me post te, in odorem unguentorum tuorum curremus.* Vbi Bernardus aduertit, quod non ait: trahe me ad te, sed post te, vt conuersationis eius valeat vestigia sequi, vt possit amulari virtutẽ, & normam tenere vitæ, & morũ queat apprehẽdere disciplinam &c. Et quid nisi indiget trahi, quæ post gigantem currit, quæ comprehendere nititur eum, qui salit in montibus, transilit colles? Velociter, ait, currit sermo eius. Non valet ex æquo currere, non potest pari cum illo celeritate contendere: qui exultat vt gigas ad currendam viam. Non potest suis viribus, & propterea rogat se trahi. Fessa sum, inquit, deficio: noli me deserere; sed trahe me post te: ne incipiam vagari post amatores alios, nec currã quasi in incertũ. Trahe me post te: quia satius mihi est, vt me trahas, vt scilicet vim qualemcumque mihi, aut terrendo minis, aut exercendo flagellis, inferas; quàm parcens in meo me torpore malè securam derelinquas. Trahe quodammodo inuitam, vt facias voluntariam. Trahe torpentem, vt reddas currentem.]

Ioan. 12.
Ibidẽ 6.
Cant. 1.
Ber. se. 21. sup. Cant. col. 1. E.
Psal.

2 Solus odor vnguentorum Christi, hoc est, bona fama virtutum eius trahit homines, vt currant post illum. Nam (vt docet Sanctus Augustinus) odor bonus fama bona est, quam quisquis bonæ vitæ operibus habuerit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius pretiosissimo odore perfundit.]

Aug. li. 3. de Doctr. Christ cap. 12. in prin.

3 In odorem ergo virtutum Christi cucurrerunt pastores, cucurrerunt magi, vt cum adorarent positum in præsepio, cucurrit Magdalena (vt ait Bernardus) cui dimissa sunt peccata multa; quoniam dilexit multum. Cucurrit & Publicanus, qui cum propitiationem peccatis suis humiliter implorasset, descendit iustificatus, teste ipsa iustitia. Cucurrit Petrus, qui lapsus fleuit amare, quatenus culpam diluere t, recuperaret iustitiam. Cucurrit Dauid, qui reatum agnoscens, & confitens, audire meruit: Et Dominus transtulit à te peccatum tuum. Porro in sanctificationis odore Paulus currere sese testatur, cum; Christi se imitatorem esse gloriatur, dicens ad discipulos: Estote imitatores mei, sicut & ego Christi. Cucurrerunt & omnes qui aiebant: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus. Desiderio quippe sequendi Christum reliquerant omnia. Hortatur vniuersos ad eundem odorem ista sententia. Hæc Bernardus. Cui consonat illud Isaiæ 40. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut aquilæ current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* Et capite quadragesimo quinto: *Viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manus*

Luc. 7. Ber. se. vel in Cãt. col. 4. A. B.
2. Reg. 12.
Philipp. 3.
Matt. 19.
Isa. 40.
Ibid 45.

pergent: & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus Deus Israel Salvator. De quo plura dicta sunt cap. 39. Cum de Sacra Eucharistia ageretur.

1. Cor. 15.

4 Sequi Christum, est illum imitari, & ei similé fieri, iuxta illud quod ait Apostolus: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et iterū: *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius, qui de cælo descendit.* Hanc similitudinem in seipsis exprimebant sancta quatuor animalia, de quibus Ezechiel ait: *Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum: similitudo hominis in eis.* Vbi Gregorius per similitudinem hominis intelligit similitudinem Christi, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Hæc itaque animalia, vt surgere ad sanctitatis virtutem valeant, ad huius hominis similitudinem tendunt. Sancta enim nó essent, si huius hominis similitudinē non haberent: quia quidquid in eis de visceribus pietatis, quidquid de mansuetudinis spiritu, quidquid de custodia humilitatis, quidquid de feruore charitatis est, hoc ab ipso fonte misericordiæ, ab ipsa radice mansuetudinis, ab ipsa virtute iustitiæ. i. à mediatore Dei, & hominū Deo Domino traxerunt &c. Post hanc vero similitudinem, quæ nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriæ peruenitur. Hinc etenim Ioannes dicit. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Qui mox vnde hoc fieri valeat adiungit, dicens: quoniam videbimus eum sicuti est. ¶ Hæc Greg. cui consonas illud Eccl. 2. Oculi sapientis in capite eius: quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat. Has namq; humanæ conuersationis vias videre contempserat, qui dicebat: In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. ¶ Vt explicat idem Grego. 17. moral. 5. alias 4. in princ.

1. Ioan. 3.
Ezech. 1.
Greg. lib. 2. sup. Ezech. circ. penult.
Philip. 2
Eccl. 2.
Psal. 118.
Matt. 16.

5 *Qui vult venire post me*, ait Saluator, *abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Sed tamen cum omnes velint peruenire ad Christum, pauci sunt, qui sequantur Christum. Vnde Bern. *Quam pauci post te, ô Domine Iesu, ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo sit qui nolit, hoc scientibus cunctis, quia delectationes in dextera tua vsque in finem. Et propterea volunt omnes te frui, at non ita & imitari: coregnare cupiunt, sed non compati. Ex his erat ille, qui dicebat, Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Optabat sibi extrema iustorum, sed non ita & principia. Mortem spiritualium optāt sibi etiam carnales, quorū tamen vitam abhorrent, scientes pretiosam mortem esse sanctorum: quoniam cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini: & quia beati mortui, qui in Domino moriuntur, cū è contrario iuxta Prophetæ sententiā, mors peccatorum pessima sit. Non enim quærere, quem tamen desiderant inuenire, cupientes consequi, sed nō et sequi.*

Ber. ser. 21 in Cantica circ. 1. fi.
Num. 23.
Psal. 33.

¶ Ideo Psalmista omnes peccatores hortatur, vt conuertātur ad Christū

rũ,& ſequ&tur illũ. Ait.n. *Cõfundantur,& reuerèantur quærentes animã meam. Auertãtur retrorſum,et confundantur cogitantes mihi mala.* Et ito rũ: *Conuertantur retrorſum,& reuereantur qui volunt mihi mala.* Quaſi diceret, vt Aug. explicat, Non præcedant, ſed ſequantur; non dent conſilíũ, ſed accipiant. Nam Petrus præcedere voluit Dominũ, quando Dominus de paſſione ſua futura diceret, conſiliũ illi quaſi ſalutis voluit dare, conſiliũ ſalutis æger Saluatori. Et quid ait Dño de illa futura ſua paſſione confirmanti? Abſit à te Dñe, propitius tibi eſto, non fiet iſtud. Præcedere volebat, vt Dñus ſequeretur. Et ille, inquit, vade retro Satanas. Præcedendo Satanas es, ſequẽdo diſcipulus eris. Hoc ergo & iſtis, auertantur retrorsũ, & cõfundãtur, qui cogitant mihi mala.] Hæc Aug. Idõ dicit ſup. Pſ. 39. & ſup. Pſal. in illa verba: *Cõuertãtur inimici mei retrorſũ.*

Pſal. 34. Pſal. 39. Aug. ſup. Pſal. 34. conc. 1. circa med. fi.

7 Olim S. Moyſes, ſicut dicit Ber. qm̃ multũ præſumebat de gratia, & familiaritate, quã inuenerat apud Deũ, aſpirabat ad quandã viſionẽ magnã, ita vt diceret Deo: Si inueni gratiã in oculis tuis, oſtende mihi te ipſum. Accepit autẽ pro ea viſionem longe inferiorem, ex qua tamen ad ipſam, quam volebat, poſſet aliquando peruenire.] Vnde Dominus ad eum, *faciem meam videre non poteris; poſteriora mea videbis*, quaſi diceret: Per ſequelam Chriſti peruenitur ad eius viſionem, & non aliter. Hæc humilitas patientiæ, & paſſio Saluatoris noſtri ſunt poſteriora, quæ imitari debemus, de quibus Pſal. 67. *Et poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Vnde Ber. Nec vilis tamen, aut contẽnenda poſteriorum contemplatio &c. Habent etiã aliquid & poſteriora Domini, quod videre deleãtat. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionẽ? Erit, cum oſtendet faciem ſuã, & ſalui erimus. Sed interim præueniat nos in benedictionibus dulcedinis, illis vtique, quas poſt ſe relinquere conſueuit. Nunc dignationis ſuę poſteriora demonſtret, alias in gloria dignitatis faciẽ ſuã demonſtraturus. Sublimis in regno, ſed ſua vis in cruce. In hac me viſione præueniat, in illa adimpleat. Adimplebis me, ait, lętitia cũ vultu tuo. Vtraq; viſio ſalutaris, vtraq; ſuauis, ſed illa in ſublimitate, iſta in humilitate. Illa in ſplẽdore, hæc in pallore eſt. Denique (inquit) & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Quomodo non in morte palleſcat? Sed melius pallens aurum, quam fulgens aurichalcum & quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.]

Ber. ſer. 34 ſup. Cantica in princ. Exod. 33. Pſal. 67. Ber. ſer. 64 in Cãt. colę. Pſal. 79. Pſal. 20. Pſal. 15. Pſal. 67.

8 Hinc Saluator noſter infirma mundi elegit, vt eum ſequerentur, de quibus Iob 4. *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis.* Vbi Greg. per reliquos intelligit huius mundi deſpectos. Quos præſens ſeculũ ad nullius gloriæ vſum eligit, ſed quaſi miſeros indigneſque derelinquit. Hos tamẽ Dñus elegit, Paulo atteſtante, qui ait: Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.

Iob 4 Greg. 5. moral. 29. in 3 princ. 1. Cor. 1

9 Qui ſequũtur Chriſtum, quãtũuis tentationes inſurgant, & motus appetitus ſẽſitiui, quaſi mugiẽtes, & clamãtes ꝓ delitijs carnalib⁹, quas reliquerũt, nõ debẽt retrorsũ cõuerti, ſed recto itinere ꝓgredi, ſicut vaccæ arcã teſtamẽti portãtes, de quib⁹ 1. Reg. 6. dicitur: *Ibãt in directũ vac* 1. Reg. 6

ea per viam, quæ ducit Bethſames, & itinere vno gradiebantur pergentes & mugientes, & non declinantes neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Quia nimirum pergebant Bethſames, quæ interpretatur domus Solis, per quam claritas æternæ gloriæ deſignatur, vt docet Greg. 7. mor 14.

Vict. Antiochenus To. 1. B. V. P. col. 851

Hinc eſt, quod (ſicut ait Victor Antiochenus ad cap. 8. Marci) ad Satanam, cum Ieſum in deſerto tentaret, dictum non eſt: vade poſt me Satana; ſed dictum eſt: vade Satana. Scriptum eſt enim: Dominum Deũ tuum adorabis &c. Ad Petrũ vero, qui peccatis adhuc obſtrictus erat, ideoque poſt Ieſum non ibat, dicitur: vade poſt me Satana, ſcandalum enim es mihi &c. hoc eſt, ſequere me, neque voluntati meæ; qua ſponte cruci me ſubmitto, in poſterum aduerſere, neque ſermones meos poſt tergum, vt in Pſalmis eſt, cum peccatoribus reijce.] Videantur ſupradicta Verbo num.

51 Hinc eſt, quod de quatuor illis ſanctis animalibus, per quæ viri

Ezech. 1. ſpirituales deſignantur, dicitur Ezechielis 1. *Non reuertebantur, cum incederent, ſed vnum quodque ante faciem ſuam gradiebatur.* Vbi Gregorius: Pẽnata, inquit, animalia, videlicet prædicatores ſancti, cum incedũt,

Greg ho. 3. ſup. Ezec. fol. vlt. minimè reuertuntur, quia ſic à terrenis actibus ad ſpiritalia pertranſeunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectantur. *Quaſi enim per quandam viam eis incedere, eſt mente ire ſemper ad meliora.* Quo contra de reprobis dicitur, quia reuerſi ſunt corde in Ægyptum. Per ſe met

Luc. 9. ipſum veritas dicit: *Nemo mittens manum in aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Et rationem cur non reuertantur, indicat, cum ſubiungit: *vnum quodque ante faciem ſuam gradiebatur. Ante nos enim æterna ſunt, poſt nos temporalia, quia & illa pergentes inuenimus, & iſta recedentes quaſi poſt dorſum relinquimus. Vnde et magnum illud pennatum animal*

Philip. 3. dicebat, quod vſque ad cæli tertij ſecreta volauerat: *vnum vero, quæ retro ſunt obliuiſcens, in ea quæ ſunt anteriora extendens me, ſequor ad palmã ſupernæ vocationis. In anteriora etenim extentus, eorũ quæ retro ſunt, obliuiſcens fuerat, quia temporalia deſpiciens ſola, quæ ſunt æterna, quærebat. Ante faciem ergo ſuam gradiuntur ſancta animalia, quia et ea, quæ reliquerunt, nullo iam appetitu reſpiciunt, et in æternis, quæ appetunt, ſub contemplatione ſua oculos boni operis pedem ponunt.*

DE SPE CAP. CVII.

S. Thom. Pſal. 4. Ibid. 67.

Spes, vt 2. 2. q. 1. ar. 1. docet S. Th. eſt expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis prouenies quod & Pſal. innuit, cũ dixit: *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, et ſperate in Dño* Prius dixit ſacrificate ſacrificiũ, & poſtea ſubiũxit: Et ſperate in Dño: alias. n. eſſet præceptio. Et Pſal. 67 Beneplacitum eſt Domino ſuper timẽtes eũ, & in eis, qui ſperãt ſuper miſericordia eius.

Ber. ſer. 1. ſup. Pſal. Qui habit, Vbi Bern. Dicturus, qui ſperant, ſignanter præmiſit, ſuper timentes eũ. Fruſtra ſiquidẽ ſperat, qui cõtẽptu ſuo gratiã à ſe pellit, & ſpẽ ſuã præcluſus euacuat.] Cui cõſonat illud Pſ. 36. Spera in Dño, & fac bonitatem.

Vbi

Digitized by Google

Vbi cum spe coniunxit bonitatem, hoc est, bonorum onerum exercitium, ne spes vno pede claudicaret, cum in duobus fundari debeat, in gratia videlicet, & meritis.

2 Qua parte spes fundatur in meritis nostris timore habet admissum, qua nemo scit, vtrum odio, vel amore dignus habeatur: nemo scit an faciat opera digna vita æterna, nemo scit an habeat Dei gratiam, & charitatem, sine qua opera nostra Deo grata esse non possunt. Vnde Apostolus: *Cum timore, & tremore salutem vestram operamini, Deus est enim, qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate.* Ex ea vero parte, qua misericordiæ Dei nititur, firma est & certa, quia ex hoc fundamento deficere non potest. Vnde Apostolus: *Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis est enim, qui repromisit.* Ephes. 6. Heb. 6. Item: *Abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.* Quibus verbis, vt explicat Sanctus Thomas, ostendit, spem nostram ex parte Dei esse certissimam, & firmissimam per duas res immobiles, scilicet per Deum, qui promittit, qui non mentitur. Nu. 23. Nō est Deus, vt filius hominis, vt mentiatur, & per iuramentum, in quo est maior confirmatio veritatis. &c] Ideo spem confert cum anchora; quia in fluctibus huius mundi eam firmam tenet. Et autem differentia inter anchoram, & spem, quia anchora infimo figitur: sed spes in summo, scilicet in Deo. Nihil enim in præsenti vita est firmum, vbi posset anima firmari & quiescere. Vnde Gen. 8. dicitur, quod columba non inuenit, vbi requiesceret pes eius. Et ideo dicit, quod debet incedere vsque ad interiora velaminis.] Hæc Sanctus Thomas. Eadem est explicatio Chrysostomi hom. 11. sup. epistolam ad Hebræos, vbi per duas res immobiles intelligit promissionem Dei, & iuramentum, sic enim ait: Per duas res immobiles, videlicet, quod dicit, & promittit, deinde & iuramentum addit promissioni.] Et infra docet, fidem, & spem anchoris conferri ab Apostolo. Sicut enim anchora iacta de naui non permittit eam circumferri, licet innumeri venti commoueant, sed iacta firmam facit: sic & fides, & spes &c.

S. Tho. sup. c. 6 ad Heb. lect. 4 col. vlt. Num. 23. Gen. 8. Chr. ho. 11. sup. epi. ad Heb. col. 2.

3 Hac spirituali anchora Patriarcha Abraham immobilis, & stabilis permansit, qui, sicut dicit Apostolus, *Contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & arena maris. Et non infirmatus est in fide, nec consideranit corpus suum emortuum, cum iam ferè centum esset annorū, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere.* Contra spē, inquit, in spē credidit. Contra spem naturæ, in spem gratiæ, vt explicat Sanctus Thomas. Præter spem humanam sub spe Dei, vt dicit Sanct. Chrysostomus,

Rom. 4.

Chr. ho. 8. sup. epi. ad Ro. col. 7. I. Quis.n.ſperaret, quod centenario naſceretur filius ex matre ſterili, aut quod ſemen eius multiplicandũ eſſet, ſicut ſtellę coeli, ſi vnicus filius ex præcepto Dei eſſet immolandus, niſi anchora promiſſionis diuinæ iuramento firmatę immobilis teneretur. Ideo ait, non eſt infirmatus in fide, nec hęſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, quę verba ſic multiplicata conſtantiſſimã fidẽ, & ſpẽ indicant Abrahæ, vt Chryſoſtomus explicat hom. 8. prælegata. Vbi aduertẽs, quod non hæſitauit, inquit: Non dixit, illũ non incredulum fuiſſe, ſed non hæſitauiſſe, hoc eſt, ne animo quidem ſuſpenſo, ancipiti, ac dubio fuiſſe.

Chryſ. ead. hom. et col.

4 Ex quo alio in loco idẽ Chr. infert, q̃ licet videamus promiſſionibus diuinis effectus cõtrarios, firmã tñ ſpẽ habeamus. In hac.n. vita ſuis ſectatoribus nõ promiſit honores, nõ diuitias, non foelicitatẽ, & gloriã, ſed in futura. Quin potius perſequutiones, & tribulationes Apoſtolo atteſtãte: Qui volũt piè viuere in Chriſto, perſequutionẽ patiẽtur. Nõ ergo ęgrè feramus, ſi viderimus impios bonis abũdare tẽporalibus, iuſtos autẽ tribulari, & perſequutiones pati. Vnde Chry. Intuere deniq; fidelis Abrahã cuiuſmodi pollicitationẽ acceperit, & qualia facere ſit iuſſus. Nã promiſſio quidẽ erat, ex Iſaac implendũ eſſe orbẽ vniuerſũ, iuſſio autẽ hunc ipſũ Iſaac immolare vrgebat, ex quo orbis totus erat implẽdus. Quid igitur? iſtud ne perturbauit iuſtũ virũ? minimè vero; immo cũ tãta diſſonantia, & repugnãtia eſſet præcepti, & promiſſi, in nullo penitus turbatus eſt, neque hæſitauit, neq; aliquid huiuſmodi locutus eſt.

1. Tim 3. Chr. li. 1. de Sacer. paulo poſt med. A. 10. 5.

Heb. 11.

5 Hinc eſt, quod in laudẽ antiquorũ Patrũ ait Apoſ. *Iuxta fidẽ defuncti ſunt omnes iſti, nõ acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes, & ſalutãtes, et cõfitentes, quia peregrini, et hoſpites sũt ſuper terrã* Et infra: *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt nõ ſine nobis conſummarentur.* Sciebãt.n. pmiſſiones à Deo illis & nobis factas, nõ in hoc ſeculo, ſed in futuro eſſe coplẽdas, quã rõnẽ idẽ Apoſ. eodẽ c. inſinuauit, cũ ait: *Fide* (Abrahã) *demoratus eſt in terra repromiſſionis, tãquã in aliena, in caſulis habitãdo cũ Iſaac et Iacob coheredibus, repromiſſionis eiuſdẽ. Expectabat.n. fũdamẽta habentẽ ciuitatẽ, cuius artifex, et cõditor Deꝰ.* Mira res: pmiſerat Deus Abrahæ, & ſemini eius terrã fluentẽ lacte, & melle, dũ ait: *Tibi dabo terrã hãc, et ſemini tuo,* & tñ ait Ap. q̃ demorat' ĩ terra repmiſſionis, tãq̃ ĩ aliena, & recte quidẽ, qm nõ illã, ſed futurã patriã requirebat.

Gen. 15.

6 Ad illã ergo patriã per fidẽ, & ſpẽ currere debem', vt incorruptibilẽ coronã accipiamus, quã nõ vnus, aut alter, ſed omnes cũ Dei auxilio cõſequi poſſumus, iuxta quod Apoſ. ait: *Sic currite, vt comprehendatis.* Vbi Chryſoſtomus: In ſtadio terreſtri vnus, qui prior venerit, coronatur: in coeleſti vero ſtadio, quiſquis pvenerit, promeretur coronã. Neſcitis, inquit, quia qui in ſtadio currũt, oẽs quidẽ currũt, vnus tñ accipit brauium? vos autem ſic currite, vt omnes accipiatis. Et illi quidẽ, vt corruptibilẽ coronam accipiant nos autem incorruptam.

2. Cor. 9. Chr. ho. penul. ſup. 1. epiſtol. ad Cor. que eſt de fide, & ſpe. & charitate.

7 Spes lucri impellit mercatores maria tranſmeare, ac multis laboribus, & periculis ſe exponere; & ſimiliter milites ſpe honoris, & præmij vitam propriam exponunt periculo, cum tamen ipſe illi ſit incer-

incerta. Multo ergo magis nos spes certa, & expectatio futuræ Beatitudinis debet allicere, vt momenta neum, & leue tribulationis pro consequendo æternum gloriæ pondus patienter sustineamus. Id quod eleganti sermone prosequitur Chrysostomus ho. 49. ad populum: quod explicat in Agricola, in milite, in nauigantibus &c. (Est enim ibi spes incerta: in spiritualibus autem è contra facientes, & ineffabilem attrahentes vindictam per exiguum torporem. *Chrysost. hom. 49. ad populum col. vlt. K. L. tom. 5.*

8 Non debet homo confidere, vel spem ponere in proprijs viribus, neque in virtute humana, sed in solo Deo. Dicit enim Psalmista: *Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus &c. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius.* Nã spes in homine debilissimo innititur fundamento, spes in Deo firmissimo, Qui confidunt in virtute sua deseruntur à Deo, & cadunt: qui in Deo, firmantur in bono. Vnde Augustinus. Meminerimus quendam iustum dixisse, in abundantia mea, non mouebor in æternum, demonstratumque esse, quam temere hoc dixerit, tanquam suis viribus tribuens, quod ei desuper præstabatur. Hoc autem ipso confitente didicimus, mox enim adiunxit: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, auertisti autem faciem tuã, & factus sum conturbatus. Per medicinalem prouidentiam paululum desertus est à rectore, ne per exitialem superbiam desereret ipse rectorem. Hæc Augustinus. Cui consonat illud Ieremiæ 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suũ, & à Domino recedit cor eius.* Et Isa. 36. *Super quem habes fiduciam, quia recessisti a me? Ecce confidis super baculum arundineum contractum istum, super Aegyptum: Cui si innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eã: sic Pharao Rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eo.* E contra vero de his, qui spem suam constituunt in Deo, scriptum est: *Omnes, qui sperant in eum non infirmantur.* Et Eccle. 10. *Confide in Deo, & mane in loco tuo, facile est in oculis Dei, subito honestare pauperem.* Et Isaiæ 30. *In silentio, & spe erit fortitudo vestra, beati omnes, qui expectant eum.* *Aug. li. de continentia cap. 14. col. vlt. in fine tom. 4. Psal. 29. Ieremi. 17. Isa. 36. Macb. 2. Eccl. 11. Isa. 30.*

9 Sperauit Ioseph Patriarcha in fauore humano, dum auxilium petijt à preposito *Pincernarũ, regis Pharaonis* dicens: *Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni, et educas mè de isto carcere: quia furto sublatus sum de terra Hebraeorum, & hic innocens in lacum missus sum.* Pro qua rè, sicut dicit Augustinus, additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, tãquã diceret ei Deus: Ego tibi ostendo, vt magis à me, quam ab homine debeas auxilium postulare. Sinevlla enim dubitatione credendum est, quod pro castigatione Sancti Ioseph non permisit Deus magistrum pincernarum, vt in mente haberet, quod ei Sanctus Ioseph, quando de carcere missus est, supplicauerat. Hæc Aug. Et S. Chrysost. Merito, inquit, & ipse hoc passus existimatur, quoniam dixit. Memẽto mei, vt disceret in hominibus nõ esse cõfidẽdũ, sed spẽ omnẽ in Deo dirigendã. *Aug. ser. 82. de tẽp. tom. 10. Genes. 41. Chrysost. hom. 8 sup. Ep. ad Tit. tom. 4.*

9 Qui vero omnẽ spem suam constituunt in Deo, citius liberãtur, sicut ait Dñus ipse per Prophetã: *Quoniã in me sperauit, liberabo eũ, protegam* *Psal. 90.*

tegã eã, quoniã cognouit nomẽ meũ. Quasi diceret, quia non in se, non in homine, non in Angelo, sed in me sperabit, nihil boni: nisi ex me expectãs: ideo liberabo eum, & protegam, de quo late agit Bernardus super totum Psalm. Qui habitat, præsertim serm. 16.

Thren. 3. Ber. ser. 9. super Psal. Qui habit. Psal. 4.

11 Multi sunt, qui quærunt Dominum, pauci vero, qui omnem spem suam in eo constituunt, quod & Ieremias insinuauit, cum dixit: *Bonus est Dominus sperantibus in se, animæ quærenti illum.* Vbi, sicut dicit Bernardus, sperantes quidem eo pluraliter dixit, quod hoc videatur commune multorum, quærentem vero eum singulariter, quod singularis gratiæ, singularis perfectionis, non modo nil sperare, nisi ab eo, sed nil quærere, nisi eum. Quod si bonus illis, quanto magis istis? Qui subinde canere poterit illud Psalmistæ: *In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe, constituisti me.*

Cæsarius To. 2. B. V. P. col. 601.

12 Nec desperandum, nec male sperandum, quod his verbis docet Cæsarius Arelatensis Episcopus hom. 13. de poenitentia: Nemo ergo desperet, sed nemo malè speret. Malè desperat, qui credit, quod etiam si poenitentiam agat pro peccatis suis, diuina misericordia non indulgeat. Male autem sperat, qui se post multa tempora ad poenitentiæ medicamenta reseruat. Quomodo enim male desperantibus dicitur: Peccator in quacumque die conuersus fuerit, omnes iniquitates illius oblivioni tradentur: sic male sperantibus dicitur: Nolite tardare conuerti ad Dominum. ℣

DE SPIRITV SANCTO Cap. CVIII.

PLura, quæ aptari possunt festiuitati Spiritus sancti, notaui supra Verbo, Ascensio Christi, propter consonantiam, & correspondentiam, quam vtraque festiuitas inter se habet.

Exod. 8. *Luc. 11.*

2 Spiritus sanctus dicitur digitus Dei (Exodi 8. *Digitus Dei est hic*, idest, virtus Spiritus sancti, Lucæ 11. *Si in digito Dei eicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.* Et Ecclesia canit: Tu septiformis munere, dextræ Dei tu digitus. Et recte quidem dicitur Spiritus sanctus digitus Dei, vt ait Augustinus, propter partitionem donorum, quæ in eo dantur, vnicuique propria, siue hominum, siue Angelorum: in nullis enim membris nostri magis apparet partitio, quam in digitis.) Et lib. de catechizandis rudibus c. 10. k. tom. 4. ait, quod Spiritus sanctus dicitur digitus, quia per spiritum sanctum dona Dei sanctis diuidantur, vt cum diuersa possint, non tamen discedant à concordia charitatis: in digitis autem maximè apparet quædam diuisio.) Et libro de essentia diuinitatis: Digitus Dei singulariter spiritus sanctus accipitur, à quo spiritu sancto lex in duabus tabulis lapideis in monte Sina scripta narratur. Ipse enim scripsit, qui scribenda dictauit, idest, spiritus sanctus. De quo spiritu sancto, Dominus in Euangelio: Si ego, inquit, in digito Dei eijcio dæmonia. Quod alius Euangelista declarans ait: Si ego in Spiritu Dei eijcio dæmo-

Aug lib. 2 q. Euan. q. 17. to. 4. *Lib. de essent. diuin. col. 2. l. 1. 4* *Iob 19.* *Luc. 11.* *Matt. 12.*

dæmonia. Sicut enim digitus cum manu, & brachio; manus vero & brachium vnum sunt cum corpore in natura: ita Pater, & Filius, & Spiritus sanctus tres quidem sunt personæ, vna autem substantia diuinitatis.) *Psal. 8. 1. Cor. 12.*
Hæc Aug. Cui consonat illud 1. Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, idem autẽ spiritus*, & posi quã multa dona retulit, quæ dantur hominibus subdit: *Hæc autẽ omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult.*

3 Hæc autem diuisio, & partitio spiritualium donorum pignus est eorũ, quę suis electis daturus est in gloria, propter quod ipse spiritus S. dicitur pignus, Apost. attestante: *Qui autẽ confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Vbi Chr: *Et si hæc dedit, quum essemus inimici, multo magis illa reconciliatis & in amicitiam receptis largietur: eoque nõ simpliciter dixit spiritũ, sed pignus appellauit, vt ex hoc de cæteris omnibus fidu ciã cõcipias. Non. n., nisi totum daturus erat, voluisset arrabonẽ exhibere, ac perdere, idque frustra, ac sine causſa.* Accedit quod eiusmodi pignus æqualis, imo & eiusdẽ valoris est cũ beatitudine obiectiua, quæ est ipse Deus, & formalẽ ipsã beatitudinẽ, quæ est visio beatifica, in infinitũ excedit. Qui ergo tã magnũ pignus accepit, securus vtique poterit esse de sorte principali. Vnde Gre. *Ad hoc. n.* pignus accipimus, vt de promissione, quæ nobis fit, certitudinẽ teneamus. Donũ ergo Sanc. S. pignus dicitur: quia per hoc nostra anima ad interioris spei certitudinem roboratur.) Paschasius etiã Abbas li. de corp. & sang. Christi ad Placidum Abbatem c. 1. & habetur To. 6. B. V. P. col. 248. ait: *Spiritus S. est pignus totius Ecclesiæ; quia nimirũ in tota Ecclesia datur tanquam pignus futuræ gloriæ.* *Gregor. 16. mor. 2. in prin.*

4 Spiritus sanctus in iustis viatoribus dicitur auster, quia fugat peccata, & facit virtutes odorẽ bonæ opinionis emittere, iuxta illud Cantic. 4. *Surge aquilo, & veni auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Sed interiora austri sunt occulti illi Angelorũ ordines, atq; animæ beatæ, quę quasi in austri abditis occultantur, de quibus Iob 9. *Qui facit arcturum, & oriona & interiora austri.* Vnde Grego. *Austro quippe veniente Aquilo surgens recedit, cum aduentu Spiritus S. expulsus antiquus hostis, qui in torpore mentem constrinxerat, deserit. Atque hortum spiritalium aromatum suorum virtutibus spiritus veritatis impleuerit, ab ea longe, lateque odores boni operis sparsit. Interiora ergo Austri sunt occulti illi angelorum ordines, & secretissimi patriæ cœlestis sinus, quos implet calor spiritus sancti. Illuc quippe sanctorum animæ, et nunc corporibus exutæ, & postea corporibus restitutæ perueniunt & quasi in Austri abditis occultantur.* Cui consonat illud Iob 37. *Non ne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro?* Nam vt Gregorius explicat 27. moral. vigesimo tertio in principio, vestimenta Ecclesiæ sunt omnes, qui ei fidei adunatione iunguntur. De quibus eidem Ecclesiæ per Prophetam Dominus dicit: Viuo ego: quia omnibus his velut ornamento vestieris. Per Austrum vero, qui nimirum calidus ventus est, non immerito *Cant. 4.* *Greg. 9. moral. 6. circa med. alias 9. in prin.* *Iob 37*

spi-

Spiritus ſanctus deſignatur, quo quiſque dum tangitur, ab iniquitatis ſuæ torpore liberatur. Vnde bene in Canticis Canticorum dicitur: Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius, ideſt, odor bonæ famæ 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo.)

Iſa 45. *Ioan 20* *Act. 2.* 5 Bis Chriſtus Dominus dedit diſcipulis ſuis Spiritũ ſanctum. Semel dedit in terra conſiſtens Ioan. 20. cũ inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritũ ſanctũ; quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorũ retinueritis, retenta ſunt.) Et iterũ *de cælo miſit Spiritum ſanctũ in die Pentecoſtes.* Et hoc propter duplicẽ charitatem, quam infundit animæ. Vnde

Gre. ho. 26 ſup. Euan. paulo poſt prin Et ho. 30 in fine. Greg. Cur ergo prius in terra diſcipulis datur, poſt modũ de cœlo mittitur, niſi quod duo ſunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei, & proximi? In terra datur ſpiritus, vt diligatur proximus. E cœlo datur ſpiritus, vt diligatur Deus. Sicut ergo vna eſt charitas, & duo præcepta, ita vnus ſpiritus, & duo data. Prius à conſiſtente Domino in terra, poſt modum è cœlo: quia in proximi amore diſcitur, qualiter peruenire debeat ad amorem Dei. Vnde & idem Ioan. Qui non diligit fratrem ſuũ,

1. Io. 4. quẽ videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?) Eandem rationem aſſignat Aug. lib. 15. de Trin. c. 16.

6 Neque contemnenda alia ratio, quam aſſignat idem Augu. lib. contra epiſtolam Manichæi, quem vocant fundamenti, cap. 10 in principio. Vbi explicans illud Ioan. 7. *Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus Chriſtus nondum erat clarificatus*, inquit: Et propter ipſam geminam

Ioan. 7. clarificationem ſecundum hominem, & ſecundum Deum, bis etiã datus eſt Spiritus ſanctus. Semel poſt quã reſurrexit à mortuis cum inſufflauit in faciem diſcipulorum dicens, accipite Spiritum. Et iterum poſt quam aſcendit in cœlum, decem diebus tranſactis, qui numerus perfectionem ſignificat, cum ſeptenario numero, quo condita vniuerſa conſtituunt, additur Trinitas cõditoris.) Vel ex eo bis datur ſpiritus in cœlo, & in terra, propter geminã clarificationẽ, ſeu glorificationẽ animæ videlicet, & corporis Chriſti: illam enim accepit ab inſtanti ſuæ cõceptionis dũ eſſet in mortali corpore, iſtã vero cũ primũ reſurrexit à mortuis.

Gen. 2. 7 Fecit Deus hominẽ de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.) Inſufflando, ſeu halitum ex intimis viſceribus immittendo in faciem illius, dedit illi hanc vitã corporeã, & naturalem, quaſi quoddã ſignũ præmittens ſpi-

4. Reg. 4. ritualis vitæ, quã inſufflando, & ſpiritũ S. mittẽdo, daturus erat Chriſtus Dñus. In cuius ſignũ Eliſæus Propheta incũbens ſuper mortuũ, ad mẽſurã puerilis corporis ſeſe contraxit, os ſuum ori illius coniunxit, oculiſque oculos, & manibus manus, vt eum reſuſcitaret, vt ſciamus, quod per Spiritũ S. quẽ Chriſtus Dñus, quaſi ex intimis viſceribus inſpiraturus erat filijs Adæ, viuificaturus erat eos, quos mors tenebat captiuos. Vnde

Ber. ſer. 16 ſup. Cantica col. 2. M. Bern. Ori meo iunxit ſuũ, & mortuo ſignum pacis impreſſit: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, reconciliauit nos Deo, iuſtitiæ mortuos. Os ori applicauit, iterato inſpirans in faciem meã ſpiraculum vitæ; ſed ſanctioris, quam primo. Nam primo quidem in animam viuentẽ creavit me; ſecundo in ſpiritum viuificantem reformauit me.)

Filius

8 Filius est Verbum Patris, sed Spiritus sanctus est sonus Verbi, de quo Iob trigesimo septimo: *Audiet auditionem in terrore vocis eius, et sonum de ore illius procedentem.* Cui consonat illud Act. 2. *Factus est repente de cœlo, tanquam aduenientis spiritus vehemētis.* Vbi Gre. sonus de ore Domini procedit, cum substātialis eius Spiritus ad nos per filiū veniens, surditatem nostræ insensibilitatis rumpit, sicut de eodem sono incircumscripto, atque incorporeo os Domini loquitur dicēs: De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Iob 37. Act 2. Grego. 27. mor. c. 10. alias 13. Ioan. 16.

9 Significatur etiam Spiritus sanctus per vocem auræ tenuis Iob 4. *Et vocem, quasi auræ lenis audiui, quia se attemperat & accōmodat infirmitati suorum.* Dicit enim Gre. Quid enim per vocem auræ lenis, nisi cognitio Spiritus sancti designatur? Qui de patre procedens, & de eo, quod est filij, accipiens, nostræ tenuiter notitiæ infirmitatis infunditur. Qui tamen super Apostolos veniens per exteriorem sonum, tanquam per vehementem spritum demōstratur, cum dicitur: Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis &c. Quia videlicet veniens, & vehemens est, & lenis. Quia videlicet & se infirmis attemperat, & superbiam mundi compescit, & prosternit. Iob 4. Greg. li. 5. mor. c. 26. 3. Reg. 19.

10 In cuius, signū, cum Deus se voluit Eliæ ostendere dixit illi: *Egredere, & stā in monte corā Dño: & ecce Dñus transit, & Spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominū: nō in Spiritu Dñus, & post spiritū commotio, non in cōmotione Dñus, & post cōmotionē ignis: non in igne Dñus, & post ignem sibilus auræ tenuis.* In quo transitum Domini intellexit, & ibi Dominus. *Spiritus quippe* (sicut dicit Greg.) *ante Dominū euertit montes, & petras conterit: quia pauor, qui ex aduentu eius irruit, & altitudinem cordis nostri deijcit, et duritiam liquefacit. Sed spiritui commotionis, et igni non inesse Dominus dicitur, esse vero in sibilo auræ tenuis, non negatur: quia nimirum mens, cum in contemplationis sublimitate suspenditur, quidquid perfectè conspicere prævalet, Deus non est: cū vero subtile aliquid conspicit, hoc est, q̄ de incōprehensibili substantia æternitatis audit. Quasi enim sibilum tenuis auræ percipimus, cum saporē incircūscriptæ veritatis cōtemplatione subita subtiliter deguſtamus.* Hæc Greg. Vtrūque effectum Spiritus sanctus adueniens effecit, nā & Iudæos, qui erant foris, tāquā Spiritus vehemens terruit, iuxta quod ait Psal. *In spiritu vehemēti conteres naues Tharsis.* Apost. vero illuminauit. 3. Reg. 19. Greg. c. 27 citat. circa finem.

11 Ideo autem Spiritus sanctus exterius apparuit in igne & linguis, vt ostenderet effectum interiorem, quem in discipulis effecit. Nā & zelo eos inflāmauit tāquam ignis, & donum linguarū eis concessit, vt in mundo vniuerso prædicarent. Dicit. n Greg. Per hoc quod exterius exhibuit, expressit hoc, quod interius gessit. Quia enim discipulos, & zelo succensos, & verbo eruditos intus reddidit, foris linguas igneas ostendit. In significatione igitur admota sunt elementa, vt ignem et sonitum sentirent corpora; igne vero inuisibili, & voce sine sonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis, qui apparuit; sed intus, qui scientiam dedit. S. Chrys. hom. 4. in Acta docet, ex eo aduenisse Spiritū sanctum in specie ignis, quia immensā siluā peccatorum mundi debebat cōburere.

Et Sanctus Augustinus super Psalmum 30. concionē 3. columna pe-
nult. D. Impleuisti, inquit, spiritu sancto discipulos, coepērunt prædi-
care magnalia Christi, lapidati, excisi, fugati sunt. Et eū inde tamquā
exiguo loco propagarentur, quasi ligna ardentia igne diuino totam syluam
mundi accensam feruore spiritus, & lumine veritatis impleuerunt.
Aliam rationem addit idem Chrysostomus homil. 10. ad populum
Antioch. vt videlicet vasa, in quibus thesaurus gratiæ Dei custoditur, dē
quibus sit Apostolus: Habemus Thesaurum istum in vasis fictilibus,
solida fierent. Sicut enim testa ex luto, & igne fit: sic profectò & cor-
pus sanctorum illorum, cum sit luteum, & spiritualis ignis efficaciam
susceperit, testa factum est.]

11 Vt turrim Babyloniæ Deus olim destrueret, confudit eorum
linguas, vt autem Ecclesiam sibi ædificaret, Spiritu sancto aduenientē
donum linguarum tribuit Apostolis in vna, & eadem lingua multa-
rum linguarum sermonem coniungens: vt (sicut dicit Chrysostomus)
quemadmodum eo tempore, cum turris extrueretur, vna lingua in
multas secabatur: ita tum quidem multæ sæpe in vnum quendam ho-
minem confluebant, idemque Persarum, Romanorum, Indorum, &
multorum præterea linguis, spiritu insusurrante, loquebatur, atque
id munus, munus tum vocabatur linguarum, multis scilicet omnino
vocibus vtendi facultatem præbens. Et Sanctus Gregorius: Spiritus
sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, omniumque lingua-
rum scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designans, nisi quod
Sancta Ecclesia eodem spiritu repleta, omnium gentium erat voce
locutura? Qui vero contra Deum turrim ædificare conati sunt, com-
munionem vnius linguæ perdiderunt. In his autem, qui Deum humili-
ter metuebant, linguæ omnes vnitæ sunt. Hic ergo humilitas virtutem
meruit, illic superbia confusionem.] Eandem rationem Ianus assignat
Augustinus lib. 1. de mirabilibus sacræ scripturæ cap 9. inquiens: Sic
Apostolica humilitas Spiritus sancti munere colligebat, quod superbę
præsumptionis, & vanæ gloriæ cupido disperserat. Linguas autem illas
septuaginta duas esse plurimi auctores consentiunt, quia in ædificatio-
nem turris illius in terra Sennaar, quæ nūc est Babylon, tot partes cō-
gregatas fuisse dicunt. Verumtamen & Dominus septuaginta duos
discipulos, exceptis illis primarijs Apostolis, elegisse sermone Euāge-
lij refertur, per quos postea in omnes gentes idem Euangelium præ-
dicaretur. In quorum præfiguratione, etiam ipse spiritus Moysi in
septuaginta seniores, & alijs duobus, qui in castris resederant, Heldad
videlicet, & Medad eius spiritus propheticæ donum cōdonatur.] Et ad-
dit idem significasse, quod septuaginta interpretes diuersis in locis exi-
stentes scripturas antiquæ legis eisdem prorsus verbis ex hebræo in
græcum eloquium transtulerunt.

12 Alia etiam ratione omnium linguis loqui datum est Aposto-
lis, vt (sicut dicit Augustinus) hoc etiam signo promitteret in linguis
omnibus, hoc est, in omnibus gentibus futuram Ecclesiam, quæ illum
sicut patrem, & filium verissimè prædicaret. Cui consonat illud Mar-

ci vi-

Greg. hom. 30. in Euāgel col. 2.

Chrys. ho. 35. sup. 1. Epistol. ad Corint. col. 1. Ec.

Num. 11. c. 9. tom. 3.

Aug. lib. 31. cōt. Faustū cap. 15. in fine E. tom. 6.

ci vltimō. *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Quam admirabile erat, inquit Chrysostomus, spectare Galilęum piscatorem, illiteratum, barbarum, lingua Græca, Persica, Iudaica, Arabica diserere, & rhetoricari? Hęc n. erat Christi ad discipulos certa, minimeque fallax promissio, quam dixit eis: Cum abiero, mittā vobis spiritum sanctum, & ille vos docebit omnia. *Marc. vlt. Chrys. ser. in Pentecost. de Spiritu sancto col. 2. c. 1 3.*

13 Ante Incarnationem verbi ignis spiritus sancti solum ardebat in Iudæa, iuxta illud Isaiæ 31. *Cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem,* sed post eius mortem, & resurrectionem ad vniuersam terram se diffudit. Scriptum est enim: *Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.* Quæ verba Sanctus Petrus de aduentu spiritus sancti in die Pentecostes docet esse intelligenda. Vnde Ezechiel 1. *Et vidi* (inquit) *quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum: a lumbis eius, & de super, & a lumbis eius vsq; deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.* Vbi Gregorius per istum ignem ait, designari ardorem sancti spiritus, qui corda, quę repleuerit incendit. De quo ipsa veritas dicit: *Ignem veni mittere in terram.* Et notandum, quod ignis iste a lumbis superius per circuitum esse describitur, non extrinsecus sed intrinsecus: quia amoris flamma in electis, atque spiritualibus viris vbique in suis finibus Iudæam repleuit. Nec tamen exibat extrinsecus, quia sese in multitudinem gentium nō dilatabat. Quæ ardoris flamma visa est post modum in circuitu splēdere; quia per mundi cardines in vniuersis gentibus omnipotentis Dei cœpit amor excrescere. Hæc Greg. Ante aduentum Christi. *Magnus erat Dominus, & laudabilis nimis,* sed *in Ciuitate Dei nostri in monte sancto eius,* sicut ait Psalmista. Et iterum. *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius,* sed post eius aduentum, non in Iudæa solum, sed etiam in gentibus magnum est nomē eius, propheta dicēt: *Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.* *Iacob. 1. Iacob. 2. Act. 4 Ezech. 1 Greg ho 8. sup. Ez cir. fine m. Luc. 12. Psal. 17. Ibidē 75. Malach. 1. Luc. 24.*

14 Noluit Christus Dominus, quod Apostoli à cœnaculo exirent vt Euangelium prædicarent, antequam eos armaret virtute spiritus sancti, ait enim: *Et ego mitto promissum patris mei in vos, vos autem sedete in Ciuitate, quo ad vsque induamini virtute ex alto.* Nā vt ait Chrysostomus: Quemadmodum milites in multitudinem erupturos nemo patitur exire, priusquam armati fuerint, neque quisquam equos sinit à Carcere prosilire priusquam aurigam nacti sint: ita nec Christus discipulos suos passus est in acie conspici, priusquam descenderet spiritus ne facile caperentur, & abducerentur a multitudine. *Chrys. ho. 1. super acta Apost. col. 5. C. 10. 3. Iob. 36. Greg. 17. moral. c. 19 in princip. alias 16. in fine.*

15 Igitur spiritus sanctus aduenies virtutibus omnibus ornauit Apostolos, & eos fortes effecit in prælio, iuxta illud Iob. 36 *Spiritus eius ornauit cœlos* &c. Quos cœlos ait Greg. nisi eos, de quibus scriptum est: Cœli enarrant gloriam Dei? Quos tunc ornauit spiritus, cum repleuit:

uit Quod Luca referente didicimus,qui ait:Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum,vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis,sediitque super singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto,& coeperunt loqui varijs linguis,pro vt spiritus sanctus dabat eloqui illis. Ex eo ergo acceperunt ornamenta virtutis, quos immésa ante possederat fxditas timoris &c. De his etiam coelis in Psalmo dictum est:Verbo Domini coeli firmati sunt. De his quoque ornamentis spiritus subditur:Et spiritu oris eius omnis virtus eorum . Bene itaque dicitur:Spiritus eius ornauit coelos:quia p̃dicatores sancti.nisi promissa Paracleti dona perciperent,nullo fortitudinis decore claruissent

Eandem explicationem latius prosequitur Augustinus super Psal.32. concione 2. Vbi inter alia,quæ videnda sunt, inquit:Et quomodo aussi sunt ipsi coeli ire cum fiducia, & ex hominibus infirmis coeli fieri,nisi quia verbo Domini coeli solidati sunt?Vnde enim haberent tantam virtutem oues inter lupos , nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorum?Ecce,inquit,mitto vos,sicut oues in medio luporum &c. Vnus lupus,si mittatur in medium innumerabilium ouiũ,quis ei resistit?Quid non turbat,nisi forte quia satiatur ? Nam omnia deuoraret. Mittis infirmos inter sæuos.Mitto inquit,quia coeli sunt,vt terram compluant.Vnde coeli homines infirmi? sed spiritus oris eius omnis virtus eorũ.Ecce lupi tenebunt,& tradent vos,& offerent potestatibus propter nomen meum,iam armate vos.Virtute vestra?Absit. Nolite cogitare quid loquamini . Non enim vos estis,qui loquimini,sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, quia spiritus oris eius omnis virtus eorum.]

16 Hinc de Apostolis scriptum est:*Arcus fortium superatus est*,idest *fraudulenta* sqnitia Iudæorum,qui ex occulto,quasi ex arcu redemptori vulnus inflixerant,& infirmi,idest,Apostoli accincti sunt robore.Appellatione quidem roboris,sicut dicit Gregorius,virtus ostenditur spiritus sancti.Vnde & eundem spiritum Dominus discipulis reposcit & ait:Vos autem sedete in Ciuitate,donec induamini virtute ex alto.Robur autẽ gratia sancti spiritus rectè dicitur,quam vt electi recipiunt,cõtra omnia aduersa huius seculi fortes fiunt. Infirmi hoc loco Apostoli intelligẽdi sunt,qui in hora Dominicæ cõprehensionis relicto eo omnes fugerunt. Sed vbi eos robur induit,libet intueri, quam fortes fecit. Repentino quippe sonitu super eos spiritus sanctus venit,& eorum infirmitatem in mirã charitatis virtutem permutauit. Coeperunt enim Christum iam robore indui prædicare , qui persecutorum minas non erubescebant delitescendo fugere:& qui mulierum verba timuerant, auctoritatem principum libertate frangebant . Vicit robur formidinem,terrores,minas,& cædes superauit:& quos superueniendo induit, in cœlesti militia,mirabilis audaciæ insignibus illustrauit , vt inter flagella,cædes,et opprobria nõ metuerẽt,sed exultarent.Scriptum quippe de eis hoc iã robore indutis est : Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij,quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati

17 Terra erant Apostoli ante aduentum spiritus sancti , & lapis quia

Digitized by Google

quia sonū prædicationis propter metū Iudæorū reddere nō valebant, sed virtute Spūs S. facti sūt velut ferrū fortitātes in fide, & veluti æs sonās iuxta illud Iob 28. *Ferrū de terra tollitur*, quia nimirū, sicut dicit Greg. *fortes viri, qui acutissimis linguarū gladijs in hac acie defendenda fidei ferrū fiunt, aliquando terra in infimis actionibus fuerunt. Peccanti quippe homini dictum est: Terra es, et in terram ibis. Sed de terra ferrum tollitur, cum fortis propugnator Ecclesiæ à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Et lapis solutus calore in æs vertitur, quia dura mens superni amoris igne liquefacta, ad veram fortitudinem commutatur. vt peccator qui prius insensibilis extiterat, postmodum, & per auctoritatem fortis, & per prædicationem sonorus fiat.* Hæc Greg. Iob 28. Gre. 28. moral. 16. in prin. & 6. 17. Gen. 3.

18 Quam late diffusus fuerit sonus Apostolorū, postquam calore Spiritus S. soluti, fuerunt in æs conuersi, indicat Psalm. cū ait: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Hi cœli fuerunt Apostoli. Nam (vt docet Chry.) Spiritus sanctus in terram descendens, ipsam terram in cœlum conuertit, non mutando naturas, sed voluntates. Hodie, inquit ille, nobis terra facta est cœlum, non stellis de cœlo in terram descendentibus, sed Apostolis ad cœlos ascēdentibus, quia effusa est copiosa gratia Spiritus sancti, & vniuersum orbem operata est cœlum, non immutans naturam, sed voluntatē emendās. ¶ Nunquid in cœlo sunt adeo prefulgidæ stellæ, sicut Apostoli in terra? Illę nocte lucent, isti die, ac nocte: illę in cœlo sunt fixæ, isti super cœlos, sicut vna ex illis ait: *Nostra conuersatio in cœlis est.* Et iterum: *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sapite, non quæ super terram.* Cui consonat illud Dan. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt tanquam splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Psal. 18. Chr. ser. de Pent. col. 1 in prin. 3. 3 Philip. 3. Colos. 3. Dan. 12

19 Antequā Christus Dominus in cœlum ascenderet, pluries prō misit discipulis Spiritum S. sicut Ioan. 16, *Expedit vobis, vt ego vadā, si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.* Et c. 14. *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Sed non designauit illis, nec expressit diem aduentūs eius, sed tolum eis prædixit breui tēpore venturum. Ait enim: *Vos autem baptizamini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Inquirit Chrys. quare is non aduenit, quum adhuc adesset Dominus, aut mox ab illius discessu, sed ipse quidē abijt die quadragesimo, Spiritus autē aduenit quū cōpleretur dies 50. ?] Et assignat plures rationes. Prima. Nō oportebat, vt eos capaces redderet, & idoneos accipiēdo Spiritui. Etenim, si Daniel Angelū visurus se motus est, multo magis hos decebat secedere, tantū Dei donū accepturos &c. Oportebat illos desiderio ꝓmissi teneri, atq; ita donū accipere. Ideoq, quum ipse digressus esset, tū aduenit Spiritus: qui si veniisset eo ꝓsente, nō habuissent illos tā ardēs expectatio. Et ideo nō ꝓtinus ab Ascēsione Dñi venit Spiritus, sed post octo, aut nouē dies, Ioa. 16. Act. 1. Chr. homil. super Act. Apostol. à med. D. 3. 3

Secun-

Secunda. Nam oportebat in coelo comparere nostram naturam glorificatam, & perfectam reconciliationem fieri cum Deo, ideo non ante Ascensionem Domini missus est. Tertia Vt maiori consolatione discipuli afficerentur. Vnde & consolans illos dicit: Expedit vobis, vt ego discedam. Itaque diebus aliquot interiectis, differt missionem spiritus, vt paulisper afflicti, & in necessitate, quemadmodum dictum est constituti, mox solido, puroque gaudio fruerentur. In cuius signum spiritus duplex Eliæ nunquam fuit datus Elisæo, etiam si instantissimè postulasset, nisi postquam ab eo in curru igneo sublatus est, sicut Elias ipse testatur dicens: Rem difficilem postulasti; verumtamen, si videris quando tollar à te, erit quod petisti. Adde tertiam rationem, nam oportebat, vt dies aduentus spiritus sancti correspondaret tanquam figuratum figuræ, publicationi legis Mosaicæ, quæ die quinquagesimo post exitum filiorum Israel de Aegypto data est per Moysen. Nam sicut dicitur Io. 1. Lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.

Ioan. 14.

4. Reg. 2. Ioan. 1.

20 Monuit autem discipulos, non post multos dies venturum esse spiritum sanctum, vt eos consolaretur, ne longa expectatione frangerentur, sed non expressit quando, vt (sicut dicit Chryso.) semper essent vigilantes, & solicitius promissum expectarent. Ideo, sicut dicitur Act. 1. reuersi sunt Ierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti, & cum introissent in cœnaculum omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, & fratribus eius.)

Act. 9. Chryso. hom. 1. in Act. Apost post med. tom. 3.

21 Ad hanc humilem, feruentem, & perseuerantem orationem factus est repente de coelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Vnde Sponsa in Canticis: (Dū esset rex, inquit, in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Vbi Bernardus: Primitiuæ Ecclesiæ potes hunc congruentissimè aptare sermonem, si recordaris dies illos quibus assumpto Domino vbi erat prius, & sedente in dextera patris illo suo antiquo nobili, atque glorioso accubitu, discipuli erant congregati in loco vno, perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, & fratribus eius. Nonne tibi videtur reuera tunc temporis nardum paruulæ, & trepidantis Sponsæ dare odorem suum? Denique cum factus est repente de coelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes, an non merito paupercula tunc dicere potuit: Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum.) Cui consonat illud Isaiæ 66. (Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremientem sermones meos. Quibus verbis, vt Gregorius explicat, significatur spiritus sanctum non super iracūdos, & superbos, sed super humiles quiescere, quod & idem Isaias 42. innuit, cum dixit (Qui dat flatum populo, qui est super terram. Vbi sanctus Athanasius: Per flatum, & spiritum, quē Deus dat calcantibus terram, Spiritum sanctum intelligit, qui datus est Apostolis in terra, cum Christus Dominus insufflauit, & dixit, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Cant. 1. Ber. ser. 42. in Cāt. col. vlt. B.C.

Act. 2. Ibidem. 2. Isai. 66. iuxta trāslat. 70. inter. Gregor. 5. mor. 30. Isaiæ 42. Athana. li. de fid. vnitatis, & Trinitatis circ finem.

Cum

Digitized by Google

Deus fudit oleum repentè de coelo fontis, tanquam abundantiam Spiritus ubertatem. Paulus Sanctus Augustinus lib. 1. de incarnatione Verbi c. 29. Sine dubio, inquiens, omnis, qui est ex terra, de terra, & terrena, terrenus est; qui autem de coelo, princeps est Spiritus Christi & Deus eum sequentes.] Aug. lib. 1. de

11 Vide quidem verba Scripturæ prout se consequuntur breuiter enarrare. Ait ergo, quod Spiritus Domini requieuerit super humilem, & quietem ipse & Euangelista, sedit, inquit, super singulos eorum Spiritus sanctus. Vtrumque enim verbum, videlicet requieuit, & sedit eandem prorsus significationem habent. Alia litera habet, & insedit singulis eorum. Hoc est, manet apud illos, vt Chrysostomus explicat, nam sedendi verbum habilitatem, ac mansionem declarat.] Vnde idem Chrysostomus, Spiritum sanctum comparat api, quæ non requieuit, neque sedet super lutum, aliquoue loco immundo, sed in uirgultis odoriferis, ac frugiferis, & benecolentibus vasculis, ne par inuucundum odorem offendat deficiant: ita, inquit ille, habet & ingenium Spiritus sancti. Vasculum quoddam est anima nostra, & quidam calathiscus ad recipiendum aluearia donis spiritualibus plena commodus. Verum & intus fuerit bilis, & amaritudo, & tumor, effugient ista aluearia.] Chrys. ho 29. sup. Act. Apost. circa 1. Ho. 3 Greek 1. Chr. ho 13. sup. epi. ad Ephes. in princ. F.

13 Sed aduertendum cum sancto Gregorio, quod Spiritus sanctus stabilis dicitur, & mobilis Ezechielis 1. *Hæc erat visio discurrens in media animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.* Et Sap. 7. *Est enim in illa*, scilicet Sapientia, *spiritus intellectus, spiritus unicus, multiplex, subtilis, mobilis.* Et paulo post, *benignus, stabilis.* Vbi Sanctus Gregorius inquirit, quomodo Spiritus sanctus dici possit discurrere, cum ipse omnia impleat secundum illud Sapientiæ 1. Spiritus Domini replet orbem terrarum, cum quo consistere non possit mobilitas eiusdem spiritus? & respondet vtrumque secundum diuersos effectus eidem conuenire. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit, in fide etenim, spe, atque charitate, & in bonis alijs, sine quibus ad coelestem patriam non potest veniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In Prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione, electus iuis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Adest, vt eleuentur & semetipsum subtrahit, vt humilientur. Adest, vt eos ostensa virtute glorificet: recedit, vt semetipsos subtracta eius virtute cognoscant. Adest, vt ostendat, quid per semetipsum fiat: recedit, vt parefaciat, qui vel quales remaneant sine ipso. In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minime peruenitur, sanctus spiritus in electorum suorum cordibus permanet. In his vero, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer præsto est, & aliquando misericorditer recedit. Discurrens ergo & mobilis spiritus dicitur, qua insignis, atque virtutibus iuxta vnuscuiusque votum continuè non habetur.] Sap. 7. Greg ho. 9 sup. Ezech. circ. med. Sap. 1.

14 Cum spiritus sanctus replesset totam domum, vbi erant Apostoli sedentes, coenaculum illud in cellam conuertit vinariam, de qua Sponsa in Canticis ait: *Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me* Cant. 2.

Digitized by Google

Ber. ser. 49 in Cāt. col. 1. paulo post princ. charitatem. Quę Verba Sanctus Bernardus ad primitiuam refert Eccle-
siam, cum repleti spiritu sancto discipuli musto ebrij à populo puta-
rentur: tunc tanquā amicus sponsi pro sponsa stans Petrus in medio eo-
rum: Non (inquit) sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt. Attende interim, q
non omnino ebrios, sed ebrios, sicut ab alijs æstimati sunt, denegant. E-
rant. n. ebrij, sed spiritu sancto, non musto; & quasi refuscarētur ad ple-
bē reuera in cellā se fuisse vinariā introductos. Rursum Petrus pro om-
nibus; sed hoc est (ait) quod dictum est per Prophetam Ioel. Et erit in
Ioel 2. nouissimis diebus, dicit Dñs, effundam de spiritu meo super omnem
carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ. Iuuenes vestri visiones vi-
debunt, & senes vestri somnia somniabunt. An non tibi cella videtur fuis-
Actor. 2. se vinaria illa domus, in qua erant discipuli pariter congregati, cum fa-
ctus est repente de coelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehemen
tis, & repleuit totam domū, vbi erant sedentes, adimpleuitque prophe-
tiam Ioelis? Et nonne vnusquisque illorum exiens inebriatus ab vbere-
tate domus illius, & torrēte voluptatis tātæ potatus, diceret merito; quo
niam introduxit me rex in cellam vinariam? y

Cant. 2. 25 Huius coriandris sobriæ signum quoddā præcessit in Anna, quā
Eli æstimauit temulentā, & ebriā, dum loqueretur in corde suo, & tan
tū eius labia mouerentur, & effūderet animā suā in cōspectu Dñi. Ebria
1. Reg. 1. quidē erat, sed non, vt Eli æstimabat. Hoc (sicut dicit Gre.) ętā iuxta hi
storiā Actuū Apostolorū agnouimus, quia diebus Pentecostes S. Apo-
Greg. lib. 1 sup. 1. Reg. stoli ebrij crediti fuerūt, cū accepta S. Spūs plenitudine, Christi magnalia
cap. 1. in 1. exposi. post medium, omni lingua loquerentur. Spiritualiter autē S. Ecclesia ebria creditur,
quā Iudæa nō æstimat vera asserere, sed hæretica, & falsa prædicare. Ebriā
tūerat, non potatione erroris, sed repletione spiritus S. Vnde & Eccle-
sia canit: Musto madere deputant, quos spiritus repleuerat.

26 Hoc mustum misit nobis de coelo Christus Dominus, & vinū
deuotionis inebrians, vt fratres suos excitaret, et impelleret ad properā-
Num. 13. dū in patriā coelestē, sicut olim duo illi exploratores ex terra promis-
sionis attulerunt ingentē botrum pendentem in ligno, vt exeo colligerēt
vbertatem illius regionis, & sic ad illam consequendam totis viribus cō
Chr. he. 23. tenderent. Vnde Chry. ait: Ne vilipendamus itaque nos coelū. Delatus
sup. epi. ad Ephes. col. 3. lib. 10. 4. est, & ad nos è coelo fructus, non in amphoris deportatus botrus, sed ar-
rabon Spiritus, conuersatio in coelis, quā Paulus docuit, & reliqui cele-
bres agricolæ. Non Chaleb filius Iephonæ, nō Iesus Naue fructus istos
attulit, sed Iesus patris miserationū vere Dei filius omnem virtutem at-
tulit, omnes è coelo fructus, hymnosque nobis cœlestes detulit.

Iob. 2. 27 Hinc S. Iob: *Et petra (inquit) fūdebat mihi riuos olei*, petra videlicet
1. Cor. 10. illa, de qua 1. Co. 10. *Petra autē erat Christus*, quæ quidē petra riuos olei
Greg. 19. mor. 11. in prine. alias 13. tū fudit abūdanter, dū de coelo misit Spiritū S. in discipulos, & septē ri-
uos olei, hoc est, septē dona Spūs S. iuxta illud, *Effundam de spiritu meo*
super omnē carnē &c. Vnde Greg. Pōt nomine olei ipsa S. Spūs vnctio
designari, de qua per Prophetā dicitur: *Cōputrescet iugū à facie olei*. Iu-
Isaiæ 10. gū quippe à facie olei cōputrescit: quia dū S. Sp. gratia vngimur, à capti-
uitatis nostræ seruitute liberamur: dum malignus spūs dominatio fugit.

& repellitur, iugum conteritur, quo libertatis nostræ colla premebantur. De hoc rursus oleo scriptum est: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Filius quippe olei fidelis populus dicitur, qui ad fidem Dei interna sancti spiritus vnctione generatur. ¶ Ideo in Sacra Scriptura nomine vnctionis spiritus sanctus designatur, sicut 1. Ioannis 2. *Sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia.* Et infra: *Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio eius docet vos de omnibus.* Et Psal. 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis.* Quæ verba de donis spiritus sancti, & gratia summa animæ Christi collatis, tanquam fonti totius gratiæ interpretatur Apostolus ad Hebræos 1. & sicut ait Euangelista, *de plenitudine eius omnes accepimus.* Vnde Isaias: *Et requiescet super eum,* id est super Christum, *Spiritus Domini: Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilij, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, et pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.*

Isaiæ 61.
1. Ioan. 2.
Psal. 44.
Ioan. 1.
Isai. 11.

28 In primitiua Ecclesia Spiritus sanctus per impositionem manus dabatur credentibus ad cõmendationem rudis fidei, & Ecclesiæ primordia dilatanda, iuxta illud: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.) Modo autẽ, cum iam Ecclesia per totum orbem terrarum dilatata est, non per manus impositionem, sed inuisibiliter, & latenter datur per vinculũ pacis eorum cordibus diuina charitas, vt possint dicere: (Quoniã charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.) Ita Augustinus libro 3. de baptismo contra Donatistas c. 16. to. 7.

Act. 8.

29 Spũs S. dicitur postulare p nobis gemitibus inenarrabilibus, quia postulare nos facit, sicut etiã ad Gal. 4. Misit Deus spiritũ filij sui clamãtẽ, i. clamare nos faciẽtẽ: Abba Pater, sic explicat Aug. Ep. 105. ad Simplicianũ col. 5. & lib. contra sermonẽ Arianorũ c. 25. & lib. 2. contra Maximinũ Arianorum Episcopum cap. 9. Vbi etiam addit, nullum esse momentum, in quo spiritus sanctus non facit nos postulare gemitibus inenarrabilibus. Nè credamus, inquit ille, spiritum sãctum, numquam esse sine gemitibus posse, quoniam nullus dies, nulla hora, nullum momentũ temporis inuenitur, quo non à sanctis orationes Deo vbique fundantur, ab alijs hic, ab alijs alibi: cum tamen ab orationibus sanctorũ nullum sit tempus immune; quandoquidem diebus, & noctibus, cum alij cibo, ac potu reficiuntur, alij quodlibet aliud agunt, alij dormiunt, non vtique desunt, quos desiderium sanctum orare compellat. Ita fit vt spiritus sanctus, qui vbique omnibus adest, aliquantulum cessare, à gemitibus non finatur, quod est extremæ miseriæ, cum pro quibuscũque orantibus cogitur gemere.)

Rom. 8.

30 Hinc est, quod spiritus sanctus, vt docet Augustinus, quoddam modo sine nobis non sit integer, cum videlicet postulare gemitibus inenarrabilibus cessamus. Dicit enim Apostolus: (Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester seruetur.) Imo & extingui in nobis dicitur, cum ab his gemitibus & bonis operibus abstinemus, sicut paulo antea idem Apostolus præmiserat dicens: Spi-

Aug. q. 49. de nouo testam. to. 4. 1. Thess. 5.

ritum nolite extinguere. Nam (vt ait Sanctus Thomas) spiritus sanctus in se semper viuit, sed in nobis viuit, quando facit nos in se viuere, sed quando quis peccat mortaliter, non viuit in ipso spiritus sanctus.

Sap 1. Chr ho. 11. sup. p. cp. ad Thes 1 to 4.

Sap. 1. Spiritus enim disciplinæ effugiet fictum. Et sic Sanctus Chrysostom. per spiritum intelligit donum spiritus sancti. Quid autem spiritum, inquit ille, vita impura &c. Extincto autem spiritu, quid reliquum sit nostis, quomodo in tenebricosa nocte ambulatis. Si vero de terra in terram nocte ambulare difficile est, & molestum quomodo tutum erit eam viam, qua ex terra in coelum tenditur, sine hac luce ambulare? ignoratis quot dæmones sint in illius intercapedinis spatio? Quot bestiæ? Quot versutiæ spirituales? Si ergo lucem illam spiritus habuerimus, nihil nobis incommodare poterunt; si vero extinxerimus eam, confestim nos conficient, & omnia nostra auferent. Nam & latrones lampadem primum extinguunt, & tunc demum latrocinantur. Ne extinguamus ergo lucem. Quanam mala actio lucem illam extinguit, & conuicium, & vituperium, & quid quid huiusmodi est.) Eadem est explicatio Hieronymi epistola ad Hedibiam. Vbi inter alia inquit: In quo feruor spiritus, multiplicata iniquitate, & charitatis frigore, non torpescit, in hoc spiritus nequaquam extinguitur:) Eidem explicationi adstipulatur S. Diodochus Episcopus Photices de perfectione spirituali cap. vigesimo octauo, & habetur Tomo quinto Bibliot. Veterum Patrum col. 374. Vbi sic ait: Nolite contristare spiritum sanctum, id est, ne per maleficia, & prauas cogitationes spiritum sanctum tristitia afficiatis, ne suo illo splendore vos desinat protegere.)

Hiero. ep. ad Hedibiã to. 3.

S. Diodoch.

Ioan. 3. Greg. li. 6. sup. 1. Reg. 3. paulo post med.

31 Aduentus spiritus sancti est occultus. Dicit enim Saluator noster: *Spiritus vbi vult spirat, et vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Vbi Gregorius: spiritus quidem venit, & vadit: quia reprobos deserit, electos assumit. Et quia iudicium omnipotentis Dei imperscrutabile est, vnde veniat, & quo vadat, homo nescit: quia sciri non potest, an quis in gratia, quam recipit, perseuerare in perpetuum debeat.) Cui consonat illud Iob 9. *Si veneris ad me, non videbo cum ei abierit, non intelligam.*

Iob 9.

S. Edmundus Archiep. Cãtuar. To. 3. B. V. P. col. 998

32 Ideo autem spiritus sanctus datus fuit Apostolis in linguis igneis, vt (sicut dicit Sanctus Edmundus Archiepiscopus Cantuariensis) *essent abundantes in sermone, et ardentes in amore.*

Et ista fuit certa prouidentia Domini Dei nostri, quia duobus modis venit malignus Spiritus ad hominem decipiendum in paradiso, scilicet per malum incitamentum suæ linguæ, et per frigiditatem sui veneni; et ideo venit spiritus sanctus in lingua cum ire incitamentum diaboli; et igne, ad destruendum frigiditatem sui veneni.

DE SVPERBIA

CAP. CIX.

PLura de hoc Verbo dicta sunt Verbo, Humilitas, & Verbo, Mansuetudo, quæ sequuntur sunt addenda. Superbia, vt docet S. Tho. proprie loquendo, est inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor, & reverentia: vel superbia propriè respicit defectū subiectionis hominis ad Deum, secūdum. s. quod aliquis se extollit supra id, quod est sibi præfixum secundū diuinam regulam, vel mensuram. 1. S. Tho. 2. q. 84. art. 2 & 2. 2. q. 162. art. 2. & 3. Iacob. 4.

2 Hoc vitium inter alia omnia Deus maxime detestatur, dicitur enim Iacob quarto. *Deus superbis resistit*: quandoquidem (sicut dicit Isidorus Peluſiota) etiam ipſorum principi ab initio ſeſe oppoſuit. Considera igitur quantum est, & Deum hostem, atque aduersariū habere, & veterem hostem socium. Et S. Hieronymus: Vide quale malum sit, quod aduersarium habet Deum, ob quod & Pharisæus in Euangelio arrogans spernitur, & humilis Publicanus auditur. Vnde cum Deus solo tactu manus suæ alios peccatores puniat, sicut eorum nomine testatur S. Iob: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me*: ad deijciendum tamen superbos brachij sui omnipotentia vtitur, sicut canit omniū humillima Virgo: (Fecit potentiā in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.) Ideoque specialiter Deus superbos increpare dicitur, sicut ait Psalmista: Increpasti superbos, maledicti, qui declināt à mādatis tuis. Vbi Hilarius, Plurima sūt, inquit, humanorum vitiorū crimina, & diuersa, atq; innumerabiles peccatorū operationes: sed nulla magis prouocandi in nos irā Dei, quā superbiæ causa est. Increpasti enim, non auaros, non lasciuos, quibus vtique increpatio debita est: sed superbos; quia plures superbia, qua humana contemnunt, etiam Deo obsequi spernunt.) Isid. Pelusiota lib. 1. epist. 164. Hyero. epist. 41. Iob. 19. Psal. 118. Hilari. in Psal. 118.

3 Nec mirum quod Deus sua omnipotentia deprimat superbos, & eos increpet, quoniam sicut dicitur Ecclesiastici 10. *Initium omnis peccati superbia est.* Vbi Prosper Aquitanicus: Quid potest apertius, quid probabilius dici? Initium, inquit, non alicuius, sed omnis peccati superbia; vt euidenter ostenderet, quod ipsa sit peccatorum omnium causſa: quoniam non solum peccatum est ipsa, sed etiam nullum peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa. Siquidem nihil aliud omne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo eius præcepta calcantur. Quem contemptum Dei nulla res alia persuadet hominibus, nisi superbia, quę etiam in ipso diabolo, vt diabolus ex Angelo fieret, æternæ perditionis extitit causſa. Vnde Sanctus Gregorius superbiam comparat radici, ex qua omnes rami pullulant. Sicut enim inferius radix tegitur, sed ab illa rami extrinsecus expanduntur: ita se superbia extrinsecus celat, sed Ecclesi. 10. Prosper Aquit. li. 3 de vita cōtemplatiua cap. 2. Grego. 34 mor. 18.

ab illa protinus aperta vitia pullulant, Nulla quippe mala ad publicum prodirent, nisi hæc intentem in occulto constringeret.) Et Isidorus Hispalensis. Rectè, inquit, initium omnis peccati superbia est, quam nisi præcesserit mandatorum Dei inobedientia, transgressionis non sequitur culpa.) Vnde postquam dixit, Initium omnis peccati est superbia, statim subdit: Qui tenuerit illam, implebitur maledictis, videlicet, vitijs: quia (sicut ait Gloss.) de superbia nascuntur hæreses, schismata, detractiones, invidia, verbositas, iactantia, contentiones, & huiusmodi) vel sic implebitur maledictis, videlicet, iudicijs & maledictionibus Dei, vt exponit Bernardinus Senensis to. 2. ser. 20. Propter quod Sanctus Bernar. Fugite, inquit, superbiam, fratres mei (quæso) multum fugite. Initium omnis peccati superbia: quæ tã velociter ipsum quoque sydera bus cunctis clarius micantem æterno caligine obtenebrauit Luciferum: quæ non modo Angelum, sed Angelorum primum in diabolum commutauit.)

Isi. Hispal. lib. 2. de summo bono c. 28.

Ber. ser. 1. de Adu.

4 Omne peccatum mortale mors est animæ, nã sicut dicit Apost. *Inuidia diaboli peccatum intrauit in mundũ & per peccatũ mors, & sic in omnes homines mors pertransijt.* Sed ũ superbia est primogenita mors, quæ omnem pulchritudinem animæ deuorat, & consumit, iuxta illud Iob 18: *Deuoret pulchritudinẽ cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors.* Vbi Gre. Quid mors, nisi peccatũ est, quod ab interiore vita animã occidit; sic igitur peccatũ mors, nõ incõgrue primogenita mors superbia valet intelligi, quia ipsum est: Initium omnis peccati superbia. Pulchritudinẽ igitur cutis eius, & brachia illius primogenita mors deuorat: quia iniqui gloriam, vel operationem superbia supplantat.)

Rom. 5.

Gr. 14. mo. 8. In prin. Eccl. 10.

5 Rationem autem, propter quã superbia dicatur primogenita mors: assignat his verbis Innocentius 3. O superbia cunctis importabilis, & omnibus odiosa. Inter omnia vitia tu semper es prima, tu semper es vltima. Nam omne peccatum te accedente cõmittitur, & te recedente dimittitur. Scriptum est. n. *Initium omnis peccati est superbia primogenita mors.* Hæc. n. inter ipsa rerum primordia creaturã cõtra creatorem erexit: Angelum contra Deum, sed eum absque mora deiecit.)

Innoc. 3. li. 2. de cõtẽptu mundi c. 30

6 Est etiam superbia primogenita mors, quia regina est, & generalis dux omnium vitiorum, sub se habens alios inferiores duces, & capitaneos, reliqua videlicet capitalia vitia, quæ hominem ducunt in interitum. Hi sunt duces, quos procul ecorsatur equus ille fortis, hoc est, milites Christi, de quo Iob 39. *Procul odorabitur bellum, exhortationẽ ducũ, & vlulatum exercitus.* Vbi Greg. Tentantis vitia, quæ mutibili contra nos prælio regnum super se superbiæ militant, alia more ducum præeunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque. n. culpæ omnes pari accessu cor occupant. Sed dum maiores, & paucæ neglectam mentem præueniunt, minores & innumeræ ad illam se cæteratim fundunt. Ipsa namque vitiorum regina superbia cum deuictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus vitijs, quasi quibusdam suis ducibus debellandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur: quia ex eis procul dubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur.

Iob 39. Greg. 31. moral. 17. sol. penult. ethic. 31.

Quod

Quod melius oſtendimus,ſi ipſos duces atqae exercitum ſpecialiter,vt poſſumus enumerando proſtramus.Radix quippe cunctu mali ſuperbia eſt,de qua Scriptura atteſtante,dicitur:Initium omnis peccati eſt ſuperbia.Primæ autem eius ſoboles,ſeptem nimirum principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur,ſcilicet inanis gloria,inuidia,ira,triſtitia,auaritia,ventris ingluuies,luxuria &c.] *Eccl.10.*

7 Nec immerito quis cum Sancto Auguſtino, ſuperbiam cathedrã peſtilentiæ eſſe dixerit,de qua inquit Pſalmiſta:Beatus vir,qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.Noluit Deus,inquit ille,regnum terrenum cum ſuperbia.Quæ ideo cathedra peſtilentiæ rectè intelligitur, quia non ferè quiſquam eſt,qui careat amore dominandi,& humanam non appetat gloriam.Peſtilentia eſt enim morbus latè peruagatus, & omnes,aut penè omnes inuoluens.]Et Sanctus Greg.34.mor.18.alias 17. col.1.Alia,inquit,vitia eas ſolummodo virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruuntur,vt videlicet ira patientiam,gaſtrimargia abſtinentiam,libido continentiam expugnet.Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam vnius virtutis extinctione contenta,contra cuncta animæ membra ſe erigit,& quaſi generalis,ac peſtifer morbus corpus omne corrumpit : vt quidquid illa inuadente agitur, etiam ſi eſſe virtus oſtenditur,non per hoc Deo,ſed ſoli vanæ gloriæ ſeruiatur. Qua ſi enim tyrannus quidam obſeſſam ciuitatem intercipit, cum mentem ſuperbia irrumpit , & quo ditiorem quemque ceperit , eo in dominio durior exſurgit : quia quo amplius res virtutis ſine humilitate agitur,eo latius iſte dominatur.] *Pſal.1. Aug. ibi.*

8 Ab hoc peſſimo vitio liberari cupiebat,qui dixit:*Non veniat mihi pes ſuperbiæ,& manus peccatoris non moueat me.* Quare autem ſuperbia dicatur pes,cum tamen ſuperbus contendat eſſe caput,explicatum eſt ſupra verbo humilitas num. 9. Et iterum ait : *Si mei non fuerint dominati,tunc immaculatus ero,& emundabor à delicto maximo.* Hoc eſt, à ſuperbia,vt Auguſtinus explicat ſuper eundem Pſalmum.Vbi ſic ait: Delictũ magnũ arbitror eſſe ſuperbiã.Hoc fortaſſe & aliter ſignificatũ eſt in eo quod ait:Et emundabor à delicto magno. Quærimus,quã magnũ ſit hoc delictũ,quod deiecit Angelũ,& ex Angelo fecit diabolũ, eiq; in æternũ interclufit regnũ cœlorum?Magnũ hoc delictum eſt,& caput,atq;cauſſa omniũ delictorũ.Scriptũ eſt.n.Initiũ peccati omnis ſuperbia.Et ne quaſi leue aliquid cõtẽnas,initiũ,inquit,ſuperbię hominis apoſtatare à Deo &c.Ab hoc vitio,q̃ eſt caput oĩũ vitiorũ , quia inde cætera vitia nata sũt,facta eſt apoſtaſia à Deo &c.Propter hoc vitiũ,pp hoc magnũ ſuperbiæ peccatũ Deus humilis venit.Hæc cauſſa, hoc peccatũ magnũ,iſte ingẽs morbus animarũ omnipotẽtẽ medicũ de cœlo deduxit,vſque ad formam ſerui humiliauit,contumelijs egit, ligno ſuſpẽdit,vt per ſaluteẽ tãtæ medicinæ curetur hic tumor.)hactenus Aug. Similiter etiã Gloſſa,& Guilhelmus Perald.Per delictũ maximũ intelligunt ſuperbiã.Quæ coronã dicitur habere,ſed maledictã.De qua legitur Iſaiæ vigeſimo ſeptimo : *Væ coronæ ſuperbiæ.* Et admodum Regis *Pſal.35. Aug. ibi to.8. Pſal.18. Aug. ſup. eund. Pſal. col.vlt.B. Pſal. 35. Gloſſa. Guilhelm. in Summa tom.2.de ſup.t.2. Iſa.28.*

quando hoc vitium venit ad aliquem. non ſolum venit, ſed adducit ſi gnam ſocietatem vitiorum.

9 Ex magnitudine medicinæ morbi magnitudinem conijcere poteris. Filius enim Dei factus eſt humilis, & humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, vt diſcat terra, & cinis eſſe humilis. Matth. 11. Ideo clamat. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Vbi Gregorius 34 moral. c. 18. col. penult. alias 22. Ad hoc, inquit, vnigenitus Dei filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit: ad hoc inuiſibilis, non ſolum viſibilis, ſed etiam de ſpectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionum opprobria, paſſionumque tormenta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. ¶Quãta ergo humilitatis vir tus eſt, propter quam ſolum veraciter edocendam is, qui fine æſtimatione magnus eſt, vſque ad paſſionem factus eſt paruus? Quia enim originem perditioni noſtræ ſuperbia præbuit diaboli, inſtrumentum redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Dei.) Vnde Auguſtinus: *Hæc medicina hominum tanta eſt, quanta non poteſt cogitari, nam quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij Dei non ſanatur? Quæ auaritia ſanari poteſt, ſi paupertate filij Dei non ſanatur? Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi patientia filij Dei non ſanatur? Quæ impietas ſanari poteſt, quæ charitate filij Dei non ſanatur? Poſtremo quæ timiditas ſanari poteſt, ſi reſurrectione corporis non ſanatur? &c. O medicinam omnibus conſulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabeſcentia reſtituentem, omnia ſuperflua reſecantem, omnia neceſſaria cuſtodientem, omnia perdita reparantem, omnia depranata corrigentem. Quis iam ſe extollet contra filium Dei? Quis de ſe deſperet, pro quo iam humilis eſſe voluit filius Dei?*

Bern. libro de Agone Chriſt. cap. 11. circa med. D. 1. 3

10 Quod ſi humilitas Chriſti non ſufficit ad deprimendam hominum ſuperbiam, terreat illos omnipotentia Dei, quæ omnem ſuperbum, & arrogantem deijcit, & humiliat: dicit enim Pſalmiſta: Deiecisti eos dum alleuarentur. Vbi, vt notauit Grego. non ait: Deiecisti eos poſtquam eleuati ſunt, ſed dum alleuarentur. Quia hoc ipſum ſit ſuperbis interius deijci, quod ex falſa contingat gloria exterius eleuari. ¶ Ipſi enim eleuari, deijci eſt. Et Sanctus Auguſtin. Non dixit, Deiecisti eos, quia eleuati ſunt; non quæſi poſteaquam eleuati ſunt, deiecisti eos, ſed in eo ipſo, quod eleuati ſunt, deiecti ſunt. Si enim efferri, iam cadere eſt, deiecisti eos, dum extollerentur.] Vnde Innocentius 3. ſerm. 1. in feſto S. Laurẽtij: Superbia, inquit, multos extulit, & proſtrauit. Nabuchodonoſor, quia potentiam ſuam ſuperbe iactauit, regnum amiſit, & cum bestiis, quaſi bos fenum comedit. Sennacherib, quia os ſuum poſuit in cœlum, & cõtra Deum ſuperbe locutus eſt, in templo Neſroch à filiis eſt occiſus. Aman, quia diuinum ibi voluit honorem impendi, ſuſpenſus eſt in patibulo.)

Pſal. 72. Grego. 32. moral. 7. Ad lit. ſuper Pſal. 72. circa fin. G. tom. 8. Innocentius 3. Dan. 4. 4. Reg. 19. Iſa. 37. Eſther. 7.

12 Dum filii hominum turrim pertingentem vſque ad cœlum ædificare cœpiſſent, confuſione linguarum puniti ſunt, vt damnaretur eorum ſuperbia. Vnde Auguſtinus: Erigebat ergo cum ſuis populis turrim contra Dominum, qua eſt impia ſignificata ſuperbia. Merito autem malus punitur ſuperbus, etiam cui non ſuccedit effectus. Quoniã

Genes. 11. Aug. 16. de Ciuitate Dei cap. 4. in fine.

ch in dominatio imperantis in lingua eſt, ibi damnata eſt ſuperbia, vt inon intelligeretur iubens homini,qui noluit intelligere,vt obediret Deo iubenti.)

12 Omnis ſuperbus eſt tyrannus,quia principatur, vel principari contendit non ſibi ſubditis,de quo Iob 15. *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit,& numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius.* Bene autem, ſi eam dicit Gregorius,ſuperbiam impij tyrannidem vocat.Propriè enim tyrannus dicitur,qui in communi republica non iure principatur &c. Et cum deeſt poteſtas foris,apud ſe tyrannus eſt,cui iniquitas dominatur intus:quia etſi exterius non affligit proximos, intrinſecus tamen habere poteſtatem appetit,vt affligat. ℣

Iob 15. Greg. 12. moral. 20. in princip.

13 Ex ſuperbia,tanquam ex loco proprio oriuntur hæreſes,& ſchiſmata in Eccleſia.Sicut enim ſanctorum locus eſt humilitas:ita è cõtra hæreticorum locus eſt ſuperbia.Vnde & de amicis Iob,per quos hæretici deſignantur,dicitur Iob 2.(Igitur audientes tres amici Iob quod accidiſſet ei,venerunt ſinguli de loco ſuo.) Vbi Gregorius: Hæreticorum quippe locus ipſa ſuperbia eſt:quia niſi prius in corde intumeſcerent, ad prauæ aſſertionis certamina non conuenirent. Ita namque malorũ locus eſt ſuperbia,ſicut eſt ècontra humilitas locus bonorum.De quo loco per Salomonem dicitur:(Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te,locum tuum ne dimiſeris.Ac ſi apertè dicat: Si tentatoris ſpiritum contra te in aliquo præualere conſideras,humilitatem poenitentiæ non derelinquas &c.Hæretici igitur de loco ſuo veniunt:quia contra ſanctam Eccleſiam ex ſuperbia mouentur: quorum peruerſa quoque actio ex ipſa ſuorũ nominum interpretatione colligitur.Nam Eliphaz interpretatus eſt Dei contemptus,Baldad vetuſtas ſola,Sophar vero ſpeluncam diſſipans,interpretatur.)

Iob 2. Greg.3. moral.13. Eccl.10.

14 Locũ ſuum deſerunt ſuperbi,quia delicta, quibus inuoluti ſunt non conſiderant,vt humilientur,ſed aliorum culpas inſpiciunt, vt ſe illis ſuperiores reputent.Nec enim corda omnium,vt dicit Gregorius, vna,vel ſimilis culpa transfigit. Hunc namque ſuperbia illaqueat,illũ forſitan ira ſupplantat:hunc autem auaritia cruciat,illum vero luxuria inflammat.Et plerumque cõtingit,vt is quem ſuperbia deprimit,alium reſpiciat,qualiter ira ſuccendat;& quia ſe non citius ira inſtigat, meliorem ſe iracundo iam reputat,atque apud ſemetipſum quaſi de iuſtitia extollitur, quia penſare vitium negligit,quo grauius tenetur.Plerumque contingit,vt is quem auaritia ſauciat,alium in luxuriæ voragine merſum cernat: & quia ſe à pollutione carnali alienum reſpicit, quibus ipſe ſordibus ſpiritalis vitij intrinſecus polluitur, non attendit: dũque in alio penſat malum,quod ipſe non habet,in ſe negligit conſiderare quod habet: ſicque fit,vt dum ad aliena diiudicãda mens ducitur, proprij iudicij lumine priuetur:& eo durius contra aliena ſuperbiat, quo ſua negligentius ignorat.]Econtra vero iuſti,vt ſe humilient,& inferiores omnibus reputent,locum ſuum non deſerunt,ſed delicta propria conſiderant,& aliorum contemplantur virtutes,& ſic alios quamuis peccatores ſibi præferunt, ſicut S. Iob qui teſta ſaniem rade-

Greg.lib.3. moral. cap. 18.col.2.

bat,sedens in sterquilinio. In sterquilinio quippé sedere, vt dict Gregõ
Greg. eod. lib. 18. in princ. ria⁹,est de sævilia quæpiam,& abiecta sẽtire. In sterquilinio nobis quip pe sedere,est ad ea,quę illicitè gessimus,mentis oculos poenitendo reducere,vt cum ante nos peccatorum stercora cernimus, omne quod in animo de elatione surgit, inclinemus. In sterquilinio sedet, qui infirmitatem suam sollicitus respicit,& se sede bonis, quæ per gratiam perceperit, non extollit. An non in sterquilinio apud se Abraham
Gen. 18. sederat, qui dicebat:loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis,& cinis?

14 Superbis abscondit Deus veritatis lumen,secũdum illud Iob. 36. *Immanibus abscondit lucem.* Vbi Gregorius: *Immanes sunt,qui se elatis cogitationibus extollunt &c. Sed his in manibus lux absconditur? quia nimirum superbientibus veritatis cognitio denegatur. Vnde per semetipsam veritas dicit: Confiteor tibi Pater Domine cœli,& terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus,& prudentibus, & revelasti ea parvulis. Sapientes, & prudentes videlicet superbientes vocans. Qui enim non subiunxit: Revelasti ea stultis,sed parvulis,tumorem se damnasse innotuit,non acumen.* Iob. 35. *Greg. 27. moral 7. in principio alias 9.* *Luc. 10.* *Matt. 11.* Cui consonat illud 1. Cor. 2. *Nos autem non spiritum huius mundi, sed spiritum,qui à Deo est,accepimus, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* Vbi Augustinus per spiritum huius mundi intelligit *superbiæ spiritum. Quo cor insipiens obscuratũ est cor ẽ,qui cognitum Deum,non vt Deũ, gratias agendo,glorificauerunt: nec alio spiritu decipiuntur etiam illi,qui ignorantes Dei iustitiam, & suam iustitiam volentes constituere,iustitiæ Dei non sunt subiecti.* *Aug. li. de spiritu & lit. cap. 3. circ. finẽ D.*

15 Et rectè quidem puniuntur superbi cæcitate mentis, ne veritatem agnoscant,quæ parvulis revelatur. Nam furari volunt Dei sapientiam,sicut illi,quibus dictum est à serpente: *Eritis sicut Dij scientes bonum,& malũ.* His nimirũ congruit illud: *Principes tui infideles socij furum.* Reuera enim principes nostri Adam & Eua principia nostræ propaginis in obedientes,& socij furum:qui quod filij Dei est,serpẽtis, imo diaboli per serpentem consilio subripere tentant. Vt ait Ber.
Gen. 3. *Isai. 1.* *Ber. ser. 1. de advẽtu Dñi circ. 2. E*

16 Ideo superbi conferuntur fumo, quo coecantur oculi, & suffocatur lux,& cum in altum se erexerit,statim euanescit. Dicit enim
Psal. 36. Psalmista: *Inimici vero Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes,quemadmodum fumus deficient.* Vbi Augustinus: Ex ipsa similitudine rem,quam insinuauit,agnoscite. Fumus a loco ignis erumpens,in altũ extollitur, & ipsa elatione in globum magnũ intumescit. Sed quanto fuerit globus ille grandior,tãto fit vanior. Ab illa enim magnitudine non fundata,& solidata,sed pendente,& inflata it in auras,atque dilabitur,vt videas ipsam ei obfuisse magnitudinem. Quanto enim plus erectus est,tanto extentus:quanto diffusus vndique in maiorem ambitum,tanto fit vanior,tanto fit exilior,& deficiens,& non apparẽs. Inimici autem Domini statim,vt gloriabuntur, & exaltabuntur,deficientes,sicut fumus deficient.
Aug. super eund. Psal. 6 õc. 2. paulo ante mediũ E. 10. 8. Chrys. ser. contra desperationẽ & superb. col. vltima F. tom. 5.

17 Vnde S. Chrysostomus sermone contra desperationẽ,& superbiam,superbos confert cũ stupa flammescẽte,quæ post incendiũ mox

illa

lle inflatur, & surgit, postmodum leuiori quodam manuum tactu dissoluitur omnis in cineres tenuissimos: eiusmodi sunt istorum animi, quorum tumores, & inflatos spiritus quiuis fortuitus, & aduersus casus comprimere poterit, ac disturbare. ¶ Eadem similitudine vtitur homilia 20. super epistolam ad Romanos, vbi sic ait: Quemadmodum enim flamma illa, quæ in stupis aridis sursum fertur, simul atque contacta fuerit, in cinerem vertitur; solidorum vero lignorum ea natura est, vt neque facile incendantur; neque cum accenta fuerint ardentem flammam facile dimittant: ita & illi quidem animi, qui solidi sunt, ac firmi, neque facile incendumtur, neque facile extinguuntur; illi vero vtraque illa vnico temporis momento patiuntur.)

DE TENTATIONE, ET TENTATORE

Cap. C X.

PArta de hac materia dicta sunt Verbo, Angelus: Verbo, Appetus: & Verbo, Caro, quibus addenda sunt, quæ sequuntur. Neminem potest diabolus tentare, nisi Deo permittente & ab eo facultate accepta: id quod innuitur Psalmo 103. *Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærãt à Deo escam sibi.* A Deo, inquit, *quia nimirum* (vt notauit Gregorius) *capere animas nequeunt, nisi iusto iudicio prævalere diuinitus permittantur.* Et Sanctus Augustinus: *Ideo quæris à Deo escam sibi, quia nec teneri quis potest à diabolo, nisi permittente Deo & ei in nemine habet diabolus potestatem, vel in aliquid eius, nisi ille concedat, cui est potestas summa, & sublimis.* Cui consonat illud 1. Reg. 17. *spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino. Dixerunt serui Saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus exagitat te.* Vbi Gregorius: *Ecce vnus, idemque spiritus & Domini appellatur, & malus: Domini videlicet per licentiam potestatis iustæ: malus autem per assiderium voluntatis iniustæ. Formidari ergo non debet, qui nihil nisi permissus valet. Sola ergo vis illa tremenda efficax cum hostem seruare permiserit, ei ad vsum iustis iudicij & iniustæ illius voluntas seruit.* Psal. 103. Greg. 27. mo. 17. col. alias 19. Aug. sup. Psal. 103. conc. 3. col. pen. E. F. 1. Reg. 17. Greg. lib. 6. mor. 6. à medio.

¶ Alligatur autem nunc tentator, ne omnes suas vires aduersus nos exerceat, iuxta illud, quod ait Apostolus: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum.* Et Matthæi duodecimo: *Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?* Vnde Augustinus: Alligatio diaboli est, non permittere exercere totam tentationem, quã potest vel vi, vel dolo ad seducendos homines in partem suam cogendo violenter, fraudulenterue fallendo. Quod si permitteretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Deus id perpeti nõ vult, & fideles deijceret, & ne crederẽt, impediret, quod ne faceret, alligatus est. ¶ 2. Cor. 10. Matt. 12. Aug. 20. de Ciu. Dei c. 8. col. 1. E.

Digitized by Google

9 Circulum ponit Deus in naribus damonis, dum sua omnipotentia insidias eius reprimit, de quo Iob 40. *Nunquid pones circulum in naribus eius?* Sicut.n. per nares insidiæ: ita per circulum (vt 33. mor. 10. dicit Gregorius) iuinæ virtutis omnipotentia designatur. Quæ cum apprehendi nos tentationibus prohibet, minis ordinibus antiqui hostis insidias circumplectens tenet. Circulus ergo ei in naribus ponitur, dum circumducta protectionis superne fortitudine, eius sagacitas retinetur, ne contra infirmitatem hominum tantum præualeat, quantum perditionis argumenta latenter explorat.

Greg.

4 Immo ex pacto inito cum Deo homines tentat, secundum illud Iob 40. *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum.* Et bene ex pacto, dum homines tentat: quia, sicut dicit Gregorius 33. moral. 13. inde obtemperat nutibus superne gratiæ, vnde exercet iram nequitiæ voluntatis suæ. Seruus ergo ex pacto est, qui dum voluntatem suam implere permittitur, à superni consilij voluntate ligatur: vt electos Dei, sicut dictum est, volens tentet, & tentando nescios probet.

Iob 40.

Greg.

5 Hinc etiam de eodem scriptum est Iob 40. *Qui fecit eum, applicuit gladium eius.* Gladius quippe Behemoth istius, sicut Gregorius explicat 32. mor. 19. in principio, ipsa nocendi malitia est. Sed ab eo à quo bonus per naturam factus est, eius gladius applicatur: quia eius malitia diuina dispensatione restringitur, ne ferire tantum mêtes hominum, quantum appetit, permittatur.

Greg.

6 Tentat autem vnumquemque tam in prosperis, quàm in aduersis. Vnde in Apocalypsi voce angelica dicitur: *Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte*, hoc est, in prosperis, & in aduersis, vt Gregorius explicat. In die, inquiens, accusat cum prosperis male nos vti insinuat. In nocte accusat cum in aduersis nos non habere patientiam demonstrat. Cui consonat illud Iob 7. *Militia est vita hominis super terram.* In translatione veteri, vt notauit Gregorius habetur: Tentatio est vita hominis super terram. Vbi Sanctus Doctor aduertit, *quod hæc eadem vita hominis non tentationem habere dicitur, sed ipsa tentatio esse perhibetur. Ipsa ergo hominis vita tentatio est, cui ex semetipsa nascitur, vnde perimatur. Quæ & si semper ex virtute succidit, quod ex infirmitate generat; semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat.*

Apoc. 12.

Greg. 2. mo ral. 5. alias 9.

Iob 7

Greger. 8. mor. 3.

7 Hinc est, quod tentatio ipsa ad consensum perducens conferta tinea Iob 4. *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, quanto magis qui habitant domos luteas*, hoc est, in corpore luteo ex limo terræ fabricato, & fragili. *Qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea.* Sicut enim tinea ex panno nascitur, quod latenter corrodit: ita & tentatio ex carne procedit, quam sollerter ad interitum ducit. Vnde Gregorius: *Tinea damnum facit, & seminum non facilia iniquorũ mentes, quia damna sua considerare negligunt, integritatem quasi nescientes perdunt etc. Quasi ergo à tinea consumuntur, quia sine sensu, culpæ morsum tolerant, dũ quanta detrimenta vitæ, & iustitiæ patiuntur, ignorãt.*

Iob 4.

Greger. 9. mor. 18 circa med.

8 Cum

8 Cum primum Deus gratiæ suæ lumine iustos illuminat variis postmodum tentationibus eos probat, iuxta illud Iob 7. *Visitas eum diluculo, & subito probas illum.* Sic & Elias, inquit Gregorius, visitatus diluculo sermone cælos penetrauit, & tamen probatus subito, infirmæ vetulæ fugientis, mulierem expauit. Sic Paulus ad tertium cælum raptus, ductusque paradisi penetrans secreta conspexerat: & tamen ad semetipsum rediens contra carnis bellum laborat, legem aliam in membris suis sentiens, cuius in se rebellione fatigari spiritus legem dolet. Cui consonat illud Ecclesiastici 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Et Ezechiel 4. *Tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.* Quibus verbis, vt Gregorius explicat, significatur, quod cum primum amor, & desiderium cælestis patriæ in corde iusti conscribitur, & imprimitur, antiquus ille aduersarius insidiari amplius incipit: & acriores quam consueuerat, tentationes admouet ita vt plerumque sic resistentem animam tentet, sicut ante nunquam tentauerat, quando possidebat.) Quam explicationem latius prosequitur Part. 2. Pastoral. Curæ cap. 10.

Iob 7. Greg. 8 mo raliū 19, alias 20. 2. Cor. 12. Eccles 2. Ezech. 4. Greg hom. 12 in Ez.

9 Vnde Iob 38 postquam Dominus quæsiuit per quam viā spargitur lux, statim subdit: *Diuiditur æstus super terram.* Hostis namque callidus, sicut dicit Gregorius 29. moral. 11. circa finem alias 14. in princ. quos iustitiæ luce enitescere conspicit, eorum mentes illicitis desiderijs inflammare contendit, vt plerumque plus se vrgeri tentationibus sentiant, quam tunc cum lucis internæ radios non videbant &c. Post lucem ergo æstus sequitur, quia post illuminationem diuini muneris, tentationis certamen augetur. Rectè vero etiam diuidi æstus dicitur, quia nimirum non singuli omnibus, sed quibusdam vicinis, ac iuxta positis vitijs fatigantur. Prius enim conspersionem vniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit, vt tunc tentationis laqueos apponat. ¶

Iob 38. Greg.

10 Incipientes tentat diabolus pusillanimitate, ac tædio laborum, quos in exercitio virtutis patiuntur, sed Dominus eos protegit ab hoc timore, sicut ait Psalmista: *Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.* Vbi non ait, non timebis à nocte, quæ tribulationem significat, & aduersa, sed *à timore nocturno*, idest, à timore laborum, & aduersitatis, seu impugnationis dæmonū. Hic enim timor multos deiecit. Vnde Bernardus: *Quia ergo vndique sic circumdatus es tentationibus, scuto circumdabit te veritas eius: et quemadmodum vndique bella, sic vndique sint & præsidia. In quo omnino illud manifestum est, virum talem esse oportere, quod circumdare potest. Veritas autem circumdat, quia verax qui promisit, & sic exhibet, vt promisit. Fidelis Deus ait Apostolus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis &c. Hæc cum præmonitos vos esse velo, neminem super terram absque tentatione viduum, vt cui forte tollitur aliqua, alteram securus expectet: aut forte non sentiens, sed gaudens magis, & sic petit ab ea liberari, vt nunquam sibi incorpore*

Psal. 90. Ber. ser. 5. sup. Psal. qui habitat 2. Cor. 12.

Digitized by Google

corpore mortis huius libertatem perfectam, seu requiem audent publicè cani.

11 Triplici tentatione impetit aduersarius imitatores Christi, sicut
1. Ioan. 2. Ioannes ait: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Sed hanc triplicem tentationem
Christus Dominus in heremo tentatus à diabolo vicit, & qualiter à nobis vincēdæ sint, suo docuit exemplo, vt docet Augustinus, cuius verba
Aug. li. de uera relig. cap. 38. circa med. sunt: Concupiscentia carnis, voluptatis infimæ amatores significat. Concupiscentia oculorum, curiosos. Ambitio sæculi, superbos. Triplex etiā tentatio in homine, quam veritas ipsa suscepit, cauenda monstrata est;
Gloss. 1. Dic, inquit, tentator, lapidibus istis, vt panes fiant. At ille vnus & solus magister ait: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo Dei; ita enim dominatam docuit esse oportere cupiditatem voluptatis, vt nec
Matt. 4. fami cedendum sit. Sed forte dominationis temporalis fastu decipi poterat, qui carnis voluptate non potuit. Omnia ergo regna mundi monstrata sunt ei, & dictū est: Omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me.
Psal. 143. Cui responsum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Ita calcata est superbia. Subiecta est autem extrema etiam curiositatis illecebra. Non enim, vt se de fastigio templi præcipitaret vrgebat, nisi cauſſa tantum aliquid experiendi: sed neque hinc victus est, & ideo sic respondit, vt intelligeremus non opus esse ad cognoscendum Deum tentationibus visibiliter diuina explorare molientibus. Non tentabis, inquit, Dominum Deum tuum. Cui consonat illud Psal. 143.
Psal. 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Et Iob 35. qui docet nos super iumenta terræ, ideſt, super astutias carnis, & super volatilia cœli, hoc est, super insidias diaboli erudit nos, vt Greg. explicat 26. mor. 13. in fine: Nam sicut iumentorum vocabulo signatur vita hominum carnis adhuc motibus subditorum, ita appellatione volucrum figuratur elatio spiritus superborum: vt per iumenta quidem terreni homines, per volucres vero dæmonia designentur. Vnde cum semina Dominus iuxta viam diceret cecidisse, subiungit: Venerunt volucres cœli, & comederunt ea: nimirum per volucres signās aereas potestates. Sancti autem viri, quia nec infima hominum exempla appetunt, nec rursum dæmoniaca subtilitate falluntur, & super iumenta terræ, & super cœli volucres virtute eruditionis excrescunt.

12 In tentatione cuiuslibet hominis, vt docet Augustinus, ea omnia contingunt, quæ in tentatione primorum parentum. Nam concupi
Aug. lib. 12. de Trinit. cap. 12 tom. 3. scentia est mulier, ratio autem est vir; cum consentis in delectationem, mulier comedit. Cum vero peccatum efficaciter perpetrandum mente decernitur, iam mulier dedit viro, qui comedens mortem incurrit. Est tamen differentia. Nam *in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, & ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola vtique mortis supplicio plecteretur.* Hic vero etiam si sola mulier consentiat, vterque damnatur, nam vna persona est, vnus homo est, totusque damnabitur, nisi peccata per mediatoris gratiam re-

mmandat, Augustinus lib. duodecimo de Trinitate cap. sudecimo to mo 3.

13 Qui ergo profitetur, se Christianum esse, studere debet, vt ait Aug. nè peccet, armare se contra vitia. Et quia impossibile est semper vincere, si victus fuerit, dolore, nè iterum vincatur: quia qui se dolet victum reparat se. Qui ergo repugnat, habet vnde se excuset, si victus fuerit. O tendit enim se votum habuisse vincendi, sed minime præualuisse.] *Aug. quæstione 126. ex vtroq; missim col. 1. C.*

14 Iusti sentiunt quidem tentationes, sed non eis consentiunt, Audiunt vocem aduersarij, sed non exadiunt, de quo Iob 3. *Non exaudierunt vocem exactoris.* Vbi Gregorius: *Quis alius debet nomine exactoris intelligi, nisi importunus ille persuasor, qui humano generi semel deceptionis nummum contulit, & adhuc quotidie expetere mortis debitum non desistit: qui in paradiso homini peccanti pecuniam commodauit, sed iniquitate crescente, hanc quotidie cum vsuris exigit? De quo exactore in Euangelio veritas dicit: Et Iudex tradet te exactori. Huius igitur exactoris vox, est tentatio miseræ suggestionis. Audimus autem vocem exactoris, cum eius tentatione pulsamur: sed non exaudimus, si pulsanti resistimus. Audit enim, qui tentationem sentit: exaudit verò qui tentationi consentit: Dicitur itaque de iustis: Non exaudierunt vocem exactoris, quoniã suggestionem eius & si audiunt, quia tentãtur, non exaudiunt, quia consentire contemnunt.* Eandem expositionem prosequitur latius 30. mor. 13. Vbi etiam *per exactorem intelligit ventrem, qui more exactoris cibos delicatos importune quærit. Sed iustis eius vocem, & si audiant, non exaudiunt, quoniam ei non consentiunt.* Iob 3. *Greg. 4. mor. 31. in princip. Luc. 12.*

15 Vnde Isaiæ 33. *Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem & claudit oculos suos, nè videat malum,* id est, nè consentiat peccatis carnis, *iste in excelsis habitabit,* licet corpore sit in terra. Quid est enim, vt ait Gregorius: obturare aures suas, nè audiat sanguinem, nisi peccatis suadentibus, quæ de sanguine, & carne nascuntur, non præbere consensum? Et quid est, nè malum videat, oculos claudere, nisi omne, quod rectitudini aduersum est, non approbare? *Iste in excelsis habitabit:* quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit.] Isa. 33. *Greg. 23. moral. 19. in Princ. alias 27.*

16 In magnis tẽtationib⁹ in exilijs & alijs calamitatibus, quæ imminent iustis, de quibus ad Hebræos 11. Circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ, hæc vna superest illis consolatio, quod Deum vbique protectorem habent, Vnde Augustinus: *Sed multi inquiunt Christiani, etiam captiui ducti sunt. Hoc sanè miserrimum est, si aliquo duci potuerunt, vbi Deum suum non inuenerunt. Sunt in Scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia. Fuerunt in captiuitate tres pueri, fuit Daniel, fuerunt alij prophetæ, nec Deus defuit consolator. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominatione gentis, licet barbaræ, tamen humanæ: qui prophetam non deseruit nec inuisceribus belluæ.* Heb. 11. *Aug. 1. de Ciuit. Dei cap. 24. in princ. 10. Dan. 2.*

17 Multi

Aug. li. de agon. Christ. in prin. cip. 10. 3

16 Multi dicent: quomodo possumus vincere diabolum, qui [illegible] vincamus temporalium rerum cupiditates, nec cedamus illis, ubi vincimur virtute pietatis. Et ideo qui in homine ista vincamus & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine.

17 Vincendo ergo cupiditates, & tentationes, illuditur diabolo, quia finem, quem intendit, non consequitur. De ipso nam que dicitur

Iob. 40. Iob 40 *Hoc est initium figmenti Domini, quod fecit, vt illudatur ab Angelis eius.* Et Psalmo 103. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.*

Aug. li. 12 de Gen. ad literã c. 22 Hoc est. n. ait Augustinus, *vt illudatur ab Angelis, quoniam sic illuditur eum sanctis profunt tentationes eius, quibus eos depravare conatur, vt melior illa, in qua ipse esse voluit, eo nolente fiat vitijs seruis Dei, qui: hoc fremente deus eum finxit.* Cui consonat illud Iob 2. *Ut autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra.* Frustra, inquit, respectu diaboli,

L. 10. 3. Iob 2.

Orig. tract. 2. sup. Iob c. 2. vt Origenes explicat, quia nihil peregit, atque perfecit, nec Sanctum Iob deiecit, sed potius perfecit, sed non frustra respectu Dei, & Sancti Iob: nam ostendit maximam patientiam, & aeternam remunerationem cõsequutus est in coelis coram Angelis, & gloriam in terra in conspectu omnium gentium. Delusus ergo fuit aduersarius, & frustratus à desiderio suo

Iob 40. 18 De suggestione daemonis scriptum est Iob 40 *Halitus eius prunas ardere facit*, igne videlicet concupiscentiae. Vnde Gregorius: *Totiens Leuiathan halitus prunas accendit, quoties eius occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. Alios namque superbiae, alios inuidiae, alios luxuriae, alios auaritiae facibus inflammat.* Quod si halitus prunas ardere facit, vehemens flatus quid efficiet?

Greg. 32 moral. 16.

Cant. 1. 19 Illud Cant. 1. *Filij matris meae pugnauerunt contra me*, explicatur de diabolo: fuit enim filius coelestis Ierusalem, quae est mater nostra, nam creatus fuit in gratia in coelo Empyreo. Sed ab eo deiectus contra Ecclesiam pugnat, sed aduersus electos praeualere non potest, vel contra Ecclesiam triumphare. Scriptum est enim: *Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam.*

Matt. 16.

20 Diabolus in poenam peccati vsque ad diem iudicij in aere relictus est medio inter coelum, & terram, vt videat, & inuideat superiorum gloriam, & inferiorum sanctitatem, iuxta illud Psal. 111. *Peccator videbit, et irascetur.* Illos enim & istos visitat Dominus: hunc autem, ideſt, diabolum transit. Cant. 2. *Ecce venit dilectus meus saliens in montes, transiliens colles*, ideſt, Angelicos apostaticos, qui a sublimitate mundum ceciderunt, & ad humilitatem vallium non pertenderunt. In cuius figuram 1. Reg. 1. sub nomine montium Gelboë aeterna ariditate damnantur. Scriptum est enim: *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos, vbi ceciderunt scuta fortium Israel. Omnes montes, qui sunt in circuitu eius*, ideſt, in circuitu Gelboë, *assistet Dominus, à Gelboë autem transiit.* Vbi Bernardus: *Transeat*, inquit, *à diabolo (qui per Gelboë designatur) hinc inde positos montes, quos assistat Dominus, supra Angelos, infra homines, in*

Psal. 111.

Cant. 2.

1. Reg. 31.

Bern. ser. 94 sup. Cant. circa. m.

ram: siquidem suum locum in aere illo medium inter cœlum, & terrã, de cœlo cadẽs fortius est. vt videat, & inuideat ipsaque inuidia torqueat suũ, scriptura dicente: Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. Quam miser cum suspicit cœlos, in quibus innumeros montes diuinæ claritatis fulgentes, diuinis laudibus exultantes, sublimes in gloria, abundantes in gratia. Quam miserior cum respicit terram, montes nihilominus quamplurimos de populo acquisitionis habentem, fide solidos, spe excelsos, charitate speciosos, cuius virtutibus, bonorum operum fructibus refertos, de rore Cœli tanquam de fructu spiritus quotidianam capientes benedictionem. Cui consonat illud Isaiæ 26 *Videant, & confundantur Zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.* Psal. 111. Isai. 26.

10 Item etiam relictus est in aere diabolus, vt homines tentet, & tentationibus suis probentur electi, & purgentur, atque illi resistendo maiorem percipiant coronam. Vnde Petrus Apostolus eos admonet dicens: *Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide.* Et iterum scriptum est: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Nec tamen propterea debet esse homo securus, quoniam discedit ab eo tentator, nam iterum maiori impetu redit. Quod & in Christo Domino cernere licet, vt his verbis ostendit Augustinus: Vbi clausam ianuam inuenit cupiditatis, in eo, qui tentabatur pro nobis, conuertit se ad tentandam ianuam timoris, & præparauit passionem illi. Denique hoc dicit Euangelista. Et consumata tentatione, diabolus recessit ab eo ad tempus. Quid est ad tempus? Tanquam rediturus, & tentaturus ianuam timoris, quia clausam inuenit ianuam cupiditatis. Discessit ergo ab eo ad tempus, quia rediturus erat tempore passionis tentaturus, & occisurus Christum Dominum, vt videret an timore vincere posset, quem non poterat cupiditate. Sed frustra impetebat eum, qui peccare nõ poterat, etatũ per omnia (sicut dicit Apostolus) pro similitudine absq; peccato. 1. Pet. 5. Iacob. 4. *Aug. sup. Psal. 30. in 2. expos. cone. 1. post med. 1. n. 8* Luc. 4. *Heb. 4.*

11 Quod si in ligno viridi hoc fit, in arido quid fiet? illud vtique, quod expressit Saluator dicens: *Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domũ meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi. Et fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Hinc sub nomine Behemoth, vt Gregorius explicat, de illo dicitur Iob. 40. *Absorbebit fluuiũ, & non mirabitur: & fiduciã habebit, quod influat Iordanis in os eius.* Vbi per fluuium intelligit S. Greg. omnes, qui ante aduentũ Christi nati sunt. Hos enim homines absorbuisse dicitur, quoniã omnes in limbo, aut in inferno captiuos tenuit. Per Iordanum autem intelligit Christi Baptismate mundatos, qui nunc in os dęmonis intrant, cum mortaliter peccãt. Hos quærit, hos devorare satagit, secundum illud Abacuc. 1. Cibus eius, cibus electus, & Amos 7. deuorabit abyssum multã, & comedet partem domus Domini, idest, multos, qui iam electi putantur, necat. Sic explicat Greg. 33. moral. 7. & ho. 26. in Euangelia circa finem. Vade & de Eocé Leuia them

Luc. 11. Iob. 40. Isai. 11.

than dicitur Iob.40 Fœnum ſicut bos comedet,& Iſa.65.Leo ſicut bos
Greg. 32. comedet paleas,vbi,vt notauit Greg.non ait,ſicut equus,ſed ſicut bos.
mor. 10. Equi nãque fœnũ quãlibet ſordidũ comedũt,aquã vero nó,niſi mũdã
Abac.1 bibũt.Boues autẽ aquã quãlibet ſordidã bibũt, ſed fœno nó,niſi mundo veſcũtur.Sic ergo diabolus eſcã quærit electã.Abacuc. 1. Eſca eius electa.Neque.n.ſe eos gaudet rapere,quos prauis , ac ſordidis actionibus implicatos in imis ſecũ reſpicit volũtarie iacere. Fœnũ ergo comedere, ſicut bos appetit : quia ſuggeſtionis ſuæ dẽte cõterere mundam vitam ſpiritualium quærit.]

Iac.1. 12 Quid eſt autẽ,q̃ Iac.1.ait,*Nemo cũ tẽtatur,dicat,quoniã à Deo tẽ*
Deut. 13. *tatur: Deus.n.intẽtator malorũ eſt:ipſe autẽ neminẽ tẽtat.* Cũ tũ Deut. 13:
Gen.22. ſcriptũ ſit:*Tentat vos Dñus Deꝰ veſter,vt palã ſiat,vtrũ diligatis eũ,an nõ in toto corde,& in tota anima veſtra?* Et Gen.22.*Tentauit Deꝰ Abrahã.*
Sed reſpõdetur,quod aliter Deꝰ,aliter diabolus tẽtat: Deus.n.tẽtat,vt ꝓ-
Pſal. 25. bet iuſtos,& eorũ coronã poſt victoriã augeat iuxta q̃ ait Pſ. *Proba me Dñe,et tenta me,ure renos,et cor meũ.* Diabolus vero tẽtat,vt decipiat,&
Aug li.11 de Gen. ad lit.c.6.in prin. ad peccãdũ inducat. Permittit autẽ Deꝰ tẽtari homines à diabolo, ſicut ꝓmiſit tẽtari primos parentes,vt ſicut Aug.dicit,probetur, & exerceat virtus, & ſit palma glorioſior,nõ cõſẽtiſſe tẽtatũ,quã nõ potuiſſe tẽtari.] Cui cõſonat illud Iacob 1.*Beatus vir,qui ſuffert tentationem:quoniã*
Iac.1. *cũ probatus fuerit,accipiet coronã vitæ,quã repromiſit Deus diligentibus ſe.* Et 1.Cor.10.*Fidelis autẽ Deus,qui non patietur vos tentari ſupra id q̃ poteſtis,ſed faciet etiã cum tentatione prouentum,vt poſſitis ſuſtinere.*

14 Eſt etiam vtilis tentatio,ne de ſua virtute homines inflentur , ſed de ſe ipſis humiliter ſentiant,& ad auxilium Dei recurrant,ſicut ait Apoſtolus:*Ne magnitudo reuelationum extollat me,datus eſt mihi ſtimu-*
2.Cor. 12. *lus carnis meæ Angelus Satanæ,qui me colaphizet.Propter q̃ ter Dominũ rogaui,vt diſcederet à me,et dixit mihi:ſufficit tibi gratia mea,nã virtus in infirmitate perficitur.* Vnde S.Iob,poſtquam tentationes vehemen-
Iob 33. tes dæmonis patienter ſuſtinuit,agnouit earum vtilitatẽ, quia nimirũ ꝑ eas recolimus infirmitatem noſtram,& quid diuino munere poſſimus, & quid ſimus ex nobis:ait.n.*increpuit quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit.* Vbi per oſſa S Gre.intelligit virtutes,de
Grego. 23. mor. 16.in prin. quibus Pſal.33.Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum:vnum ex his nõ conteretur. Hæc igitur oſſa impulſu tentationũ marceſcere facit,ideſt,
Pſal.33. humiliari,quia,vt ait S. Greg. ſi profectum noſtrum tentatio nulla pulſaret,alicuius nos fortitudinis eſſe crederemus , Sed quia nobiſcum ſuperna diſpenſatione agitur,vt infirmitatis noſtræ,quia proficientes obliuiſcimur,tentati recolamus:& in profectu noſtro, quid de diuino munere,& in tentatione cognoſcamus,quid de propꝛijs viribus ſumus. ℨ Hæc Gregorius.

Grego. 29. moral. 15. poſt med. aliàs 25. in prin. Iob 38. 15 Sicut.n. ſi gelu iactatum ſemen premitur,quo foris citius appa-
rere repellitur,eo intus foecũdius radicatur,& poſtmodũ multiplicatur magis,ſic etiã virtutes tentationibus dæmonis magis firmantur,& ꝑ humilitatẽ radicantur in corde,vt vberiores poſtmodũ fructus bonorum operũ proferãt,vt S.Gre.docet,ſup illud Iob 38.De cuius vtero egreſſa eſt glacies,& gelu de cuelo quis genuit? Ioan.

Digitized by

16 Ioannis 5.dum ægrotum iacentem in lecto Dominus sanauit, præcepit illi, *surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam*, vt innuet, quod diuino adiutorio ereptus à vitijs eiusdem carnis contumelias postmodum tolerat, in cuius prius desiderijs requiescebat, vt lib. 23. moral. cap. 15. alias 23. dicit Gregor, Diaboius quiescit in mentibus quas nequitiæ torpor obùbrat. Nã sicut sub nomine Behemoth dicitur Iob 40. *sub vmbra dormit*, de qua Psal. 34. *Cooperuit nos vmbra mortis*: nam in frigidis mentibus, vt dicit Gregorius, securus iacet. In secreto calami; hoc est, in nitore gloriæ temporalis, quę exterius nitet, & intus est vacua. In locis humentibus, idest, in carnalibus voluptatibus, non autem in aridis, qui à carnalibus voluptatibus abstinent. Vnde in Euangelio: *Spiritus exiens ab homine in locis aridis, et inaquosis requiem non inuenit*. Vbi Gregorius: Duo sunt vitia, quæ humano generi immaniter dominantur: vnum videlicet spiritus, atque aliud carnis. Elatio namque spiritum erigit, luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus, vel per elationem præcipuè, vel per luxuriam premens in secreto calami, atque in locis humentibus dormit: quia hominem dam natum sub ditione suæ dominationis, aut per elationem spiritus, aut per carnis corruptionem tenet.]

Ioan. 5.
Greg. Iob 40.
Psal. 34
Matt. 12.
Grego. 33. mor. 3. præsertim in fi.

Transfiguratus est ante eos. Gloriæ transfigurationis, ignominia passionis comparatur per Isaiam. In monte Tabor transfiguratur; in monte Caluario occiditur. Trãsfigurationem tres discipuli viderunt: mortem omnes viderunt. In transfiguratione resplẽduit facies eius, vt sol in Caluario. *Non erat ei aspectus neque decor.* Ibi inter duos Prophetas, hic inter duos latrones. Ibi *Vox patris auditur, hic est filius &c.* Hic audiuntur sacrilegæ voces dicentium. *Si filius Dei est, descendat de Cruce.* Ibi eius vestimenta candida: hic proprio sanguine conspersa cap. 27 n. 34. *His est filius meus dilectus.* Christus Dominus non semetipsum glorificauit, sed à Patre dicente: *His est filius meus.* Homines seipsos glorificant cap. 5 n. 4. *Ceciderunt in facies suas.* Quia iusti in facies cadunt: peccatores vero cadunt retrorsum, & qui cadit retrorsum periculosius cadit cap. 27 nu. 12. *Loquebantur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem.* Voluit Dominus, vt in Ecclesia sua semper esset in hominum memoria passio eius, ideo in Ecclesia non solum in quadragesima, sed etiã in Paschate, & in toto tempore Paschali de Cruce fit mentio: & in transfiguratione tantæ lætitiæ festo voluit, vt Moyses, & Elias de passione loquerentur. Non sic reges c 26 num. 1.

DOMIN. 2. IN QVADRAGESIMA
Matt. decimoseptimo.

Domine bonum est nos hic esse. Tribus Manasses diuisa fuit, media pars ingressa est terram promissionis, & media pars intrare recusauit, terram promissionis contemnens, sic diuisi sunt homines; quia iusti contemnentes terrestria, cœlum intrare contendunt: peccatores vero cœli obliti, terrena quærunt. Imitantur isti insipientiam Petri, qui sui, & patriæ cœlestis oblitus, nesciens, quid diceret ait: *Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula.* Qui dicere debebat: *Si oblitus fuero tui Ierusalem obliuiscatur me dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui* cap. 17 nn. 4. *Transfiguratus est.* Dum oraret, vt dicit Lucas: orantibus enim prope est Deus cap. 81 nu. 8, vide totum caput de oratione.

FERIA 2. POST 2. DOM. QVADR.
Ioan. octauo.

Ego vado. Passionem suam futuram Dominus Iesus Iudæis prædicit, & eis annunciat, quod eum crucifixuri erant, quorũ linguæ contra Christu firmauerunt sermonem cap. 27 n. 45 & 46. Iudæi non præualuerunt contra Christũ, sed Christus contra eos; quia in Iacob claudicauerant ca. 27 n. 46 & 47. & cap. 47 n. 14, vide omnia, quæ notata sunt de passione in cap. 26, & 27 *In peccato vestro moriemini.* Quia multi eorum Christum crucifigentes peccatum in Spiritum sanctum commiserunt, quod *non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro.* Hoc est secundum Augustinum peccatum finalis impœnitentiæ, quo vsque ad mortem Spiritui sancto resistitur cap. 16 n. 3, vide etiam n. 4. *Principium, qui & loquor vobis.* Apparuit quidem Angelus in forma humana Iosue cum contra hostes dimicaret: *Et vidit virum stantem contra se euaginatum tenentem gladium, & dixit ei: Noster es an aduersariorum? qui respõdit, sũ princeps exercitus Domini, & nunc aduenio.* Quis iste princeps exercitus Domini, nonne ille est qui interrogatus quis esset, respõdit: *Principium, qui & loquor vobis* ca. 28 n. 19. *Quæ audiui à patre hæc loquor in mundo.* Venerat Christus in mundum, vt testimonium perhiberet veritati, quod per Isaiã prædictum fuerat. Ecce testẽ populis dedi eum, & fuit testis non de solo auditu, sed etiã de visu, nam quæ vidit, tam scientia beata, quam

Digitized by Google

quam in verbo, quæ audiuit à patre loquutus est cap.27 n.38. *Qui me misit mecum est.* His verbis matrimonium suum cum Ecclesia declarauit, propter quam reliquit patrē, non loco ab eo discedēdo: ipse enim hic dicit: *Qui me misit mecum est*: sed propter formam serui in qua apparuit, & reliquit matrem synagogam, & adhæsit vxori suæ, hoc est Ecclesiæ cap 29 nu.24. *Cum exaltaueris filium hominis*: De passione sua hic loquitur, vide cap.26 & 27. *Tunc cognoscetis, quia ego sum.* Quia ante passionem Christus absconditus erat eis, sed post resurrectionem multicum cognouerunt c.45 n.26.

FERIA 3. POST 2. DOM. QVADR.
Matt. vigesimo tertio.

SVper cathedram Moysi, sederunt Scribæ. Euangelij prædicatio quædam negotio est, vbi verbum audientibus datur, et fides ab eis accipitur cap.95 n.1 & 2. Prædicatores, negotiatores esse significauit, cum dixit: *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas*, cap.95 n. 2. *Quæcumque dixerint facite: secundum opera eorum nolite facere.* Prædicatores mali, cur adulteri vocantur cap.95 n.21. *Dicti enim & non faciunt.* Prædicatio verbis, & operibus debet fieri cap.95 nu.26.27, & 28. *Dicunt enim, & non faciunt.* Quia ferunt, & non comedunt cap.95 n 31 & 32. *Dicunt, & non faciunt.* Quia similes sunt asinæ Balaam, quæ verba rationalia edidit, & irrationalis permansit cap 95 n. 33: *Dicunt & non faciunt.* Prædicatores conchæ debent esse & non canales cap.95 nu.35.37, & 38, vide totum cap.95 de prædicatoribus. *Omnia opera faciunt, vt videantur ab hominibus*, vide feria 4. Cinerum super hæc verba: *Qui se exaltat, humiliabitur.* Superbi dum se exaltant deijciuntur cap 49 n.7 *Qui se exaltat.* Hoc est, qui se honore & dignitate dignū iudicant, nō eam obtinebit c.5 n.4 & 5 *Qui se humiliat.* Non dixit qui humiliatur, quia humilitas debet esse ex corde cap.49 num. 27, vide cap. de Humilitate & cap. de Superbia.

FERIA 4. POST 2. DOM. QVADR.
Matt. vigesimo.

ECce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur, vide omnia, quæ notata sunt Dominica in quinquagesima super istem Euangelij partem. *Condemnabunt eum morte*, vide omnia, quæ notata sunt in cap. 26 & 27, de Christi passione in communi, & particulari. *Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, adorās, & petens aliquid.* Orauit hæc mulier, & ad quid profuit oratio, & quid impetrauit ca.81 n.4. Oratio qualis debet esse, vt impetret cap.81 n.9. Quid petendum sit in ea cap.81 n.15.& 17, vide totum cap, de Oratione. *Nescitis quid petatis.* Quasi diceret: dignitates, quas appetitis, non ambientibus, sed humilibus dantur c. 5 n.4. *Nescitis quid petatis.* Ambitio est inordinatus appetitus gloriæ cap.5 n.1. *Nescitis quid petatis* Ambitionis malum quale sit cap.5 n.2. De Ambitione sedis Episcopalis vide c.5 n.5,& 6, vide totū capite exēpla sanctorum fugientium dignitates: *Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Possumus* Qui ad dignitates vocati dicunt: *Possumus*, Non sunt, sicut olim, quæ ad primo patum vocata dixit: *Non possum relinquere pinguedinem meam* c.5 n.17. *Poteritis bibere calicem, quem ego bibiturus sum: Possumus.* Obtulerat Christo in Cruce mirrhatum vinū, & cūgustasset, noluit bibere, gustauit & iussis reliquum bibendum reliquit c. n.94 & 95, & 26 n.24 c.70 nu.25

FERIA 5. POST 2. DOM. QVADR.
Luca decimo sexto.

HOmo quidam erat dives. De via, & vita diuitis, & pauperis discit Propheta. *Nouit Dominus vias immaculatorum &c.* Quia pauperes iusti quando tamen patuntur, vias malas ambulare creduntur ab illo

lò qui epulabatur quotidie ſplendidè: Dominus autem viam Lazari nouit, & approbauit cap.58 n.16. *Erat dives.* De auaritia, vide totum cap.de auaritia cap.9,vbi multa pro iſto Euang.reperies.*Epulabatur quotidie ſplendide.* Gula eſt importunus exactor petens debitum cibi c.47 n.1.*Epulabatur.* Gula deteriorem facit hominem beſtijs c.47 n.4,vide totum caput. *Nemo illi dabat.* Diuites eleemoſynam pauperibus debent facere,vide ca. 36 dé eleemoſyna per totum.Eleemoſynis ſuperflua tranſmittuntur in cœlum cap.36 n.1:*Erat dives*:Diuitiarum cuſtos eleemoſyna eſt c.36 n.2.*Nemo illi dabat.*Dives qui eleemoſynam non facit,latro eſt c.36 n.17,& 18.*Mortuus eſt Lazarus, & portatus fuit ab Angelis in ſinum Abrahæ.*Qui hoſpitalis fuit,& pauperes in domum introducebat, iſte dives cum in domo pauperem haberet,deſpexit ca.36 nu.19.*Portatus ab Angelis.* Quomodo Angeli in manibus portant c.7 n.6.*In ſinum Abrahæ*:Diuitis portatus fuit pauper Lazarus c.36 n 31: *Recordare, quia recepiſti bona.*Quam diuerſi vtriuſque termini à quo, & ad quem c.58 n.16

FERIA 6. POST 2. DOM.QVADR.
Matt.vigeſimo primo.

*Homo erat pater familiæ, qui plantauit vineam.*Licet vinea ilta Synagoga ſit, quæ populo Iudæorum locata fuit, anima tamen vniuſcuiuſque vinea eſt,præcipuè iuſtiſquia nihil in ea incultum,nihil deſertũ, nihil infructiferum cap.18 n.12: *Qui plantauit vineam* &c.Sed vinum amarum,& feleum collegit ex ea,quam plantauit in Aegypto,& in terram promiſſionis tranſtulit cap.27 nu.93,*Aedificauit turrim, & torcular fodit in ea:* Et protulit vuas fœtidas cap. 27 n.93 94 & 95.*Plantauit vineam.* Eccleſiã amiſit ex Iudæis,ſecundum illud: *Vineã meam non cuſtodiuit.*Sed multas vineas in gentibus acquiſiuit c 45 nu.36.*Locauit eam agricolis.*Scilicet Iudæis, vide omnia,quæ notata ſunt in c.45 de Iudæis, & Gentibus *Alium ceciderunt, alios occiderunt,* vide, quæ notata ſunt in feſto Sancti Stephani ſuper illud: *Quæ occidis Prophetas &c. Miſit filium ſuum dicens verebuntur,* vide,quæ notata ſunt in cap. 22. de Chriſti incarnatione: *Hic eſt hæres,venite occidamus eum, & ejecerunt extra vineam.*Quam de Aegypto tranſtulerat, quia extra portam paſſus eſt Chriſtus cap.27 n.65,& 66.*Malos male perdet,& vineã ſuam locabit alijs agricolis.* Eccleſia eadem vinea eſt, quam plantauerat Deus in Aegypto,& ad terram promiſſionis reduxerat,non dicit vineam ſuam eradicabit,aut deſtruet,ſed vineam ſuam eandem locabit alijs c 35 nu.25,& 26.*Plantauit vineam multo labore,& ſudore* cap.35 n. 27,vide totum cap.*Malos male perdet,& vineam ſuam locabit alijs.* Quia Iudæorum populus expulſus fuit,& gentium introductus c.45 n.25.Iudæorũ populus vinea deſtructa fuit c.45 n.36:*Auferetur à vobis regnum Dei.*Quia Iudæi prædicationem Euãgelij amiſerunt cap.45 n.28 & 29, vide totum caput.

SABBATO POST 2. DOM.QVADR.
Lucæ decimo quinto.

Homo quidam habuit duos filios. Scilicet populum Iudæorum,& Gentium,vel hominem peccatorem,& iuſtum cap.11 n. 14.*Pater da mihi ſubſtantiã &c.* Plus æſtimauit ſubſtantiam patris poſſidere extra eius domum,quam abſque illa viuere in domo patris,& eius præſentia frui c.11.nu. 14.*Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo etc.* Quia diuitiæ in manibus iuuenum ſunt ligna in ignem miſſa ca.11 n.15, vide totum caput de auaritia. *Dixit adoleſcentior: da mihi portionem.* Adoleſcentes à prima ætate ſunt bonis moribus inbuendi c.3 n.1.*Adoleſcentior dixit*: Puer cum ad vſum rationis peruenit,tenetur ad Deum ſe conuertere cap.3 n.2 & 3. *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam.* Quia adoleſcens,qui paſſiones ſuas per virtutes

1020

virtutes contrarias non vincit, ab illis superatur, sicut iste filius prodigus cap. 30 num. 4. 5. & 6. *Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit* Iuſti hereditatem ſuam in cœlo, & domo patris quærunt, quia ſunt hæredes Dei, & coheredes Chriſti: peccatores, vt filius prodigus hereditatem in terra quærunt cap. 61 num. 20 & 21. *Abiit in regionem longinquam* Quia peccatum tollit hominem à facie Dei, & illum conſtituit in regione longinqua cap. 86 num. 4. *Capit egere.* Quia peccatum tirannidem exercet, & ſeruum facit peccatorem ca. 86 n. 10 & 12. *Adhæsit uni ciuiũ regionis illius.* Quia peccator ſe diabolo vendit cap 86 n. 14 & 15. *Vt pasceret porcos.* Peccator diſcedens à Deo porcos paſcit cap. 87 num. 15, vide totum caput. *In ſe reuersus.* Extra ſe abierat, & ad ſe reuertitur, cum à Deo mouetur, & auxilio, & gratia præueniente diſponitur cap. 92 num. 50 & 51. *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Pœnitentia in corde perfecta peccata dimittit cap 92 num. 8 *Et ſurgens venit ad patrem ſuum.* Pœnitentia à corde cogitata differenda non eſt cap. 92 n. 15, & 18, vide totum c. de pœnitentia.

DOMINICA 3. IN QVADRAGES.
Lucæ vndecimo.

ERat Iesus *eijciens dæmonium* Diabolus ſerpens claudens, vel vectis vocatur; eo quod multos ſuo carcere clauſerit, vel ex eo ſerpens vocatur, quia ſi ſerpens caput per foramen miſerit, totum corpus ſtatim per illud tranſit, ſic ſerpens antiquus cum primam illius tentamenta admittuntur, totus poſtmodum in corde ſuſcipitur, & poſtea linguam occupat cap. 7 num. 15. *Cum eiecisset dæmonium, locutus eſt mutus.* Quia peccata ore ad os confitenda ſunt cap. 92 num. 25. *Et admiratæ ſunt turbæ.* Miracula quæ Chriſtus faciebat, erant ſuper curſum naturæ cap. 73 num. 5. *Quidam dixerunt in Beelzebub &c.* Hoc fuit verbum aſperum de quo dixit Propheta: *Ipſe liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* c. 11 n. 7. *In Beelzebub &c.* Hanc iniuriam patienter ſuſtinuit Chriſtus, vt ſuo exemplo nos moueret ad tollerantiam in iniuriarum c. 18 nu. 21. *Dum fortis armatus &c* Chriſtus Dominus fortior fuit, qui ſmorte ſua, mortẽ, & diabolum vicit, ideo canit Eccleſia. *Mors & vita duelo* &c. c. 27 nu. 3. *Si fortior ſuper venerit ſpolia eius diſtribuet.* Hæc ſunt ſpolia, quæ princeps huius mundi ſibi per peccatum tenebat ſubiecta in pace ea poſſidẽs: ſed Chriſtus fortior ſuperueniens vicit eũ c. 9 n. 39. *Si in digito Dei ejcio.* Spiritus S. digitus vocatur propter donorum partitionem c. 108 nu. 2. *Beatus venter, qui te portauit. & vbera, quæ ſuxiſti,* vide in feſtiuitatibus beatæ Virginis.

FERIA 2. POST 3. DOM. QVADR.
Lucæ quarto.

NEmo *prophetes acceptus eſt in patria ſua.* Quales debeant eſſe prædicatores Euangelij, & qua libertate debeant veritatem dicere, ſicut hic Chriſtus dixit ciuibus ſuis ca. 95 nu. 15 & 17. Prædicatores timidi ſunt canes muti non valentes latre c. 95 n. 18, vide verbo prædicatores. *Multi leproſi, & nullus mundatus eſt, niſi Naaman ſirus.* Leprã peccati lex vetus non mundabat, ſed lex noua, Moyſes. n. cũ de mõte deſcẽdiſſet mãdauit, vt à caſtris deſcenderent leproſi: Chriſtus vero de monte deſcendens leproſũ mundauit c. 65 n. 7. *Repleti ſunt omnes in Synagoga ira, & indignatione.* Quã magna differentia ſit inter mãſuetudinẽ, & irã declarat Chryſ. quia mãſuetus ſibi, & alijs dulcis eſt, iracundus, & ſibi, & alijs dãoſus c. 55 n. 2 & 3, vide totum caput 55. de ira.

FERIA 3. POST 3. DOM QVADR.
Matt decimo octauo.

CCorripe eũ *inter te, et ipsũ ſolũ.* Correctio fraterna ex charitate, lenitate, & prudentia animi sũmiſſione, & humilitate

Digitized by Google

facienda eſt, vt qui corrigitur ſibi perſuadeat c.32 n.1. *Corripe eum.* Correctio nó eſt facienda verborum aſperitate, ne potius no ceat c.32 n.2. Qui corripit, mundus à vitijs eſſe debet n.3 & 4. *Inter te, & ipſum ſolum.* Peccata publica, publicè ſunt arguenda: ſed occulta, occultè c.32 nu.5. *Si te audierit lucratus eris fratrem.* Qua voluntate, & humilitate correcti debent ſuſcipere correctionem c.32 n.8,9,10,& 11. *Corripe eum,* Peccata principum, quanta cum cautela corripienda ſint c.32 n.13,& 14. *Corripe,* Prælatorum, & Epiſcoporũ peccata, quomodo per admonitionem corrigẽda n.15. Prælati quo modo debẽt ſubditos corripere n.17,& 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquã ethnicus, & Publicanus* c.32 num.20. *De omni re quacunq; petierint fiet illis à patre meo.* Quo oratio, quæ procedit ex mutua charitate impetratoria ſit c.81 nu.4,7,9,& 15, vide totũ cap. de oratione. *Fiet illis.* Oratio coniungi debet piæ operationi, vt impetret ca.81 nu.21. vide totum cap. de orat. vbi multa inuenies, quæ valde congruunt huic Euang.

FERIA 4. POST 3. DOM. QVADR.

Matt. decimo quinto.

QVare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum: non enim lauant manus cum panem manducant. De munditia manuũ ſuũ Apoſtolorũ cor. habebant, manus habere leproſas c.45 n.15. *Quare vos trãſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras.* Tranſgreſſio mandatorum Dei per peccatum fit, vide totum c. 86, 87, & 88. *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Iſaias.* Hypocritæ viriditatem iuſtorum habent, ſed non fructus cap.49 num.5. Hypocritæ opera alieni comedunt nu. 6 Sunt tela aranearum, & ſimiles Simoni cireneo ca. 49 num.6,7,& 8, vide totum caput. *Cor eorum longe eſt à me.* Quia Iudæi antea erant filij Dei, & Gentiles erant canes; modo ècontra, Iudæi canes ſunt, & Gentiles filij cap.45 num.23,& 24. *Longe eſt à me.* Per peccatum, quod hominem conſtituit longe à Deo. Vide Sabbato poſt ſecundam Dominicam quadrageſimæ, ſuper illud: *In regionem longinquam. Longe eſt à me.* E contra in corde iuſti Deus ſedet, & in eo habitat cap.61 nu.3,& 4. *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.* Quaſi dicat, nulla erit amplius ſpes ſaluti eorum, ſicut enim medicus infirmum deſperatum relinquit, ſic & vos illos relinquite cap.32 num.20.

FERIA 5 POST 3. DOM QVADR.

Luca quarto.

INtroiuit in domum Simonis. Domus Simonis Eccleſiam ſignificat, cuius fundamentum Chriſtus eſt: & cuius Petrus vicarius eſt cap.35 num.1. *Introiuit in domum Simonis.* Eccleſiæ fundamentum in cœlo eſt, & quam firmum ſit cap. 35 nu.2 & 3. Eccleſia militans lunæ comparatur, quia inter tribulationes ambulat cap.35 num.4, vide totum cap.35, de Eccleſia, vbi quam plurimam inuenies. *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus,* Febris animæ, & interioris hominis peccatum eſt, & febris magna, quia eſt malum infinitum cap,86 n.16 Eſt etiam febris magna, quia veneno comparatur cap.86 num.27, vide totum ca.86, 87.& 88, de peccato. *Rogauerunt illum pro illa.* Oratione non ſolum vita corporalis, ſed etiam vita ſpiritualis conſeruatur ca.81 n.1,& 2 Orationes ſunt manus, & pedes, & nerui animæ, ideo continuo ſurgens miniſtrabat illis c.81 nu 4,& 5, vide totum cap. de miraculis.

FERIA 6. POST 3. DOM. QVADR.

Ioan. quarto.

VEnit in Ciuitatem Samariæ, & fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Ita Domini fatigatio ex humoribus corruptis noſtrorum peccatorum proceſſit, quorum

memo-

memoria in corde Christi versabatur cap. 27 num. 9. *Mulier da mihi bibere.* Salutem animæ huius mulieris sitiebat, qui dixerat per Prophetam. *Omnes sitis meæ sitient in sili.* Vide sitis mulieris huius à sitiente Domino satiatæ est cap. 27 num. 89, vide num 90. *O mulier si scires donum Dei.* Hoc est, si scires Spiritũ sanctum, qui donum Dei vocatur, vide totum caput 92 de Spiritu Sancto. *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Aqua ista viua gratia Spiritus Sancti est, quæ sitim extinguit animæ, eam mundat, & in coelum transfert cap. 46 num. 5. *Dedisset tibi aquam vivam.* Aqua conseruatur in vase, quo fracto aqua effunditur, sed aqua gratiæ Spiritus Sancti conseruat cor, vbi est, ne frangatur cap. 46 nu. 9. *Si scires donum Dei petisses.* Aquam gratiæ, quæ donum Dei est num. 12, & 13, vide totum caput de gratis. *Domine da mihi hanc aquam.* Sitim ostẽdit hæc mulier aquæ Spiritus Sancti: quam in ea operabatur, qui voluntatem monet, & inclinat cap. 46 num. 26. *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam.* Sitim habebat iã hæc mulier; dixerat enim Dominus: *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Et per Isaiã: *Omnes sitientes venite ad aquas* cap. 15 n. 10 *Vade voca virum tuum.* His verbis mulieri significauit, quod non secundum rationem, quæ vir est; sed secundum carnem, quæ mulier est, vixerat cap. 20 nu. 6. *Spiritus est Deus, & qui adorant.* Ne putaremus, quod Deus membra haberet; etiá de eo dicitur, quod habet alas, vide cap. 34 nu. 3. *Ego sum, qui loquor tecum.* Se manifestat, vt eum cognoscat, vide c. 31 de cognitione Dei.

SABBATO POST 3. DOM. QVADR.
Ioan. octauo.

Perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in Templum. In montibus nocte orabat Dñus, vt doceret, quod orationis tempus aptũ nox est cap. 71 num. 26. Diluculo venit in templum, quia etiam ad orandum diluculo venire debent christiani ad templum, vt orent. Tempus enim orationi aptum mane est c. 71 n. 27. *Adducunt ei mulierẽ in adulterio deprehẽsam.* Vxor mala est mulier mala est amicitiæ inimica, infugabilis poenam, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentũ, mali natura, boni colore depicta cap. 71 n. 6. *Hæc mulier comprehensa est in adulterio.* Mulier data est viro in adiutorium, scilicet ad generandum, & si pariendi causa sub trahitur per adulterium, non restat adiutoriũ, ad quod data sit mulier cap. 71 num. 7, 8, & 9, vide totum caput de matrimonio, vbi multa reperies pro isto Euangelio. De virorum, & mulierum adulteriis cap. 71 num. 13, & 14. *Inclinauit se, & digito scribebat in terra.* Vt innueret, quod se inclinando, & carnem suscipiendo liberaturus erat mundum à peccato, quod adulterium est cap. 22 num. 9. *Lex præcepit huiusmodi lapidare.* Lex vetus transgressores puniebat, & legis obseruatores illuminabat cap. 64 num. 1, vide totum c. 64, & 65. *Neque ego te condẽnabo.* Christus Dominus propter mansuetudinem filius Dauid vocatus fuit c. 21 n. 5. *Neque ego te condemnabo.* Quia misericordia Dei patiens est, & peccatores expectat ad poenitentiam c. 74 n. 5 & 7, vide totum ca. *Cum panibus satiasset quinque millia hominum.* Non legitur, quod eis potum dedisset, quia conuiuium spirituale, quo Deus suos pascit, sitim accendit c. 15 n. 12

DOMIN. 4. IN QVADRAGESIMA
Ioan. sexto.

Abijt trans mare Galilææ, & sequebatur eum multitudo magna. Vt Christum sequamur, necesse est, vt ab illo trahamur, vt ipse tactatur, dicens: Omnia traham ad me ipsum cap. 105 n. 1. *Sequebatur eum multitudo.* Currebant enim in odorem vnguentorũ eius, sicut cucurrerunt pastores, Magdalena, & Publicanus cap. 105 num. 3. Sequi Christum, est illum immitari, & ei similem fieri cap. 106 n. quarto, & quinto.

vide totum cap. *Quia videbant signa, quæ faciebat super ijs, qui infirmabantur.* Miracula solus Deus facit virtute propria c. 73 nu. 1, vide totum caput. *Erat fœnum in loco.* Fœnũ carnem significat, secundum illud: *Omnis caro fœnum*, sederunt super fœnum, quia caro domanda, & calcanda est, vt seruiat Deo cap. 20 n. 19 Caro cum anima debet cooperari ad gloriam cap. 20 nu. 20. Caro cum ancilla sit, domina esse vult ibi. n. 21, vide totum cap. *Cum gratias egisset*, Dominus gratias egit, vt nos doceret gratias agere pro beneficijs c. 52 n 5, vide totum cap. *Distribuit discumbentibus.* Per manus Apostolorum, vt alius dicit Euangelista, quia ipsi panes verbi Dei gentibus distribuere debebant c. 9 nu 20. *Collegerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Ipsi Apostoli cophini erant abiecti, qui confunderunt fortia cap. 9 nu. 12

FERIA 2 POST 4. DOM. QVADR. *Ioan. secundo.*

OMnes eiecit de tẽplo oues, & boues &c. vide, quæ notata sunt feria 3. post primam Dominicã quadragesimæ super hæc eadem verba: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis.* Miracula & signa, vt sint, tria debent habere cap. 73 num 1. *Quod signum ostendis nobis.* Signum Dei est gubernatio totius mundi cap. 73 n 2. Signa, & miracula solus Deus facit virtute propria cap. 73 num. 3 & 5. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Signum illis dat passionis, & resurrectionis suæ, idem quod eis dederat feria quarta post primam Dominicam quadragesimæ, cum dixit: *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.* Dixit enim Iacob de filio suo Iudæ *Accubuisti, vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum.* In morte leo fuit, quia mortis imperium vicit, & mortem interficit, & addit quis suscitabit eum, quia nullus, nisi ipsemet, qui dixit: *Soluite vos templum hoc, & ego excitabo illud.* Quis enim alius suscitauit aliquando se ipsum cap. 28 n. 1, vide totum cap. 28 de resurrectione. *Crediderunt scripturæ, & sermoni.* Fides cognitionem affert mysteriorum Sacræ Scripturæ cap. 40 num. 14 *crediderunt.* Fides factum est, quo christiani proteguntur c. 40 num. 23. vide totum cap.

FERIA 3. POST 4. DOM. QVADR. *Ioan septimo.*

QVomodo hic literas scit, cum non didicerit. Christus Dñs de cœlo erat, & scriptura sacra cœlum est, quid mirum, quod literas sciret cap. 104 nu n. 1 *Cum non didiceris.* Quid magnum Christo fuit literas, scire cum non didicerit, cum de eo intelligatur, quod de se dixit sapiens Salomon: *Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & veni ad corpus in coinquinatum.* Quid enim ingeniosius illo puero cuius in annis duodecim seniores sapientiam mirabantur, & quid in coinquinatius illo vtero Virginis cap. 21 nu. 11 Christus Dominus omnia Spiritus Sancti dona, omnes gratias, & virtutes in se habuit permanẽtes, & ita literas sciebat cũ nõ didicisset, c. 21 n. 12, & 13. Nõ solum literas sciebat cũ nõ didicisset, sed & ipse Scripturæ Sacræ erãt cor Christi, in quibus eius latebat consilium cap. 104 nu. 3. vide totum caput 104. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Doctrina patris filius eius est, qui sapientia est, ideo idem est, ac si diceret ego non sum à me ipso, sed à patre, vide cap 22. de Christi incarnatione & num. 12. *Gloriam propriam quærit.* Qui gloriam Deo non dat, sed sibi sumit, fur est, & latro cap. 43 num. 7. *Dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem*, vide caput 64 & 65 de lege noua & veteri?

FE-

Digitized by Google

FERIA 4. POST 4. DOM. QVADR.
Ioan. nono.

QVis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur. Neque hic peccauit, neque parentes eius &c. Tribulationes, & infirmitates, & peccatoribus dãtur c. 112 n. 16, & 17 Tribulationes dicũtur opportunitates, quia opportunè nos ducũt ad Deum c. 112 n. 1 *Vt manifestentur opera Dei in illo*: Inter octo rationes: quare iusti tribulantur quas videre poteris c. 112 n. 36 vsque ad 48. Sexta est, quia magnam lætitiam Deo quodam modo tribuant electi, dum absque culpa in hoc seculo tribulantur cap. 112 num. 45 Octaua ratio est, vt iustos in timore contineat, & humiliet ne de suis viribus præsumant cap. 112 n. 47. *Vt manifestentur opera Dei in illo*. Omnipotentiam enim suam Dominus ostendit, quia soliditatem Ecclesiæ & iustorum in passionibus constituit c. 112 n. 44, vide totum caput de tribulationibus. *Da gloriam Deo.* Gloria bonòrum operum danda est Deo, & qui non dat, fur est c. 43 nu. 6 & 7. *Hic homo peccator est.* Christi anima igne charitatis succensa, & verbo hypostaticè vnita omnino peccare non potuit c. 11 n. 9. *Scimus quia peccatores Deus non audit*: sed si quis: Orantibus prope est Deus cap. 81 num. 3: *Hunc exaudit.* Oratio quomodo facienda, vt sit impetratoria cap. 81 num. 9 & 18, vide totum caput de oratione. *Credo Domine, & procidens adorauit eum.* Non solum illuminati fuerunt ei oculi corporis, sed etiam animæ, quia fidem susceperit, qua mysteria Dei cognoscuntur cap. 40 num. 14. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Iudæis ergo fuit absconditus Christus c. 55 n. 26

FERIA 5. POST 4. DOM. QVADR.
Luc septimo.

IBat in Ciuitatẽ Naim, et ecce defunctus efferebatur. Lex humano generi mortuo per peccatum vitam tribuere non potuit, nec illum resuscitare, venit Christus, vt gratiam viuificantem illi tribueret, & sic mortuum suscitaret, quem mortuus iste figuravit c. 21 n. 4. *Misericordia motus est super eã.* Quam cito misericordia Dei consolata est mulierem istam viduam filium eius mortuum resuscitando, quia misericordia Dei velox est, & velociter subuenit cap. 74 nu. 15. Misericordia efficacissimè resistit iræ Dei, & manus eius ligat ne peccatores puniat c. 74 n. 15. *Quam cum vidisset misericordia motus est super eam.* Misericordia Dei, vt docet Bernardus: Vnguentum est confectum ex miserijs omnium proximorum oculis pietatis inspectis cap. 74 num. 22. Misericordia Dei, non solum iustis, sed etiã peccatoribus necessaria est: iustis, vt perseuerent, peccatoribus ne amplius peccent c. 74 n. 19. *Noli flere*. Scilicet mortem filij cui nihil lacrymæ iuuant, sed nihil ita conglutinat Deo, vt illæ lacrymæ, quas peccati dolor, & amor virtutum effundunt c. 62 n. 1 & 2, vide totum caput de virtute lacrymarum, quæ propter peccata funduntur. *Quia Prophetа magnus surrexit in nobis &c.* Dixerat Angelus: *Hic erit magnus.* Cur nõpotius hic est magnus: Respondetur, quia magnus Deus futurus est, magnus homo, magnus doctor, magnus propheta &c. cap. 24 numero 4.

FERIA 6. POST 4. DOM. QVADR.
Ioan. vndecimo.

ERat quidã lãguẽs Lazar⁹. Quæri põt quare cum amicus Dei esset Lazarus permisit, vt ficta grauiinfirmitate vexaretur: ad quod respondetur, quod tribulationes, & infirmitates, opportunitates sunt, quæ nos ad Deum ducunt c. 112 n. 1, 2, & 3, *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* Quia infirmitates, & tribulationes iustorum non solum Deum glorificant, quãdo Deus eos libarat, sed etiam glorioſos, clarios, & notos facit iustos, qui tribulationes

pro Dei gloria patiantur, vt patet in Lazaro c.112 n.8. *Miserunt sorores ad eum.* Vtilitatem secum afferunt infirmitates, & tribulationes, quia compellunt homines, vt ad Dei auxilium per orationem recurrant, sicut fecerunt Lazari sorores c.112 n.12. *Ecce quē amas infirmatur.* Tribulatione, & infirmitate, sicut consumuntur mali, ita purificantur boni c.112 num.15. *Ecce quem amas.* Amabat Christus Lazarum particulari amore, licet amor Christi ad alios homines se extenderet, & vt ostenderet latitudinem, longitudinem, sublimitatem, & profunditatem sui amoris in cruce mortuus est cap.19 nu. 13 & 16. *Lazarus amicus noster dormit.* Omnis amicitia hominum cum morte finitur, sola amicitia cum Deo durat post mortem, & in æternum permanet cap.6 n. 9. *Amicus noster.* Amicitia est rerum diuinarum, & humanarum cum charitate consensus cap.6 num. 1 & 2. *Quatuor dies iam in monumento habentem.* Signat hij quatuor dies consuetudinem peccandi inueteratus enim in peccatis difficillimè corrigitur ca. 88 num.1. Consuetudo peccandi est altera natura cap.88.n.13 & 5. *Tollite lapidem*, consuetudine peccandi fit cor durum, vt petra c.88.n.6 & 8

SABBATO POST 4. DOM. QVADR.
Ioan. octauo.

EGo sum lux mundi. In meridiana luce, quæ Christus est secúdum quod Deus desiderabat sponsa sponsum videre, sed propter plenitudine luminis humanitatis vmbram suscipit c.21 n.10. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Quomodo enim qui lucē sequitur in tenebris ambulare poterit. Sicut qui semper sequeretur solem: Christus autem sol iustitiæ est, quem sequi est illuminari, & illū immitari cap.105 num 4. *Qui sequitur me*, vt Christum sequamur, necesse est, vt ab illo trahamur, vt dixit sponsa. *Trahe me post te &c.* cap.106 nu.1.2 & 3, vide totum caput. *Habebit lumen vitæ.* Qui habet animam, habet vitam; quia anima corporis vita anima est. Qui autem animam non habet mortuus est, nec lumen aspicere potest. Animæ vita gratia Christi est, & qui illaro habet, lumen vitæ habet cap. 46 num.1. Gratia ista, & lumen vitæ non habetur, nisi ex dono Dei cap.46 n.2 & 12, vide totum caput de gratia. *Ego sum lux mundi.* Lux erat Ioannes, & lucem mundi vocauit Apostolos, sed illi lux p participationē erāt Christus vero lux per essentiam, & lux illuminans cap.9 nu.5. *Testimonium meum verum est.* Quia, cum Christus esset ipsa veritas, mendacium dicere non poterat, vide totum c.115.

DOMINICA IN PASSIONE
Ioan. octauo.

QVis ex vobis arguet me de peccato. Christi anima igne charitatis succensa, & verbo vnita omnino peccare non potuit, ideo dicit. *Quis ex vobis arguet me de peccato* cap.21 n.9. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi*, vide omnia, quæ notata sunt in cap.115 de veritate. *Qui ex Deo est verba Dei audit*, vide omnia, quæ notata sunt in cap.114 de verbo Dei. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Cum Deus veritas sit, quomodo Iudæi mendaces veritatē audirent? nam Iudæi ante incarnationem veraces fuerunt, & ex Deo erant, sed post incarnationem mendaces facti sunt & veritatem noluerunt audire cap. 45 nu. 27. Iudæi non agnouerunt, quem omnia elementa cognouerant cap. 45 num.35 & *Non auditis, quia ex Deo non estis.* Iudæi ante incarnationem filij Dei erant, & Gentiles erant canes; sicut Dominus dixerat Chananeæ, sed postea Iudæi facti sunt canes, & Gentiles filij: quia Iudæi leo mortuus, & Gentiles canis viuus cap.45 nume. 23 & 24, vide totum caput. *Samaritanus es tu & dæmonium habes.* Quid nisi hanc blasphemiam dicere poterant illi, qui gelu erant descendens de cœlo Sanctorum Pa-

Rim cap.45 num.32. *Samaritanus es tu*. Ipſi Iudæi muſcę erant exterminantes ſuauitatem vnguenti cap.45 num.46. *Ego non quæro gloriam meam*. Gloria enim bonorum operum Deo eſt danda: ſic Chriſtus patris gloriam quærebat cap.43 num.6 & 7. *Si quis ſermonem meum ſeruauerit*, vide cap.114 de verbo Dei. *Mortem non videbit*. De morte animæ loquitur, nam corporis vmbra mortis eſt cap.75 num.4. *Nõ cognouiſtis eum*, vide cap.31 de cognitione Dei.

FERIA 2. POST DOM. PASSIONIS
Ioan. ſeptimo.

Miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent. De Iudæis, & Phariſæis, quales erant, vide omnia, quæ notata ſunt cap. 45. *Vt apprehenderent Ieſum*. Non tamen prævaluerunt contra Chriſtum, ſed Chriſtus prævaluit contra eos cap.27 num. 45 & 46. *Vado ad eum qui miſit me*, vide quæ notata ſunt feria ſecũda poſt ſecundam Dominicam quadrageſimæ, ſuper illa verba: *Ego vado. Quæretis me, & non inuenietis*. Chriſtus enim abſconditus erat Iudæis, ideo eum inuenire non poterunt, quia lumen veritatis dum perſequuntur, amiſerunt cap.45 num.26. *Quæretis me, et non inuenietis*. Iudaicus populus in perſecutione Chriſti ſeuiens olla ſuccenſa fuit, arſit ignis perſecutionis in Iudæa, ſed ſplendor prædicationis non illuſtrauit illá, ſed gentes in circuitu cap.45 num.24, 35, & 37. *Quo ego vado vos non poteſtis venire*. Per mortem, & paſſionem ad Gentes ſe transferebat, & ad patrem ibat vbi ipſi venire non poterant cap. 45 num.25 & 26. *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat*. Sitim iſtam explicauit, vbi dixit: *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam*. Hæc autem ſitis deſiderium animæ eſt cap.15 num. 10, 11 & 12. *Qui credit in me*, vide omnia, quæ notata ſunt in cap.40 de fide. *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Flumina, quæ fluent de ventre credentis in Chriſto, ſunt dona Spiritus Sancti, quia flumen eſt charitas, flumen fides, flumen eſt ſpes, & omnia alia dona, & flumina vocantur, quia ad proximos fluunt cap. 48 numero quinto.

FERIA 3 POST DOM. PASSIONIS
Ioan. ſeptimo.

Non volebat in Iudea ambulare. Quia erat Chriſtus ſicut columna nubis, vel ignis per noctem lucens, per diem non lucens, quia Chriſtus, qui per illam columnam ſignificatur, relictis Iudæis illuminaturus erat gentes: hoc ſignauit Iudæam reliquens cap 45 numer. 43. *Quia quærebant eum Iudæi interficere*. Iudæi Chriſtum crucifigentes, non homicidæ, ſed deicidæ vocandi ſunt, quorum figura Caim fuit cap. 45 num 48. *Quia quærebant eum Iudæi interficere*. Quia Chriſtum occiderunt, qui de ſe dixit: *Ego ſum oſtium*. Cæſar ianuas templi argento incruſtatas incendi fecit ca. 45 num. 50. *Videant opera tua, ſi hæc facis, manifeſta te ipſum mundo*. Nondum formati, & perfecti erant, ideo gloriam vanam mundi deſiderabant; tunc autem vana gloria vincitur ex toto quando iuſtus, nec de bonis operibus, nec de fama, quæ ex illis oritur, gloriatur cap.43 num.2 & 3, vide totum cap. de vana gloria. *Manifeſta te ipſum mundo*. Nondum perfecti erant, qui enim perfecti eſſe volunt per gradus virtutum aſcendere debent cap.93 num. 3 & 4, vide totum caput de perfectis, & imperfectis. *Neque enim fratres eius credebant in eum*, vide omnia, quæ notata ſunt in cap.40 de fide. *Opera eius mala ſunt*. Peccata ſunt opera mala, vide omnia, quæ notata ſunt in ca. 86 & 87, de peccato in communi, & de peccato mortali. *Quid de dicebant, quia bonus eſt, alij non, ſed ſeducit turbas*. Boni, & mali ſunt in Eccleſia militante permixti, qui ſibi inuicem aduerſantur, ſicut iſti, qui ſibi contrarij erant cap.12 num. prime

by Google

In Ecclesia militante Boni,& mali permixti sunt,& iusti cum peccatoribus ambulant, vt magis eluceſcat bonitas iustorum cap. 18 num.2 & 3,vide totum caput de bonis, & malis.

FERIA 4. POST DOM. PASSIONIS
Ioan.decimo.

QVo vsque animam nostram tollis,si tu es Christus dic nobis palàm. Quem omnia elementa cognouerant, Iudæi non cognouerunt cap.45 nu. 35.*Si tu es Christus dic nobis palàm.* De Iudæis ſcriptum eſt Iob 27. Immanibus,hoc eſt,Iudæis abſcondit lucē, ideſt,Chriſtum;quia lumen veritatis dum perſequuntur,amiſerunt cap. 48 num. 26. *Loquor vobis,& non creditis.* Synagoga, & Eccleſia gentiū fuerūt duę mulieres litigātes corā Salomone pro filio vnico. Synagoga,inquit:*Nec mihi,nec tibi,ſed diuidatur*, Eccleſia Gētiū recepit Chriſtum vinū rāſurgentem à mortuis,nec tamen omnes Iudæi abnegarunt Chriſtum,quia multi crediderunt,alijs in perfidia remanentibus ca. 45 n.11,12,& 13. *Non creditis,quia non eſtis ex ouibus meis.* Sicut vita corporis ex motu dignoſcitur,ſic vita fidei ex bonis operibus,de qua ſcriptum eſt: *Fides,quæ per dilectionem operatur:* Vitam ergo fidei opera atteſtantur,ideo dicit Chriſtus: *Opera quæ facio teſtimonium perhibent de me* cap. 40 num.9,vide totum caput de fide. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Signum prædeſtinatorum eſt libenter verbum Dei audire,vide,quæ notata ſunt cap. 114 de verbo Dei.*Et ſequuntur me.* Iuſti prædeſtinati terrena deſpiciunt,& cęleſtia quærunt cap. 17 nu.3 & 4. *Et ſequuntur me.* Prædeſtinati iuſti ſequuntur impetū ſpiritus :peccatores autē impetum carnis cap.20 n.2 & 3.*Sequuntur me* . Sequela Chriſti ducit ad viſionem Dei cap.106 n.7 & nu.4, vide totum caput de ſequentibus Chriſtum.

FERIA 5. POST DOM. PASSIONIS
Lucæſeptimo.

ECce mulier , quæ erat in Ciuitate peccatrix. Et dicitur:*Ecce mulier.* Et dicitur : *Ecce homo* . Sed homo innocens,& mulier peccatrix,tamen innocens ad mortem condemnatur propter mulieris, & mundi peccata,& peccatrix abſoluitur propter Chriſti meritum cap.27 num. 53. *Lacrymis cœpit rigare pedes.* Quotidie debemus flere peccata noſtra vſque ad finem vitæ,ſicut hęc mulier,& ſicut Petrus, qui flere cęperant, & nunquam finierunt cap.15 num.56 & 7 *Lacrymis cœpit rigare.* Lacrymæ neceſſariæ ſunt peccatori,quia animæ lætitiam pariunt, & eas ſerenitas mentis ſequitur cap. 15 num.7 & 9.*Lacrymæ aliæ fructuoſæ,aliæ ſeriles* . Fructuoſæ ſunt fons paradiſi , & ignem inferni extinguūt cap. 62 num.3,4, 6.& 7. Lacrymæ ex charitate foras mittūt lacrymas ex timore cap. 62 num.9 10 & 11.*Capillis &c.* Quia pœnitentiæ pars ſatisfactio eſt. Capillis,& vnguēto quibus male vſus fuerat ſatisfaciebat cap.92 num.39. *Si eſſet Propheta ſciret,quia peccatrix eſt* Erat dicere melius,& non eſt , quia lacrymis peccata operuerat,& abſconderat, & pulchram fecerat animam cap.92 n.36.& 38 *Stans retro.* Homines iuſti ante faciem ſuā Deum habent,qui carnales , & inhoneſti ſunt retrò ſtant n.7 & 8.vide totum cap 92 de pœnitētia *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* . Gratior eſt Deo amore ardens vita poſt culpam,quam ſecuritatis torpens innocentia cap. 42 num. 9. *Fides tua te ſalvam fecit,vade in pace,* vide cap.85.de pace.

FERIA 6. POST DOM.PASSIONIS
Ioan vndecimo.

COllegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum. Contra ſe potius,quam contra Chriſtum,vt dixit Iſaias

Vo

Digitized by Google

Va animæ eorum, quia consulerunt consilia, & malum contra se de quo Gen 49. *In consilium eorum non intret anima mea* cap. 27 n. 40 *Consilium*: Vtrumque concilium, & Iudæorum contra Christum, & Christi contra eos Propheta complexus est cum dixit: *Sederunt Principes, & aduersum me loquebantur, seruus autem tuus &c.* Consilium contra consilium, quia Christi consilium erat quomodo inimicos iustificaret cap. 27 num. 41. *Collegerunt concilium*. Hoc Iudæorum concilium irridens, Isaiæ ait: *Congregamini populi, & vincimini: inite concilium, & dissipabitur* cap. 27 n. 42. *Hic homo multa signa facit*. De miraculis Christi, vide caput 73. *Venient Romani: & expedit, vt vnus homo moriatur pro populo* &c. Eisdem verbis, & mendacium dixit à spiritu diaboli lingua eius mota, & veritatẽ dixit à Spiritu S. inspirata. Mendacium ne veniãt Romani, qui tamen venerunt, & veritatem: quia *Christus moriturus erat, vt filios Dei congregaret* cap 27 n. 42 *Tollent locum nostrum, & gentem*. Iudæorum destructio propter mortem Christi magna fuit, primo, quia Angelorum custodia eos reliquit: Secundo, quia visa sunt in nubibus currus, & acies armatę. Tertio, quia sacerdotes audierunt in templo nocte vocem Angelorum dicentiũ: *Transeamus hinc* c. 45 n. 49, 50, & 51

SABBATO POST DOM PASSIONIS
Ioan duodecimo.

IN *Neraſſinum acceperũt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei*. vide in sequẽte Dominica: *Venit hora, vt clarificetur filius hominis*. Passionẽ suam clarificationẽ appellat, quia eam pro maximo honore, & gloria duxit, ideo dixit: *Clarifica me tu pater*. Et vox respondit, *& clarificaui*, cum ex vtero ante luciferum genui te: *Et iterum clarificabo*, in Passione in qua gloria tua, & charitas tua manifestabimur cap. 27 nu. 71. *Nisi granum frumenti mortuum fuerit*, vide in communi vnius martyris. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejicietur foras*. vide in festo sanctæ crucis: *Non propter me hæc vox venit, sed propter vos*. Audiuit vocẽ patris: audiuit etiam cum baptizaretur *Hic est filius*, sed vtraqua vox propter nos fuit, vt in illo disceremus quomodo filij Dei esse possumus: non enim sibi, sed nobis baptizatus est cap. 13 num. 9, vide num. 10.

DOMINICA IN RAMIS
Matth. vigesimo primo.

VEniſſet Bethfage *ad montem oliueti*. Bene ad montem oliueti, quia misericordia sua illum trahebat, vt pateretur: misericordia enim oleo comparatur c. 74 n. 1. Misericordia Dei est ars præstantissima propter quinque rationes c. 74 nu. 11, vide totum c. de misericordia. *Inuenietis asinam alligatã*. Homo per pecatum comparatus est iumentis, & ligatus est funibus peccatorum c. 86 n. 15, vide omnia, quæ notata sunt in isto capite. *Soluite, et adducite mihi*. Apostoli, & confessores homines ligatos funibus peccatorũ confitentes peccata sua, soluunt eos, & ad Christum adducunt c. 41 n. 4 & 5, vide totum cap. de pœnitentia. *Ecce Rex tuus venit tibi*: Quia reges omnibus subditis debent viuere c. 98 n. 10. Reges dupliciter Deo seruire debent Rex autem tributis iniustis subditos expolians latro est c. 98 n. 1 & 2. Reges felices sunt, si iustè imperent c. 98 n. 3 & 4, vide totum c. de Regibus. *Mãsuetus*. Splẽduit in Moyse mansuetudo; de quo dicit Scriptura: *Erat Moyses mitissimus super omnes homines* Et in Dauid similiter fuit mansuetus, sed in Christo mansuetudo super omnes exaltata est, & perfecta, ideo dixit: *Discite à me quia mitis sum* c. 26 nu. 23. *Sedens super asinam*. Qux animal mansuetum est, vide in cap. 15. de beatitudinibus super illa verba, *Beati mites*.

FERIA 6. PARASCEVE
in passione.

DE passione Domini necessarium non fuit, loca, & conceptus notare hic, cum omnia, quæ ad passionem pertinent, tam in communi, quam in particulari simul collecta sint in cap. 26, & 27.

DE TRANSFIXIONE
Virginis.

STabat iuxta crucem Iesu mater eius. Ibi flebat non sua peccata, quæ nulla habebat, sed flebat non solum filij passionem, sed & Iudæorum damnationem. *Mulier ecce filius tuus.* Quasi diceret, vnde mori possum, hoc à te habeo c. 69 n. 19.

IN RESVRRECTIONE DOMINI
Matth. sexto decimo.

REsurrectionis Christi Domini materia simul collecta est in c. 28, solum notabimus ea, quæ ad Euangelia Resurrectionis pertinent.

FERIA 2. RESVRRECTIONIS
Luca vigesimo quarto.

APropinquans ibat cum illis: oculi autem eorum tenebantur. Quem postea in fractione panis cognouerunt, vt sciamus, quod in sumptione Eucharistiæ ad cognoscendum Christum lumen accipimus c. 39 nu. 29. *Qui dixit: quæ?* Proprium est charitatis magna pro dilectis facere, & ea quasi nihil reputare, sic dixit Propheta: *Pro nihilo salvos facies illos.* Non quia nihilum, sed quia pro nihilo reputabat cap. 19 num. 23. *Qui fuit vir potens in opere, & sermone.* Vir fuit potens, quia, & in hoc mundo ab Ecclesia expulit antiquum hostem, & in inferno moriens alligauit, & resurgens nos [illegible] resuscitauit cap. 21 num. 15. *Incipiõs à Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur.* Christus Dominus impleuit omnia, quæ in lege, & Prophetis de illo scripta erant, ideo in Cruce dixit: *Consummatum est* cap. 65 n. 13, 14, & 15. *Crucifixerunt eum*, vide cap. 26, & 27 de passione Christi. *Nos autem sperabamus, quia redempturus &c.* vide omnia, quæ notata sunt in c. 107 de spe. *O stulti, et tardi corde ad credendum.* Instruere eos volebat in fide, quia Christus, & fides resurrectionis eius fundamentum est spiritualis ædificij cap. 40 n. 3. Fidei fundamentum conantur euertere à cordibus hominum maligni spiritus c. 40 num. 4 & 5. *Cognouerunt eum in fractione panis*, vide cap. 31 de cogitatione Dei.

FERIA TERTIA RESVRRECT.
Luca vigesimo quarto.

STetit in medio, & dixit eis pax vobis! Quia resurrectionis fides fundamẽtum est spiritualis ædificij, voluit se Dominus illis ostendere, vt mysteria gratiæ prius crederent, & postea intelligerent cap. 40 num. 15, vide omnia, quæ notata sunt in cap. 40 de fide. *Pax vobis.* Pacem eis dat, quia ipse Christus pax erat, quæ bonum est iucundum cap. 85 nu. 1 & 2. *Pax vobis.* Pacem Christus fecerat in Cruce inter Deum, & hominem, & eam reliquit in terra, & eam quæsiuit cap. 85 num. 3, 5, 6, et 7. Vide totũ caput de pace. *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra.* Ita quæ humana ratione cognoscimus ad cor ascendunt de terra, quæ autem cognoscimus per lumen fidei non ascendunt in cor, sed descendunt à Patre luminum cap. 40 nu. 16. *Ostendit eis manus, & latus.* De vulneribus Christi, vide, quæ notata sunt in cap. 27 de passione, super illud: lancea latus eius aperuit. *Quæ locutus sum cum essem vobis eum:* Cum ipsis esse denegat, quia immortalitate ab ipsis dif Rabat c. 28 num. 19

FERIA QVARTA RESVRREGT.
Ioan. vigesimo primo.

Manifestauit se ad mare Tyberiadis. Apparuit Christus non in mari cum ante resurrectionem in mari ambulauerit, sed in litore, vt significaret soliditatem vitæ immortalis, quam fuerat consequutus cap. 28 nu. 19. *Mittite in dexteram nauigij rete.* Ecclesia triumphans, & militans significatæ fuerunt in duabus pescationibus ante resurrectionem, & post cap. 18 nu. 6. *Non est scissum rete.* c. 18 n. 6. *Non est scissum rete.* Modo in Ecclesia militante rete prædicationis, & veritatis Euangelij ab hæreticis rumpitur, sed in alia vita hæreses non erunt quibus retia rumpantur cap. 18 n. 6. Hæretici gladium portant, quo occiduntur cap. 48 n. 3. vide totum caput de hæreticis & c. 31 de Cognitione Dei.

DOM. IN OCTAVA RESVRRECT.
Ioan. vigesimo.

Stetit in medio. Quia mediator Dei, & hominum erat, ideo multotiens hunc eligebat locum cap. 27 num. 76. *Dixit pax vobis* vide cap. 85 de pace. Mysteria fidei credenda sunt, vt intelligantur. Ait enim Isaias. *Nisi credideritis, non intelligetis.* Iste autem discipulus prius voluit videre, quam credere, ideo dicitur illi: *Beati qui non viderunt, & crediderunt* cap. 40 nu. 14. *Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum,* stigmata Christi, quæ post resurrectionem in corpore eius permanent sunt foramina petræ, in quibus se anima protegit. Dixit autem discipulo: vide, hoc est, cognosce, & considera, quæ pro te passus sum cap. 27 num. 104 & 105. *Affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Quare hic voluit, vt Thomas vulnera palparet, & discipulis dixit: *palpate,* & tamen Magdalenæ dixit: *Noli me tangere* cap. 28 num. 20 & 21 & num. 99 cap. 27. *Dominus meus, & Deus meus.* Vnde hæc vox fidei nisi ex fortaminibus petræ. *In his passer inuenit sibi domum, et turtur nidum vbi reponat pullos suos.* In his columba, hoc est, anima tutatur cap. 27 num. 99. *Beati qui non viderunt.* Manibus quæsiuit Apostolus Deum: & nos manibus quærere debemus cap. 28 nu. 21

DOMINICA 2. POST PASCHA,
Ioan. decimo.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. Charitas facies est, per quam christiani cognoscuntur à Christo pastore, & per quam discernuntur. Ait enim: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei.* Hoc est oues meæ estis: *Si dilectionem habueritis,* vnde: *Nouit Dominus, qui sunt eius,* cap. 19 num. 27. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus.* Non solum animam, & vitam pro ouibus dedit, sed etiam corpus suum eis dedit, vt pascerentur ex eo. Res mira ipse pastor, ipse pascua est, ipse ouium redemptio cap. 39 num. 4 & 5. *Bonus pastor.* Pastores, & Prælati boni, similes sunt Iacob, qui pastor fuit cap. 37 num. 4. *Mercenarius autem, & qui non est pastor.* Mali pastoris conditiones ponit Ambrosius dicēs: Vt est promotus, in superbiam extollitur, inflantia, effrenatur, nō curat prodesse, sed gloriatur præesse cap. 5 num. 5, vide totum cap. *Fugit, quia necessarius est,* vide de bonis, & malis pastoribus omnia, quæ notata sunt in cap. 37 de Episcopis & in cap. 96 de Prælatis. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili.* Pastor Christus venit primum ad oues domus Israel, & quia eum non receperunt, ad oues gentium transijt cap. 45 n.

Digitized by Google

DOMINICA 3. POST PASCHA, *Ioan. sexto decimo.*

Modicum, & iam non videbitis me. De passione, & morte sua hoc modicum dicit, vide quæ notata sunt cap. 26, & 27 de passione. *Et iterum modicum, & videbitis me.* Modicum hoc secundum ad resurrectionem suam refert, in qua eum per dies quadraginta viderunt, vide omnia, quæ notata sunt in cap. 28 de Christi resurrectione. *Quia vado ad patrem.* Hæc verba ad ascensionem suam refert, quando quadragesimo die ad patrem ascendit, & fructus terræ induxit in cœlum cap. 10 num. 3. *Quia vado ad patrem.* Ipse caput ascendit, vt cum illo ascenderet totum corpus, cuius aliqua membra secum ducebat cap. 10 nu. 7. *Quia vado ad patrem.* Ad Patrem ascendit, vt dona acciperet in hominibus n. 6, vide totum caput de ascensione. *Plorabitis, & flebitis vos.* Lacrymæ iustorum sunt fons Paradisi cap. 62 n. 4. Plorabitis: Lacrymæ pro rebus cœlestibus dicuntur aquæ niuis cap. 61 n. 6, vide totum caput de lacrymis. *Mundus autem gaudebit.* Gaudium mundi est vanum, & confictum cap. 44 nu 4, vide totum cap. *Plorabitis.* Quales fuerunt lacrymæ Apostolorum, & mulierum ante passionem, & post passionem c. 27 n. 8

DOMINICA 4. POST PASCHA: *Ioan. decimo sexto.*

Vado ad eum qui misit me, vide in Dominica præcedenti super illud, *quia vado ad patrem. Expedit vobis, vt ego vadã si non abiero paracletus &c.* Ascensio Christi Apostolis necessaria erat, vt Spiritus Sanctus ad eos descenderet, & quare cap. 10 n. 16 & 17. *Arguet mundum de peccato*, intelligendum est de peccato infidelitatis, quia subdit: *De peccato, quia non crediderunt in me* c. 40 nu. 24, vide cap. 92 de Spiritu Sancto. *Omnem veritatem*, vide c. 115

DOMINICA 5. POST PASCHA: *Ioan sexto decimo.*

Si quid petieritis patrem in nomine meo? In nomine Christi petit, qui ea petit, quæ pertinent ad salutem æternam, quæ Christi nomen importat, qui vero temporales dignitates &c. petit, non petit in nomine Christi cap. 81 num. 15. *In nomine meo.* Qui in nomine Christi petunt non confunduntur, sed quæ desiderant obtinent cap 81 num. 16. *Si quid.* Quod petendum est à Deo docuit Iacob, cum dixit: *Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem* &c. cap. 81 nu. 17. *Petite, & accipies.* Oratio, vt sit efficax non solum verbis, sed etiam bonis operibus facienda est c. 81 n. 18 Qui orat, & vitã orãtis, nõ habet, nõ exauditur c. 81 n. 19 & 21, vide oĩa, quæ notata sunt in c. 81 de orõne. *Vt gaudium vestrum sit plenum.* Petere vt gaudium sit plenum, est beatitudinem, & quæ ad ipsam pertinent petere, quia gaudiũ plenum est, cui nihil sit addendum, & hoc est in cœlo, gaudium autem mundi speciẽ habet gaudij, sed gaudium non est cap. 44 n. 3 & 4. *Ipse pater amat vos, quia vos me amatis.* Charitas, & amor Dei, & proximi pulchritudo animæ est cap. 19 num. 3. *Quia vos me amastis.* Charitas omnia vincit, quia fortis est cap. 19 num. 6 & 7. *Et credidistis, quia à Deo exiui.* Fides cognitionem affert mysteriorum Dei cap. 40 nu. 14, vide totũ caput de fide, & cap. 81 de oratione. *Exiui à patre &c.* Ascensio Christi in cœlum adimpletio, & finis est totius cursus peregr. Christi cap. 10 n. 1, vide in festo Ascensionis.

IN ROGATIONIBVS *Luca vndecimo.*

Quis vestrum habebit amicum. Amicitia est amor mutus cum benevolentia ca. 6 n. 1. Amicus est animi custos, & dicitur ab amore cap. 6 n. 2, vide totum cap. de amicitia. *Ibit ad illum nocte.* Media nox licet im-

por-

portunum tempus ſit ad petendum ab ami co,tamen opportunum tempus eſt ad petẽdum à Deo;quia nox,& mane tempus aptiſſimum orationibus eſt cap.81 num.26, & 27 Orationis perſeuerantia, de qua in noſtro Euangelio agitur,neceſſaria eſt, vt id quod petitur,obtineatur cap.81 num,45.*Si perſeueranerit pulſans*. Perſeuerantia ſi obtinet ab homine dormiente,quãto magis à Deo, qui non dormit,ſed nos excitat,vt petamus cap 81 nu 46.*si perſeueranerit pulſans*. De orationis perſeuerantis effectu dicitur.*Oratio aũ fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia*.Pro. Petro vinctο, & ab Angelo liberatus fuit cap.81 num.47.Oratio munditiam animæ requirit,quia ſacrificium eſt cap. 81 num. 41 & 43.Oratio ex interiori ſpiritu,& feruore eius debet procedere cap.81 num. 29 30.31,& 32,vide totum caput, & quæ notata ſunt in Dominica præcedenti.*Petite,et accipietis,quærite, & inuenietis,pulſate &c.* Libenter audit Deus orationes eorum, qui ex corde diligunt inimicos, & eorum facta non iudicant cap 53 num 8.*Quærite,& inuenietis*.Quomodo Deus quærendus ſit,vide in cap.97 de quærendo Deo.

IN ASCENSIONE DOMINI
Marci decimo ſexto.

DE glorioſa Domini Aſcenſione in coelum omnia ſimul inuenies in capite 1 o,ideo hic ſolum notantur aliqua,quæ ad Euangelium pertinent. *Increpauit incredulitatem eorum,& duritiam cordis.* Verba Chriſti increpantis pungebant exterius, ſed interius magnam afferebant conſolationem,& dulcedinem, ideo ſponſa dixit: *Mel & lac ſub lingua mea* cap.4 numer. 3. Non crediderunt, vide quæ notata ſunt cap. 40 de fide. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*. Chriſtus aſcendens dicit patri: *Exurge in occurſum meum, & vide*. Hoc eſt,vide vulnera, vide captiuos,quos liberaui: & ſubdit:Intende ad viſitandas omnes gentes,prædicatores Apoſtolos eis mittendo cap.10 num 4. *Prædicate*. De prædicatoribus,vide quæ notata ſunt cap 95. *Euangelium*, vide quæ notata ſunt cap. 114 de verbo Dei. *Qui crediderit,et baptizatus fuerit ſaluus erit*, vide omnia, q'iæ notata ſunt in cap.40 de fide, & in cap. 11 de baptiſmo. *Signa autem eos,qui crediderint, hæc ſequentur*, vide quæ notata ſunt in cap. 73 de miraculis. *Profecti prædicauerunt Domino cooperante, & ſermonem confirmante*. Apoſtoli prædicantes fulgura fuerunt, quia ea velocitate mundum cucurrerunt, de quibus ait Pſalmiſta 1 . *Apparuerunt fulgura eius orbi terræ,vidit,& commota eſt terra* cap. 9 num.36,& 37,vide totum caput de Apoſtolis. *Aſſumptus eſt in cælum ſedet à dextris Dei*, vide quæ notata ſunt in cap.10

DOM.INFRA OCT. ASCENSIONIS
Ioan.quinto decimo.

CVm venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis à patre,vide omnia, quæ notata ſunt in cap. 108 de Spiritu Sancto. *Quem ego mittam uobis à patre*.Spiritus Sanctus,& à Chriſto mittitur,quia eſt ſonus verbi: & à patre mittitur, quia ab vtroque procedit cap.108 num 8,& 9. *Cum venerit paraclitus* Quare dicit,cum venerit de coelo cum idem in terra eum dederit Apoſtolis inſufflando? Ad quod reſpondetur,quod cum duo ſint præcepta charitatis,ſcilicet Dei, & proximi,propter amorem proximi datur in terra, & propter amorem Dei mittitur de cęlo cap.108 num.5,& 6.*Ille teſtimonium perhibebit de me, et vos teſtimonium perhibebitis*. Apoſtoli,& martyres teſtes fuerunt Chriſti,vide verbo Apoſtoli.

IN

IN FESTO PENTECOSTES.
Ioan. decimo quarto.

SI quis diligit me sermonem meum seruabit. Verba Dei, & audienda, & seruanda sunt à fidelibus, vide quæ notata sunt Dominica in sexagesima, & in cap. 114 de verbo Dei. *Ad eum veniemus, & mansionē.* Cum ea, quæ ad festiuitatem Spiritus Sancti pertinent in cap. 108. simul collecta sint ad illud caput, lectorem remittimus. Pacē relinquo vobis, vide feria tertia resurrectionis super illa verba: *Pax vobis*, & capite 85 de pace.

FERIA SECVNDA PENTECOST.
Ioan. decimo.

QVi non intrat per ostium in ouile ouiū, fur est, & latro. Ouile ouium Ecclesia est, quæ dicitur etiam arca Noe continens columbam, idest, iustos, & coruū hoc est peccatores cap. 35 n. 9. 10. & 11, vide totum caput. *Fur est, & latro.* Hæretici intrāt in ouile, vt furentur, & macent oues, & ascendunt aliunde, vide cap. 48 de hæreticis, & cap. 37 de Episcopis & cap. 96 de bonis & malis prælatis. *Ego sum ostium ouium.* Per hoc ostium intrat Christus in suis membris: cum enim electi, & omnes ad vitam peruenium, quia membra eius sunt, ipse in suis membris ad se intrauit c. 22 n. 34, vide de Spiritu Sancto, quæ notata sunt cap. 108.

FERIA TERTIA PENTECOST.
Ioan. tertio.

SIc Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Cum Spiritus Sanctus sit amor Patris, & Filij, non solum dilectio Patris Filium mundo dedit, sed etiam Spiritum Sanctum, & vt magnam istam Dei dilectionem erga homines demonstraret, ideo voluit, vt filius hominis naturam assumeret, vide quinque incarnationis rationes cap. 22 num. 4. *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat.* Quia fides non transitorie, sed æterna promittit cap. 40 num. 21. *Non pereat.* Fides scutum est, quo protegitur Christianus cap. 40 num. 23. *Sed habeat vitam æternam.* Per fidem enim charitate formatam habitat Christus in cordibus hominum, ideo perire non poterunt ca. 40 nu. 11, & 12. *Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur &c.* vide in cap. 12 de incarnatione. *Qui credit in eum non iudicatur*, vide quæ notata sunt in cap. 40 de fide. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem*, vide in Sabbato post quartam Dominicam super illa verba: *Ego sū lux mundi.*

IN FESTO S. TRINITATIS
Matt. vigesimo octauo.

BAptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Sanctissimum Trinitatis mysterium humilitate est honorandum, & inconcussa fide tenendum, & non curiosè scrutandum cap. 13 num. 1. *Duo Seraphin.* Sex alas habentes, duabus velabant faciem Domini, & duabus pedes, quia latet, quid ante mūdum, & quid post consumationem mundi fecerit, vel faciat Deus cap. 113 num. 2. Elias in monte volebat Deum videre, & cum transiret in sibilo aurę tenuis. *Vultum suum pallio operuit*: significans Dei maiestatem non esse curiosius scrutandam cap. 113 nu. 3. Magi Pharaonis, non in primo, & secundo signo, sed in tertio defecerunt, dixeruntque: *Digitus Dei est hic.* Vt ostenderetur mysterium Trinitatis, sapientia humana inuestigari nō posse c. 113 nu. 4. Mysterium Trinitatis in principio mundi significatum fuit cap. 113 nu. 6. Iacob tres virgas posuit in canalibus, in symbolum mysterij Trinitatis cap. 113 num. 8

IN

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.
Ioan. sexto.

CAro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Omnia collecta sunt in cap. 39 de Eucharistia. Panis vitæ punici appellabunt baptismum, salutem, & Eucharistiam, vitam cap. 13 num. 17. *Eius sanguinē.* Cur in lege veteri perhibebatur potus anguis, in noua p̄cipitur cap. 39 num. 1, & 3, vide Dominica secunda post Pentecosten, vbi multa explicantur, quæ hoc Euangelium concernunt.

DOM. 1. POST PENTECOST.
Luca sexto.

Estote misericordes. Vt misericordes beati sint, & Dei misericordiam consequantur, non solum misericordiam debent facere, sed omnes alias virtutes habere cap. 15 num. 16. Misericordes in proximos, & si parem retributionem videntur accipere, scilicet Dei misericordiam, tamen par non est miseratio humana, atque diuina cap. 15 num. 17. *Estote misericordes.* Hoc est, miseris pauperibus eleemosynas date: quia superflua transmittunt in coelum cap. 36, num. 1. *Sicut pater vester misericors est.* Eleemosynarum largitio seminatio est, ex qua fructus colligitur misericordiæ Dei, & custos est diuitiarum cap. 36 num. 1, & 2, vide totum caput. *Pater vester misericors est.* Misericordia Dei oleo comparatur, peccatorem expectat ad pœnitentiam, & patiens est cap. 74 num. 1, 5, & 7, vide totum caput. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Quia nullus iudex habet auctoritatem iudicandi, non sibi subditum cap. 59 num. 1. *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Non est intelligendum si temerè iudicamus, quod temerè iudicabimur, sed quod temeritas, qua punis alium, eadem ipsa te puniat cap. 59 num. secundo. *Iudicabimini.* Qui temerè iudicant, timeant Dei reum iudicium cap. 59 num. sexto. *Dimittite, & dimittemini.* Iniurias enim hominum plus vindicat Deus, quam suas cap. 53 num. 11, vide feria sexta post primam Dominicam quadragesimæ. *Dimittite, & dimittemini.* Seruus, qui debebat decem millia talenta, remissionem debiti tam magni obtinuit à Domino suo, sed quia ipse non dimisit conseruo suo, missus fuit in carcerē, donec redderet vniuersum debitū c. 53 n. 12, & 15. *Dimittite, et dimittemini.* Inimicus plus sibi nocet, quam iniuriato, ideo dimittendum est illi cap. 53 numer. 16, vide totum caput de inimicorum dilectione. *Date, & dabitur vobis.* Eleemosyna fœnus est datum paueri, & Christus est fideiussor, cuius fœnoris lucrum vita æterna est cap. 36 num. 5, 6, & 7. *Et dabitur vobis.* Quia eleemosyna sementis virtutem habet cap. 36 num. 8, 9. *Mensuram bonam, & superefluentem.* De beatitudine, quæ datur misericordibus loquitur, quæ superefluens dicitur, quia tam magna est, quod mensuram excedit intellectus nostri cap. 14 num. 40, vide totum caput de Beatitudine. *Si cæcus cæco ducatum præstet ambo in foueam cadunt.* Erant Iudæi pontifices prælati subditis ducatum præstantes, sed ipsi ducentes alios, cæci erant, & tam ipsi, quam subditi in foueam ceciderunt. Prælati enim sic saluti subditorum intendere debent, vt suæ non obliuiscantur cap. 37 de Episcopis num. 20, vide totum caput, & caput 96 de prælatis: *Hypocrita ejice primum*, vide caput 49 de Hypocritis, vbi multa inuenies, quæ poterunt huic Euangelio adaptari.

DOMIN. 2, POST PENTECOSTES.
Luca decimo quarto.

HOmo quidam fecit cœnam magnam. Cœna ista de Eucharistia explicari potest, quæ in cœna instituta fuit in lege veteri populus non erat particeps eorum, quæ participabat sacerdos, quia illa sacrificia vnitatem

Google

ratem non causabant, sed in noua lege in cœna vnus panis, vnum corpus, omnibus, tam sacerdoti, quam populo communis est cap 39 num. 3. *Cœnam magnam.* Sic vocatur, quia cibus magnus est, vt potè panis Angelorum, & magni debent esse, qui comedunt, scilicet iusti cap. 39 num. 23, *Cœnam magnam.* Adinuentio diuina fuit institutio huius sacramenti cap. 39 num. 22, vide totum caput. Si per cœnam intelligamus beatitudinem, quia in die post prandium restat cœna post cœnam nihil beatitudo, & cœna, & inebriatio est, & dies festus integer sine vespere cap 14 num 3 4, 5, 6, & 7, vide totum caput. *Vocauit multos* Ad cœnam, tam Eucharistiæ, quam beatitudinis multi vocati sunt, vide in cap 39. *Misit seruum suum hora cœnæ.* Prædicatores, & Apostolos misit, vt vocarent inuitatos, vide in cap 9 de Apostolis, & cap 95 de prædicatoribus. *Villam emi: iuga bouum emi quinque: vxorem duxi.* Bona temporalia impediunt spiritualia, ideo exponenda sunt pro spiritualibus c 17 n. 18, vide totum cap.

DOMINIC. TERTIA POST PENT.

Luc. decimo quinto.

ERant *appropinquantes ad Iesum publicani, et peccatores, vt audirent illum.* Qui verba Dei audiunt, & ea custodiunt non iã peccatores dicendi sunt, sed iusti, quia Deo appropinquant, & ab eo iustificantur, vide cap. 114 de verbo Dei. *Vt audirent.* Verbo Dei, tanquam fortissimis armis Ecclesia dimicat aduersus filios iniquitatis, vt eos cõuertat cap. 114 num. 4 *Vt audirent illum.* Verbum Dei aqua dicitur, quia valet ad lauandum animam c. 114 num. 5. *Vt audirent verbum Dei.* Speculum est, in quo maculas nostras debemus aspicere, vt eas detergamus cap. 114 num. 10. Peccatores appropinquant Christo per pœnitentiam, vide c. 85 & 86 de peccato, & cap. 92 de pœnitentia. *Murmurabant scribæ, et Pharisæi,* vide cap. 66 de lingua. *Quia hic peccatores recipit,* vide cap. 8 de mansuetudine, & c. 74 de misericordia. *Reliquit nonaginta nouem in deserto* Hoc est Angelos in coelo, quos vocat desertum, quia illud deseruit homo peccando: & venit quærere hominẽ, qui pecarat, cap 14 num 37, *Gaudium erit in cœlo.* Quis gratior est Deo amore ardens pœnitentia post culpam, quam securitate torpens innocentia cap. 42 num. 9

DOMININ QVARTA POST PENT.

Lucæ quinto.

CVm *turbæ irruerent in Iesum, vt audirẽt verbum Dei.* Irruebant auditate magna audiendi verbum Dei, sicut famelici, qui magna cum auditate panem comedunt, sed sicut panis comeditur, vt digeratur, & in substantiam alitì conuertatur, sic verbum Dei audiri debet cum sit animæ panis cap. 114 n. 12 & 13 *Irruerent, vt audirent.* Sicut semen terræ iactatum desiderat, & sitit pluuiam, vt fructum faciat, sic audientes verbum Dei cap. 114 num. 15 & 17, vide totum cap. & quæ notata sunt Dominica præcedenti. *Ascendit in vnam nauim, quę erat Simonis.* Hæc nauis Ecclesia est, quæ semper prædicatione verbi Dei crescit, & augetur cap 35 num. 16, vide totum cap. & c. 114 de verbo Dei, & ca. 95 de prædicatoribus. *Sedens docebat de nauicula turbas* Christus arbor erat dulces fructus dans, quia mel, & lac sub lingua eius cap. 21 num. 16 *Laxate retia vestra in capturã* Ecclesiæ duplex status repræsentatur in duabus piscationibus, vna ante resurrectionem, & altera post resurrectionem cap. 35 num. 11. vide de ista piscatione, quæ notata sunt Feria quarta resurrectionis. *Rumpebatur autem rete eorum.* Multi sunt in hoc seculo, qui retia rumpunt, hoc est, vnitatem Ecclesiæ: in altera piscatione rete non rumpitur, quia in coelo vnitas iustorum non dissoluitur c. 35 nu. 12

DOM. 5. POST PENTECOST.
Matt. quinto.

Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariſæorum. Eorum iuſtitia cum eſſent hypocritæ, erat oculis hominum exteriora opera obijcere, nihil de interiori virtute curantes. Sunt enim tales ſicut repreſentantes in comedijs cap. 49 nu. 19. Phariſæorum virtus vana erat: et vanam mercedem accipiebat cap. 49 num. 21, & num. 15, 16. Abundat in noua lege iuſtitia chriſtianorum, quia iuſti interiorem virtutem curant, & charitatem per quam habitat Deus in illis cap. 61 num. 3, 4, 5, & 6, vide totum caput 49 de iuſtis, & ea, quæ notata ſunt feria quarta cinerum ſuper illa verba: *Exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Vade prius reconciliari fratri tuo.* Vt charitas, & amor proximi ſeruetur iniuriarum remiſſio neceſſaria eſt, & iniuriã paſſus vendicatã Deo relinquat, qui hominũ iniurias plus vindicat, quam ſuas ca. 53 n. 11, 12, & 13. *Reconciliari fratri tuo.* Tolerare iniurias, & eas remittere ſe cũ fratre reconciliando maxima fortitudo eſt cap. 55 num. 11. *Reconciliari fratri tuo.* Qui iniuriam remittit, & iniuriantis ſe amicum facit, illum vincit cap. 55 num. 13, vide totũ cap. 55 de ira, et cap. 53 de inimicorum dilectione, vide etiam cap. 45 de Iudæis vbi multa inuenies de eoru iuſtitia, & hypocriſi. *Omnis, qui iraſcitur*, vide quæ notata ſunt ca. 55 de ira.

DOM. 6. POST PENTECOSTEN.
Marci octauo.

Miſereor ſuper turbam. Miſericordia Dei vnguentum eſt confectum ex hominum miſerijs, ſicut ex neceſſitate, et fame iſtorum confectum eſt vnguentum miſericordiæ Chriſti cap. 74 num. 22. Miſericordia Dei, quam velox fuit ad ſubueniendum iſtis cap. 74 num. 15. *Miſereor ſuper turbam.* Miſeretur Deus per ſe ipſum, & cum punit per Angelos id facit cap 74 num. 3 De miraculo ſeptem panum, vide Dominica quarta quadrageſimæ de ſimili miraculo et cap. 73 de miraculis.

DOM. 7. POST PENTECOSTEN.
Matt. ſeptimo.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. Prophetas falſos vocat Dominus hæreticos, hypocritas, qui lupi ſunt, & in veſtimẽtis ouium veniunt, vt oues decipiant, & occidant, quũ ſimiles ſunt perdici cap. 48 num. primo, vide totum caput, vbi latè de hæreticis agitur cap. 48 num. 3. *In veſtimentis ouium.* Hypocritæ, & falſi Prophetæ tigribus conferũtur, & ſtrutionibus cap. 49 num. 1, & 2. *A fructibus cognoſcetis eos.* Quia imaginem ſanctitatis inſinuant, et vitam ſanctitatis ignorant cap. 49 num. 2. *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Quia Hypocrita, et paries, et ſepulchrum eſt dealbatum cap. 49 num. 3, & 4. *A fructibus.* Quia hypocritæ viriditatem iuſtorum proferunt, ſicut arbores, ſed flores, et fructus bonorum operum non habent cap. 49 n. 5. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.* Quia vt dicit Proph. culmus ſtans, non faciet farinam num. 6, vide totum cap.

DOMIN. 8. POST PENTECOST.
Lucæ decimo quinto.

Homo quidam erat dives, vide feria quinta poſt ſecundam Dominicam quadrageſimæ, ſuper hæc eadem verba: *Quaſi diſſipaſſet bona illius*, Vide quæ notata ſunt Sabbato poſt ſecundam Dominicam quadrageſimæ, ſuper illa verba: *Diſſipauit bona ſua &c. Redde rationem villicationis tuæ.* Eſt ratio rigoroſe exigenda à ſacerdotibus, prędicatoribus, et Prælatis Eccleſiæ quomodo officia, et dignitates ſuas adminiſtrauerint, quia ſacerdotum peccata, et

Digitized by Google

Prælatorum grauiora ſunt cap. 100 nu. 13. Sacerdotes mali quantum noceant cap. 100 n. 6 & 10. *Redde rationem villicationis tuæ.* Prælati mali rationem non poſſunt dare vilicationis ſuæ cap. 96 num. 1, vide totum caput de Prælatis & cap. 95 de prædicatoribus. Prædicatores mali diſpenſatores Verbi Dei ſerunt, & ipſi non comedunt, & ſimiles ſunt aſinæ Balam cap. 95 n. 31, 32, & 33. *Facite vobis amicos de Mamona.* Qui in proximos ſuos miſericordes ſunt, miſericordiam Dei conſequentur, & quomodo miſericordes debent eſſe cap. 15 num. 16, & 17. De eleemoſyna hic tractari poteſt, de qua vide cap 36. *Recipiant vos in æterna tabernacula.* Diuites diſtribuendo bona ſua, pauperibus ſeminant, vt fructum multum colligant in patria, & in æterna tabernacula recipiuntur cap. 36 num. 1, vide totum cap. de eleemoſyna.

DOMINICA 9 POST PENTEC.

Luca decimo nono.

VIdens Ciuitatem flenit. Super ciuitatẽ fleuit, eo quod eius illius eum nec receperint, neque cognouerint, cum ipſe murus eſſet, qui eos protegeret melius, quam muri ciuitatis, qui euertendi erant ca. 21 n. 14. *Flenit ſuper illam,* vide quæ notata ſunt in cap. 62 de lacrymis. *Qui non deſtruatur.* Ciuitatis Ieruſalem, & ciuium eius deſtructio propter mortem Chriſti, qualis fuerit cap. 45 nu. 49. *Eo quod non cognouerit tempus viſitationis tuæ.* Triginta Iudæi venditi fuerunt vno denario, quia triginta denarijs emerunt Chriſtum c. 45 num. 52. *Eo quod non cognouerit.* Non cognouerũt, quia cæci facti fuerunt cap. 45 nu. 17. *Eo quod non cognouerit.* Iudæi Chriſtum venturum prædicauerunt, & præſentem nõ cognouerunt c. 45 n. 43. *Non relinquent lapidem ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Iudæorum populus vinea deſtructa fuit, quia Chriſtum nõ cognouerunt, & crucifixerunt c. 45 n. 35, & 36. Deſtructi fuerunt Iudæi, & eorum ciuitas, quia fuerunt à Chriſto Domino dereſicti c. 45 nu. 15. *Et ingreſſus in templum cœpit ejicere ementes, & vendentes,* vide quæ notata ſunt in Euangelijs quadrageſimæ, de hac materia. *Domus mea domus orationis vocabitur,* vide omnia, quæ notata ſunt in capite 81 de oratione.

DOMIN. 10 POST PENTECOST.

Luca decimo octauo.

QVi in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros. Superbi ad cœlum aſcendunt, ſicut turris Babiloniæ c. 49 nu. 2. Superbia mox, vt aſcendit, humiliat c. 49 n. 7, & 8. Superbia elongantur homines à Deo c. 49 n. 4, vide totum cap. 109, de Superbia. *Vt orarent.* Oratio eſt aſcenſus mentis in Deum ca. 81 n. 1. *Vt orarent.* Hoc eſt, vt obtinerent, vel conſeruarent vitam ſpiritualem: hic eſt enim orationis effectus cap. 81 num. 2. *Vt orarent.* Orationes enim ſunt nerui, & manus, & pedes animæ cap. 81 num. 4, & 5, vide totum caput 81. de oratione. *Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut, ceteri hominum raptores, iniuſti, adulteri.* Bonum erat gratias agere Deo, ſed non ſuperbè dandæ erant, ſed humiliter, quia per ſuperbiam elongantur homines à Deo, & filij Dei canes fiunt cap. 49 num. 4, & 6, vide cap. 109 de ſuperbia. *Publicanus nolebat oculos ad cœlum leuare.* Præ humilitate quæ via eſt, qua ad Deum tendimus c. 50 n. 14 & 15. *Deus propitius eſto &c.* Oratio Phariſæi quare non exaudita, & Publicani audita fuerit cap. 81 num. 20, & 21, vide totum caput, de oratione vtriuſque cap. 43 num. 46 vide ibid. & caput 50.

DOM. 11. POST PENTECOST.
Marci septimo.

DE surdo, & muto, vide omnia, quæ notata sunt in cap. 73 de miraculis. Per surdum istum, & mutum designatur peccator, de quo vide Dominica tertia in quadragesima. Peccator se diabolo vendit cap. 86 num. 14. *Surdum, & mutum.* Peccatores peccata sua celant, & excusant cap. 88 num. 19 & 20, vide cap. 86, 87, 88. *Surdum*, quia peccatores verbum Dei audire nolunt, quod alacriter audiendum est cap. 95 num. 44, vide totum caput de verbo Dei, quomodo audiendum sit. *Expuens tetigit linguam eius.* Male loquendo peccauerat, ideo linguam eius Christus tangit: difficile enim est linguam domare, si à Christo non tangitur c. 66 num. 1. Linguam vt domaret Dauid petijt à Deo, vt ori ostium poneret c. 66 nu. 2 *Tetigit linguam eius.* Linguæ custodiam, & murum posuit Deus, & quomodo prudenter ea vtendum est cap. 66 nu. 3, 4, 5, vide omnia, quæ in hoc cap. de lingua notata sunt, *Et loquebatur recte.* In confessione peccatorũ suorum peccator recte loquitur, si cum contritione, & dolore cordis ea confiteatur: & tunc Deus cum à peccatis absoluit cap. 92 num. 4, & 5. *Loquebatur recte.* Pœnitentiæ tres sunt partes, scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio ca. 92 num. 6, vide totum caput de pœnitentia.

DOM. 12. POST PENTECOSTEN
Lucæ decimo

B*Eati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Inter omnes, qui Christum in carne viderunt Ioannes Baptista beatus fuit, quia & vidit, & tetigit, & testimonium de eo perhibuit, & quod amplius est baptizauit: & ex eo dicitur plusquam Propheta, quia vidit, quod prædixit cap. 56 num. 8 *Beati oculi, qui vident.* De Iudæis dicitur: *Obscurentur oculi eorum, ne videant.* Et de gentilibus: *Beati oculi* cap. 65 num. 11, & 12. *Malis Propheta, & reges*, vide quæ notata sunt cap. 91 de regibus. *Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo.* Non dicit, quid sciendo, vel quid loquendo, sed *quid faciendo*, quia christianus Christum sequens, debet facere, quæ ipse fecit cap. 29 num. 1, 2, & 3 *Quid faciendo.* Christiani mali, qui solam fidem mortuam sine operibus habent, peiores sũt gentilibus cap. 29 num. 5, 6, & 7. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c.* Amor Dei, & proximi pulchritudo Ecclesiæ, & animæ est cap. 19 num. 3, & 6. *Diliges.* Charitas signum est christianorum cap. 19 num. 10. *Diliges.* Charitas debitum est, quod nunquam extinguitur, & reddita multiplicatur cap. 19 num. 17, vide totum cap. *Hoc fac, & vives.* Nõ dicit illi, hoc loquere, sed *hoc fac*, quia charitas vnam rempublicam facit cœlum, & terram cap. 19 num. 16: *Vt sacerdos descenderet et viso eo præterijt.* Sacerdotes, cum stomachum sint reipublicæ, omnibus membris vtiles debent esse, quod sacerdos ille non fecit cap. 100 n. 1, vide totum c. de sacerdotibus.

DOM. 13. POST PENTECOSTEN.
Lucæ secundo.

D*Ecem viri leprosi.* Lepra, & peccatum & hæresim significat, vide Dominica tertia post Epiphaniam, super illa verba: *Ecce leprosus.* & in c. 86, 87, 88 de peccato, vbi quam plurima de peccati lepra tractantur. *Steterunt à longe.* In signum, quod peccator longe est à Deo, nã peccatũ tollit hominem à facie Dei cap. 86 num. 4. *Iesu præceptor miserere nostri.* Misericordiam inuocant, quæ patientissima in peccatores est capite 74 num. 7, & 8. *Miserere nostri.* Misericordia Dei expectat peccatores ad pœnitentiam, vt à lepra peccati mundentur ca. 74 nu. 5. *Ite ostendite vos sacerdotibus.* Ipsi enim iudices sunt, qui peccata remittunt,

& lepram peccati mundant, vide in cap. 92 de pœnitentia. *Dum irent* ad sacerdotes *mundati sunt*. Quia pœnitentia in corde perfecta peccati lepram mundat, & reum apud Deum absoluit cap. 92 num. 8 *Ostendite vos sacerdotibus*. Quia peccati lepra ore ad os confitenda sunt sacerdoti cap. 92 nu. 23. *Mundati sunt*. Quia pœnitentia pulchram & mundam facit animam cap. 92 num. 37 *Vnus vertit gratias agẽs*. Gratias agere Deo pro beneficij debemus numero 2, 5, & 6, *Nec est inuentus &c.* Ingrati male vtuntur beneficijs Dei cap. 52 nu. primo, tertio, & quarto.

DOMINICA 14 POST PENTEC.

Matth. sexto.

NEmo potest duobus Dominis seruire. Scilicet Deo, & diuitijs. Auaritia est illa statua aurea, quam Nabuchodonosor iussit adorari, ideo tres pueri nolentes eam adorare missi sunt in fornacem cap. 11 num. 1, & 2. *Duobus Dominis seruire.* Quia auaritia est idolorum seruitus, ideo Deo, & auaritiæ seruiri non potest, quia auaritia magis subiectos habet seruos suos, quam Deus iustos cap. 11 num. 3, & 4. Auari peiores sunt dæmoniaco, & similes inferno cap. 11 num. 5, & 6, *Non potestis Deo seruire, et mammonæ.* Auari enim sic aurum amant, quod propter eum Deum non cognoscunt cap. 11 nu. 19 *Non potestis Deo seruire, et mammonæ.* Quia sicut Paulus dixit: *Quis nos separabit à charitate Christi.* Sic auari dicunt, quis nos separabit ab amore auri cap. 11 num. 27. vide totum cap. de auaritia, *Primum quærite regnum Dei &c.* Regnum Dei, & ea quæ ad eum consequẽdum necessaria sunt, primum quærenda sunt; quæ verò ad sustentandã vitam corporalem pertinent moderatè postea quærenda sunt cap. 12 num. 5. *Hæc omnia adijcientur vobis.* Omnia bona temporalia ordinanda sunt ad spiritualia, quia finis noster Deus est: temporalia verò sunt necessaria ad conseruationem vitæ corporalis cap. 17 num. 7, & 8. *Hæc omnia adijcientur vobis*, vide in cap. 17 num. nono. Quomodo intelligitur illud: *Ego sum qui diuitias do amicis meis, & paupertatem inimicis meis. Adijcientur.* Bona temporalia possidentur ab amatoribus seculi, quasi in somnis, ideo apparent eis magna, sed cum euigilant, intelligunt quam parua sint cap. 17. num. 13. Bona temporalia pro spiritualibus exponenda sunt cap. 17 num. 18, vide totum caput de bonis temporalibus.

DOMINICA 15. POST PENTEC.

Luca septimo.

DE Dominica 17 post Pentecosten, vide omnia, quæ notata sũt feria quinta post quartam Dominicam quadragesimæ, vbi hoc Euangelium legitur.

DOMINICA 16. POST PENTEC.

Luca decimo quarto.

ECce homo quidam hidropicus erat ante illum. Infirmitas hæc typum gerit auaritiæ, quia sicut hidropicus insatiabiliter sitit, sic auari nũquam satiantur auro: dicunt enim, Quis nos separabit ab auro: cap. 12 num. 27, vide Dominica 14, super illud: *Non potestis Deo seruire, & mammonæ Hidropicus.* Temporalia bona auari sitim eius non extinguũt, quia ad animam, vbi est sitis non perueniunt, ideo ordinanda sunt ad spiritualia, quæ satiant cap. 17 num. 7, vide totum cap. 17 de bonis temporalibus, & spiritualibus feria sexta post quartam Dominicam quadragesimæ, super illud: *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam.* Quia bona spiritualia sunt, quæ animæ sitim satiant. *Non discumbere in primo loco*: Superbi primum locum quærunt, sed Dei potentia in infirmum dejciuntur, quia & si caput superbus esse contendat, tamen per superbiã pes efficitur c. 109 n. 8, 10, 12, & 13

Non

quos discumbus in primo loco. Superborum mores, & conditiones, vide cap. 109 nu. 14, 15, & 16, vide cap. 5 de ambitione. *Recumbe in nouissimo loco.* Non sic hoc Dominus iubet, vt solum corpore in nouissimo loco iaceamus, sed etiam animo, vt nouissimos nos esse iudicemus cap. 49 n. 22, vide totum c. de humilitate. *Dicat tibi, amice ascende superius.* Quasi dicat diabolus per superbiam descendit, sed tu ascende per humilitatem cap. 49 n. 28. *Tunc erit gloria.* Quia humilitas magnum te faciet, sicut fecit Abraham & Moysen, & Cananæam cap. 49 num. 18 *Omnis, qui se exaltat,* vide cap. de superbia, & de humilitate.

DOMINICA 17. POST PENTEC.
Matt. vigesimo secundo.

Accesserunt Pharisæi tentantes eum. Simulantes sanctitatem interrogãt Pharisæi Christum de maximo mandato, qui nec minimum obseruabant, quia hypocritæ erant, sicut illis multoties dixerat Dominus, vide in cap. 45 de Gentibus, & Iudæis & in cap. 49 de hypocritis. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c.* vide Dominica 12 post Trinit. super hæc eadem verba, & in cap. 19 de charitate, & amore Dei & proximi. *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ.* Charitas enim præceptum est latum, quod omnes cõprehendit secundum illud: *Latum mandatum tuum nimis*, & iugum legis suaue facit c. 19 n. 16: *Dicunt ei: Dauid.* Christus specialiter dicitur filius Dauid, vt mansuetudo eius, & benignitas commendetur c. 21 n 5, vide super illa verba: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Et super illa verba: hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ. *Hoc est maximum, et primum mandatum.* Quia maxima pro amicis facit, & quia debitum est, quod nunquam extinguuntur ca. 19 n. 17, 19. & 21, vide cap. 53 de inimicorum dilectione.

DOMINICA 18 POST PENTEC.
Matt. nono.

Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam, vide Dominica quarta post Epiphaniam, super hæc eadem verba. *Offerebant ei paralyticum iacentem in lecto* Infirmitas hæc, quæ vsum linguæ tollit, & eam ligat, peccatorem ligatum peccatis significat, de quo vide ca. 86, 87, & 88 de peccato, vbi multa inuenies. *Hic blasphemat,* vide Dominica in passione, in illa verba: *Samaritanus es, & dæmonium habes.* Christus Dominus, vt ostenderet se verum Deum esse, potius cogitationibus, quam verbis respõdebat, quia omnia dona Spiritus Sancti habuit permanentia cap. 21 num. 11, & 12. *Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem remittendi peccata:* Non solum hãc potestatem habuit in terra, sed etiam illam hominibus, & Apostolis suis insufflando, communicauit, vide in resurrectione Domini. *Surge tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* Per pœnitentiam iustificatur homo, surgit, & ad domum suam, hoc est, cœlum vadit: vide Sabbato post secundam Dominicam quadragesimæ super illa verba: *Surgam, & ibo ad patrem meum. Surge, & vade in domum tuam,* vide cap. 73 de miraculis. *Videntes autem turbæ timuerunt, et glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem &c.* Miracula enim, quia supra naturam sũt, admirationem causant c. 73 nu. 5

DOMIN. 2, POST PENTECOST.
Matt. vigesimo secundo.

Qui fecit nuptias filio suo. Deus nuptias fecit filio suo, quando eum cum humana natura copulauit, vide ca. 22 de Christi incarnatione. *Qui fecit nuptias filio suo.* Per incarnationem vnigenitus Dei filius matrimonium indissolubile contraxit cum Ecclesia, sibi in eadem persona naturam huma-

humanã vniens cũ diuina, de quo Paulus: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia* ca. 22 num. 2, & 3. *Qui fecit nuptias.* Deus filium suum incarnari voluit, & cum naturæ humanæ copulauit propter sex rationes cap. 22 n. 4. *Misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.* Serui illi Apostoli, & Prædicatores fuerunt, qui missi fuerũt cũ Christus dixit eis Marci vltimo: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ* vide in festo Ascensionis. *Misit seruos.* Qui cum sint testes Christi per prædicationem ad nuptias inuitant cap. 95 n. 23, vide totum cap. 95 de prædicatoribus. *Et nolebant venire*, vide Dom, secunda post Pentecost. super illa verba: *Villam emi. Ecce prandium meum paraui.* Omnia nobis Deus in vna Eucharistiæ bucella præparauit, de qua: O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, vide in festo corporis Christi, & Dominica secũda post Pent. super illa verba: *Fecit cœnam magnam*, & in ca. 39 de Eucharistia *Illi autem neglexerunt.* vide in eadem Dom. secunda, & c. 39. *Tenuerunt seruos eius, & occiderunt*, vide in festo Sancti Stephani. *Vidit vnum non habentem vestem nuptialem.* Charitas vestis nuptialis est, hanc qui non habet, in ignem mittitur cap. 19 num. 26, & 27. *Non habens vestem nuptialem.* Charitas signum est, & vestis per quam christianus cognoscitur cap. 19 num. decimo, vide totum caput.

DOMINICA 20. POST PENTEC.
Ioan. quarto.

ERat quidam regulus. Omnes reges terræ respectu Dei, non solum reguli, sed etiam quasi momentum stateræ reputãtur: ideo humiles esse debent, & Deo omnium regi dupliciter seruire cap. 98 num. 1, vide totum caput, & cap. 50 de humilitate. *Domine descẽde prius, quam moriatur filius meus.* Quantæ sint tribulationum vtilitates cognoscitur in infirmitate huius, cuius patrẽ ad Christum adduxit cap. 112 num. 12, vide totum caput de tribulationibus, vbi fault tar periers. *Rogabat eum, vt descenderet.* Oratio impetrauit à Domino salutem filij, siquidem respondit illi: *Vade filius tuus viuit.* Oratio enim impetratoria est cap. 81 num. 4. *Rogabant, vt sanaret.* Orationis vtilitates quantæ cap. 81 num. 7, vide totum caput de oratione. *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.* Mysteria fidei prius credenda sunt, vt intelligantur, secundum illud: *Nisi credideritis, non intelligetis* cap. 40 num. 14. *Credidit ipse, & domus eius tota.* Fides ex miraculo fuit in illo moraliter generata, signum vidit, & credidit, vide ca. 40 num. 15, & totum cap.

DOM. 21. POST PENTECOST.
Matt. decimo octauo.

HOmini Regi, *qui voluit rationem ponere.* Christus Dominus est iste Rex, qui habet in femore suo scriptum: *Rex Regum, & Dominus dominantium*, vide Dominica in ramis super illud: *Ecce rex tuus veniet tibi mansuetus. Rationem ponere cum seruis suis.* Rationem posuit cũ seruis suis, quando eis dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato*, vide Dominica in Passione, & in iudicio rationem ponet, quando omnes iudicabit, & retribuet secundum merita, vide Dominica prima Aduentus. *Oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta.* Debitor decem millium talentorum peccator obduratus est, quia peccata debita vocantur cap. 87 num. 18. Consuetudine peccandi fit cor durum, sicut petra, & debitum debito additur cap. 88 num. 5, 6, & 7. vide totum caput 88 de consuetudine peccandi. *Patientiam habe in me.* Deus expectat, & misericorditer pœnitentiæ tempus tribuit peccatori cap. 92 num. 49. *Patientiam habe in me.* Non solum patientiam habet, sed etiam ad pœnitentiam peccatorem mouet, & inclinat cap. 92 num. 50, & 51, vide totum caput. *Suffocabat eum, dicens: redde quod debes.*

Qui immisericordes sunt, misericordiam Dei non consequentur cap. 15 num. 16, 17, & 18

DOM. 22. POST PENTECOSTEN.
Matt. vigesimo secundo.

INierunt Scribæ, & Pharisæi consilium: Contra Christum, sed non prævaluerũt contra eum: potius autem ipse prævaluit cõtra eos cap. 27 num. 45, & 46. Inierunt consilium, quod non potuerunt stabilire, vide feria 6. post Dominicam in passione super hæc eadem verba. *Scimus, quia verax es & viam Dei in veritate doces.* vide cap. 119 de veritate. *Non est tibi cura de aliquo.* Adulabantur tanquam hypocritæ, qui mel habẽt in ore, & fraudem moliuntur in corde: est enim adulatio excessus delectandi alios verbis laudis, causa lucri cap. 4 num. 1, & 2. *Non respicis personam hominum.* Sunt adulatores olei venditores, de quibus dicitur: *Mollierunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula* cap 4 num 4. Sunt etiam adulatores, sicut apes, unde de eis dicitur: Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Apes enim mel in ore habent, & in aculeo caudę vulnus cap. 4 nu. 4, 5, & 8, vbi adulatores inimicos esse declaratur. *Quid me tentatis hypocritæ.* Tigribus, & Scrutionibus similes sunt hypocritæ, qui volandi speciem habent, sed vsum volandi non habent, & viriditatem iustorum præferunt, sed flores, & fructus non faciũt c. 49 n. 1, 2, 3, 4, & 5.

DOM. 23. POST PENTECOSTEN.
Matt. nono.

LOquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus. Principes & reges, quas habere debent conditiones, & quomodo non sibi, sed suis subditis debent vivere cap. 98 num. 10 *Princeps vnus.* Principes, & reges quomodo Deo seruire debent dupliciter cap. 98 num primo, vide Dominica in ramis palmarum, super illa verba: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur,* vide quæ notata sunt feria quinta post Dominicam in passione, super illa verba: *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Quæ fluxum sanguinis patiebatur.* Peccata significat idololatriæ, rapinæ, & homicidij cap. 86, & 87 de peccato in communi, & in particulari. *Decem annis.* De consuetudine peccandi, vide feria sexta post primam Dominicam quadragesimæ, super illa verba: *Triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Accessit retro* Peccatores subtrahunt se à præsentia Dei, & retro se constituunt, vide feria quinta post Dominicam in passione, super illud: *Stans retro. Si tetigero fimbriam vestimenti eius saluus ero.* Tactu fimbriæ, hoc est, humanitatis Christi mundãtur peccatores, vide in cap. 22 de Christi incarnatione, & cap. 21 de Christo Domino. *Confide filia fides tua te saluam fecit.* Fides scutum est, quo protegitur christianus, & impetrat per eam, illa, quæ credit cap. 40 num. 23. *Non est mortua puella, sed dormit,* vide feria sexta post Dominicam quadragesimæ.

DOM. 24. POST PENTECOSTEN.
Matt. vigesimo quarto.

CVm videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. De Antichristi persecutione loquitur, quæ iudiciũ, præcedet, & tã grauis, & horribilis erit, vt etiam electi, si possit fieri, in errorem mittantur capit. 58 num. primo. *Stantem in loco sancto.* qualis futurus sit Antichristus, & opiniones de illo cap. 58 num. 2. Antichristus ex tribu Dan nascetur, secundum illud: *Fiat Dan coluber in via, Zerastes in semita* ca. 58 num. 3, & 4. In signum, quod ex tribu Dan nascetur, non numeratur eius tribus cum illis, quę saluantur, durabit, què eius prædicatio, & persecutio tres annos cum dimidio cap. 58 num. quinto. *Erunt duo in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur* etc.

In quocunque genere vitæ, quod habet aliquam professionem, non omnes inueniuntur probi, neque omnes reprobi, sed vnus assumetur, alter relinquetur, de omni statu vide ca. 58 num. 41, de Signis ante iudicii, vide Dominica prima Aduentus, & feria secunda post primam Dominicam quadragesimæ, & in cap. 58 de Iudicio.

ANNOTATIONES IN EVANGELIA DE SANCTIS.

IN FESTO SANCTI ANDREÆ.

Matt quarto.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem, & Andreã. Quatuor fratres Christus vocauit, vt essent discipuli, & Apostoli, & Prædicatores Euãgelij, & in lege veteri per duos fratres Moysem, & Aaron populum coadunauit, & ad terram promissionis deduxit, quia Ecclesia in charitate fraternitatis fundanda erat, quæ in noua lege est multo maior cap. 19 nu. 1, vide totum caput de charitate. *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Vocauit Christus piscatores ad fundationem Ecclesiæ, quia Ieremias dixerat. *Mittam piscatores multos & piscabuntur eos, & post hæc mittam venatores etc.* ca. 9 num. 29. *Venite post me.* Infirma mũdi, & ignobilia, & stulta elegit Deus, vt fortitudinem armati hostis humilium prædicatione destrueret cap 9 nu. 11. Apostoli isti sunt Ecclesiæ fundamenta, de quibus Iob: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ cap. 9 num. 1. De firmitate Petri, & de eius doctrina dictum est: *Dabit pro terra silicẽ, & pro silice torrentes aureos etc.* cap. 9 n. 5. *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Ex piscatoribus fecit Deus prædicatores, quasi ex aere nubes formans, vt totum irrigaret mundum cap. 9 num. 9. *Venite post me.* Quod Deus aperuit os asinæ Balaam, præfiguauit, quod stulta mundi erat electurus, vt confunderet sapientes ca. 9 nu. 17. *Vidit alios duos fratres, et vocauit eos* ad Apostolatum, vide totum caput de Apostolis. *At illi continuo secuti sunt eum* vide in capite 80 de obedientia & c. 106 de sequentibus Christum.

IN CONCEPTIONE B. M. V,

Matt. primo.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Istos prius nominat, quia ad illos de Christo facta fuerat repromissio: vide propter quas rationes cap. 21 nu. 5, & 6. *Abraham genuit Isaac etc.* Christus in sua incarnatione factus est hamus, vt diabolum caperet. Esca hami fuit caro, & corpus Christi, & hamus Dei filius: Linea vero hami tota series generationis Christi. vsque ad Ioseph, & Mariam ca. 23 n. 15. *Genuit Ioseph*, vide in vigilia Natiuitatis Domini. *De qua natus est Iesus.* Filij à parentibus nobilitatem accipiũt, sed Christus ècontra nobilitatem parentibus communi cauitex illis nascendo, & carnem ex eis assumendo cap. 23 num. 6 *De qua natus est.* Dicitur de muliere, quod *seducta in prauaricatione fuit*, sed saluabitur per filiorum gene-

ratio-

Digitized by Google

filiorem. Quid ergo facient, vel quomodo ſalvabuntur ſteriles, & virgines, quæ non generant? Sed ſignificantur, quod ſicut ex Eua omnes moriuntur, ſic ex Mariæ partu omnes viuificabuntur cap. 23 num ſeptimo *De quo natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Sanctiſſima virgo prima fuit, quæ votum virginitatis emiſit; & quia prima Angelicã vitam duxit, ad illam Angelus mittitur, vt virgo eſſet, & mater cap. 69 num. 1. *De qua natus* De vulturib⁹ dicit Ambroſius, quod concipiunt, & pariunt ſine concubitu, & ſemine maſculi: ſic ergo impoſſibile non putetur in Dei matre, quod poſſibile eſt in vulture cap. 69 n. 2. Idem dicendum de virga Aaron num. 3. *De qua natus.* Mariæ perpetua virginitas figurata fuit in illa porta Ezechielis 44 cap. 69 num. 4. *De qua natus.* In arboribus non patitur natura, quod ſimul ſint flores, & fructus; quia fructu adueniente flores decidunt: ſolum conceſſum fuit Mariæ, vt cum fructu partus florem ſimul haberet virginitatis cap 69 num. 5, & 7, *De qua natus.* Perfigurata fuit Beata Virgo, & eius vterus in ciſterna Bethleẽ, cuius aquã deſiderabat Dauid, hoc eſt, Chriſtum videre ſpirituali ſiti, potius quam corporali agitatus cap. 69 num. 13: *De qua natus eſt Ieſus:* Prophetia Beata Virginis fuit, ſecũdum Bernardum, illud Geneſis: *Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et ſemen tuum, et ſemen illius* cap 69 num. 18. Duas arcas legimus in veteri teſtamenti, vnam diluuij, aliam teſtamenti, & vtraque ſignificabat Mariam ibi n 17

IN FESTO S. THOMÆ APOST.
Ioan. vigeſimo.

DE Euangelio Sancti Thomæ Apoſtoli, vide omnia, quæ notata ſunt Dominica in Albis, vbi exponitur hoc Euangelium.

IN FESTO S. IOANNIS EVANG.
Ioan. vigeſimo primo.

VIdit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Ratio quare communiter dicitur de Ioanne, quod erat diſcipulus, *quem diligebat Ieſus*, fuit quia humilis erat, & manſuetus; in humilitate ſimilis matri, & in manſuetudine Chriſto, qui dixit: *Diſcite à me, quia mitis ſum* cap 50 de humilitate nu. 19 *Dixit Ieſus Petro ſequere me.* Chriſtum ſequi eſt eius mortem in cruce imitari, ſicut ipſe dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget* &c. Non autem poſſumus ipſum ſequi, niſi trahamur ab ipſo cap. 106 num. 1. *Sequere me.* Sequutus eſt Petrus Chriſtum pro nomine eius in cruce affixus, & multi Sancti ſequuti ſunt eum cap. 106 num. 3. *Sequere me.* Sequi Chriſtum, eſt ab illo illuminari, & pauci illum ſequuntur cap. 106 num. 4, & 5. Sequela Chriſti ducit ſequentes ad viſionem eius cap. 106 num. 7: *Sequere me:* Quomodo Chriſtũ debent ſequi chriſtiani ibi, num. 11, *Domine hic autem quid* Ioanni martyris meritum non defuit, ſiquidem miſſus fuit in feruentis olei dolium, vide in capite de Apoſtolis. *Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his.* Apoſtoli fideles teſtes Chriſti fuerunt, & in particulari Ioannes cap. 27 num. 38. *Et ſcripſit hæc:* Angeli per Ioannem Euangeliſtam inſtructi fuerunt edocti cap. 57 nu. 1. *Scripſit hæc.* Ioannes Euangeliſta, cur per Aquilam ſignificatur.

IN FESTO S. STEPHANI.
Matt. vigeſimo tertio.

ECce ego mitto ad vos Prophetas. Cum Dominus vineam ſuam agricolis locaſſet in veteri lege Prophetas, ſcribas, & doctores miſit, qui fructus colligerẽt vineæ, & agricolæ occiderũt eos, vide feria ſexta poſt ſecundam Dominicam quadrageſimæ ſuper hæc eadem verba. *Vt veniat ſuper vos om-*

vinis sanguis iustus, qui effusus est. Non solum vsque ad sanguinem Zachariæ, sed vsque ad sanguinem Christi, quem effuderunt ipsum crucifigentes ſ. vide feria sexta post Dominicam in passione de concilio, & Dominica nona post Pentecost. super illa verba: *Quia venient dies in te*. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas* Semper voluit Dominus cõgregare pullos suos, sed præcipue in Cruce, vt sponsam suam protegeret, vbi cum manus suas extendens dixit Ecclesia: *Sub vmbra alarum tuarum sperabo* cap. 30 num 2. *Venient hæc omnia super generationem istam*. Quia propter mortem Christi destructi fuerunt à Tito, & Vespasiano, & triginta venditi vno denario, quia triginta denarijs emerunt Christum cap. 45 num. 48, 49, & 52

IN FESTO SS. INNOCENTIVM.
Mat. secundo.

ANgelus Domini apparuit in somnis Ioseph. Angeli ministri sunt solliciti, nostram quærentes salutem, & vitam protegentes, qui etiam post mortem custodiunt cap. septimo num. 1 vsque ad 7. *Fuge in Aegyptum*, vide quæ notata sunt in capite 23 de Christi natiuitate. *Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis*. Regis actio plebis est instructio, & tyrannus rex subditos grauans iniustis tributis, latro est c. 78 num. 2, & 8. *Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis*. Cum regis sceptrum signum iustitiæ sit, iste pueros occidens signũ iustitiæ cum fecit cap 98 num 3. & 4. *Iratus est*. Iracundus similis est dæmoniaco, quod videmus in actione dæmoniaca istius irati regis tot occidẽtis pueros cap 55 num. 7. *Iratus est*. Rex iracundus similis est leoni, qui omnes occidit cap 55 num. quarto, & 14 *Iratus est*. Vir iracundus locum parat diabolo, cuius imitatur actiones, & ebrio similis cap. 55 num. 15. *Misit, & occidit omnes pueros ab imatu, & infra*. Illos martyres effecit, & testes Christi nati c. 58 nu. 1, & 2, vide totum c. 70 de Martyribus.

IN CONVERSIONE S. PAVLI
Matt. decimo nono.

DE Euangelio. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, vide in communi Abbatum. *Saulus adhuc spirans*, vide in festo innocentium super illud. *Iratus est*, & cap. 55 de ira. *Saulus adhuc spirans minarum, & cedis in discipulos Domini*. Ecclesiam semper emulata est Synagoga, & vsque nunc eam persequitur: Saulus enim his verbis emulum eius se esse fatetur cap. 35 num. 28. *Vt vbicumque inueniret huius viæ viros vinctos perduceret*. Gratia Dei datur nullis præcedentibus meritis nostris bonis, sed præcedentibus malis, ideo dicitur: *Pro nihilo salues facies illos* Quod videmus impletum in Paulo, qui fideles persequebatur cap. 46 num 11. *Audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?* Persequebatur Christum non in se ipso cũ iam glorioſus regnaret, sed in corpore eius, ideo ipse dixit: *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi &c* cap. 27 num 24. *Quid me persequeris*. Licet Dominus ascenderet in cœlum, tamen ibi accepit dona in hominibus, quia nisi ipse in membris suis esset in terra, nõ diceret. *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*; cap. 1 e num. 6 *Vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus*. Electus fuit Paulus, vt nomen Christi portaret ipse enim, & iusti iumentum debent esse Christum portantes, qui est onus leue c. 14 n. 23, *Fece enim orat*. Quasi diceret, non est timendũ de eo, qui orationi vacat, vide omnia, quæ notata sunt in c. 81. de oratione.

IN PVRIFICATIONE B. M. V.
Luc. secundo.

POstquam impleti sunt dies purgationis Mariæ De beatæ Mariæ virginitate, humilitate, & obedientia, vide omnia, quæ nõ

Digitized by Google

ta sunt c. 89 de Maria Virgine, & in festo conceptionis eius. *Secundum legem Moysi.* Lex nouus, & vetus in multis conueniunt, quia duo labia Dei sunt cap 65 num. 5, & 6 *Vir iustus, & timoratus.* Cum iustitia coniunxit timorem, quia iustus semper timet, vide cap. 61 de iustis. *Spiritus Sanctus erat in eo.* Quia iusti per charitatem sedes Dei sunt, & in illis Deus habitat, & deambulat cap. 61 num. 3 & 4. *Spiritus Sanctus erat in eo.* Spiritus Sanctus iniustis, & peccatoribus dicitur auferi, quia ipsos mouet cap 92 nu. 4. *Et timoratus.* Timor Dei initium est vitæ spiritualis, ideo cum timore iustitiam coniunxit c. 111 num. 2. *Expectabat redemptionem Israel* Spes est expectatio quædam futuræ beatitudinis, quæ iustum in hac vita conseruabat cap. 107 num. 1. *Responsum acceperat à Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.* Spes anchora est, qua iusti firmi stant, donec illis promissio adimpleatur, sicut isti adimpleta fuit cap. 107 num. 3. *Venit in spiritu in templum.* Spes impellit christianum, & Simeonem ad templum currere fecit, sicut spes lucri facit currere mercatores, & auaros c. 107 num. 6 *Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace.* Mors iustorum somnus, & requies dicenda est: in pace enim cum Deo moriuntur, & bellum cum dæmone non habent cap. 107 n. 9, & 10, vide totum cap 76 de morte iustorum. *Viderunt oculi mei salutare tuum.* Incarnatio Verbi salutare Dei fuit, vide in ca. 22. de Christi incarnatione.

IN FESTO S. MATTHIÆ, & FRAN.

Matth. vndecimo.

Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hæc dixit Christus Dominus ostendens, quod cognitio Dei, & mysteriorũ cęlestiũ nõ superbis, sed humilibus conceditur c. 31. num. 22 *Reuelasti ea paruulis.* Per bona opera peruenit iustus humilis ad cognitionem Dei, ideo Dñs prius manũ aridã sanauit, & postea tyrũ illuminauit c. 31 nu. 21. *Reuelasti ea paruulis* Et si paruuli, hoc est, humiles mysteria fidei cognoscunt, tamen eorum cognitio in hac vita imperfecta est, donec illa cognoscant in patria c. 31 n. 15. *Reuelasti ea parnulis.* Cognitio Dei in hoc mundo à longe est: humilibus enim datur cognitio Dei, quæ in illis mouet affectum ad bene operãdum c. 31 n. 22, & 23. *Paruulis.* Humilitas est proprius locus, in quo requiescit Deus c. 50 n. 17, vide totum c. de humilitate. *Iugum meum suaue est etc.* Vt ostẽdat, quam leuè sit, onus præceptorum, & legis Euangelicæ iugum vocat, quia non ab vno, sed à duobus animalibus portatur. Deus autẽ portat onus nobiscũ c. 12 n. 12, vide totũ c. 12 de auxilio Dei *Discite à me, quia mitis sum.* Erant Moyses, & Dauid mitissimi, sed mãsuetudo in Christo super omnes exalta est, & perfecta cap. 26 num. 23

IN FESTO S. THOMÆ AQVIN.

Matt. quinto.

De Sancto Thoma Aquinate intelligi põt illud, quod de se sapiens ait: *Puer erã ingeniosus, & sortitus sum animã bonã.* Quid. n. illo ingeniosius, qui cũ iuuenis esset, ita de rebus Philosophicis scripsit. Sortitus què fuit animã bonã, vide c. 21 nu. 11. Dici illo etiam explicari potest illud, quod scriptum est in lege. *Ego sum qui diuitias dò amicis meis, & paupertatem inimicis meis.* Quod de spiritualibus diuitijs, hoc est, de sapientia intelligi potest, de qua dicitur: *Melior est acquisitio eius negotiatione argenti, et auri etc.* Sic S. Thomas dicit: *Optaui, & datus est mihi sensus, & inuocani, et venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, et sedibus.* Dedit enim Deus tanquam amico diuitias istas c. 17 nu. 9. De Euangelio *Vos estis sal terræ,* vide in communi doctorum vbi exponitur,

IN FESTO SANTI IOSEPH
Matt primo.

DE Sancto Ioseph. vide quæ notata sũt in vigilia Natiuitatis Domini vbi exponitur hoc Euangelium.

IN ANNVNCIATIONE B. M. V.
Luca primo.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. Angelis vtitur Deus, vt benefaciat, & cum incarnationis beneficium tam infinitum esset bonũ, mittitur Gabriel, vt annũciet Virgini c.7 nu. 10 *Dominus tecum*: Non ait Deus tecum, sed Dominus tecum, quia aliquã facit, vt Deus naturæ ordinem seruans, & alia, vt Dominus absolutus ordinem naturę non seruans, & sic fecit in incarnatione Verbi cap. 22 num 3. *Gratia plena*, non mirum quod gratia plena fuerit, quam Spiritus Sanctus aqua cœlestis gratiæ irrigauit, sicut fons paradisi cap. 69 nu. 8. *Gratia plena*. De vtero virginis dixit Iacob videns scalam, quàm terribilis est locus iste. Nõ ait, quam terribilis est Deus iste &c. quia virginis vterum considerabat, in qua illa scala claudebatur cap. 69 n. 11, & c. 21 num. 2, *Dominus tecum*: Ac si diceret, vt ait Aug. Dominus mecum plusquam mecũ, nam in me est dando esse, quod habeo: in te autem est recipiẽdo à te humanam carnem: beatius est autẽ dare, quam accipere c. 69 nu. 10. *Benedicta tu in mulieribus*. Beata Virgo fuit illa virga Iesse, cuius Iacob moriens adorauit fastigium, quæ virga benedicta fuit, & eius fructus cap. 22 num. 22: *Benedicta tu*. Fuit Beata Virgo terra benedicta, antiquam terræ maledictionem purgãs, de hac terra dictum est: *Et terra nostra dabit fructum suum* cap. 22 num. 16. *Turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset &c.* Cum humilis esset turbatur talem salutationem audiens, quia humilitas via est, qua ad Deum tendimus, & via fuit, per quam Deus ad virginis vterũ venit cap 50 num. 1, & 2. vide totum capũ de humilitate: *Natiuitas Mariæ*. Timebat Beata Virgo, quia timor filialis iustorũ proprius est cap 10 num 23. *Ecce concipies in vtero, & paries filium*. Virginis partus significatus fuit illis verbis: *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre*, virginitate seruata cap. 69 num. 6. *Qõ fiet istud, quia virum non cognosco*. Vt homines præpararentur ad credendum partum virginis tot steriles in veteri testamento pepererunt ca. 69 num. 7

IN FESTO SANCTI MARCI
Luca decimo.

Designauit Dominus alios septuaginta duos Primo elegit duodecim Apostolos, & postea 72 designauit, quia maiores causæ per principes, minores per inferiores ministros sunt exequendæ, sed eos discipulos nominauit ad fundamentum Ecclesiæ pertinentes cap. 9 num. 1 *Misit illos binos in omnem Ciuitatem &c.* Prius in Iudæa erãt Apostoli percluſi, sed postea Dominus in omnem ciuitatem, & terram extendit, vt in omnem terram exiret sonus eorum cap. 9 num. 2. *Messis quidem multa operarij autẽ*. Pauci, ideo Dominus 72 discipulos elegit, & duodecim Apostolos, qui operarij essent, & stellę pluuiarum, quibus messis creſcerat cap 9 num 7, & 8. *Ite: ecce ego mitto vos*, vide quæ notata sunt in Ascensione Domini super illud: *Euntes in mundum vniuersum prædicate &c. Ite ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos*. Mittens illos voluit, vt prudentes essent, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, & quare cap. 9 num. 19. Duodecim fontes 20 palmas irrigantes figuram fuerum Apostolorum, & discipulorum ca. 9 num. 24. *Primum dicite: pax huic domui*. Quia pax bonum est iucundum, & ipsa Christus est in arco figuratus cap. 85 num. 1, & 2. Nec solum domui, sed etiam omnibus, quæ sunt in domo pax imprecanda est, iuxta illud 1. Regum 15. *Sit fratribus meis,*

Digitized by Google

mecis,& tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcumque habes sit pax ca.85 nu.6 *Dicite pax huic domui* Pacem, quam ipse fecerat hominis cum Deo vult, vtannúciet cap.85 n.3,& 4,vide totum caput de pace, & totum caput de Apostolis, vbi multa inuenies.

IN FESTO SS. PHILIPPI,& IACOBI
Ioan. decimo quarto.

NOn turbetur cor vestrum, neque formidet, vide quæ notata sunt feria tertia resurrectionis,super illa verba: *Quid turbati estis,& cogitationes &c. Creditis in Deum, & in me credite.* Christus enim verus Deus erat, & fides vmbra est ipsius Christi cap. 40 num.13 *Creditis in Deum.* Fides cognitionem affert mysteriorum Dei,& est de non visis,& obscura cap.40 num. 14, & 19 vide totum caput de fide. *In domo patris mei mansiones multæ sunt,* vide cap 14 de beatitudine. *Quia vado parare vobis locum,* vide in die Ascensionis, & Dominica quarta post Pascha,super illa verba: *Vado ad eum,qui misit me. Si cognouisseris me,& patre meum cognouisseris.* Quia filius imago est substantiæ patris cap.22 n.12,vide in die Natiuitatis Domini super illud: *In principio erat verbum. Ego sum via,veritas,& vita* Gentium Ecclesia conuersa est,& in Christum credidit post resurrectionem Christi, & non ante,ideo dixit Propheta: *Respondit ei: in via virtutis eius.* Non in via humilitatis,hoc est, passionis,sed in via virtutis,hoc est,resurrectionis c.43 num.10,vide in ca.116 de via iustorum,& reproborum. *Quodcumque peteritis patrem in nomine meo,* vide in ca.81 de oratione.

IN INVENTIONE S. CRVCIS.
Ioan. tertio.

HOmo erat,ex Pharisæis princeps Iudæorũ. *Hic venit ad Iesum nocte.* Venit nocte, quia ad legẽ veterẽ pertinebat, quæ nox erat, vide in c.64 de lege veteri,& c.65 de lege noua. *Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis.* Miracula,[&] signa etiam, & alij[i]faciant,[so]lus Deus propria virtute facit c.73 n.3. vide totum c. *Nisi quis renatus fuerit denuo.* Necessitas baptismi ad vitam aternã consequendã ex isto loco colligitur c.13 n.6. *Ex aqua,& Spiritu S.* A principio mundi in signum baptismi futuri Spiritus S. ferebatur super aquas,& eas sanctificabat c.13 n.1. *Ex aqua* Cũ Deꝰ propter peccatũ Adæ terram maledixerit,aquas non maledixit; quia remediũ maledictionis terræ in eis præparabat c.13 n.2. *Ex aqua & Spiritu S* Quia aquæ, licet maledictæ in peccato Adæ: non fuerint:tamen contactu terræ infectæ erant, ideo venit Christus ad Baptismum, vt eas mundaret[ic] 13 n 3,& 4,vide omnia,quæ notata sunt in isto capite de baptismo. *Quomodo possunt hæc fieri.* Testimonio infallibilis veritatis fides innititur, quia fides vmbra Christi est c.40 nu.13. *Si terrena dixi vobis & non creditis.* Fides necessaria est, vt mysteria Dei cognoscãtur c.40 n.14.& 19 *Sicut Moyses exaltauit serpentem.* Exaltatus fuit in Cruce Christus,sicut serpens eneus c.27 n. 60. Crux Christi est virga virtutis Dei c.30 n.6,Crucis Christi multæ figuræ, & laudes c.30 n.6. Crux Christi fuit lignũ pomiferũ in medio Paradisi c.30 n.1,vide totum cap.

IN FESTO S. IOANIS BAPTISTÆ.
Luca primo.

DE Sancto Ioanne Baptista, omnia habes simul collecta in capite 56 vbi poterit lector videre ea, quæ pertinent ad hoc Euangelium,& etiam de eo quam plurima dicta sunt in Dominica 2,3,& 4 Aduentus, quæ videnda sunt.

IN FESTO SS. PETRI, & PAVLI.
Mat. decimo sexto.

DE Sancto Paulo Apost.particulare caput inuenies,quod est 82 vbi videre poter-

poterit lector, quæ ad illum in particulari pertinent, & in festo conuersionis illius vbi aliqua notata sunt. *Quem dicunt homines esse filium hominis.* Petrus, & Paulus Romanos iugo legis Euangelicæ subdiderunt doctrina sua, & morte, quamuis Romani decreuissent, quod Christus tãquam Deus à Ciuitate sua non reciperetur cap. 21 n. 17 *Alij Ioannem Baptistam.* Tanta fuit Ioannis Baptistæ sanctitas, vt crederent Christum esse, & sic miserunt sacerdotes, vt interrogarent eum: *Tu quis es?* vide in Dominica tertia Aduentus *Tu es Christus filius Dei viui.* Confitetur Petrus Apostolus Christum esse verum Deum, & hominem, & Actor. 4, eum publicè annunciauit dicens: *Deus Iesum glorificauit filium suum Iesum, quem vos interemistis* cap. 9 num. 5. De firmitate Petri, & de eius doctrina inconcussa dixit Iob: *Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, & erit omnipotens contra hostes suos.* Ideo dixit ille Dominus: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*, cap. 9 num. 5. *Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum, & in cœlis*, vide quæ notata sunt in capite de Apostolis.

IN FESTO SS. PETRI, & PAVLI.

Mat. decimo sexto.

POrta inferi non præualebunt aduersus eã. Quia Ecclesiæ fundamentum in coelo est, & super hoc fundamentum iusti ædificãtur, ideo contra eos portæ inferi non præualent cap. 35 num. 2. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam.* De gentium Ecclesia principaliter hoc dicit, de qua dictum est Petro: *Macta, & manduca.* Prius macta, & postea manduca, occide, quod sunt, & fac eos, quod tu es illos manducando cap. 45 n. 20, & 21: *Ædificabo Ecclesiam meam*, Ecclesia vna est, etiam si ceremonias habeat diuersas, de qua dicitur: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus* cap. 35 num. 5. *Ecclesiam meam.* Ad significandum vnitatem Ecclesiæ in noua lege non licet plures simul habeat vxores; sed vnam tantum cap. 35 nu. 6. *Ædificabo Ecclesiam meam.* Ecclesia in passione imitatur Christum, sed à longe, cuius typum gerebat Petrus, vnde Augustinus: quod ad passionem euntem Dominum, Petrus sequebatur eum à longe, significat Ecclesiam sequuturam quidem, hoc est, imitaturam, sed longe differenter, nam Ecclesia pro se patitur: Christus vero pro Ecclesia cap. 35 num. 15 *Ædificabo Ecclesiam meam.* Tota Ecclesia vnũ corpus est mysticũ, cuius caput Christus, & Petrus eius Vicarius in terra, & corpus non est vnum membrum, sed multa: sic Ecclesia, in qua vnus cœlestia videndo oculus est, alius recte operando, manus est, alius ad iuncta currendo, pes est, alius præceptorum voces intelligendo auris est, alius malorum fetorem, & bonorum odorem discernendo, auris est, qui corporalium more membrorum dum vicissim sibi officia impendunt, vnum de se metipsis omnibus corpus reddunt c. 35 num. 19, vide totum cap. 35 de Ecclesia, & cap de Apostolis.

IN VISITATIONE B. M. V.

Lucæ primo.

EXurgens Maria abijt in montana cum festinatione. Quid mirum, quod festinaret, cum in se, & in vtero Verbum incarnatum haberet, & plena esset Spiritu Sancto: qui auster est, & impellebat eã, vt festinaret c. 108 n. 4. *Cum festinatione.* Quia humanitatis officia, & opera virtutum cum festinatione, & feruore spiritus facienda sunt ca. 2 n 4. *Cum festinatione.* Diligenter exequenda sunt Prælatis opera, iuxta illud: *Qui præest in sollicitudine.* Et: *Sollicitudine nõ pigri, spiritu feruentes, Dño feruentes* c. 2 n 4 *Cum festinatione.* Pigri volunt regnare cũ Deo, & nõ laborare, & Deo delectãtur præmijs cũ policẽtur, deterrent eos certamina cũ iubentur c. 2. n. 5, vide totum caput 2. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me*, Quo Elisabeth magis cognouit Dominum Deum in-

in vẽtre Mariæ per reuelationem Spiritus Sancti, eo plus semetipsum dejecit, & humiliauit: humiles enim gratia Dei implentur c. 50 num. 21. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Humilitas Elisabeth in eius corde erat, & cum vox Christi humilitas sit, Spiritus Sanctus humilitatem operatus est in corde eius c. 50 nu. 22, & 26. *Repleta est Spiritu Sancto Elisabeth.* Multa dona largitus est ei Spiritus Sanctus, qui digitus vocatur propter donorum partitionem c. 108 n. 2, & 3 *Benedicta tu inter mulieres, benedictus fructus ventris tui*, vide in Annunciatione Dominica, super hæc eadem verba: *Exultauit in gaudio infans in vtero meo*, vide in cap. 56 de Ioanne Baptista: *Cum festinatione.* Non solum hæc festinatio Virginis fuit, sed etiam Verbi incarnati in vtero eius, qui festinabat, vt Ioannem sanctificaret c. 12 n. 16. *Magnificat anima mea Dominũ.* Anima, inquit, nam corpus Virginis paruulum fecit illum, cum esset magnus ca. 69 n. 11, vide totum cap.

IN FESTO S. MARIÆ MAGDAL.
Luca septimo.

EVangelium Sanctæ Mariæ Magdalenæ videnda sunt de eo, quæ notata sunt feria 5 post Dom. in passione.

IN FESTO S. IACOBI APOST.
Mat. decimo.

SAncti Iacobi Apostoli Euangelium videndum est feria 4 post 2 Dom. quadragesimæ, & c. 9 de Apostolis.

IN FESTO SANCTI DOMINICI.
Mat quinto.

VIde Euangelium de communi doctorum & c. 95 & 96 de prædicatoribus, & Prælatis.

IN TRANSFIGVRATIONE.
Mat. decimo septimo.

DE Transfiguratione Domini, vide Sabbato, & Dominica secunda quadragesimæ, vbi Euangelium hoc cantatur, & ca. 14 de beatitudine.

IN ASSVMPTIONE B. M. V.
Luc. decimo.

INtrauit Iesus in quodam castellum. Vterus B. Virginis castellum dici potest, in quod per incarnationem Verbũ Dei intrauit, vide in cap. 21 de incarnatione, & in c. 69 de Maria Virgine. *Mulier quædam Martha nomine, & huic erat soror nomine Maria.* In Marthæ, & Mariæ vita designatur actiua, & contemplatiua, et vtramque amplectitur vita perfecta Beatæ Virginis, vide in cap. 119. *Erat soror nomine Maria*, vide de laudibus eius feria quinta post Dominicam in Passione. *Martha satagebat circa frequens ministerium.* In domo iusti omnes diligentes sunt, et solliciti, vide in festo visitationis super illa verba: *Abijt in mõtana cum festinatione. Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* Quomodo audiendum sit verbum Dei, vide in cap. 95. Quomodo Maria Virgo fuit assumpta in cœlum c. 69 n. 24, et 25.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI
Luca sexto.

IN *montem solus orare.* Orauit Christus in monte solus, vt suo exemplo nos doceret orare, quia oratio est ascensus mentis in Deum, et ea conseruatur vita spiritualis ca. 81 num. 1, et 2. *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Docens orantes in oratione perseuerare, sicut ipse in ea pernoctabat Danielquoque perseuerantiæ, et continuę orationis exẽplum fuit c. 81 num. 3. *Erat pernoctans in oratione.* Quia orationes sunt nerui, et ma-

Digitized by Google

mus,& potes notare c.81 n.4,& 5. *Erat pernoctans in oratione.* Cum duodecim Apostolos esset electurus, qui fundamenta Ecclesiæ futuri erant, antequam eos eligeret, in oratione Dei pernoctauit, quia oratio impetrat, quod in ea orans petit, & eius multæ sunt vtilitates c.81 n.4,& 7. *Erat pernoctans oratio.* Perseuerans debet esse c.81 n.9, vide omnia, quæ notata sunt in c.81 de oratione. *Elegit duodecim quos et Apostolos nominauit,* vide omnia, quæ notata sunt in c.9 de Apost.

IN DECOLLAT. S. IOANNIS BAPT.
Marci sexto.

NOn licet tibi habere vxorem fratris tui. Veritatem dixit lingua Ioannis Regi non erat lingua adulatoris, sed prædicatoris & quæ differentia sit inter eas c. 4 n. 4. *Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui.* Aures Regum, & Principum potius adulationes, quã correptiones audiunt. Ioannes Baptista ita Sanctus erat, vt de eo veritas diceret: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne.* Et tamen cum primum viri Sancti increpatio regem tetigit sanctitatis Baptistæ oblitus est, & misit eum in carcerem, & ad petitionem fœminæ decollauit eum c. 31 de correctione fraterna num. 11. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Cum Deus Prophetas ad corrigendos principes, & reges misit, ipsi recusabant scientes persecutiones principum illis paratas, qui eos corripere auderẽt, sic se excusauit Moyses c. 32 n. 12. *Non licet tibi:* Peccata principum sunt magna cautela, & sagacitate aperienda, & corrigenda per quasdam similitudines, sicut Nathan aperuit adulterium, & homicidium Dauid c. 32 n. 13. *Non licet tibi:* Aliquando in corrigendis regibus, neque ista cautela sufficit: sunt enim aliqui ita proterui, & obstinati, vt nulla correptione moueantur, quos Deus alio modo terret, & corripit, sicut Balthasar c. 32 n. 14

IN NATIVITATE S. M. VI
Matt. primo.

DE Virginis Mariæ vita, & laudibus, vide omnia, quæ notata sunt in Conceptione eius, in qua hoc Euangelium explicatur, vide etiam secundam tabulam Verbo Maria.

IN EXALTATIONE S. CRVCIS
Ioan. duodecimo.

NVnc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejicietur foras, Crux Christi, & passio eius fuit manus, quæ recipiens tenebrarũ, de hoc mũdo eiecit. De hac manu dixit Isaias: *In caverna reguli, qui ablactatus fuerat, manũ suã mittet.* Illã desiderabat, qui dixit: *Fiat manus tua, vt saluet me* ca. 26 n. 15. *Nunc iudicium est mundi.* In Cruce Dominus iudicium fecit, quia dato præcio non ex iustitia commutatiua redemit à seruitute peccati c. 26 n. 16 *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras.* Quia quem eiecit non per potentiam manifestam, sed per humilem, & abiectam passionem, quia *prudentia eius percussit superbum.* c. 26 n. 17. Crucem, & Passionem Christi vocauit Apostolus mysterium, cum dixit: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam,* & per illã principem mundi eiecit c. 26 n. 18. *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum* Exaltatus fuit Christus in Cruce, sicut serpens æneus in deserto, vt ipsum respiciãt per fidem, qui à serpente venenati erant, & sic omnes ad se traheret c. 27 nu 6. Crux Christi est virga virtutis Dei, & vexillum, quo triumphauit c. 30 n. 6,& 7, vide totum cap. & in indice verbo Crux.

IN FESTO SANCTI MATTHÆI.
Matt. nono.

TRansiens Iesus vidit hominem sedentem in telonio. In magno sũt periculo animæ si

Digitized by Google

ri salutis fuę; quia auaritia idolorum est seruitus, & initium omnium peccatorū, vide, quæ notata sunt feria 5 post 2 Domin. quadragesimæ, de diuite, & Lazaro. *Sequere me*, vide cap. 106 de sequentibus Christum *Et surgens sequutus est eum*. Cum nullus possit sequi Christum, nisi ab illo trahatur secundum illud: *Trahe me post te, & curremus*. Publicanus iste, qui surgens sequutus est Christum, certum est, quod à virtute oculorum eius attractus fuit c. 106 n. 1. *Sequere me*. Sequela Christi ducit ad visionem Christi in coelo, & quam pauci sunt, qui Christum sequuntur c. 106 n. 5, & 7. *Sequutus est eum*. De modo seruando ab illis, qui Christum sequuntur c. 106 nu. 11. *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus* c. 46 n. 17. *Sed peccatores ad pœnitentiam*, vide c. 92 de pœnitentia, & c. 9. de Apostolis.

IN FESTO S. MICHAELIS ARCH.
Matth. decimo octauo.

Quis putas maior est in regno cælorum. Ecclesia ista militans regnū cælorum vocatur, & in ea maior est, qui maior p humilitatem efficitur: in regno enim Christi humiles sunt maiores c. 50 n. 18. *Aduocans Iesus paruulum*. Magna virtus humilitas est, quæ sedes Angelorum ob superbiam euacuatas replet. Nam humilitas via est, qua humilis ad Deum tendit c. 50 n. 1, & 2. *Aduocans Iesus paruulum*. Tanta est humilium excellentia, vt humilis proprius locus sit, in quo requieuit Deus c. 50 n. 17. *Nisi efficiamini sicut paruuli*. Humilitas magnos fecit Abraham, & Moysen c. 50 n. 18, & 19. *Nisi efficiamini, sicut paruuli*. Per superbiam Angelus de coelo cecidit, & homo per humilitatem illuc ascendit c. 50 nu. 7, vide totum cap: *Nisi efficiamini, sicut paruuli*. Paupertas spiritus, qua homines efficiuntur beati, humilitas est c. 15 n. 1. *Non intrabitis in regnū cælorum*. Per humilitatem ascendimus ad Deū, sicut per superbiam ab eo elongamur c. 50 n. 3, & 4. *Qui scandalizauerit*, vide omnia, quæ notata sunt in c. 10 de scandalo; *Angeli eorum in coelo semper vident faciem*, vide quæ notata sunt in c. 7 de Angelis, vbi multa inuenies

IN FESTO OMNIVM SANCTOR.
Matt. quinto.

Ascendit in montem. Mons iste Ecclesia est, vel perfectio Euangelica, ad quam debet ascendere prædicator, vide in c. 53. de Ecclesia, & c. 93 de perfectis, & c. 95 de prædicatoribus. Omnes istas beatitudines Christus suo firmauit exemplo c. 15 n. 29. *Beati pauperes spiritu*. Illos vocat Dñus pauperes spiritu, qui humiles sunt, sicut è contra superbi habent præsumptionē spiritus c. 15 n. 1, & 2. *Beati pauperes spiritu*. Immensū gloriæ pondus comparat Propheta gaudio lætantium omniū, & calici inebrianti c. 14 n. 23. Beatitudo dies est, qui vesperam nō habet, sicut alii dies c. 14 n. 5. Nunc Deus, & vbique est, & in omnibus, sed non est omnia in omnibus: erit autem in beatitudine, quia ōia erit in omnibus potentijs, omniū hominum c. 14 n. 7. *Beati pauperes*. Beatitudo, in quo consistat, tā huius vitę, quā patriæ c. 14 n. 7, vide totum c. de beatitudine in cōmuni *Beati pauperes spiritu*. Aliqui doctores pauperes spiritu dicunt esse illos, qui omnibus terrenis pro Christo renunciant, & eum sequuntur c. 15 n. 2. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*. Illam scilicet, de qua dicitur: *Portio mea Dñe sit in terra viuentium*, c. 15 n. 3 *Beati mites*. Dicuntur mites nō qui in vno acta, vel duobus se mites ostendunt, sed qui regulariter etiam in aduersis mites sunt cap. 15 num. 4. *Beati qui lugent*. Scilicet qui mortem spiritualem suam, vel aliorum lugent, non qui morte corporalē ca. 15 n. 5, 6, & 7. *Beati qui lugent*. Cu Apostolus dicat: *Gaudete in Domino semper*, qui sē per gaudet quō semper fiere poterit? sed respondetur, quod ex illo fletu nascitur hoc quoque gaudiū c. 15 n. 9. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*. Esurire, & sitire iustitiā

eũ desiderare iustitiam, hoc est, qui non in uri audiunt, vel faciunt iustiam, sed ex desiderio cordis, & ex amore boni bonũ operantur c. 15 n. 10. *Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam &c.* Nõ solum misericordes in proximos, sed primũ in se, quibus nõ æqualis est retributio c. 15 n. 16, & 17, vide totum c. 15 vbi de omnibus beatitudinibus agitur.

IN COMMVNI SS. APOSTOLOR.
Ioan. decimo quinto.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Charitatis præceptum institutum est cũ ipsa natura, sed nunc dicitur Christi præceptũ, quia illud renouauit, & suo exemplo specialiter cõmendauit hominibus, quia Ecclesia fuerat in charitate fundanda, & cõseruanda c. 19 n. 1 *Hoc est præceptum meum vt diligatis.* Ecclesia bis dicitur pulchra propter amorem Dei, & proximi, & eadẽ causa duo vbera eius laudantur c. 19 n. 3, & 4. *Vt diligatis inuicem* Charitas est fortitudo Ecclesiæ, & christianorũ, & propter illam dicitur: *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Quia tunc est hostibus terribilis c. 19 n. 6, & 7. *Vt diligatis.* Charitas est sicut nerui in humano corpore, quibus caro, & ossa colligãtur c. 19 n. 11, & 12. *Vt diligatis.* Charitatis præceptũ dicitur latum, quia cũ impletur latum efficit cor, secundum illud: *Latum mandatum tuum nimis* c. 18 n. 16, vide totum c. de charitate *Vos amici mei estis si feceritis, quæ præcipio vobis.* Cũ Christus Dominus pauper esset, pauperes, & ignobiles amicos, & Apostolos elegit, vt fortitudinem mundi vinceret c. 9 n. 12. *Vos autem dixi amicos.* Si voluntatem Dei quis desiderat scire, fiat amicus Dei, quia voluntatem hominis scire non potest, qui inimicus eius est c. 31 n. 19 20, vide cap. 6 de amicitia c. 9 de Apostolis c. 95 de prædicatoribus, Circa illud Euangelium Lucæ 20. Designauit Dominus &c. vide in festo S. Martini.

EX EVANGELIO MATTH. 10.

Ecce ego mitto vos. Pater misit filium ad prædicãdum Euangelium, & filius misit Apostolos, qui promptos se exhibuerũt huic ministerio, vide in die Ascensionis, super illa verba: *Euntes in mundum vniuersum prædicate.* Et in festo Sancti Marci, super illa verba *Ite: ecce ego mitto vos. Mitto vos.* Et non dicit vbi illos mittat, neque signat locum, quia parati esse debent prædicatores, quocunque missi fuerint ire, quia nubes sunt omnem terram irrigantes c. 95 n. 4, & 5. *Ite ecce ego mitto vos.* Apostoli, & prædicatores ea velocitate debent transire terram, qua fulgur transit, quia fulgura esse debent c. 95 n. 16. *Sicut agnos inter lupos.* Mittit agnos, vt lupos conuertant, & de lupis agnos faciant, quia prædicatores filios Christo debent generare c. 95 n. 21, & 22. *Messis quidem multa, operarij autem pauci,* vide feria 6 de Samaritana, super hæc eadẽ verba: *Primum dicite pax huic domui,* vide in festo S. Marci, & totum caput 9 de Apostolis, & prædicatoribus. *Ecce ego mitto vos* cap. 30 num. 5, & 6.

IN COMMVNI VNIVS MARTYRIS
Lucæ decimo quarto.

Abneget se metipsum. Caro Cruce Christi domanda est, quia cum sit mulier, subdita debet esse viro, hoc est, rationi, ideo neganda est cap 20 num. 6, & 8. *Abneget.* Quia carnis delitiæ comparantur vino, & quare cap. 20 num. 9. *Abneget se metipsum.* Caro, & homo exterior attenuandus est, vt spiritus reformetur, & subditus fit rationi cap. 20 num. 11, & 12. *Abneget.* Caro enim mulier est, per quam vir tentatur, & eius cum spiritu pugna perpetua est cap. 20 numero 13, & 14. *Abneget.* Tres hominis inimici, caro, diabolus, & mundus quomodo æquali bello vincendi sunt cap. 20 num. 16. Caro Sirena est, quæ cantu suo homi-

nem

dem decipit cap. 20 num. 32. *Tollat crucem ſuam.* Tanta eſt potentia Crucis, vt non ſolum hoſtes inuiſibiles, ſed etiam viſibiles vincat, vt in Conſtan: no viſum eſt cap. 30 numero 9. & 10 *Et ſequatur me.* Chriſtum ſequi, eſt ab illo illuminari, ſicut qui ſolem ſequitur ab eo illuminatur cap. 106 num. 4. *Sequatur me.* Quam pauci ſunt, qui vere Chriſtum ſequuntur cap. 106 num. 5. *Sequatur me.* Sancti qui Chriſtus ſequuntur comparatione peccatorum pauci ſunt, ſed ſecundum ſe multi cap. 106 numero quinto.

EX EVANGELIO MATTH. 10.

SI quis vult poſt me venire, abneget ſe met ipſum, & tollat crucem A nob s veneranda, & ſuſcipienda eſt crux, non ſolum lignea, ſed etiam crux viua, ſunt enim multi, vt dicit Paulus: *Inimici cuius Chriſti.* Qui crucem ligneam adorant, & viuam fugiut, quæ in mortificatione, & tollerantia conſiſtit cap 30 num. 8 *Tollat crucem ſuam.* Crucem tollere, eſt carnem domare, & mortificare, vt Deo ſeruiat, & ſpiritui non contradicat cap. 20 num. 13. *Sequatur me.* Caro per Crucem attenuata, & afflicta cooperatur ad gloriam, ſi nul cum anima, & ſpiritu capite 20 num. 20. *Tollat crucem ſuam.* Carnis mortificatio per crucem neceſſaria eſt chriſtiano, quia cum ancilla ſit, Domina eſſe vult cap. 20 num 21. *Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam* Quia carnales filij diaboli dicuntur, quos delitiæ ad infernum ducunt, ſicut videmus in diuite epulone cap 20 num. 22. *Tollat crucem ſuam.* Caro per Crucem viuam, hoc eſt, per mortificationem domãda eſt, quia alias carnales fiunt: *Sicut aſpides ſurdæ obturantes aures ſuas*, vt prædicatorũ verba non exaudiant cap. 20 n. 24. *Tollat crucem ſuam.* Caro per crucem non domata laqueus eſt, quo anima capitur, & ligatur plura peccata cõmittẽs c. 20 n. 25. Carnis, & ſpiritus delitiæ quomodo differunt c. 20 nu. 3

EX EVANGELIO IOANNIS 12.

NIſi granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. De paſſione, & morte ſua Chriſtus Dominus loquitur: ipſe enim fuit granum frumenti in cruce mortificatum, quod in reſurrectione ſua multum attulit fructum c. 70 num. 7. *Ipſum ſolum manet* Poſt paſſionem Chriſti, ſeu grani in cruce mortificati, martyrum numerus cœpit multiplicari, & paſſione martyrium, qui etiam granum frumenti fuerũt mortificatum cœpit credentium numerus augeri c. 30 nu. 7. *Si autem mortuum fuerit multum fructum affert.* Sicut poſt paſſionem Chriſti creuit numerus martyrium, ita & ipſi martyres fortiter pro Chriſto patientes, multos filios ſuo exemplo Chriſto pepereruet, qui *filii morte patientorum dicuntur* ca 70 num 8. *Multum fructum affert* Si martyres in tormentis dicebant Deo: *Propter inimicos meos eripe me:* Hoc dicebant propter ſalutẽ animarum eos perſequentium, vt conuerterentur videtes miracula, quæ in paſſionibus ſuis fiebant c. 79 n. 9. *Si mortuum fuerit multũ fructũ affert.* In veteri teſtamẽto terrã promiſſionis promiſſã pugnãdo cõtra hoſtes acquiſierunt. In noua vero promittitur terra viuentium, quam martyres acquiſierũt fortiter tormenta ſuſtinendo c. 70 n. 12, vide totum cap. & in indice verbo martyr, & caput 106.

IN COMMVNI PLVRIM MARTY.
Ioan decimo quinto.

EGo ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt Chriſtus arbor, & vitis eſt dulcem fructus afferens cap. 22 num. 16 *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum*, Ioannes nõ ſeruat eos, qui nomine, & re dicuntur chriſtiani, ab iis, qui falſaciter dicuntur chriſtiani ait: *Vidi eos, qui nõ adorauerunt beſtiam.* Qui enim eam adorãt palmites ſunt, hoc eſt, chriſtiani nomine, ſed à vite diuiſi cap. 29 nu. 2. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum*

Christianorum, qui Christo tanquam viti adhærent, honorabile est nomen: quia, & si in hoc seculo contemptibiles videntur, apud Deum tamen honorabiles sunt c.29 n.30 *Omnem qui fecit fructum purgabit eum.* Fideles suos nomine suo proprio Christus Dñs honorauit de illis dicens: *Nolite tangere Christos meos.* Quomodo autem assidua Christi imitatione consistit, vt palmites in vita vitis adhærentes c.29 nu.4. *Non ferentem fructum.* Christiani, qui verbis dicũt se nosse Deum: factis autem negant, palmites sunt à vite diuisi c.29 n.5. Sunt etiam inutiles ad omne opus bonũ: sicut palmites à vite diuisi, ideo cõparantur lagenæ cõtritæ c.29 nu 6. *Et omnem, qui fert fructum purgabit eum* Conqueritur Ecclesia, quod propter malos christianos vituperantes boni, hoc est, propter palmites diuisos à vite vituperãtur palmites viti adhærentes c.27 n.8. Quã pauci sint palmites viti adhærentes c.29 n.11. *Mundi estis propter sermonem*, vide c.114 de verbo Dei *Petite, & fiet vobis*, vide c. 81 de oratione.

EX EVANGELIO LVCÆ 21

Sed nondum statim finis, vide omnia, quæ notata sunt Dom. 1 Aduentus, & feria 2 post primam Dom. quadr. de iudicio. *Persequentur vos.* Martyrũ vox est: *A timore inimici eripe animam meã.* Non dicunt ab inimico, quia nullum damnum illis infert corporis vitam tollendo, sed dicunt: *A timore inimici*: ne tirannos timentes à fide deficiãt quod mors esset animæ c.70 n.3. *Trahentes ad reges, & præsides.* Martyres non prælian do, sed sicut milites Gedeonis fractis lagenis corporis per martyriũ tirannos, & inimicos vicerũt c.70 n.4. Martyres oues fuerunt missę in medium luporum, sed cum sanguine eorum terra irrigata fuit, palmites vineæ Dñi viti Christo adhærentes multiplicari cęperunt c.70 n.6: *Continget vobis in testimonium.* Quia martyres testes Dei fuerũt, ideo dixit illis, quod propter nomen suũ paterentur c.70 n.1, & 2. Martyrũ merita ignotionis clariora sunt c.70 n.13, vide not. & in indicaverit o martyr. De Ecclesia martyrũ sanguine orasta dicitur. Byssus, & purpura indumentum eius c.70 n.28. De Euangelio, videre. Iesus turbas ascendit in montẽ vide in festiuitate omnium Sanctorum.

IN COMMVNI CONFESSORVM.
Matt. vigesimo quinto.

Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Iusti serui Dei sunt, de quibus dicitur: *Anima iusti sedes est sapientiæ.* Et Psal. dicit de eis: *Quia illic sederunt sedes in iudicio.* Hæc est, iusti qui sedes Dei esse meruerunt c.61 n.1, & 2. Cũ sanctis confessoribus qui in hac vita iusti fuerunt, erat Deus per gratiã. Cũ enim Deus sit vbique per diuinitatis potentiam, non tamen est vbique per gratiã, sed solũ in iustis, & in eis etiã non æqualiter habitat, ideo Eliseus Eliæ petijt vt duplex eius spiritus in eo fieret c.61 n.4, & 5. Sancti confessores nõ solum sedes Dei fuerunt in hac vita, sed etiam currus Dei, de quibus explicatur illud: *Aequitatem meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea* c.61 n.7, vide totum c. de iustis.

CONFESSORVM, & DOCTORVM.
Matt. quinto.

Vos estis sal terræ Sali conferũtur doctores, & prædicatores Euangelij, quia nõ debent adulari populã, sed reprehendere, et constringere, sicut sal vulnera. Illi enim, qui populo blandiuntur, adulatores, & non prædicatores vocandi sunt, *et canes muti nõ valentes latrare* c.95 n.18. *Si sal euanuerit, in quo salietur?* Prædicatores, & doctores mali sunt, & non comedunt c.95 nu.32. *Sal euanuerit*: Prædicatores mali, qui filios Christo non generant, adulteri vocantur cap. 95 n.20, & 21. *Si sal euanuerit.* Prædicatores mali similes sunt asinæ Balam c.95 nu.33. *Vos estis lux mundi.* Prædicãtores lucernæ, vel candelæ sunt accensæ in nocte huius seculi

Digitized by Google

animas fidelium illuminantes c.95 n.24.& 25.*Vos estis lux mundi*:Prædicatores boni, & Apostoli viri sunt radij solis iustitiæ, scilicet Christi,& ideo mundum illuminant c. 95 n.22. Prædicatio Euangelij est spiritualis negotiatio,& prædicatores negotiatores sunt c.95 n.1,& 2,vide totum c. 95 de prædicatoribus,& c.61 de iustis,& c.9 de Apostolis,& c.64,& 65 de lege veteri,& de lege noua,& quæ notata sunt in festo S. Thom.

IN COMMVNI CONFESSORVM.

Lucæ duodecimo.

Sint lumbi vestri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus vestris. Virtus diaboli præcipuè circa lumbos hominis est,etvnde fornicationes,adulteria què proceduntlumbos ergo præcingere,est libidinem cohibere c.42 n.2.*Sint lumbi*. Optimum remediũ ad cohibendam luxuriam est oculos sub disciplina custodire,ne prauę cogitationes insurgant, sed cordis puritas conseruetur c.42 n.9.*Sint lumbi vestri*.Non solum Dominus fornicationem corporis prohibet,sed etiam mentis,dicens: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,iam mœchatus est eam in corde suo* c.42 n.4. vide totum c.42 de fornicatione.*Sint lumbi vestri præcincti*.In signum castitatis nouę legis, in veteri, qui agnũ paschalẽ manducabant,accincti erant baculos habentes in manibus,& calceos in pedibus,& festinantes,quia erant peregrini c.17 n.6. *Expectantibus Dominum suum*.Peccatores nihil expectant,quia in hoc mundo habent bonum suum : iusti autem expectant bonum suum in cœlo c.14 n.39,vide omnia,quæ notata sunt in c 14 de beatitudine.

IN COMMVNI CONFESSORVM.

Lucæ decimo nono.

Negotiamini dum venio.Christus Dominus constitutus fuit rex à Deo,vt Euangelium prædicaret,secundum illud: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mon-*

tem sanctum eius prædicans præceptum eius. Et,hoc est Episcopi munus,qui constitutus est pastor, vt gregem suum verbo pascat 37 num.17, vide totum caput de prælatis. *Negotiamini dum venio*. Hoc negotium tunc verè agimus,si bene viuendo,& loquendo proximorum animas lucramus,si infirmos in superno amore roboramus c.37 n. 17:*Negotiamini dum venio*: Prædicatio Euangelij spiritualis quædam est negotiatio, & prædicatores negotiatores sunt c.95 n.1, & 2,vide totum caput de prædicatoribus : *Cum vsuris exigissem*.Peccata ipsa vsuræ dicuntur,quia sicut vsura,quãdiu capitale nõ redditur,semper crescunt,sic in peccatis vsuras diabolo soluit peccator ad pœnam æternam se obligando. Ab his vsuris redimũtur animæ per sanguinem Christi,& pœnitentiam:sic etiam,& iusti vsuras soluunt Christo c.29 n.3,vide totũ c. de prædicatoribus.

EX EVANGELIO MATTH. 19.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te:Hæc verba Apostolus Petrus dixit Christo nomine suo,& omnium Apostolorum,& virorum Apostolicam sequentiũ vitam,quales sunt veri religiosi,& sancti Abbates,in quorum solemnitate hoc Euangelium cantat Ecclesia : hij omnes omnia relinquerunt,vt vni adhærerent Deo c. 99 n.1.*Reliquimus omnia*.Qui omnia reliquit, & religiosus efficitur,à religando aliis dicitur,quia sicut per baptismũ ligatur homo lege christiana,sic monachus per professionem ca 99 n.2,*Reliquimus omnia*: Nõ solum bona temporalia, sed etiam patrem, & matrem,& voluntatem propriam, & seipsũ debet relinquere c 99 n. 5.*Reliquimus omnia*: Hæc verba non possunt dicere,qui cum bona patrem, & matrem reliquerint, tamen affectu, & cogitationibus in mundo manent c.99 n.8.*Reliquimus*:Locus religionis non facit sanctum,sed spiritus c.99 n.8. *Reliquimus omnia*. De malis religiosis dicit Malachias terra sanctorum iniqua gessit, & nõ

vi-

videbit gloriam Domini c.99 n.3, vide totũ c. *Et sequuti sumus te.* Sequela Christi ducit ad visionem eius c.106 n.7, vide totum cap de sequentibus Christum. *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Apostoli sunt duodecim, & sunt fundamenta Ecclesiæ, & duodecim portæ eius, & super sedes duodecim, sedebunt, & duodecim tribus Israel iudicabunt c.9 n.33

IN COMMVNI VIRGINVM.

Matt. vigesimo quinto.

SImile est *regnum cælorum decem virginibus.* Virginitatis flos datur humilibus: dicitur enim, Ego flos campi, & lilium cõvallium, hoc est, ego Deus mundi. & virginitas humilium c.118 n.1. *Decem virginibus.* De eis specialiter dicitur, quod *sequuntur agnum quocumque ierit*, quia & agni caro virgo est, sed sequuntur eum virgines si humiles sint c.118 n.2 *Decem virginibus.* Pulchritudo, quam Deus in virgine requirit non est corporis, sed animæ c.118 n.4 *Quinque autem ex eis erãt fatuæ, & quinque prudentes.* Quia in vtero Ecclesiæ boni, & mali, fatui & sapientes permixti sunt, donec in iudicio separentur c.18 n.1, & 7. *Quinq; autẽ ex eis* &c. Boni, & mali permixti sunt in area Ecclesiæ, sicut triticũ, & palea c.18 n.7, & sicut in agro triticũ, & zizania n.5. *Quinq; erant fatuæ, et quinque prudentes.* Boni nõ sunt soli, nisi in cælo, & mali nõ sunt soli, nisi in inferno c.18 n.4. Fatuæ virgines nõ sumpserunt oleũ secũ lãpades nostræ, bona sũt opera, vnde dixit Dñs: *Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona, et glorificent patrem.* Et túc oleũ cũ lãpadibus sũmimus, qũ non laudes hominũ q̃rimus, sed intra conscientiã oleũ seruamus c.43 nu.22. *Prudentes acceperunt oleũ in vasis cũ lãpadibus suis. Fatuæ nõ sumpserunt.* Oleũ in vasis est bonũ opus in conscientia, & in corde abscõditum, & oleum emere est ab adulatoribꝰ laudes q̃rere, qui sũt olei venditores c.43 n. vide totũ ca.4 de adulatoribus, qui sunt olei

venditores, oleũ etiã misericordiæ vendũt pauperes, cũ illis eleemosyna tribuitur c.36 n.31. *Nescio vos* de istis dicitur *Qui numerat multitudinem stellarũ.* Hoc est, virginum prudentũ. *Et cõsortes eis nomina vocat.* De virginibus fatuis, hoc est, de reprobis dicitur s. *Nescio vos:* Quia numerari non possunt c.8 n.17 Facies per quã quisque cognoscitur charitas est, & quia virgines fatuæ oleũ charitatis nõ habebãt; facie carebãt, ideo dicit illis Dñs: *Nescio vos* c.19 n.27. *Quinque erãt fatuæ, & quinque prudentes.* Quinario numero dicit Aug. intelligitur continentia quinq; sensuũ carnis, quia multis venit corruptio per nefariũ gustũ, multis per oculos multis, per aures &c. c.118 n.8. Ad virgines fatuas respiciebat, qui dixit: *In die illa deficiẽt virgines pulchræ, et adolescẽtes insiti.* Sũt n. virgines pulchræ, hoc est, prudẽtes, & sũt virgines deformes, hoc est, fatuæ, iste sunt virgines carne, non spiritu c.118 n.9

COMMVNI VIRGINVM

Matt. decimo tertio.

SImile est *regnum cælorum thesauro abscõdito in agro.* Vt sciamus thesaurum bonorũ operũ, quẽ sicut ait Apostolus. *Portamus in vasis fictilibus*, nõ esse ad capiendam vanã gloriã manifestandũ, sed abscondendũ in corde c.43 n.31: *Thesauro abscondito in agro.* Lux bonorũ operũ, dũ sumus in via, debet occultari in manibus; ne insurgens vẽtus vanitatis eã extinguat c.43 n.30, vide toc. c. de vana gloria, & c de virginibus. *Sagenæ missæ in mari.* De duabus piscationibus ante & post resurrectionem, vide capite 18 nu. 6

IN EXEQVIIS DEFVNCTORVM.

Ioan. vndecimo.

GEnerationes, & mortes hominum sũt sicut folia in arbore, vbi foliis cadentibus, alia succedunt c.75 n.11. Nullum genus mortis debet iustum terrere, quia mala mors putanda non est, quã vita bona præcessit c.76 n.1, vide totum c.75, 76. & 77, vbi multa inuenies circa mortẽ iustorũ, & impiorũ, quæ facile possunt pro variis exequiis defunctorum adaptari, vide etiam c.105 de sepulchris, & exequiis defunctorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by

Errata,ſic corrige .

Pag.2 lin.30 creatam,lege creatum pag.11 lin.31 in margine ſer.25 lege ſer.21 pag.24 lin.22 daſiderium,lege deſiderium pag.25 lin. 31 Eccleſia , lege Eccleſiæ pag.27 lin vlt. & refert,lege vt refert pagi. 36 lin.39 ipſorum,lege ipſum pag 48 lin.18 in margine Hieron.3. lege Hierem.3 pag. 656 lin.vltim.ſtulutus,lege ſtultus pag.658 lin.37 cetebrantes, lege celebrantes pag.660 lin.32 viuificubis,lege viuificabis pag.661 lin. 21 iu directum,lege in directum .

Alia ſimilia errata occurrent lectori,quæ facilè poterit per ſe ipſum corrigere .

REGESTVM.

† †

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a B b C c D d E e F f G g H h I i K K L l M m N n O o P p Q q R r S ſ T t V u X x Y y Z a.

A a a B b b C c e D d d E e e F f f G g g H h h I i i K K K L l l M m m N n n O o o P p p Q q q R r r S ſſ T t t V u u X x x Y yy Z a z.

A a a a B b b b.

Omnes ſunt Quaterniones,præter † † & B b b b Duerniones.

TRANI, Apud Laurentium Valerium M. D C. X X I I.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google